LOCI ARGVMENTORVM LEGALES,

D. NICOLAO EVERARDO à Midelburgo, I. C. magnique Senatus Belgici apud Melchliniam Præside, Auctore.

Nunc recens recogniti, emendati, summarijs illustrati, ac P. Prateij adnotatiunculis locupletati.

ACCESSIT RERVM ET VERBORVM Index locupletissimus.

Conuent S. Marię de Scala

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium.
M. D. LXXIX.

NICOLAVS EVERARDVS STVDIOSO LECTORI S. D.

EDidimus, *studiose Lector, aliquot ab hinc annis (tametsi tumultuario quodam studio) locorum legalium centuriam vnam, quòd nimirùm clarißimè perspiceremus, quum aliarum artium ac disciplinarum studiosos homines, tum verò praecipuè eos, qui se vel Caesareis, vel Pontificijs legibus addixerunt, si argumentandi destituantur peritia, aut planè nullo, aut minimo certè cum fructu torqueri. At rursum nihil vsquam tam inuolutum aut intricatum occurrere posse, quod nō paruulo statim negotio expediat explicétque is, qui argumentorum rationem pulchrè calleat. Eam nos pridem Centuriam longißimum post interuallum quum fortè in manus resumeremus, nactiq; nobis otij plusculum videremur, in communem vtilitatem recognouimus: atq; (vt fieri solet) nonnulla mutauimus, resecuimus quaedam, quaedam item adiecimus. Itaq; nunc ad priorem editionem illam legales loci accessere permulti, idq; praeter illa, quae paßim obiter intertexuimus: quae tamen ipsa neque pauca sanè, neque etiam fortaßis infrugifera ac poenitenda esse, quicunque legerit, experietur. Quod quidem nolim arroganter aliquis à nobis dictum existimet: qui vsque adeò nihil de nobis ipsis praesumimus, vt nostra omnia omnium libenter iudicijs supponamus. Vale, & nostro conatui faue.*

TIPOGRAPHVS LECTORI.

Epistolam hanc propria auctoris manu descriptam, quia autographo pręfixam comperi, ne omnino intercideret, hic quoque adijciendam putaui.

LOCORVM LEGALIVM

DE QVIBVS IN HOC LIBRO,

CATALOGVS.

***

Finis Catalogi locorum.

¶PRAEAMBVLA NICOLAI Euerardi I C. Senatus Belgici Præsidis, in sequentes locos.

1 *Loci appellantur sedes quædam è quibus in rem quamuis confirmandam vel refellendam necessaria vel probabilia ducuntur argumenta.*

2 *Argumentum est quicquid quocunque modo rei dubiæ de qua disputatur, fidem facit.*

3 *Arguendo & disputando veritas inuenitur.*

4 *Textus legis vel canonis est locupletissimus testis.*

5 *Textus legum & canonum aliquando allegantur in argumentum, aliquando autem simpliciter.*

6 *Virtus legis consistit in inductione, adaptione, seu applicatione.*

7 *Argumento cognoscitur quod aliquando constare non potest.*

8 *In incertis, non incertis locus est coniecturis.*
Indicia probabilia, & præsumptiones violentæ in quibus sufficiunt.

9 *Singularitas in testibus quando toleratur, neque vitiat eorum testimonium, & quando non.*

10 *Argumētationis quatuor sunt species, scilicet syllogismus, enthymema, inductio, & exēplum, & quæ sint earum definitiones.*

11 *Libellus procedit omisso medio, quando aliàs subauditur & præsumitur à iure, & est quasi quidam syllogismus.*

12 *Inductio quid, & quis eius vsus.*

13 *Iurisconsultus quærit de iusto & iniusto.*

14 *Quod quis de iure verum esse dicit, id probare debet allegando textum expressum, vel inducendo textum in argumentum per aliquem locorum legalium.*

15 *Arguitur in iure tripliciter, nempe lege, ratione, & exemplo.*

16 *Ratio est lex quædam tacita, insita mentibus hominum.*

17 *In disputationibus validius & vrgentius argumentum in finē reseruandum est*

18 *Optimus & efficacissimus modus conuincendi aliquem est per retorcutionem et legem propriam.*

19 *Doctor qui consuluit in causa aliena, tenetur illud consilium sequi*

sequi in propria.

20 *Modus optimus conuincendi aduersarium.*

21 *Qua ratione quæuis argumenta in iure facilè solui possint.*

22 *Studiosus iuris in quouis argumento præcipuè considerare debet, an peccet penes aliquam fallaciam.*

23 *Fallacia seu cauillatio quid sit, & fit multis modis. 24.*

25 *Disputans non debet extra propositum vagari, alioquin audit, Amice, quod ais, impertinens est. nec etiam iracundia vel stomachatione inualescere debet. 26.*

27 *Studiosus iuris debet esse humilis, nec præsumat iudicare de lege, nisi tota lege perspecta, & quare. 28.*

28 *Sequentia declarant præcedentia aliquando: & aliquando posteriora derogant prioribus.*

29 *Intelligentia dictorum ex causis dicendi assumenda.*

30 *Allegationum & remissionum visionis triplex fructus.*

SCripturi de locis legalibus, iuris candidatis nedum vtilibus, sed summè necessariis, (de quibus obiter scribit Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cleri. Speculator in ti. de disput. & allegatio. in §. post hoc. Alber. de Ros. in diction. & Arnol. de Roterodam. in suo remissorio: magis autem exactè Cicero in Topicis, & post hunc Boetius, Quintilianus in lib. insti. orat. & Rodolphus Agricola in opere suo de inuentione Dialectica) paucula quędã ex Caij Iurisc. sententia præfabimur: ne, si rẽ tam arduam illotis (quod aiunt) manibus aggrediamur, rudiores adolescentuli in ipso statim portu impingant, atque à lectione resiliant.

1 PRIMVM quidem † nouerint studiosi, locos à nobis appellari, sedes quasdam, ac prõptuaria, è quibus ceu receptaculis ac thesauris quibusdã, in rẽ quãuis cõfirmãdã, refellendãmve, necessaria vel probabilia ducũtur argumẽta. licet alioq; loci vocabulũ plures alias habeat significationes, vt videre licet per gl. in extrauag. prouidè, de sent. ex-

2 cõ. Deinde † argumentum esse, quicquid quocunque modo rei dubiæ, de qua disputatur, fidem facit: quę definitiones consentiunt cũ his, quas Aristoteles, in Topicis Cicero, & post eum Boetius, Fab. Quintilianus, Rod. Agri. Pe-...tus, Calepinus, glo. Bal. Sal. Pau. Cast. & doct. in rub. C. de pro... & Bal. in d. l. conuenticula aliique suis in locis tradunt

dunt.Neq; repugnat quod ait Vlpian.in l.si duo patroni,§.
Marcellus.ff.de iureiu.& idẽ Vlp in l.diui fratres.ff.de iure patro.idémque Vlp.in l.j.ff.de quęst. Ita etiã confirmat etymolo.si Isidoro & Gregor. ix.P.M.credamus,dicitur enim secundũ eos argumentũ, quasi argutè inuentũ.ca.forus,de verb.sign.his adstipulatur l.de tutela, iũcta gl.C.de in integ.rest.l.si volũtate,iũcta gl.de resc. vend.l.desideriũ, iũcta gl.C.depositi,& l.ad inuidiã,cũ glo.quod met.causa. Vel,vt alij volunt,argumentũ est probabile inuẽtum ad fa
3 ciendã fidẽ:arguẽdo eñ † & disputãdo veritas inuenitur. c.graue,xxxv.q.ix.l.munera.§.mista.ff.de mune & hono.& l.per hanc,in fin.cum ibi notatis per Sali.& doct.C.de tẽp. appell.Fieri eñ non põt,vt lateat veritas tot oculis specta ta:tótque insinuata sensibus: vt in simili dicit Iustin. in l. hac consultissima,in fi.C.qui test. fac. pos. & quia lege firmius nihil esse potest, danda est opera, vt legem adiutricem & testem semper habeamus, teste Cicerone in fine
4 Topi.& illic post eum Boetio:nam text.legis † aut canonis est locupletissimus testis, vbi clarè decidit id ad quod adducitur:imò id de quo constat solum à contrario sensu canonis vel legis videtur apertissimè constare.tex.est meo iudicio singularis in l.si quis locuples.in fi.ff.de manu.test.
5 Verùm † sciẽdũ est,ꝙ tex.legum & canonũ aliquãdo allegantur in arg. aliquando autẽ simpliciter. In argumentũ, quãdo lex allegata vel canõ nõ expresè decidit casum ad quẽ allegatur,sed induci vel adaptari põt per aliquẽ ex lo-
6 cis de quibus infra.Si quidẽ † virtus legis cõsistit in inductiõe,adaptatiõe,seu applicatione,vt est tex. fin.in l.nõ solũ.§.qui primipilũ,vbi & Bal.not.ff.de excus.tut.& vult idẽ Bal.in rep.l.petẽs,C.de pactis,l.in athletas.§.ait prætor.ff. de iis,qui no.inf.Roma. sing.ccccccxlj. & doct. sæpe alibi. huc pertinet l.scire leges.ff.de legib.& c.Marchion j.quęst. j.item l.nominis & rei.§.verbum,cum glo.ff.de verb. sign. Hinc videmus glo.quam ordinariam vocant, frequenter vti his verbis,argumento legis,facit lex,vel his verbis, ad hoc inducitur lex,&c. Vbi verò lex allegata vel canon expresè decidit casum de quo est quæstio,debet allegari simpliciter,& nõ in argumẽtum.ita magistraliter dicit Pano. in c.causam quæ,in fi.de offi.dele.& volunt Io.And. & Panor.in c.j.de pactis,& idẽ Io.And.in addi.ad Spec. in prin.

in additione quæ incipit, non eget argumento, vbi Spec. lepidè & curialiter taxat. idem etiam vult Corse. in sing. xxxvij. pro qua theorica adduco textũ in l. non omnes, §.
7 à barbaris. ff. de re mil. qui dicit argumẽto † cognosci quod liquidò constare non potest. ad idem allgo tex. in l. fin aũt. §. sed & his, ibi, idque ex senatusconsulto colligi potest. ff. de rei vendi. & tex. in l. arboribus. §. de illo, in vers. idẽ tractat, ibi, colligi posse. ff. de vsufructu, & text. in l. j. §. illud sciendum, ibi, aptari. ff. vsufruct. quemad. caueat. Ad hoc etiã facit l. si cui, in fi. ff. de seru. ti. gen. & l. si ædes meæ. ff. de seruit. vrb. prę d. & l. ij. circa fin. ibi, pro sententia Iuliani facit. ff. si seruitus vend. & l. cũ quędã, ibi, tam optimo exẽplo argumentati, C. de administratio. tut. Pro isto etiã facit c. ad apostolicę, ibi, euidentibus argumentis, cum ibi no. per Archid. & Io. And. in nouel. de re iud. li. vj. & c. pro humani, ibi, probabilibus argumentis, de homicidio. eo. lib. & l. qui filiũ, in fi. ff. ad Treb. item l. si vsusfructus, in princ. ff. quãdo dies lega. cedit. cum infinitis similibus, quæ magis esset laboriosum enumerare quàm subtile aut necessariũ. Ratio
8 autẽ pręmissorum est, quia Venuleio Iurisc. teste, † in incertis, non in certis locus est cõiecturis, l. continuus. §. cũ ita, in fi. ff. de verb. obl. Porrò istud est vtile ad probandum crimina occulta, quæ liquidò constare nõ possunt. vt sunt furtum, adulterium, conspiratio, & similia, quę tectim fieri consueuerunt. in talibus enim & similibus sufficiũt indicia probabilia, & præsumptiões violentę, vt vult Host. in summa, in ti. de filiis presby. §. j. circa medium, per d. §. à barbaris, & c. afferte, de pręsum. cũ aliis per eum alleg. & idẽ volunt Albe. & fr. Arnol. vbi supra, idque est de mente Baldi in l. quicunque, C. de ser. fug. vbi per illũ text. & quędã alia iura dicit, quòd in secretis delictis, tractatibus, ac consiliis propter probationis difficultatem peruenitur ad torturã, & nonnunquàm ad condemnationẽ, & absolutionẽ ex solis argumentis, seu indiciis, si sint ita certa, vt vix denegare sufficiat. & idẽ videtur velle Bal. in l. milites, C. de quæstio. cui congruũt no. per Bal. & Salic. in l. fi. C. de prob. qui dicunt, ex indiciis indubitatis per legem approbatis, posse quẽ damnari. quos refert, ac sequitur Alex. in l. absentẽ, in apost. ad Bar. ff. de pœnis. Plura autẽ notabilia exẽpla indiciorũ indubitatorũ vide per Gandinum maximũ practicum

cum in lib. maleficiorum in rub. de præsump. & in d. indub. ex quib. cōdem. seq. pos. & per Bar. in l. fi. ff. de quæstionib. Hinc etiam sing. dicit Sal. in l. ij. in fi. C. de cust. reo. & ante cū Bar. in l. vnius. §. j. ff. de quæst. ꝙ qn̄ indicia sunt vrgen tia, etiam si non superueniant noua indicia, semel tortus poterit iteratò torqueri: secùs, si īdicia sint leuia, & nō mul tū vrgentia. & dicit ita obseruari in practica, quod verum est, dum tamen quis non torqueatur vltra bis vel ter, vt in quir Pau. Cast. in cons. cxcvij. incip. visa inquisitione, circa fi. in antiq. Hinc etiam est, quòd in talibus delictis secretis quæ ex variis apparatibus seu præparamētis essentiā capiunt, & non in vno momento, vel loco, qualia sunt, cōspi ratio, coniuratio, tractatus & eiusmodi, testes singulares ꝓbāt, nec singularitas hoc casu viciat. ita sentiūt gl. & doc. in sim. xvj. q. iiij. volumus. & iij. q. ix. c & nihilominus, sup verb. simul. deinde Host. Io. An. & alij in c. qualiter & quādo ij. de accus. ad hęc gl. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. itē Spec. in ti. de teste. §. iam de interrogatoriis. in vers. item de temp. & in vers. quid, si vnus. & in plurib. aliis ver. Quin & Pe. Anch. hac de re scribit in cōs. ccccxxxix. incip. in Christi, &c. ex prædicta facti narratione, &c. Porrò qui ad plenū

9 instrui volet, quando † singularitas in testibus toleretur, neque vitiet eorum testimoniū, & quando non, is videat Cano. præsertim Fel. in c. licet ex quadam, de testib. & Hippolytum de Marsiliis sing. cxiiij. & plenè per Alex. in cons. lxxij. j. vo. incip. inspecto diligenter processu.

SECVNDO † sciendum est iuris studiosis, quatuor esse argumenti species, nemper syllogismum, enthymema, inductionē & exemplum. Est autem syllogismus oratio in qua quibusdam positis & cōcessis necesse est aliud accidere, per ea quę posita sunt & cōcessa. Et cōstat ex maiori, minori, & cōclusione, seu (vt Cicero vocat) complexione. Porrò syllogismus, siue ratiocinatio, (sic à Cicerone, & Rodo. nominatur) est perfectissima argumentorum forma & cōsequentia planè necessaria. eius potes videre exemplū in Auth. ingressi. cum ibi no. à Bal. & doct. C. de sacr. eccl. & in l. pig. C. de pig. act. vbi Bar. dicit esse in barbara, item in gl. l. vnicæ. §. j. in tertia lectura. ff. si quis ius dicen. non ob. licet valde impertinenter ad illū tex. vt ibi bene declarat Zasius. Syllogismo proximum est enthymema. Enthymema est ra-

tio in

tio in qua non omnibus præmissis ante positis festinata in fertur cõclusio,& ex vniuersali cõcluditur particulariter seu minus vniuersaliter, diciturque syllogismus imperfectus,qualis est hic,omne animal currit,ergo omnis homo currit.in hac enim argumentatione omittitur hæc minor propositio,omnis homo est animal,quæ si interseratur pfectissimus erit syllogismus.Hac argumẽti specie sępè vtitur Iustinianus,vt patet in l.si quis in cõscribendo,C. de epis. & cle.& in d.l.cum quædam.& ibi gl.no.item Vlpianus in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cre.vbi singulariter pro-
11 batur † quòd libellus procedit omisso medio,quando aliàs subauditur & præsumitur à iure. Est autem libellus quasi quidam syllogismus, vt notatur in l.j.ff.de edendo Ad hęc Papinianus in l.pater instituto,in prin.ff.de cap.& ibi Zasius talem argumentationem vocat concisam. Sic etiam videmus interdum omitti maiorem propositionem, & solũ poni minorem & conclusionem,vt est tex. in l.j.vbi & Bar. not.ff.si certum petatur,& meminit eleganter Gelli. li. ij. c.viij.& potest poni exemplum familiare in isto enthymemate,Omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia,in quo omittitur maior propositio, hæc scilicet,omne animal est substantia,quæ si adiiceretur,iam perfectus
12 esset syllogismus. Inductio † autẽ est argumentandi ratio naturæ proxima,qua è singularibus vniuersale colligitur, seu vt alij loquuntur,à singularibus,seu particularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale progressio, vt Socrates currit,Plato currit,& item cæteri,ergo omnis homo currit. Inductione autem omnes artes repertas esse verisimillimum est.Comparatis enim multis,quę assiduus rerũ vsus suppeditabat exẽplis,vniuersalẽ quãdã regulã statuerunt veteres,vt cũ viderẽt medici vinũ Chiũ, item Smyrnęum,item Phalernum,calefaciendi vim habere, collegerũt inductione quadã regulã,vinũ natura calefacere.Sic & Iuriscõsulti vidẽtes filiũ liberari à potestate patris per emãcipationẽ,per mortẽ naturalẽ,itẽ per mortem ciuilem patris,Institut.quibus mo. ius pa. pot.sol.cũ similibus: & nõ comperiẽtes inter modos quibus soluitur patria potestas, furorẽ:constituerunt regulam,per furorẽ patris superuenientẽ,filiũ nõ liberari à potestate patris.Ita arguit Vlpianus in l.patre furioso.ff.de his qui sui vel alie.iu. Simili modo arguit

do arguit etiã Pau.in l.obligationũ fere.§.placet. ff. de act. & obli.Cùm enim obligatio certis modis tollatur ipso iure,puta solutione,nouatione, acceptilatione, & quibusdã aliis modis,Instit.quib.mod.tol.obli. per torum, cum glo. ibi sing.& non reperiarur inrer illos modos tempus ,colligitur regula,quòd tempus non est modus tollendę obligationis ipso iure.ad quod quotidie allegatur ille tex.Breuiter,quicquid vsu deprehẽsum in arrem coactum est, id inductione collegit ratio, qua plurimum est vsus Socrates, vt meminit Cic.in Top.Huc pertinebunt quæ dicemus infra in loco à partium enumeratione,& quæ no.gl. & doct. in rub.de reg.iur.li.vj.& quæ no.in glo.l.j ff. de reg. iur.& hinc rectè dixit Rod.Agric.li.ij.c.quinto de inuent.dial. artes omnes paulatim,& per incrementa repertas esse. Prima autem initia à sensuum obseruatiõe profecta esse,hoc ipsum declarans per exempla.Exemplum autem est argumentandi ratio,qua de vno particulari cõcluditur ad aliud particulare, ꝓpter aliquod simile inter ipsa repertum.Hac aũt argumẽti specie frequentius quã cæteris Iurisconsulti vtuntur,tametsi non raro & illæ in legibus reperiantur, l. non possunt,l.nam vt ait Pedius,& l.de quibus.ff.de leg. & dict.l.diui fratres,& d.l.si vsusfructus , ad quod faciunt ea quæ dicam infra in loco à simili,à pari,à minori,& maiori, à feudo ad emphyteusin,à milite armatæ militiæ ad militẽ cœlestis militiæ,& in pluribus aliis locis sequentibus.

TERTIO nouerit studiosus adolescens,quemadmodũ grãmaticus de latinitate sermonis,& dialecticus de ve-
13 ro,& falso disputãt:ita Iuriscõsultũ † de iusto, deque iniusto quęrere.Hinc est,ꝙ semꝑ quęritur q̃d iuris, æqui scili-
14 cet,boni & iusti.Quod aũt † q̃s de iure verũ esse dicit,id ꝓbare debet,quia erubescimus sine lege loqui. §. cõsideremus,in auth.de triẽte & semisse, cũ simi. Neque enim vel arguẽdo,vel in proponẽdo, vel soluẽdo creditur asserẽti, nisi alleget textum expressum,vel inducat textum in argumentum per aliquẽ locorum,de quibus infrà:de qua re dicemus latius infra in loco à lege cessante,& in loco à simi.
15 QVARTO sciat lector,ꝙ in † iure arguitur tripliciter: sępe lege,ratione,& exẽplo,de quo habes textũ peculiarẽ in c.nouit,& ibi Io.An.& doct.no.de iud.& text. in c.venerabilem,vbi & Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. meminerunt,

de elect.

de elect. Porro lege dupliciter arguitur, affirmatiuè & negatiuè. Affirmatiuè, cum pro casu de quo est quæstio adducitur lex expressa vel scriptura authētica euidens. Negatiuè, à dispositione legis cessante, de quo dicam infra in loco à lege cessante. Ratione argumentamur cum deest lex expressa, & tamen ratio naturalis aliquid dictat, l. fluminum. §. adiicitur, vers. vitium. ff. de dam. inf. & l. liberorum, circa fi. ibi, natura nos docet. ff. de verb. sig. & l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. & l. cum ratio, in prin ff. de bo. dam. & c. secundò requiris, & ibi Panor. de appel. & gl in c. consuetudo j. distinctione, & tex. no. in l. scire oportet. §. sufficit, ibi, ex ipsa naturali iustitia, & ibi Bal. no. ff. de excusa-tut. nec mi-
16 rum, si ratio est tantæ virtutis: quia †ratio est anima legis, & lex quædam tacita insita mentibus hominum, d. l. cum ratio. & hinc alibi dicit textus, quod ratio, veritas, & Deus æquiparantur, c. qui contempta, & c. frustra. viij. dist. Exemplo auté arguitur ab auctoritate, quód procedit etiam in exemplis paganorum, non tantum Christianorum, vt est tex. in c. quæsta. & ibi Arch no. xiij. q. ij. & tex. in c. sacerdotibus, & ibi Domi. not. xj. q. j. de quo vide quod dicam latissimè infra in loco ab auctoritate. Arguitur etiam exemplo ab vno particulari ad aliud propter aliquod simile repertum in ipsis, vt dixi supra. Nullus autem est argumentandi modus, qui non ad aliquem horum trium reduci possit: id quod diligens lector facilè deprehendet.

17 QVINTO meminerint iuuenes, in disputatione †validius & vrgētius argumentū in finē seruandū esse. de hoc habes tex. in c. ij. ibi, ad hāc autē suā sententiā adstruēdā, illud potissimū verbū inducit, & c. de sum. tri. & fide catho. & ibi hoc notat Io. de Imo. qđ eñ vltimò dicitur, magis cordibus hominū infigitur, & melius memoriæ cōmēdatur, c. liquido, iūcta gl. de cōsec. dist. ij. & cōmemorat Spe. in ti. de dispu. & alleg. §. post hoc, in fi. cui satis consonant Cicero, Fabius, Rodol. Agricola, & alij, volentes firmissima argumenta in principio & fine locanda esse, debiliora velut in medium agmē recipiēdā. Porrò vtrum necesse sit, argumētū in propria forma resumere, an nō, video multos superstitiosè quęrere. Ego putē satis esse, si rei propositę sententiā repetas, idque probatur in ca. relatū, iuncto c. pręcedēti de ele. nō resi. & vult expressè Pan. in d. c. relatum, & in c. abbate, in

te,in fine,de verbo.sig.huc spectat & lex, scire leges, supra alleg,cum aliis plurimis,interdum tamen verba æquipollentia non sufficiunt,sed requirũtur formalia,vt videre poteris infra in loco ab æquipollentibus, vbi reperies satis plenè,quando æquipollens sufficit,& quando non, & per Feli.in c.translato, de constit.& per eundem in c. humanũ genus.j.dist.& in locis per eum commemoratis.

18 SEXTO sciẽdum est,ꝙ †optimus,& efficacissimus modus conuincendi aliquem est per retorcutionẽ,& legem ꝓpriam,dum scilicet telũ ab aduersario porrectum in eũ retorquetur,suoque ipsius gladio iugulatur. Ita probat text. in c.in omni negotio,& ibi hoc notant Host.Io.And.Io.de Imo.Pan.& doct.de testibus,& est bonus tex.in c. qui syncera,xlv.dist.& pulcher tex.in l.sed an vltro.ff.de neg.gest. & pro hoc faciunt not.in l.j.ij.& iij.& per totum titulum. ff.quod quisque iuris,& maximè not.per Ang. in d. l.j. §.si 19 quis apud,vbi singulariter dicit,quòd doct †qui consuluit in causa aliena,tenetur illud consilium sequi in propria.circa quod tamẽ vide qđ pulchrè scribit Alex.de Imo.in excusationem cuiusdam doctoris,qui consuluit, quendam debere damnari ad mortem in cons.xix.vij.vol.incip.domini redemptoris,&c.circa primum dubium, &c. de isto etiam vide tritum exemplum apud Gell.lib.v.c. x. de Protagora, & Euathlo:quod notius est,quàm vt explicari debeat, cuius etiã meminit magnus ille Erasmus,in Chiliadibus suis, Adagio,mali corui,malum ouum,& Zasius in l.in ratione. §.quod vulgò,vers.quid tamen dicemus. ff. ad leg. Falcid. vbi bene explicat,quando procedit syllogismus cornutus, seu argumentatio bicornis aut complexiua,& quando nõ. Item habes aliud exemplum apud eundem Gell.lib. ix. ca. vlt.Item aliud non illepidum apud eundem lib. x.c. xxvij. & aliud apud eundem li.xv.c.ix Præter hæc apud Matthęũ c.xxj.vbi piissimus Iesu saluator noster proposita parabola duorum filiorum,& sequenti,responsionem scribarũ & pharisæorum contra ipsos retorquet.vide etiam exemplũ per Fran.Curtium,in consilio ij.& per Sali.in rep.l.ea quidem,in materia inquisitionis,C.de accu.& per gl.in l.inter dum.ff.de cond.indebit.& sæpe alibi.Itaque sis cautus, ne quid proponas,dicas,vel loquaris, quod contra te retorqueri possit.nam teste Iustiniano in l. ij. C.de veteri iure

enuclean

enucleando, multo vtilius est pauca idonea proloqui, quã multis inutilibus homines prægrauari: & omnino tacere præstat, quàm ea effutire, quæ iure reprehēdi possunt, vel contra loquentem retorqueri iuribus præall. iuncta l. expressa nocent. ff. de regulis iur. cum similibus. & hinc Marcus Anto. orator dicit se orationem nullam scripsisse, vt si quid superiore iudicio actum, ei quē postea defensurus esset nociturum foret, non dictum à se affirmare posset, vt refert Valerius li. vij. c. iij. cui titulus, vafrè dicta aut facta: & de retorcutiōe plura, in l. qđ fauore, C. de legib'. & in re
10 gula, quod ob gratiã, de reg. iu. li. vj. Pariformiter† optim' modus cōuincēdi aduersariũ, est per interrogationē, vt scilicet interroges eũ, & ex respōsiōe sua eũ cōuincas. Huius habes exēplũ apud Matth. in d. c. xxj. nã illuc dominus Iesus volēs cōfūdere Iudæos, insidiosè & calũniosè à se sciscitātes, quanã auctoritate faceret ea q̃ tũ faciebat, vicissim illos rogauit, baptismũ Ioānis è cœlo ne cēserēt esse, an ex hominibus. At illi videntes id qđ dicebat dominus Iesus ꝑplexũ esse, dixerũt, nescimus, quibus tunc à Domino Iesu responsum est, nec ego dico vobis, qua auctoritate hęc faciã. Idē fit & in duabus sequentibus parabolis, & in c. sequē ti circa finē, vbi vide. Est etiã ad hoc propositũ, bonus tex. in c. quo iure, & ibi Præpositus dicit, hāc esse euidētissimã victoriam, viij. dist. Ne tamen decipiaris, & vt cautior circa hæc reddaris, videto Gellium li. xvj. c. ij. vbi docet quemadmodum captiosis interrogationibus sit respondendũ, si tamen eis respondendum sit prout non, vt dicit gl. Barr. Bal. & doct. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Ad hæc eundem Gellium lib. xviij. c. ij. & c. xiij. Vide etiam gl. & docto. in c. ij. super verbo, rationabili, de confessis, lib. vj. & in c. cupientes, in prin. super verbo, malignantium, de ele. eo. lib. quibus in locis satis plenè reperies.

11 SEPTIMO scire oportet† omnia argumēta facilè solui posse, si attēdātur q̃ his versibus cōtinētur, Causa, loc', tempus, persona, rigor, nouitásque, Antiquũ, bonitas, vetο, cōsulo, præcipioq́ue. His si iungatur ꝓmissio ius variatur. Quos versus declarat Speculator in d. §. post hoc, in vers. & generaliter, vbi etiã declarat, ꝙ ferè omnia argumēta ĩ iure soluũtur aut per fallaciã æquiuocationis, aut per fallaciã accidētis, aut per fallaciã à dicto secundũ quid ad dictum simpli

ſimpliciter,quē vide,quia ponit diuerſos modos ſoluendi argumenta in iure: vide etiam Odofredum & Baldum in proœmio Digeſtorum in principio,& Odofredū in l. vnica, C. de nouo Codice componendo, qui mira quadam dexteritate inſtruunt, omnem argumentandi vim aliquo de tribus modis poſſe repelli & declinari, ſcilicet per aliter & aliter,per aliud & aliud, & per ſecundū quid,non ſimpliciter. Non autem ſunt omnia argumenta vnica ſolutione tollenda,vt faciunt imperiti chyrurgi, qui vno collyrio omniū oculos curare nituntur. Ita probat textus in ca.finali, iuncta gloſſ.xxix.diſt.in.non enim poteſt vnica aliqua vniuerſis morborum generibus ſalubris eſſe medicina, nec ad diuerſa iura vna ſolutio, ſed ex cauſa,perſona, * loco,tempore,& aliis ſupra commemoratis ſingula ſunt conſideranda,can.ſciendum,& ſeq. eadem diſtin.& l.aut facta vbi tex.ff.de pœnis,& faciunt notata per glo.& doct. in c finali,de tranſ.vnde & vulgariter dicitur,diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas,l.apud antiquos,C.de furtis,& can.ſi peccauerit. ij. q. j. cū ſimi.Hinc etiā vulgò dicitur, ꝙ verba debent intelligi ſecundū materiam ſubiectam, & quòd in omni oratione conſiderari debet perſona loquentis, & perſona ad quam ſermo dirigitur.l.ſi vno,in prin.ff. loc. l. plenū. §.equitij,cū ibi notāter Bar.& Bal.ff.de vſu,& hab.& c.ſolitę,de ma & obe.qui text⁹ ſunt ad hęc notabiles,de quo vide quod pleniùs dicā infra in loco à ſubiecta materia.

22 OCTAVO ſciendum eſt, quòd ſtudioſus † præcipuè conſiderare debet,an argumentum peccet penes aliquam fallaciam.turpe eſt enim & ignominioſum decipi per aliquam fallaciam, Quamobrem vt circa hóc vtcunque inſtruaris,& reddaris cautior, volo te ſcire, id quod Dialectici fallaciam vocant, apud Iuriſconſultos cauillationem nominari, quæ (ſi Perotto,& Calepino credim⁹)
23 eſt ſubdola † ratio,quā conſcij nobis mendacij, vincendi tamen cauſa proferimus. Pro quibus facit,l.ſi calumnietur* in principio.ff.de verbo.ſigni.Secundum autem Iulianū iuriſcōſultū in l.ea eſt natura cauillationis.ff.de re. [illegible] iur.&

AD.

* Perſona. Vide Tito Ariſtone.lib.j. Epiſ.Plini.

* Calumnietur. In Pac. Flo.ſi caluitur.

iur. & Vlpianum in l. natura cauillationis. ff. de verb. sign. Cauillatio est ab euidenter veris per breuissimas mutationes ad ea quę sunt euidenter falsa, disputationis productio.* Alibi autem glo. vocat fallaciam deceptionem, vt Instit. de obliga. in princ. & in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transa. Apud Græcos auté cauillatio dicitur, σόφισμα vt patet ex definitione Iurisconsultorum modo citata, quam restituit Alciatus lib. prætermissorum ij. circa finé.

24 Porrò quia hæc mutatio fit multipliciter, † aliquãdo in dictione penes significatum, aliquãdo in oratione penes significatum, aliquando penes accidens, aliquando ex minus sufficienti inductione vel cõuertibilitate, aliquãdo à diuisis ad coniuncta, aliquando à coniunctis ad diuisa, aliquando à quid in quale, aliquãdo à tali secundũ quid ad simpliciter tale, idcirco alia & alia committitur fallacia. Nam quando fit mutatio in dictione penes significatum, committitur fallacia æquiuocationis, vt in illo sophismate, omnis canis est latrabilis, sydus cœleste est canis: ergo sydus cœleste est latrabile, de quo per glo. in l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & in illo sophismate, quicquid currit habet pedes, Sequana currit, ergo sequana habet pedes, de quo per glos. in l. ij. ff. de officio procon. & leg. & vide elegans exemplum apud Gellium lib. j. c. iiij. & plura exempla per glos. in d. l. ea est natura cauillationis, & in glo. l. iij. ff. de vsucapio. Quando autem fit mutatio in oratione penes significatum, cõmittitur fallacia amphibologiæ, vt in hoc sophismate, quicquid est Nicolai possidetur à Nicolao, iste liber est Nicolai, ergo possidetur à Nicolao: de quo per gl. in d. l. quoties in stipulationibus. & in illo sophismate, verum est panem comedere canem. de quo per gloss. in l. fundum cuius. ff. de euictionibus. & per gloss. in l. librorum. §. penul. ff. de leg. iij. & glo. in l. si sub conditione. ff. de acceptila. Item & in illo, Cato iniustè criminatur, incertum est enim, an ipse ab alio criminetur, an ipse alium. de qua fallacia amphibologiæ etiam commemorat gl. in l. cum filium. C. de inofficio. testamen. & in l. & si ex modica. ff. de bonis liber. & sæpe alibi. Habet auté locum

A D. *Productio. Flo. perductio.

eam hæc fallacia amphibologiæ, quandocunque propositio vel oratio variè potest intelligi, siue id veniat ex diuersa ratione distinguendi, seu (vt nostri loquuntur) punctuandi, siue aliàs ex re. Exemplum primi, vt in l. nemo Iudæorum, & ibi Alberi. de Rosate notat, C. de Iudæis, & in c. j. iuncta sing. gl. in verb. clericum, & ibi Domi. & alij doct. not. de tempp. ordi. lib. vj. & patet in illo versu, Porta patens esto nulli claudatis honesto: si punctū collocés ante vel post dictionē nulli, prout fecit Abbas Robertus, qui propter hoc fuit priuatus abbatia sua, vt refert Alb. de Ros. in dictio. in verbo punct⁹, & indicat ille notissim⁹ versiculus; Vno pro puncto caruit Robertus asello, id est monasterio, quod vocabatur Asell⁹. Patet et exemplū ibi, Interficere reginā bonū timere nolite, Collocādo punctū ante, vel post verbū timere: & illic; Ibis redibis non subiicieris: distinguēdo ante vel post dictionē non, quod fertur à genio quopiā fuisse dictū dño Florentiæ, qui in hoc cōfidens iuit ad bellū, & succubuit. Exemplū secūdi, vt in l. vxores, in fine, iuncta gl. ff. de his qui notā. infa. & in d. l. cùm filiū, iuncta glos. cum aliis supra citatis. Porrò huiusmodi fallaciis vti solent dæmones dum reddunt oracula, vnde refert Albe. de Rosate in d. l. nemo Iudæorū, quòd dæmon quispiam domino Alberto Scoto, domino ciuitatis Placentiæ sciscitanti, de statu suo, responderit hunc admodum, Domine istes securus, inimici tui suauiter intrabunt terram & subiicientur domui tuæ, qui instar innocentis, qui credit omni verbo. c. innocens, xxij. q. iiij. intellexit verba vt sonant, cùm dæmon ad hūc modum senserit, domine stes securus, inimici tui sunt uiter, id est, tribus vicibus, intrabunt terram, & subiicietur, id est, ignem domui tuæ: atque ita euenisse Albericus testis est. Ad eundem modum potest diuersimodè intelligi responsum illud, Crœsus perdet Halim trāsgressus maxima regna, nam verbum perdo, hunc pro destruo, nunc pro amitto ponunt. Id verbum cum ille pro destruo dictū arbitraretur, deceptus est, secundum Historiographos. Item videmus & in illo ambiguo responso, dato Epirotarum regi Pyrrho, Dico te Æacida Romanos vincere posse, cuius facit mentionem gloss. in l. veteribus. ff. de pactis, & in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. Proinde fatui sunt, qui

talibus ambiguis responsis credunt. Quando autem fit mutatio penes accidens, vt quia ex duobus accidentibus diuisim sumptis, infertur aliquid coniunctim secundum accidens, tunc committitur fallacia accidentis, vt in hoc exẽplo, Ista asina est mater, quæ est vera, quia habet pullum, & est tua, quæ etiam est vera, quia tu es dominus, ergo est mater tua. & in hoc exemplo Titius est albus & est monachus, igitur Titius est albus monachus: licet enim multa prædicere diuisim, quæ non licet coniungere, vt bene declarat Io. And. per plurima quotidiana exẽpla, in pulchra & quotidiana quæstiõe, in regula, sine culpa, de regulis iuris libro vj. in Mercurialib. & meminit Pau. de Cas. in l. possideri §. j. ff. de acqu. pos. Quando aũt fit mutatio ex minus sufficienti inductione, vel cõuertibilitate, tũc cõmittitur fallacia cõsequentis, de qua infra in loco à partium enumeratione, & in loco à cõiterac cidentibus, & in loco à genere ad speciem, vbi reperies exẽpla. Quando aũt fit mutatio à diuisis ad coniuncta, vel cõtrà, tunc cõmittitur fallacia cõpositiõis vel diuisionis, secundũ q̃d oratio aliqua cõposita est vera, & diuisa, falsa: vel ecõtrà. Si em̃ cõposita est vera, & diuisa, falsa, tunc cõmittitur fallacia diuisiõis. Si verò in sensu diuisio est vera, & in sensu cõposito falsa, tunc cõmittitur fallacia cõpositiõis, de qua per gl. in d. l. quoties in stipulationibus, & ibidem per Io. de Imo. & per Panor. in c. ad apostolicam, de regul. & per glo. in l. manumissiones: & ibi Albe. de Ros. ff. de iustitia & iure, & per gl. in l. ij. ff. de con dic. instit. & per glo. Inst. de liber. in prin. & per glos. in l. vbi fideiussor. ff. de solu. & per Baldum & Salice. in l. in exercendis, C. de fide instr. vbi referunt argumentum quod faciebat filius patri de ouis, committendo fallaciam diuisionis. Eius etiam meminit Zasius in d. l. in ratione. §. quod vulgò, ante finem, & idem Zasius in illa quæstione, an filij duorum fratrum æqualiter gradu distantes succedant patruo in stirpes, an in capita, lib. j. resp. singu. ca. vij. & docto sæpe alibi. Quando autem fit mutatio à quid in quale, tunc committitur fallacia figuræ dictionis secundum dialecticos, vt in illo sophismate, quicquid heri emisti, hodie comedisti, carnes crudas heri emisti, ergo hodie comedisti carnes crudas: & habes aliud exemplum in l.

l.j.iuncta gl.ff.de reg.Cat.& idem videre poteris in pluribus aliis exemplis positis per gl.in l.quæ de tota.§.incertæ,& in l.vendicatio.ff.de rei vendi.& in l.debitor.§.fin.ff.de leg.ij.licet gl.in d.l.quæ de tota.§.incertæ, & in d.l.vendicatio,& in d.l.possideri.§.j.& ibi Bar.Pau.de Ca.& Alex.non satis circũspectè dicant,quòd ibi committitur fallacia accidentis, quia fit mutatio à quid in quale secundum eos,& idem dicit Io.de Imo.in d.l.debitor.§.fi.Sed incircunspectè & malè dicunt,mea sententia: nam quando fit mutatio à quid in quale,vt in exemplis positis per glo.& doct.in passibus suprà commemoratis, tũc committitur fallacia figuræ dictionis secundum dialecticos,& non fallacia accidentis,& ita etiam reperio sentire Ia.de Ra.& Alber.de Rosate in dict.§.incertæ,& Io.And.in reg.in generali,circa fin.de reg.iur.lib.vj.in Mercur.& Zasium in loco supra proximè allegato,&ita se habet rei veritas.Quando autem fit mutatio à tali secundũ quid ad simpliciter tale, tunc committitur fallacia à dicto secundum quid ad dictũm simpliciter, vt in hoc exẽplo,Homerus viuit vt poëta,ergo Homerus viuit.de qua fallacia habetur in l.si dictũ.§.in stipulatione.ff.de euict.& de ea ponuntur plurima exempla in l.penul. in j.gloss.& ibi Ang.ff.de iust.& iur.& vide vnum exemplũ per gl.in d.l.ea est natura cauillationis, & per Odof.& Bald.in proœ.Digest.& de ea meminit Bal.in d.l.apud antiquos,C.de furtis,& Zasius vbi supra. Hinc etiam nõ valet hæc consequentia,delegatus Papę est maior ordinario in causa sibi commissa,c.sane ij.de offi.dele.cum simi. ergo delegatus papæ est maior ordinario. Imò committitur fallacia à dicto ſm quid ad dictũ simpliciter,secũdum Barba.in rub.de offi.del.Huc ẽt faciũt not.per gl. quã ordinariam vocant, in c.cõstitutionẽ,de reg.li.vj. & notata p gl.in reg.quæ à iure,de reg.iur.e.li.& de hac re videre poteris latiùs infra in loco de tã quam.Hæc gratia exẽpli ꝓ iuuenibus qui dialecticam non didicerũt, dicta sufficiant de his octo fallaciis communioribus ac frequentioribus.

NONO studiosos omnes admonitos volo, vt in dis-
25 putationibus † cauti sint, ac circunspecti, diligentérque caueant, ne aduersariorum vagationibus elabi sinant, sed si sentiant illum aliòrsum diuertere quàm propositum erat,

dicant ciuiliter, Amice aut bone vir quod ais impertinẽs est; vel nihil ad versum, vel, ista quid ad Bacchũ, vel nihil ad rem, aut quorsum hęc. Item, video quid dicas, quid ve lis dicere non video? aut quippiam eiusmodi, pro quo fa ciunt iura vulgaria dicentiá articulos impertinentes nõ esse admittendos, l. non hoc, C. vnde cog. leg. neque nata les, C. de prob. & cap. in pręsentia, eodem tit. cum similib. Vnde refert Hieronymus in epistola ad Pammachiũ aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, veterem narrare historiam, Quod cum quidã disertè diceret, ferreturq; impetu ac volubilitate verborũ, causámque omnino nõ tangeret, prudens auditor & iudex, Bene, inquit, bene, sed quo istud tam bene. Estque summè cauendum, ne aduersarius dum argumentum diluere non potest, eludat tantum: imò prehensandus est is, qui cum disputas, ne elabatur hac techna.
26 Præter hæc † summa cura caueat dispu tans, ne iracundia vel stomachatione incalescat: quia per hoc facilè perpelli posset ad confitendum vel negãdum, quod confitendum vel negandum non erat: nam, vt inqt Cato, Impedit ira animum, ne possit cernere verum: id & Fabius * monet, qui ait bonũ altercatorem vitio iracundiæ carere debere, quod nullus rationi magis obstet affe ctus, quodq; extra causam ferat, & Cicerone teste, nihil cum ira * rectè fieri, nihil cõsideratè potest. Quæ res nõn in disputationib. tm̃ periculosa est, sed etiam in iudicijs. nam & iudex, qui innocentẽ quẽ punire non debuerat, ca lore iracundiæ inductus condemnauit, capite plecti iubetur, aut certè in insulam deportari: vt est tex. singularis in l. lex Iulia. in fine. ff. ad leg. Iul. repe. & hinc rectè dicit text. in l. ij. C. de cust. reorum, quòd iudicib' immodicè sę uientibus fræni temperies est adhibenda: sic etiam domi nis in seruos sæuientibus lex frænũ inijcit, vt eos iustis cõditionibus vendere cogantur; l. ij. ff. de his qui sunt sui. & Instit. eo tit. & idem de dominis temporalibus sæuien tibus in subditos, quia potest eis propter hoc auferri iurisdictio, iuxta singu. not. per Bar. Bal. & docto. in d. l. ij. proximè alle. & idem volunt Bal. & Aluarotus in c. vnico §. quic.

A D D. * Fabius. Lib. 6. ca. 3. Orat. instit.
* Ira. Hinc Xenop. li. 5 irà temere omnia fieri scribit.

§.quicunque aduocatiá, de pace tenenda, in vsibus feud. & Lud. Roma in consilio dxxiij. & Iacob. libel. de homagiis, & Francischinus in libel. feu. parte vj. q. j. Malè enim imperádo imperium summum amittitur, vt dicit Mim' ille celebris: & propter iniustitiam transferuntur regna de gente in gentem, Ecclesiastici x. cum concordantiis. Idem etiam reperio in viro nimium sæuiente in vxorem, iniicitur enim ei frænum, vt propter nimiam ei' sæuitiá auctoritate ecclesiæ fiat separatio quantum ad thorũ attinet, vt est tex. singularis in c. literas, & ibi Pano. & cæteri Canon. not. de rest. spol. sic & pater filium qué malè contra pietaté affecit, cogitur emancipare, & successione filij priuatur, l. fi. ff. si quis à paren. fuerit manu. & l. si lenones, C. de episco. audien.

27 DECIMO studiosos † iuuenes admonendos censeo, vt humiles sint, c. humilis, de maiori. & obedi. & non arrogantes, can. hoc habet, xlvj. dist. vtque non presumát iudicare de lege, nisi tota lege perspecta, l. incíuile. ff. de legibus: alioqui periculum est, ne illis vsu veniat; quod de Petro Bilardo referunt glo. & Odofr. in l. quinque pedum, C. fi. reg. is enim iactitarat se ex omni lege trahere posse sanum intellectum: At cum proponeretur ei enarrá da dicta l. quinque pedum, tametsi vix vndecim verba cótineat, rubore suffusus nescire se fassus est: de cuius legis intellectu aliquid ponit Alciatus in l. quidam ignauiæ, C. de decur. lib. x. & Aym. Riual. lib. ij. historiæ iuris ciuilis, in illa l. xij. tab. si quis sæpem, * vbi vide: Imò vidi ego hominem magis impudentem, ingeniosum tam ᷓ, qui in quodam cœtu ausus fuit effutire, quòd non proponeretur ei casus à iure decisus, quin enarrato sibi casu ex témpore diuinaret eius decisionem: cui cum per me quatuor duntaxat essent enarrati casus vulgares à iure decisi, puta casus l. cum auus. ff. de cond. & demon. casus l. Stichũ qui meus erit. ff. de legat. j. casus l. si Titius. §. fin. ff. de legat. ij. & casus l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si certum petatur. Nec in vno quidem rectè diuinauit, & cú videret, libris apertis, se tota errasse via, cõfusus abiit, & posthæc modestior redditus est, dedítque operam iuri, sed

ADD. * Sæpem. Extra in l. fi. ff. fi. reg.

sed non ita profecit, vt legimus de Seruio Sulpitio in l. ij. §. iuris ciuilis scientiam, in versi. Seruius autem Sulpiti⁹. ff. de orig. iur. Non enim nouerat bonus ille vir, iuris studium rem vsque adeo laboriosam, & subtilẽ esse, vt quis etiam post perlectum iuris corpus parum admodum sit assecutus: & tum demum ignorantiam suam deprehendat, cum ad scribendum de iure calamum abripuerit: id quod & de se attestatur Seneca, dicens se prius, quàm scriberet suam ignorantiam ignorasse, vt refert Ioan. Andr. in salut. Greg. in nouella, cui congruit quod est apud Gellium lib. j. cap. ij. Huc etiam pertinet, quod Petrus de bella pertica Burgundus, referente Paulo de Cast. in l. Mæuio, in princ. ff. de leg. ij. dixit se octies legisse Infortiatũ, neque tamen vnquam intellexisse illam l. Mæuio, nisi cũ nouissime eam legeret: cuius etiam nouissimum intellectum Barto. Bald. & omnes posteriores probant, reiectis omnibus aliis lecturis gl. Huc etiam pertinet, quod Bar. in l. in actionibus, in fi. ff. de in lit. iur. dicit se nunquã intellexisse materiam illius legis, nisi cum nouissimè eam legeret. huic etiam congruit, quod Philip. de Rhegio antiquus legum doctor, referente Pau. Cast. in l. pater Seuerinam, in prin. ff. de cond. & demon. ob nimiam arrogantiam, quia pollicitus fuit, se velle respondere ad quodlibet, in materia vltimarum voluntatũ, arguẽte Baldo cõfusionem maximam passus est. Debet ergo scholasticus, in iure proficere volens, esse humilis, & non arrogans, ac longo tempore discere, & indesinenter studere, & sibi aut suo ingenio non nimis confidere, ne sit miles antè, quàm tyro, aut magister antè, quàm discipulus, c. sic viue, & c. si clericatus, xvj. q. j. c. officij. & c. cum in magistrum, de elect. & c. relatum, xxxvij. dist. cum similibus. Pessimus enim, vt habet prouerbium, quisque sui ipsi⁹ est magister, teste Hieronymo ad Dextrũ in lib. de ecclesiasticis scriptoribus. Qualis enim erit ædificatio discipuli, si magistro se putet nõ indigere, vel si magistro se putet esse maiorem? certè nulla, viij. q. j. c. qualis, & ibi gl. dicit, quòd quidam discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedram. Nec debet scholasticus de lege (vt diximus) iudicare, nisi tota lege perspecta, d. l. inciuile, quia nonnunquam finis restringit, aut alioqui declarat principium, l.

si cum fundus, cum sua gl. ff. de verb. sig. posteriora enim aperiunt præcedentia, & ecótrariò, l. qui filiabus, in prin. & l. si seruus plurium. §. fin. cum vtrobique notatis, ff. de leg. j. & l. quisquis, in prin. cum gl. ff. de lega. iij. & l. nõ est nouum, cum duabus ll. sequ. ff. de legib. cum simil. Porrò
28 quemadmodum accidit interdum † vt sequentia declarent præcedentia; ita non rarò fit, vt posteriora prioribus derogent, l. pacta nouissi. C. de pactis, & l. si mihi. § in legatis. ff. de lega. j. cum simil, in dubio tamen cauda non est separanda à capite, sed debet lex plura habẽs capita vniformiter intelligi, c. maiores, iuncta gl. & ibi Panor. notat, de bapti. & facit l. iam hoc iure, cum sua materia. ff. de vulg. & pupi. subst. Et semper sibi persuadere debet scholasticus, quòd legis condendæ auctoritas sibi data non est, sed quòd auctoritas etiam eius qui doctoris insigne adeptus est, duntaxat probabilis est, non necessaria: iuxta not. per glo. ord. in c. j. de post. prælat. & per glo. in l. si de interpretatiõe. ff. de legi. & in l. j. vbi Odof. & doc. C. e. Et præcipuè caueat studiosus, ne propriæ innitatur prudentiæ, contra consi. Salomonis, Prouerb. iij. & c. ne innitaris, de constit. sed beatum Bernadum insequendo, semper minùs sensui suo, quàm alterius credat. Item maximè abstineat à facili reprehensione aliorum, iuxta consi. Salomonis, Prouerb. xviij. & Ecclesiastici xj. & transsumptiuè in can. eorum, xj. q. iij. Hinc Io. Fabri in proœ. Inst. scholasticum exhortatur, ne sit nouarum opinionum inuentor, nec aliorum facilis reprehensor, de qua re vide Hostien. in prin. Summæ, vbi ponit decem temerariæ reprehensionis modos: & omnino caueat, ne vocẽ propriã ignoret: sitque præcipuè diligens scholaris in vidẽdo & ponderando allegationes quas dabo, nec credat mihi, vel cuicunque alteri quid dicenti, sed videat super quo fundetur dictum, si velit ex hoc libello nostro quicquam fru
29 ctus consequi. Intelligentia enim † dictorum ex causis est assumẽda dicendi, vt eleganter dicit tex. in c. intelligẽtia, de verb. sig. neque enim sermoni res, sed contra rei sermo subiectus est, vt in eod. ca. & dictum doctoris debet intelligi secundum legem quam allegat, vt vult Bar. in l. non solum. §. si liberationis verb. ff. de lib. leg. & doct. sæpe alibi. vnde lege vel canone nõ probante id ad quod allega

allegatur, remanet nuda auctoritas allegantis, & verificatur illud vulgare prouerbium, Collapsa ruunt subductis tecta columnis, c. qualiter & quando, ij. vers. & ideo. de accu. & illud, Erubescimus cùm sine lege loquimur, §. consideremus. in auth. de triente, & semiss. Ex hoc autẽ quòd allegationes studiosus diligenter videbit, & excutiet, tri
30 plicẽ † consequetur fructum. Primò enim certior fiet de veritate allegationis, Secũdò melius intelliget quod dicitur, Et tertiò id melius memoriæ commendabit, cui consonat quod in simili dicit gl. repùt. sing. in §. igitur, in proœmio Instit. Et hactenus quidem præfati sumus ea, quæ ad locos intelligendos visa sunt necessaria, nunc ad ipsos locos accingamur.

LOCI ARGVMENTORVM LEGALES, NICOLAO EVERARDO AMIDELBVRGO I C. Auctore.

LOCVS AB ORDINE.

1 Ordinis vis tum in discendo, tum in docendo.

2 Loci ab ordine argumentum frequens in libellis, iudiciis, contractibus & vltimis voluntatibus.

3 Ordine verborum non attento, talis ordo præsumitur, qualis esse debet. 4.

4 Libellus in quo peto rem, vel æstimationem, sustinetur.

5 Copula &, quandoque inducit ordinem, & non coniungit contra eius propriam naturam.

6 Ordinis neglectus, seu præposteratio vitiat actum, & reddit eum nullum quando datus est pro forma.

7 Ordo eorum quæ in lege, vel canone, aut dispositione alicuius inter viuos, vel in vltima voluntate ponuntur, ponderandus est, quia ex ordine præsumitur & colligitur mens & voluntas disponentis. quod tamen cum limitatione est accipiendum. 8.

Consuetudo patrisfamilias testantis, contrahentis, aut aliter disponentis prius inspicienda est, quàm consuetudo regionis. 3.

9 Ponderandus & seruandus est ordo, vbi qualitas est causa exaggerandæ executionis: nam tunc ante sententiam debet constare de qualitate, nec sufficeret de ea constare posteà.

10 Or

10 *Ordinis omissio vel praeposteratio vitiat actuum, quando ordo est substantialis, etiam si interueniat consensus partium.*
11 *Ordo non curatur vbi constat de intentione legislatoris, vel alterius disponentis.*
12 *Filius cui in dubio potius teneatur obedire, patri an patriae?*
13 *Praerogatiua arguitur ex ordine. fallit nu. 15.*
14 *In Capitaneo deligendo quid attendendum.*

PRincipiò quidem Locum ab Ordine tractabimus, à quo potissimùm auspicari libuit, quòd ordo
1 † plurimùm habeat momenti, tum in discendo, tum in docendo, * tum in proferendo, tum in coniecturando, tum in prelatione, tum in exequendo, tum in similibus. & hinc non sine causa Paulus Apostolus, ad Corin. c. xiiij. in fine, iubet, omnia decenter, & secundum ordinem fieri. Habemus igitur in iure locum ab Ordine. Cuius quidem
2 loci argumentum † frequens admodum est in libellis, iudicijs, contractibus, testamentis, & vltimis voluntatibus, quod & adnotauit Bal. in l. conuenticula*. C. de epis. & cler. Quinimò argumentum ab ordine vsque adeò interdum validum, necessarium, & efficax est, vt peruersio, vel praeposteratio ordinis reddat actū nullum, vt putà vbicunque constat ordinem esse substantialem, vel datum pro forma, vt in mandatis exequendis, aliisque casibus, de quibus infrà. Ita sentit Archi. in c. sit rector. xliij. distinct. & probatur in c. venerabili, de offi. deleg. in c. Pisanis, de resti. spolia. & in c. cum dilecta, de rescrip. cum similib. de quibus infrà. Et de isto argumentādi modo vltra passus iam commemoratos, habetur per gl. & Archi. in c. Metropolitano. lxiij. dist. & per gl. in c. vt euidenter, j. q. j. & in c. alienus. xxiiij. q. j. & in c. Si quis iustò. de ele. lib. vj. & in c. mandato, de praeben. eo. lib. & in c. j. xx. dist. [illegible] & in

ADD. * Conuenticula. Et vide ibid. Bal. enumerantem varia argumētorum genera. eundem Bald. in j. constit. §. quibus. vbi de arg. ab ordine, P. Praeteru[illegible]

& in pluribus aliis locis. Porrò formatur hoc argumentum ab ordine multipliciter ad multiplicem effectũ, vno
3 modo sic, † non atento ordine ordine verborũ, talis ordo præsumitur qualis esse debet, l. talem. in prin. ff. de hæred. instit. & c. causam quæ, & ibi habetur per Hen. Boich & alios cano. de rescrip. Et not. Bart. Bal. & doct. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. Nomina enim & verba transposita idem significant, l. quidam; & ibi in gl. ff. de pecul. leg. & l. ambiguitates, & l. præposteri, & ibi Cy. Sal. & do. C. de testamen. quod facit ad multa. Et gratia exempli pro instructiõe iuuenum, per istud in primis sustinetur libellus, in quo fit mentio de exceptione rei, & vnico contextu adiicitur replicatio actoris. Exempli gratia, Dico in libello, te debere mihi. x. ex mutuo, & si tu dicis quòd feci tibi pactum de non petendo, dico pro replica, quòd fecisti postea mihi pactum de petẽdo, de quo est tex. in l. si cũ pater, & ibi not. Bar. Bal. in ij. no. Saly. & alij C. si aduer. rem iudi. & licet hic videatur peruerti ordo, quia prius debet excipi per reum; quàm replicari per actorem, tamen in veritate non peruertitur ordo: quia licet in ordine scripturæ videatur priùs replicari per actorem, quàm sit exceptum per reum: in ordine tamen iuris & intellectus videtur prius excipi & posteà replicari, secundum Bald. in d. l. si cum pater, qui ad hoc allegat d. l. talem. Dicta tamen practica non videtur tuta, nec bona secundum Paul. Cast. in d. l. si cum pater, per viuas rationes, de quibus ibi per eum. Item secundo per istud sustinetur libellus, in quo concluditur & petitur, Titium cogi, & condemnari ad soluendum x. licet enim prius videatur peti executio, quàm condemnatio, quod fieri nõ debet, quia ab executiõe nõ est inchoandum. l. ij. C. de exec. rei iud. & l. si cùm nulla. ff. de re iudi. cum simil. Tamen si bene consideretur, hic est præposteratio verborũ magis quàm intellectus. Primò enim videtur petitum condemnari quàm cogi, quia sic se habet ordo rationis secundũ Bal. in d. l. conuenticula. Et valunt Bar. Ang. Alex. & doct. in l. ij. §. prius. ff. de vulga. Et idem Bart. in d. l. si cùm nulla. Et idem Bar. Bald. & doct. in d. l. ij. & Angel. in d. l. Gall. §. quidam recte, in prin. & idem Ang. & Ioan. de Imo. in l. nec enim. ff. de solu. & Panor. in c. j. de lit. cont. & ide Panor. in

nor.in c.olim causam.per illum rex.de cens.& Bar.in d.l. quidam,& Bal.in §.quib.in j.const.C. Et idem Bal.in l.edita,in rep.Pa8.C.de eden.Et Pet. de Anch.in c.nihil obstat.de verb.sig.Hinc etiam est, quod † sustinetur libel-
4 lus, in quo simpliciter peto rem,vel æstimationem, quia semp videor petere illud, quod de iure possum petere, & eo ordine & modo,quo de iure permittitur.Ita dicit Spe. in tit.de obli.& solu.§. sequitur, versi. Et quid si libellus. & sequitur Bal.in l.Sancimus j.C.de sac.san.eccle. & Ias. in §.Item Seruiana,in fine,Insti.de acti. vbi hoc multum commendat.Securius tamen est, petere rem si extat,alio qui æstimationem.Hinc etiam est, quòd quando plures personæ,inter quas est ordo charitatis non abstractus à ratione debiti naturalis,ad inuicem subordinátur in aliqua dispositione,per copulam,&,non concurrunt simul, nec faciunt sibi partes per concursum, licet hoc videatur de natura copulæ,sed veniunt ordine successiuo, text.est nota.iuncta gl.in d.l. Gallus.§.quidam rectè, vbi de hoc vide latius per Bar.Bal.Ang.& doct.& præcipuè per Ioan.de Imol.& per Bald.in l.liberti libertæque,in versicu. quæro igitur primo, C.de ope.liber.vbi reperies pulchra exépla,& per Sal.in l.ij.in xvij.q.C.de iure emph.Vide etiam ad hoc textum ibi Io.de Platea in l.j.in fi. C.de priuil.co.qui in sa. pal. mi.lib.xij.Et vltra hæc, est, textus in §.quinetiam,& ibi Bal.& Aluaro.in titu.Episcopum vel Abbatem,& in c.j.§.filia verò,& ibi etiam Bald. de succe.feud.in vsib.feud. Regulariter tamen de natura copulæ,&,est cóiungere,& copulare, vt videbimus infra,
5 in loco à natura copulæ. Quod autem † in casibus iuriũ proximè citatorum copula,&,inducit ordinem,& nõ cõiungit,est contra propriam naturã,ratione subiectæ materiæ, cuius ratione & aliæ multæ impropriætates * admittuntur à iure, vt plenè videre poteris infra in loco à subiecta materia. Valet etiam hic arguendi modus ab ordine,ad hoc quòd in actione hypothecaria proceedit libellus non præmissa excussione, nisi opponatur de

prepo

ADD. * Improprietates. Improprium variè dignosci, verbáque ex causis impropriãda docet A. Alciatus comment.l.x.de verb.signific. Pratæus.

præposteratione ordinis ante litis contestationem. Ita notat Bal. in d.l. conuenticula, quod est notabile pro intelligentia auth. hoc si debitor. C. de pignori. quæ vult, nõ posse agi hodie actione hypothecaria cõtra tertium possessorẽ, nisi prius excusso principali debitore, vt hoc procedat si excipiatur ante litis cõtestationem, alioqui valet processus. Et idem eadem ratione dicendum puto in beneficio ordinis competẽte fideiussori, auth. præsente. C. de fideiuss. & in auth. de fideiusso. in principio cum singulari gloss. vt nisi ante litem contestatam proponatur hæc exceptio de præposteratione ordinis, valeat processus non excusso principali contra fideiussorem habitus, qui hoc non opposuit. Et ratio est, quia istæ sunt exceptiones dilatoriæ, quæ ante litem contestatam debent proponi. c. pastoralis, de except. & l. penul. C. eo. tit. cum simil. Et ita reperio velle Bart. in l. iij. ff. de excep. & Ang. in l. decem. ff. de verb. obl. & Pet. & Cynum in l. exceptionem, in vij. q. C. de prob. & Bar. Ang. & Sali. in d. auth. hoc si debitor, & Pau. de Cast. in l. fi. ff. si cer. pet. Et ista est veritas, quicquid sentiat glo. in d.l. iij. circa finem, quæ communiter reprobatur. Et si plenè vis instrui de materia d. auth. præsente, vide Hippolytũ de Marsiliis in Rub. de fideiuss. vbi reperies plures notabiles, & singulares limitatiões ad d. auth. præsente, ad quem, quia ab omnibus habetur, remisisse sufficiat. Si etiam vis plenè instrui in materia excussionis, quæ est freques & quotidiana in practica, vide omnino Ang. & Ias. in §. item si quis in fraudem, Insti. de actio. Hinc etiam est, quòd vbi in instrumento reperiuntur plures actus successiuè celebrati, semper præsumitur ille actus præcessisse, qui reddit actum validum. Ergo si in instrumento reperitur primo loco scriptum, donationem fuisse factam à patre filiofamilias: deinde in eodem instrumento contineatur, filium fuisse emancipatũ, debemus conuertere ordinem scripturæ, vt teneat & valeat dispositio, quia donatio facta à patre filio in potestate constituto regulariter non valet à principio, sed indiget cum

ADD. *Ordinis. An beneficium diuisionis inter duos confideiussores post litem contest. opponi possit, vide Barto. in l. si dubitet. D. de fideiuss.

get confirmatione per mortem,& sic potest à patre reuocari,l.ij.C.de inoffi.don.cũ simi.Ita singulariter decidũt Cynus,Bal.Ang.& Io.de Imo.in l.cum in testamento §. j.per illum tex.ff.de hæred.insti.& sequitur Alex.de Imo. in d.l.ij.§.prius,& idem Alex.in l.diuortio,ff.sol.mat.& Iaſ.in l.fi.C.de edi.di.Adri.tol. Valet etiam hic arguendi modus,ad hoc quòd licet ante omnia habeat opponi exceptio declinatoria fori,l.fi.C.de excep.& c.inter monasterium,& ibi habetur pulchrè per Panor, & Cano. de re iudi.tamen si in eadem scriptura primo quis opponit cõtra actorem, putà quòd sit excommunicatus maiori excommunicatione,& sic non admittendus ad agendum,c. intelleximus,de iudiciis,& c.pia,de except.lib.vj.& secũdò opponat contra iudicem,& eius iurisdictionem,videtur exceptio contra iudicem primo opposita secundum ordinem intellect.ita singulariter dicit Bar.in l.quidam cõsulebant,q.pen.vers.vnde si prius.ff.de re iud.& sequitur Bal.in d.l.exceptionẽ.Et idem Bald.in d.§. quibus,& Io.de Imo.in l.si ita scriptum, in prin.ff.de leg.j.& Alex. de Imo.in d.l.ij.§.prius,& Felinus in d.c.inter monasterium.in versi.prima declaratio,vbi singulariter dicit,hoc procedere etiam si nõ fiat protestatio. Cautius tamẽ est, hanc exceptionem declinatoriam fori primò & per se opponere vel adiicere protestationem:quod manda memoriæ.nam frequenter contingit in practica.Secundò,argumentum ex hoc loco potest formari contrario modo sic,

6 Neglectus,† vel præposteratio ordinis vitiat actum,& reddit eum nullum, de hoc sunt plures textus not. & in primis in d.c.cum dilecta,in d.c.pisanis.in d.c. venerabili,& in d.l.ij.§.prius,in princ.Item in l.prolatam,cum ibi notatis per glo. Bar.Bal.& doct.C.de sent.& interlo.omni.iudi.& in c.fin.cum ibi nota.per glo. Præpo. & Philip. de appel.& in c.quia propter,de elect.& in l.hac cõsultissima.circa principiũ,C.qui test. fa.pos.& in l.à diuo Pio, §.in venditiõe.ff.de re iud.secundũ intellectũ Io.Glossatoris approbatum ibidem per Io.de Imo. & Alex. & per Felin.in c.quod ad consultationem, de re iudi. secundum quorum opinionem executio sententiæ est nulla, si non seruetur ordo traditus in d.§.in venditione.quibus quidem ego subscribo,etiam si non ignorem Bart.& plures

alios

alios in d.§.in venditione, diuersum sentire, quod vide vt memineris. Neque est quod mireris, præposterationem ordinis actum vitiare in casib' dictarum legum, & Canonum: nam illic ordo videtur datus pro forma, omissio autem formę vel solennitatis vitiat actum, alioqui validum futurum, vt dixi supra, & dicã latius infrà, in Loco à defectu formæ. Quin & ordo est figura substantiæ cuiusque rei, vt eleganter dicit Bal. in cõsilio Schismatis, posito in Rub. C. si quis aliq. test. proh. & scire quid facias, nescire autem quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, vt alicubi dixit Ambrosius, & post hunc Bal. in princ. j. const. Digest. Itaque patet, quòd magni momenti est ordo, cum eius neglectus, seu præposteratio multis in casibus reddat actum nullum, iuribus præallega. in quibus habentur plurima quotidiana exẽpla. Hinc etiam præpostera petitio non procedit, tex. est nota. in l. vt debitum, C. de hære. actio possent & adduci alia, quæ hic consultò omitto. Tertiò, argumentum ex hoc loco

7 potest formari aliter sic. Ponderandus† est ordo eorum, quæ in lege vel canone, aut dispositione alicuius inter viuos, vel in vltima voluntate ponuntur. Quia ex ordine pręsumitur & colligitur mens & voluntas disponentis, l. quoties, in principio, vbi est tex. nót. ponens casum quotidianũ. ff. de vsufructu. l. generaliter. §. quid ergo, le. ij. ff. de fideic. libertati. l. qui soluendo ij. ff. de hære. instit. & Auth. hoc amplius, C. de fideicom. & in corpore vnde sumitur, cum simil. Per quos tex. Ang. & Io. de Imol. in d. l. qui soluendo, dicunt quòd ex ordine verborum designatur ordo intellectus, & inducitur prælatio in his, quæ nõ possunt applicari, nisi vni ex nominatis, & declaratur ordo charitatis, vt sic præsumatur quis charior sit, vt ibi latiùs per eos. Et idem vult Bal. in l. j. C. de edi. di. Adri. tol. sic etiam ex ordine datarum inducitur prælatio, siue sit diuersitas datæ in diebus, siue in horis, vt est gl. not. in c. duobus, & ibi doct. not. de rescrip. lib. vj. & gl. mag. in c. si soli, de concess. præben. eo. libro. Et est casus singul. in c. ex parte j. de offic. dele. per quem text. deciduat quotidianam quæstionem Paul. de Cast. & Io. de Imol. in l. si domus. ff. de leg. j. quam vide per te. Et idem ante eos voluerunt Bar. & Bal. ibid. licet nõ meminerint d. c. ex parte, & idem vult Panor. in d. c. ex parte, & idem Panor. & Felin. in c. pastoralis. §. quoniam, de rescrip. quod nota. Hinc etiam

Felin.in d.c.cùm dilecta,post Angel.per eum relatum commemorat,quòd cùm Vrban⁹ Papa permisisset fratribus Minoribus,quòd ex tribus per eos nominandis vnum crearet Cardinalem,& tres nominassent nō recto ordine, sed in figura sphærica,ne videlicet posset agnosci,quis eorum esset dignior,Respondet eis Vrbanus perquàm lepidè.Ordinem peruertistis fratres,& ego ordinem peruertam:& neminem ex illis tribus per Minores nominatis creauit Cardinalem, sed generalem ordinis.Cui consonat, quod eleganter scribit Caius lib.Inst.primo,tit.ij.circa fi.cuius hæc verba sunt, Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit,idest,in circulo,vt qui prior,qui posterior nominatus sit,possit agnosci,nulli ex his libertatē posse valere manifestum est,si agnosci non potest, qui prior, qui posterior manumissus fuerit,cùm ordo constitutus seruandus sit,secundum eum.Hinc etiam est,quòd prius inspicienda est cō suetudo patrisfamiliàs testantis,contrahentis, vel aliter disponentis,quàm consuetudo regionis:quod euidenter ex ordine literæ probatur legibus infra scriptis,primo in l.Si seruus plurium.§.fin.ibi,Ante omnia ipsius patrisfamiliàs consuetudo,deinde regionis,in qua versatus est,exquirēda est. ff.de leg.j.Secundo in l.hæredes palàm.§. si quid post, in fine,ibi ex consuetudine patrisfamilias,vel regionis.ff.de testam.cum simil.& ita in pulchra q.reperio velle Ang.in l.ij. ante finem C. de iure emphy. & idem vult Roma. singula. DCLXXVIII.licet sit corruptus. Hinc etiam rectè dicunt Dy.Ang.Bal.& Io.de Imo.in d l. si ita scriptum,& Bart.in l. qui duos,illo eod.titu.ꝙ si miles habens duos equos, reliquerit hospitalariis vnum,& alium fratribus Prædicatoribus,& vnus eorum sit longè preciosior altero,quòd in dubio hospitalarij tanquam primo nominati eligent. Ex ordine enim verborum præsumitur voluntas disponentis,& ordo intellectus, iuribus præallegatis. & de consec. distinct. ij.c.in Christo patre,& l.hæredes mei.§.fin.vbi est tex. sing. ff.ad Trebe.Et quod prius est in voce,præsumitur prius esse in sensu.l.si communis seruus ita,in fine,vbi textus nota. ff.de stip.ser.& c.quoniam Abbas,cum ibi not.per gl. & Canon.de offi.deleg. Et quod prius est scriptum, præsumitur prius esse factum,d.§.quibus,ex quo sequuntur multa.Primò,quòd si in Registro oppidi reperiatur, quòd Titius ea-

dem

dem die rem suam obligauit tibi & mihi, si tua obligatio est prius scripta, præsumitur prius facta, & sic tu debes mihi præferri, per ca. qui prior de reg. iur. lib. vj. Et ita sing. volũt Bald. & Pau. de Castr. in d. §. quibus, per illum textũ, & Bal. in l. de rebus, vers. quæro quomodo. C. de don. an. nupt. & Ioan. de Platea in l. j. vers. si autem, C. de iure fisci. libr. x. Secundò, ex isto sequitur, quòd si in eodẽ volumine statutorum reperiantur statuta contraria, quæ non possunt distinctione ad concordiam reduci, & Iudex, siue Potestas iurauit seruare statuta, quòd debet seruare vltimum tanquàm vltimò factum, & sic corrigens primũ. Ita singulariter vult Alber. de Ros. in j. parte statu. q. xix. post Dy. per eum relatũ. & idem vult Cynus in l. ij. C. de test. tut. & Io. And. in c. primo, de iureiur. lib. vj. in nou. & ibi etiam Pet. de Anch. cum quadam tamen limitatiõe. hoc etiam expressè firmat idem Pet. de Anch. in Rep. c. Canonum statuta, in xiiij. q. principali, de constit. & Bartol. in repet. l. omnes populi, in tertia q. principali, in fine. ff. de iustitia, & iure. & Paul. de Castr. in d. §. quib⁹. Tertiò, ex isto sequitur, q̃ leges triũ vltimorũ librorum Codicis, corrigunt leges contrarias, si non possunt distinctione ad concordiam reduci: & non corriguntur ab eis, cùm sint posteriores in ordine, & sic præsumuntur vltimò factæ: * & ita reperio expressè velle Ioan. de Platea in l. litibus, in fine C. de agri. & censi. lib. xj. Hoc tamen volo te singulariter adnotare, quod dicta theorica, Quod prius
8 est scriptum, præsumitur prius esse factum, debet † limitari, nisi sic interpretando actus principalis præcedens in ordine redderetur inualidus, qui si fingatur sequi, erit validus, & vterque actus sortietur suum effectum. Tunc etenim debemus conuertere ordinem scripturæ, vt valeat dispositio in vtroque casu, vt dixi suprà. Casum habes & exemplum in d. l. cum in testamento. §. j. iunctis ibidem not. per Cyn. Bal. Ioan. de Imo. & docto. Quartò, ex isto inferri potest, q̃ in desponsatione primò debet interrogari sponsus, & deinde sponsa. Ita dicit gloss. in l. ij. in princ. ff. de adopt. & probatur in capit. licet, de sponsa duo. & in capit. penult. de sponsal. ex ordine verborum illorum textuum, & hoc notant

ADD. * Factæ. Hoc verum esse non potest, nec leges à Platea citatę probant.

tant Io. An.& Panor.in d.c.pe.& ita communiter seruatur apud nos. dicit tamen ibidem Panor. quòd fortè expedientius esset, sponsam primo interrogari, propter instabilitatẽ, & inconstantiam mulierum, & ita seruatur Paduæ, & ibi refert Io.And. sed non est vis in hoc quomodo seruetur, quia istud non est de substantia matrimonij, secundum Panor.& bene, in d.c.pe.& ergo præposteratio ordinis in illo casu nõ vitiat actum. Quarto, argumentum ex hoc loco potest for-
9 mari sic. Ponderandus, & seruandus est ordo,† vbi qualitas est causa exaggerandæ executionis, nam tunc ante sententiam debet constare de qualitate, nec sufficeret de ea constare postea. text. est no. in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. actio.& facit l. non ignorat, & ibi Bal. C. qui accu. non pos. quod manda memoriæ, quia facit ad multa, vt videre poteris ex his quæ dicam infra, in Loco ab effectu eorum, quę simul requiruntur ad esse. Sed quia isti tres vltimi modi argumentandi, contrariantur his, quæ dicta sunt supra in prima argumentandi formula, Ideo pro intelligentia huius materiæ, & concordia pręmissorum iuriũ, volo te duo quę-
10 dam pulchra scire. Primum est, quòd si constat †ordinẽ esse substantialem, vel datum pro forma, omissio, vel præposteratio ordinis vitiat actum, & sic procedit secundus modus arguendi, & d.l. prolatam, & d.l.ij.§.priùs, & d.c.fi.& d. c. venerabili, & d.c.cum dilecta, & d.c. Pisanis, & d.c. quia propter, & d.l. à diuo Pio. §. in venditione, & d. l. hac consultissima, quarum legum, & Canonum casus teneas menti, quia sunt singulares, & quotidiani. Et istud est adeò verum, quòd etiam si interueniat consensus partium, non validatur act*, quia pactis priuatorum iuri publico non derogatur, l. ius publicum. ff. de pactis. Ita dicit gl.no.in c. de causis. de offic. deleg. approbata per doct. limita tamen eam, prout limitatur per gl.& doct. in l.ij.C. com. vtri. iud. quæ singulariter dicit per illum text. ꝙ licet consensus partium non possit operari, vt valeat in vim sententiæ: potest tamen operari, vt valeat in vim pacti.& idem volunt Pan.& Feli. in d. c. de causis, quod not. Sin autem constat, ordinem non esse substantialem nec datum pro forma, tunc non curatur ordo, & sic procedit primus modus arguendi, & iura illic allegata. Hãc theoricam ponit gloss. ord. in c. pen. de purg. can. & sequitur Ioan. de Imo. in d.l.ij.§. prius, & Bal. in titu. quid prææe.

debe.

debe. an inuesti. in vsib. feud. & in dubio illud non censetur esse de ordine substantiali, vel formali, quod omissum parat leue praeiudicium: secus, si paret graue praeiudicium, l. j. in fi. cum ibi not. ff. de ven. inspi. & per hoc dicit Bar. in d. l. ij. §. priùs, quòd omissio signi crucis non vitiat inuentariũ, licet ius illud requirat. l. fina. C. de iure delibe. de quo vide plenius per Io. de Imo. Alex. & doct. in d. l. ij. §. priùs. & per Bar. & Iaso. in l. cum hi. §. si praetor. ff. de transact. & aliquid per Bart. in l. nec ei. §. fin. ff. de adop. Sed quia haec doctrina non est sufficiens ad concordandum omnia iura in hac materia ordinis seruandi, vel non seruandi citata, idcirca volo te scire secundò, quòd in hac materia datur alia doctrina, haec, videlicet, quòd vbi constat de intentione legislatoris, vel alterius disponentis, tunc non curamus de ordine, d. l. nec ei. & est casus pulcherrimus in capit. authoritate, de concess. praeben. lib. vj. & in c. pen. de praeb. eod. lib. & sic procedere potest primus modus arguendi: Sed vbi de intentione disponentis non constat, tunc ex ordine in dubio praesumimus affectionem eius & mentem, & ergo inspicimus ordinem, d. l. quoties. in princ. & d. l. generaliter, §. quid ergo, cum aliis iuribus supra allegatis, ita dicunt Dynus, Angel. & Ioã. de Imol. in d. l. nec ei, & Odof. Alber. de Ros. & docto. in j. constitu. Digestor. & idem Odof. & Alb. in l. vnica, C. de nouo Codice cõp. & ita procedit tertius modus arguendi, & iura illic allegata. Et etiam quartus modus arguendi, & iura illic allegata: & potest assignari ratio, quia in incertis, non in certis locus est coniecturis, tex. in l. continuus. §. cum ita, in fi. ff. de verb. oblig. Sed nec haec doctrina est perfecta, nisi addatur tertiũ membrum: videlicet, Aut constat, ordinem datum esse pro forma, & tunc seruãdus est ordo, vt in iurib. s. alleg. & sic procedit secundus modus arguendi. Recollige ergo ex dictis duabus doctrinis simul iũctis, talem distinctionẽ. Aut cõstat, ordinem datum esse pro forma, aut nõ: & si nõ, aut cõstat de mẽte legislatoris, vel alteri⁹ disponẽtis, aut nõ: & in quolibet mẽbro dic, vt dixi supra, quod insculpas memorię pro concordia multorũ iuriũ diuersimodè loquentium. Et per praemissa deciditur quaestio illa quotidiana, Cui tenesur filius in dubio potiꝰ obedire patri, an patriae, licet prima facie videatur quòd patri, per l. veluti, ff. de iust. & iure. ex ordine literae illius l.

contrarium tamẽ est verũ, per tex. singularem in l. postliminium. §. filius. in fine ff. de capti. vbi Iurisconsultus inquit, disciplinam castrorum antiquiorem fuisse parentibus Romanis, charitate liberorum, nota. gloss. in verb. reipublicæ. in l. j. §. & generaliter. ij. ff. de vent. in poss. mitt. & Cicero in Officiis, & Valerius Max. de disciplina militari, & alibi. Huic etiam consonat elegantissimum verbum Scipionis Africani Legati Antiochi Regis Asiæ & Syriæ, pacem petentibus, & filium Africani captum pro peculiari dono ferentibus, datum in hunc modum. Priuata beneficia à rebus publicis segregata esse: aliáque esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantùm, verùm etiam vitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatóque impendio munificentiæ Regis responsurum: quòd ad bellum pacemque pertineat, nihil neque gratię dari, neque de iure patriæ decidi posse, & cætera. vt elegantissimè refert Iustinus lib. xxxj. Cùm ergo hæc quæstio claré sit decisa in d. §. filius, & in l. minimè, in fine. ff. de religio. & sump. fune. & in locis suprà commemoratis, non est attendendus ordo literæ, d. l. veluti. de qua quæstione vide amplissimè per Albe. de Ros. in d. l. veluti. quia tamen hæc materia seruandi ordinis vel non seruandi est multùm longa, & (vt vocant) Borcardica, videre poteris de ea latiùs per Cy. & Sali. in d. l. præposteri. & per Bart. in d. l. ij. §. prius, vbi hanc materiam meliùs tractat quàm alibi, & plenè per glo. Io. Andr. Ant. de Butrio, Io. de Imo. Henr. Boich. Feli. & alios Cano. in d. c. cùm dilecta, & per eundem Henricum Boich. in d. c. causam quæ, & in c. ad audientiam j. de rescriptis, & plenè per Bald. in l. si duas, in prin. ff. de excu. tut. & per Bald. in d. ambiguitates, & per eundum in §. sed si instituto, Insti. de vulg. subst. & per Io. de Plat. in l. vnica, C. vt digni. ordo serue. lib. xij. Vide etiam per Ang. in §. inordinatum, in versicu. etenim, in Auth. de hære. & falci. coll. j. & per Io. de Imo. in d. l. si cõmunis seruus, & per Ioã. Fabri. in §. ante hæredis, Instit. de lega. & per Bal. in d. l. prolatam, & per Rodolp. Agric. lib. iij. de inuent. diale. c. vj. vij. viij. ix. & seq. in quibus locis reperies de multiplici ordine, & quando seruandus est ordo, & quando non. Item quando præposteratio ordinis vitiat actum, & quando non. Quintò argumentum ex hoc loco
13 formatur aliter sic. Ex ordine † arguitur prærogatiua, ita

notat

notat gloss.notab.in cap.quorundam, in verbo prædicatorum, de elect. libr. vj. & ibi Dominicus & Philip.Franc. dicentes, quòd illi religiosi sunt præferendi in processionibus, in sessionibus, & aliis, qui primò fuerunt approbati, & confirmati per Ecclesiam, arguendo ab ordine literæ d. cap.quorundam, vt ibi arguit gloss.& illam gloss.ad hoc notat Panor.in cap.Nicolao, in princip.de appellatio.& idem Panorm.in cap.sedes, de rescript.& in cap.auaritiæ, de præbend.in quibus locis multùm commendat d. gloss. Ego autem pro hoc adduco tibi plures alias gloss. videlicet gloss. in cap.final.in verbo prædicatores, de pactis.libr.vj. & glos. in clem.vnica, in verbo, regum, de baptis.& gloss.in cap.bene quidem, in verbo Mediolanensis, xcvj. distinct.& gloss. in l.si fundum sub conditione. §.his verbis. ff. de legatis j. quam ad hoc applicat Alber.de Ros.in prima parte statutorum, quæst. clxxij. in pulchra q. & facit text. in capit. nimis praua, de excessib.prælа. In Tuscia tamen Minores vadunt ante Prædicatores, quia ita est consuetum, secundum Bald.in l.obseruare, in §.antequàm.ff.de offic.Procon. Lega.Et isto arguendi modo vitur Cynus, & post eum Pau. de Castr.in l.iiij.C.de sum. Trini. & vbi ex ordine dictæ literæ colliguntur, dignitatem clericatus esse maiorem dignitate militari, de quo articulo vide pulchrè per Panorm.& posteriores in d. capit. Nicolao, & per omnes in cap.solitæ, de maiori. & obed. Isto argumento etiam vtitur Hosti. in summa, in tit.qui filij sunt legi. in §. qualiter & à quo, ad probandum, quòd Papatus seu Sacerdotium maius est Imperio, ibi videre poteris per eum, & per Petr. de Anchar.in repeti.capit.Canonum statuta, in prima opposi. de constitut. & per Panorm. in capit. nouit, de iudic. Isto argumento etiam vtitur Bald. in l.vnica, C. de Iusti.Cod. confirm.vbi ex ordine dictæ literæ dicit, quòd milites sunt præferendi doctoribus, de quo articulo tamen vide latius ibi per Paul. de Castr. & doctor. & pulchrè per Ang. Ioan. Fabr. & doctor.in procemio Institut. & per Bald. in procemio Digestum, in vltim.quæst.& latissime per Signorolum de Homodeis, in consilio suo xxi. incipi. In nomine domini, &c. Et per Alexand. de Imol. in repetitio leg. Centurio, ff. de vulga.& pupilla.substit. & per Feli.in capit. clerici, ante fin. de iudi. Isto modo arguendi vtuntur etiam

Bald. & Salicetus, in authent. habita, C. ne fil. pro pat. vbi ex ordine dictæ literæ dicunt, quòd prius obediendum est Deo, quàm Cæsari. & ergo si Cæsar mandat quod est contra conscientiam, non est obtemperandum ei, neque in pace, neque in bello, secundum eos ibidem, de quo vide quod habetur, in Actis Apostolorum capite iiij. Deo oportet obedire magis quàm hominibus. & pulchrà per Canon. in cap. sicut, iij. de iureiur. & in ca. qui resistit. xj. q. iij. & in c. quid culpatur. xxiij. q. j. & in c. domino guerram, in titu. hic fini. lex, dein. conf. reg. incip. in vsib. feud. Isto argumento etiam vtitur Cępola, ad pulchrum effectum, consi. xiij. vt videre poteris per eum. Hinc etiam di
14 ci potest, quòd † in capitaneo deligendo, potiùs inspicienda est fides, & diuturnæ obseruationis industria, literataq; militia, quàm probitas, & strenuitas. ita probat tex. in l. proximos, ij. in prin. arguendo ab ordine literæ, C. de proxim. sacro. scrini. libr. xij. & ita reperio velle Cępolam in nota. tractatu de Imperatore militum deligendo, post medium. Hinc etiam est, quòd arguendo ab ordine literæ, c. fundamenta. §. proinde. de elect. lib. vj. Princeps præcedere debet Ducem, Marchionem, & Comitem, & ita singulariter concludit gl. in d. cle. vnica, in verbo, regũ, & post eam Io. de Imo & Panor. ibidem: & sicuti dixi, Principem debere præcedere Ducem, Marchionem, & Comitem: Ita etiam Dux præcedere debet Marchionem, & Marchio Comitem, arguendo ab ordine verborum Rub. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. in his tamen obseruanda est consuetudo, quæ est optima legum interpres, l. si de interpretatione. ff. de legib. quod tene menti. Item per istum arguendi modum dicit Henr. Boich. in prin. compilationis Gregorianæ, quòd doctores cæteris paribus sunt præferendi scholaribus, & illic ex ordine literæ, c. cum in cunctis, in princ. de elect. ibi morum grauitas, & literarum scientia, & ex ordine literę l. magistros, C. de profe. & med. li. x. ibi moribus primùm, deinde facundia. Dicit idem Henr. mores esse præponendos scientiæ, & hoc idem ante eũm voluerunt Io. de Fan. & Archi. in c. ex multis j. q. iij per illum tex. quod nota. Illud tamen quod suprà dixi, scilicet ex ordine argui prærogatiuã,
15 debet limitari † quadrupliciter. Primò, vt hoc procedat, quando duo narrantur per ordinem in aliqua constitutio-

ne cir

ne circa honesta,& laudabilia,seu circa act' virtuosos. Tūc enim ex ordine arguitur prærogatiua,vt dictum est:nam dignior censetur præponi secus autem, vbi duo enarrantur circa turpia,vel vbi aliqui notantur aliquo vitio. Tunc em̄ à vilioribus & magis infectis est incipiendum hoc ꝓbatur in d.c.auaritiæ,iuncta suprascriptione, & ibi hoc notat Panor.& doct.& idem Panor.in d.c.sedes,& Felin. in d.c.cum dilecta,etiam si non ignorem,apud Rhetores diuersum fieri exaggerandi causa. Secundò hoc limitatur verum,nisi ex præcedentibus, & sequentibus aut aliis coniecturis , colligi possit contrarium,vt pulchrè declarat Cępola consi.xiij. & Præpo.in c.cum ad verum,in solutione quarti argu.xcvj. dist. Tertiò istud limitatur verum in dubio,& quando aliud non reperitur in iure dispositum,seu decisum , aliàs secùs, ita sentit glo not.in verb.non existas in c. j. de iuram.calū. lib.vj.& ibi clarius Phili.Franc. Quartò istud limitatur verum, nisi ordo sit positus gratia exempli.nam tunc nō curatur ordo,tex.est in c.decernimus.de iudic. vbi præmittitur Abbas Episcopo,& Episcopus Archiepiscopo: & ibi Cardinalis & Io.de Imo.hoc not.& Felin.in d.c.cùm dilecta.quē omnino vide.Quòd si vltrà ea,quæ diximus videre libeat plura pulchra in materia prælationis seu præcessionis,vide Alex.de Imo.& nouissi.in l.cùm quid.ff.si cert.pet.& Domini.in c.Episcopos,xvij.dist.& Feli.in Rub.de maior.& obed. vbi plenè inuenies , ad quos breuitatis gratia te remitto, quia non intendo extra propositum vagari. Apparet igitur ex præmissis,argumentum ab ordine interdum esse probabile tantùm, interdum etiam necessarium , & interdum inefficax.

¶LOCVS AB ORDINE RVbricarum,seu Titulorum. *

ADD. * Iuris tractatio qui digerenda, docet M. Cicero lib.1.de Orat. & P.Prateius lib.3.Med.iurisp.ca.j.

1 *Argumentum ab ordine rubricarum probabile est,frequens & vtile.*

2 *Illa censentur digniora, quæ præcedunt.*
3 *Fideicommissarius vniuersalis decedens post mortem testatoris ante aditam hæreditatem an transmittat hæreditatem ad hæredes*
4 *Iuramentum calumniæ statim post litem contestatam præstandum est.*

POst tractatum in genere Locum ab ordine, non incongruè subnectemus eum, quem ab ordine Rubricarum, seu Titulorum vocant, à quo sumptum argumentum ✝ probabile est, frequens, & vtile, fundatũ in l. ij. ff. de statu hom. vbi & Bal. hoc notat. De hoc etiam habemus tres gl. vna est in Rub. ff. de eo per quem factum erit, quam ibi commendant Bal. Iason, & doct. & Bal. in l. j. illius tituli: alia glos. est in §. pœnales, in versic. item aduersus eum. insti. de actio. Tertia est in c. j. de iura. calu. lib. vj. hoc etiam notat Bart. in l. j. in ij. not. ff. si cert. pet. Et isto argumento in quotidiana quæstione vtitur Paul. de Castr. in consilio clxj. in antiquis, incipiente, In præsenti causa. Eius etiam meminit Bald. in Authen. generaliter, C. de episco. & cler. & doctor. sæpe alibi. Et iste arguendi modus ab ordine Rubri. seu Titul. seruit ad multa: & inter alia per istum arguendi modum dicit Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de testa. tut. quòd ex ordine titulorum positorũ in ff. C. & Inst. probatur, quòd tutela testamentaria præfertur legitimæ, & legitima datiuæ. Secũdò, iste arguendi modus seruit ad probandum, quòd tutor confirmatus à Iudice, cui⁹ datio facta in testamento, non valebat, censeri debet testamentarius, & quòd præferri debet legitimo, & ita disputãdo tenuit Marsi. Sill. & eum sequitur Bald. in d. l. ij. & Bart. Iason, & doct. in d. Rubri ff. de eo per quem fact. erit, & idem Bar. in l. j. ff. de peri. tul. & in l. idem Labeo, ff. rem pu. & in l. j. ff. de confir. tut. & Cy. in d. l. ij. C. de confir. tut. & Panor. in c. ex parte, vk. de appel. & Alex. de Imo. & Ias. in d. l. j. ff. si cert. pet. & idem Iason in Rubr. Instit. de acti. & Io. de Imo. in Rub. ff. de ver. oblig. qui omnes mouentur ex ordine titulorum, in ff. & C. positorum. Primò enim ponitur Rubrica de confir. tuto. & postea titulus de legi. tut. Tertiò, iste arguendi modus ab
2 ordine Rubricarum facit ad hoc quòd illa ✝ censeantur digniora

gniora quæ præcedunt. ad quod allego duas gloss. Vna est in §. fin. Instit. de iure natu. gen. & ciuili Altera in §. cumq; in versi. aliam verò, Instit. de bonor. poss. in verb. altiori. iun ctis ibidem sing. not. per Io. Fabr. & benefacit ad hæc d. l. ij. ff. de statu homi. & quæ dixim⁹ suprà Loco proximo. Quar tò, iste arguendi modus facit ad aliud, videlicet quod in causa conuentionis, & reconuentionis, quando reus, oblato libel lo per actorem, in continenti offert libellum suum, vtriq; simul dandæ sunt induciæ deliberatoriæ, priùs tamen in or dine ipsi reo, secundò ipsi actori, & prius respondebit reus. ita no. post gl. j. & doc. dicit Panor. in c. j. de mutu. peti. quod dicit probari ex ordine titulorũ. Nã primò inquit, ponitur titulus de libelli oblatiõe, quæ fit ab actore: secundò de mu tua petitione, seu reconuentione, quæ fit à reo. in tit. de mu tuis petiti. Et tertio subiicitur ti. de litis contestatiõe, & sic fit litis contestatio post libellorum productionem: secundũ eum. Quinto, iste arguendi modus facit ad aliud, videlicet quòd porrectio libelli est de actis, & de processu iudicij, & ita tenet Pau. de Cast. in Rubrica C. de in ius vocando, ex os di. tit. in ff. positorum, de in ius vocando, & decedẽdo, de quo vide ibi latiùs per eum & docto. Sextò, iste arguendi modus facit ad decisionem illius subtilis quæstionis, An fideicom

3 missarius † vniuersalis decedens post mortem testatoris, ante aditam hæreditatem transmittat hæreditatem ad hæ redes, & Bar. ex ordine Rubricarum in ff. & C. positarum, cõ cludit quod sit, in l. cum filio, ff. de leg. j. Septimò, ex ordine & diuersitate titulorum. ff. de rei vendica. de publiciana in rem actione, & si ager vecti. vel Emphyteu. peta. Bald. Ange. & Iason in §. sed istæ, Instit. de actio. concludunt; quòd publicianista non habet vtile dominium, sed duntaxat quasi dominium, quia Iurisconsultus non sine mysterio ordinatè posuit dictos tres titulos, in quorum primo tractatur de directo dominio, in secundo de quasi dominio, & in tertio de vtili dominio. & ita tene, quicquid variando diuersis in locis sentiat gloss. Octauò, per hunc arguendi modum dicit Bar. in l. imperium. vers. quæro quibus. ff. de iuris. om. iud. quod ille qui præest vniuersitati, quæ facit prouinciam, tunc habet merum imperium, qui aũt præest vniuersitati nõ facienti prouinciam, sed ciuitatem, de iure cõmuni regulariter nõ habet merũ imperiũ, licet quãdoq; ex

priuilegio,consuetudine,vel prescriptione,aliter cõtingat: qui verò præest vniuersitati non facienti ciuitatem sed castrũ,vicum,vel municipium,si castrũ,vicus, vel municipiũ subest alteri ciuitati,nullam habet iurisdictionem.si autem castrum, vicus, vel municipium, non subest alteri ciuitati, tunc habet eandem iurisdictionem, quam habet defensor ciuitatis & hoc vltra iura per eum allegata probat ex ordine titulorum in Cod.positorum,de officio Rectoris prouinciæ,De offi.præfect. De Defensoribus ciuitatum,& de Magistratibus municipalibus,vt ibi latiùs per eum,quod nota. Nonò,per hunc arguendi modum dicunt Panor.& Barb.in
4 Rub.de iur.cal.quòd statim † post litem contestatam, præstandum est iuramentum calumniæ, de quo vide ibi latiùs per eos. Istius Loci ab ordine Rubricarum meminit etiam Odofr.in Auth.quas actiones,C.de sac.sanct.eccl. ad vnum effectum,quem vide per te.Sic etiam, quãdo in aliqua Rubrica ponuntur plura capitula,licet arguere ab ordine contentorum seu positorum in Rubrica, vt notat gl.in §.si quis igitur vult cautè,in verbo non minus tribus,in Authen. de instr.cau.& fide.Præter hæc ad multa alia potest induci hęc argumentatio ab ordine Rubricarum,quę breuitatis gratia omitto.Hoc tamen volo te non ignorare,quòd iste modus arguendi ab ordine Rubri.procedit in dubio, & quando aliud non repetitur in Iure dispositum seu decisum.aliàs autem secus.ita sentit gl.not.in d.c.j.de iur.cal.lib.vj.& ibi clarius Dominicus & Philip.Fran.quòd nota,& vide quod dicam infrà in Loco à Rubro.

¶LOCVS A DEFINITIONE.

1 *Cui conuenit definitio, conuenit & definitum.*
2 *Definitio conuertitur cum suo definito, igitur est bona.*
Cui non conuenit definitio, nec conuenit etiam definitum.
3 *Definitio non conuertitur cum suo definito, igitur non est bona.*
4 *Definitio & Descriptio, quomodo inter se differant.*

Insuper

INsuper habemus in Iure locum à Definitione, à quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed & necessarium, l.j.;§.dolum, & ibi Bar.no.ff.de dolo.l.fina.adiuncta glo.ff.de verb.sign.xxvij.q.ij.in princ.& c.dudum, ij.§.licet autem.de elect.& est vtilissimum propter rerum cognitionem, quæ definitione explicatæ lucidissimè cuique apparent. Nemo enim melius rem noscere videtur, quàm qui quid ea sit, breuiter, & aptè possit explicare, secundum Rodol.Agric.vnde rectè Cicero lib.j.Offic.admonet, disputationem à definitione semper debere proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Formatur autem dupliciter.
1 Vno quidem modo affirmatiuè sic. Cui † cõuenit definitio, conuenit & definitum.l.j.§.j. & ibi not.Bart.ff. de dolo.
2 vel sic, Definitio † cõuertitur cũ suo definito, ergo est bona. Scdò formatur negatiuè, hoc pacto. Cui nõ cõuenit definitio, nõ cõuenit et definitũ: Bal.in l.maximũ.C.de lib.prçter.
3 vel sic, Definitio † non cõuertitur cum suo definito, igitur non est bona, vt probatur in dictis iuribus. Et facit huc l. omnis definitio, cum ibi not.per gl.ff.de reg.iur. Ratio autẽ huius est: quia essentialis definitio debet enunciare definitum secundum genus, & substantiales differentias, & absolutam rei naturam explicare: alioqui non est bona, vt bene declarat Bart.in l.j.ff.de testam.& Gellius lib.iiij.c.j.& magistraliter Alcia.Parado.lib.vj.capite ix.vbi concludit, non satis esse, definitionem generaliter procedere, idque contra Accur.Panor.Areti.Dec.& alios: quem omnino vide. Et idẽ clarissimè vult Rodolphus, idipsum declarans per exempla. hoc autem argumento vtitur glo.Insti.de obliga. in princi. glo.in l.j.ff.de cap.diminu.& gl.in l.scripturæ, C. de fide instru.& gl.in l.j.in verbo, aliorum, in fine. ff. quod cuiusque vni.no.& gl.in Rubri. extra de sum.Trini. & ibi tãgitur per Panorm.Io.de Imo.& alios interpretes Canonũ.vtitur hoc argumento & Io.An.in Regula actus legitimi, & in Regula possessor, de regulis iuris lib. vj. in mercurialib⁹. Eo etiam vtitur Bar.in repe.l.si is qui pro emptore, in prima q.princ. ff.de vsucapi.& idem Bart.in l.imperium.ff. de iurisd. omn. iud.& Bald.in l.maximum vitium, C.de lib.præter.& Iason Instit.de actio. in princ. Isto argumento etiam vtitur Paul. de Cast.in consilio xix.in antiq. incip. Præsens dubium videtur

detur determinari. Et idem Paul. de Cast. in l. j. in prin. ff. de legibus. & Alexan. de Imo. in l. j. ff. de acquir. poss. & Cardinalis Panor. & alij in Rubrica de iudiciis. Et Vincentius de Paleotis in pulchra q. in consilio quodam, quod est inter cõsilia Alex cxxvij. in iiij. vol. & Bald. Sali. & docto. in Rub. C. de proba. & Barto. & docto. in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo quod inter. prof. in definitione interesse, & doct. in plurib⁹ aliis passibus, quos enumerare magis esset laboriosum, quã subtile, vt in simili dicit glo. in l. j. ff. solut. matri. & in l. in honorariis. ff. de actio. & oblig. Et hinc rectè dicit Bald. in d. l. 4 maximum vitium, quòd † definitio essentiam, descriptio verò rei intelligentiam claudit. Cui satis consonat id quod notat gloss. in d. l. j. in fine. ff. de legibus, & patet ex descriptione definitionis, quæ à Cicerone & aliis traditur hunc in modum Definitio est quæ id quod definitur explicat quid sit: vel sic. Definitio est eârũ rerũ, quę sunt eius rei quã definire volumus propria, breuis & circumscripta quædam explicatio. vel vt vult Rodolphus, oratio qua quid sit res explicatur, vel vt ait Boëtius, oratio substantiam vniuscuiusque significans. vel vt alij volunt, definitio est oratio explicans naturam seu conditiones naturales rei. Amussis enim proprietatis est definitio & totius exactæ ac methodicæ disputationis ceu fundamẽtum quoddam. Ex quo patet, quòd definitio à descriptione eo differt, quia definitio quid sit res indicat, descriptio verò, qualis sit res velut inspiciendã ante oculos ponit. quod manda memoriæ, & vide quod dicam infrà Loco proximo, qui huic perquam affinis est.

¶ LOCVS AB ETYMOLOGIA.

1 *Nomen à quo remouetur, remouetur & vigor, titulus & effectus. 2.*
2 *Etymologia dat verbis proprium significatum.*
3 *Etymologia vnde.*
4 *Ecclesia qualibet collegiata potest dici conuentualis.*

Sensus

5 *Sensus, non verba, spectandus.*
6 *Etymologia, allusio, & deriuatio differunt.*
7 *Nomina propria imponuntur ad beneplacitum.*
8 *Argumentatio ab etymologia nominis appellatiui quando procedat. nu. 9.*
10 *Communis vsus loquendi etiam in statutis praefertur cuicunque dispositioni legali.*
11 *Propria significatio vnde sumatur.*
12 *Nomen habere non mereris, si re priueris.*
14 *Scholarium priuilegio nõ gaudent nõ studẽtes, licet intrent scholas.*
15 *Cui conuenit aliquid, huic etiã cõueniet coniugatum seu deriuatum.*
16 *Argumento à coniugatis vtuntur interdum Iurisconsulti.*

Commodè subsequitur nunc Locus ab Etymologia,* seu à vi verbi, vel nominis, quem alij ab allusione, alij à deriuatione appellant, licet non rectè, à quo ductũ argumentũ, est ꝓbabile, vtile, & multũ freques. Et formatur
1 negatiuè hoc mõ. A quo † remouetur nomẽ, remouetur & vigor, titulus, & effect⁹. l. à nullo. & ibi Odof. & Bal. notant, C. de feriis. l. diurnos, iũcta gl. C. de frumẽto Alexãdrino. li. xj. & l. fin. in fin. & ibi Bald. & Sali. not. C de inoffi. test. Formatur & affirmatiuè, sed hoc non procedit generaliter, vt infrà declarabimus. Neque mirum alicui videri debet, bo-
2 num esse argumentum à nomine seu etymologia, quia † etymologia dat verbis proprium significatum, quãdo definitio non repugnat, l. notionem. §. instrumẽtorum, in verb. propriè, l. quibus praecipua, l. tugurij, l. vt Alphenus, & l. pupillus. §. territorium. cum vtrobique not. per glo. ff. de verb. sig. & c. forus, eod. titu. & text. cum gl. in verb. à fidelitate. in c. j. §. fi. in tit. per quos fiat inuest. in vsi. feud. & ibi Aluar. no. & vult notab. Bar. in repe. l. omnes populi, in vj. q. princi. in versi. quaero vndè sumatur ista propria significatio. ff. de iustitia & iure. & idem Barto. in l. liberorum. in versi. secundò principaliter est videndum. ff. de verborum significa. & in l. j. ff. de testam. Est enim Etymologia resolutio vocis in proprium effectum rei, quae demonstratur, secundum Bald.

ADD. *Etymologia. Etymologiam inter definitionũ genera qui recensent, ponit A. Alciat. lib. 9. παρερ. 7. c. 21.

Bal.in c.j.§ ſi quis de manſo.de contro.inueſt.in vſi.feud. & deſcribitur hoc modo.Etymologia eſt explicatio vocabuli per alia magis nota, vt cum hæredipetam dicimus eũ, qui hęreditates alienas petit & captat. aut aſſiduum, qui dat ęra: aut pecunioſum, quia pecorum magnam copiam poſſidet. Sic Iuriſconſulti volunt, teſtamentum dictum eſſe, quaſi teſtationem mentis: mutuum quaſi de meo tuum fiat: furtum à furuo, id eſt, nigro vel atro: De primo eſt text.Inſti.de teſtam.in princi.De ſecundo tex.in l.ij.§. appellata. ff. ſi cert. pet.De tertio text.in l.j.ff.de furt.& per Gelliũ lib.j.c.xviij. & tangitur per Alciatum lib. Diſpun.j. capite x. Item poſtliminium à limine & poſt.§.ſi ab hoſtibus.Inſt.quibus mo. ius pa.po.ſoluitur.Item poſſeſſionem dictam putant, quaſi pedum vel verius ſedium * poſitionem, & in hac poſtrema opinione eſt Alciatus dicto libro Diſpun.j.c.j.& prope omnes recentiores.Ducitur † autem Etymologia ἀπὸ τῦ ἐτύμυ
3 quod latinè ſignificat verum, & λόγυ, quod rationem ſignificat, vel vt alij volunt, locutionem: ideo Etymologia latinè veriloquium dicitur, quia etymologizando veram eloquimur rei originem, ſecundum Angelum & Io.de Imo. in l.j. ff.de acqui.poſſeſ.& Alber.in dictio.quod indubitatam fidẽ habet, ſi Calepino credimus. Verùm Cicero in Topicis, quẽ refert & ſequitur Fabius lib. j. orato Inſti.cap. vj. & Boeti* in topica Ciceronis, Etymologiam vocãt notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur, quod & Eraſmo placet dicenti, etymologiam vim vocis indicare. Idem etiam vult Rodolphus Agricola, Ariſtoteles autem in libr. περὶ ἑρμηνείας, σύμβολον, nominat, alij verò vim intuiti originationem vocant. Et de hoc argumẽto ab etymologia in pluribus habetur locis, vt putà in l. ij. §. appellata, & ibi Bar.Sali.Alex. Iaſon, & doct.not.ff.ſi cert.pet.& Inſtit.quib.mo. re contra. oblig.in prin.& in d.l.j.& ibi Barto.& Ang.notant ff.de furtis, & in l.j.ff.de pactis, & Inſtit.de teſtam.in prin. & ibi Angel & in l.j. § j.& ibi Barto ff. de tute.& Inſt.eodem tit.& in l.decernimus.in ſi.& ibi gl.in verb.nomen C.de epiſ.& cler. & in l.defẽſores ij.& ibi not.per gl.in verb.definãt.C.de defenſorib.

ADD. * Sedium. Sic legitur in Pand. Flor.in l. j.D.de acq.poſſeſ.Poſſeſſio appellata eſt. vt & Labeo ait à ſedibus & c.P. Prateius.

defensorib.ciuit.& per Bart. Ang. Io. de Imo. Rapha. Alex. & alios, in d.l.j.ff.de acqui.poss. & per Bart. Bal. Io. de Imo. Alex.& alios, in Rubrica.ff.sol. matri. & per Panor. Io.de Imo.& Canon.in c.cum secundum.de præben. & per Pan. Feli.& alios in salut.Grego.& per Panor.in ca.j.circa fi.de iud.& per eundem in cap. quamuis. de verbor. significat. De isto etiam habetur in c.placuit j.& ij.xvj.quæst.j.& in c.priuilegia,& ibi Præpo.notat iij.distinct. & in c.cleros, & ibi Domini.& Præp.notat, xxj.distin.& in l.diuus, & ibi glo.ff.de bonis dam.& in l.j.& ibi etiam glo.in verb.nomine.C.de offi.præ.vrb.& in l.iij.& ibi Ioã.de Imol.not.ff.de dam.inf.& in l.ita vulneratus,& ibi Alber.not.ff. ad leg. Aquil.eius etiam meminit gloss.in l.j.§.quibus.ff. quod cuiusq.vniuer.nom.& glo.in l.consensu. ff. de acti.& oblig. & glo.in l.j.ff.de offi. præsid. & sæpe alibi, & isto argumento ab Etymologia vtitur Ioã.And.in reg. Non est sine culpa, & in regu.Cui licet,& in reg.Nemo potest ad impossibile, de regu.iuris,lib.vj.in mercu. & Panor. in c. cum te ab. de re iud.& Panor.in dispu. incipi. Episcopus & quidam Rector. & Angel. in consi.cclxxxviij. incip. viso themate,& Pet.de Ancha.in repe.reg.Accessorium, in ij.q.principali, de reg.iur.lib.vj.& Bal.in proœmio.ff. veteris in versic. & certè sciens,& Sali.in l.j.C.de his qui pa.vel fil.occi.& Bal. in consilio lix.primæ partis,incip. In Christi nomine licet eleganter, &c. circa princ.& idem Bald.in d. §.si quis de manso.vbi per hoc decidit notabilem q. quæ suo tempore fuit agitata, quem omnino vide. laudabis enim hominis ingenium. Eius etiam meminit Alcia. Parado. lib. 2. ca. vlti.& Cæpola in consilio xxiiij.& Bart.in l.is apud quem, in secunda eius lectura C.de edendo,& Hosti.in summ.de pœni.& remi.§.ij.versi.quis sit effectus contritionis. Hoc argumento vtitur etiam Pano. in c.nobis,in iij.no. de iu. pat.vbi per hoc dicit, quòd quicquid sit de consuetudine &

4 de iure,& ex etymologia vocabuli † quælibet ecclesia collegiata potest dici conuentualis:quia hoc verbum conuentuale proportionabile est omnibus collegiatis. Nam sicut dicitur conuentualis à conueniendo, quia ibi conueniũt: sic collegiata à colligendo:quia ibi colliguntur. Isto argumento à vi nominis,seu ab etymologia vtitur etiam Rota in quotidiana q. decisi.cccel.in no. vbi vide. Isto argumento à vi

to à vi nominis, vtuntur etiam Hosti. Domin.Pet de Anc. & alij in c.pro humani,de homi.lib.vj. dicentes, quòd iniustitia aufert nomẽ boni & religiosi principis, vnde si caret nomine,carebit & re:& allegãt d.l.à nullo.Eo etiam vtuntur doc.in infinitis aliis passibus, quos consulto omitto.Hoc tamen volo te scire,quòd licet Bal.in l.conuenticula.vers.reuertor ad primum.in princi.iuncto vers.item est argumentum à deriuatione.C.de epis.& cleri.ponat allusionem, & etymologiam ꝓ eodem,ac allusionem, & deriuationem vt diuersa,licet etiã Angel.& Io.de Imol.in d.l j.ff.de aeq.pos.& glo. ibidẽ,& in d.l. tugurij, quos sequitur Ang.de Aret.Insti.de testa.in prin.dicant, etymologiã, allusionem,& deriuationẽ esse synonyma , in qua opiniõe etiam aliquando fui,mihi tamen latiùs cogitãti pro nunc

5 videtur verius,quòd hæc tria † etymologia,allusio, & deriuatio,sunt penitus diuersa,* quod & sentit Zasius , in declaratione l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.Etymologia enim verbi veritatem notificat,vt suprà declaraui. Allusio autem à voce verbi radicatur, veritatem rei principaliter non respiciens, sed in ea spectatur vt allusio non sit probabiliter abhorrens ab ipso vocabulo, vt lapis quasi lædens pedẽ,& sic de similibus. Deriuatio verò licet ab etymologia non multùm differre videatur. quia vt etymologia ex vi nominis trahitur,ita deriuatio similitudine vocabuli: continetur inter ea tamen hoc interest, ꝙ etymologia expositionem verbi ad veritatem facit, vt ex supradictis patet:Deriuatio verò expositionem vocis non facit,sed cognito eo , à quo quid deriuatur , statim in cognitionem deriuati deducimur. vt si sciamus , quid sit iustitia, statim cognoscimus, quis iustus, quid iustum, & quid iustè fiat: & similiter cognito quid sit prudentia, statim cognoscemus , quis prudens, & quid prudenter factum. Vnde quę nos deriuata dicimus,Cicero,Boëtius, Rodol.Agri.& alij coniugata vocant , propterea quòd cũ eiusdem sint generis,ipsa vocis similitudine sub vnũ sunt iugum deuincta,vt est sub sapientia,sapiens, sapere:& sub iusti

ADDIT. * Diuersa. Quod & Alciat. in l. tabernæ. ff.de verbor.significat. probat. vbi allusionis vsum docet. Prat.

iustitia, iustum, iustus iustè: & sub homine, humanus, humanitas, & humanum, vt eleganter apud Terentium in Heautontym. act. j. scen. j.

CHR. Homo sum, humani à me nihil alienum puto.

De quo latiùs per Rodol. Agri. & alios. Porrò vt aliquantò pleniorem habeas notitiam huius quotidiani articuli, in quo doctores diuersimodè loquuntur, poteris dicere secundum Alberi. de Rosate, in j. constit. Digest. §. discipuli, post Iaso. de Bel. corruptè ni fallor, per eum relatum, hoc modo. Aut mens cũ nomine concordat, aut discordat. Primo casu, argumentũ à nomine est ꝓbabile, & necessariũ, vt ibi cum concordantiis. Secundo casu, quando mens discordat à nomine, tunc distingue, aut mens est certa, & tũc argumentũ à nomine non est necessarium, nec probabile, l. ij. circa finem, C. de consti. pecu. & l. tabernæ. ff. de verb.
6 sig. quia sensum † non verba spectamus, l. iij. §. conditio. in fi. ff. de adimen. leg. cũ similibus: aut mens est dubia, tũc in dubio argumentum à nomine est probabile, non necessarium, d. l. à nullo, & præalleg. l. decernimus, cum simil. & faciũt not. per gl. in verb. vocatur. & Archi. in c. fortè, xxiij. q. iiij. quod nota. Vel poteris dicere aliter, distinguẽdo hoc modo. Aut quæritur an valeat argumentatio ab etymologia nominis proprij: aut quæritur an valeat argumẽtatio ab etymologia nominis appellatiui. Primo casu dicas, ꝙ argumentatio non procedit, tex. est notabilis iuncta gl. in l. fi. circa fi. ff. ad mun. & ita dicunt Bar. Bal. Io. de Imo. Ale. & alij in d. Rub. ff. sol. ma. vbi ꝑ hoc inferũt ad decisionẽ quotidianæ quęstionis, & in hoc conueniunt oẽs doct. tã Iuris
7 Pontificij, q̃ Ciuilis. Rõ aũt istius est, † quia noĩa propria imponuntur ad beneplacitũ, l. si quis in fundi ff. de leg. j. & possunt mutari quãdocũq;: cessante tamẽ fraude. l. j. cũ ibi not. C. de mut. nom. vnde nõ sequitur, talis vocatur Bologuetus, vel Bonifacius ergo est bonus: vel vocatur Perusinus vel Aretinus, ergo est de Perusio vel de Aretio: vel vocatur Iustinian⁹ vel Iustinus, ergo est iustus: vel vocatur Solomon, ergo est sapiens: vel vocatur Angelus, ergo est missus: vel vocatur Accur. ergo occurrit cõtra tenebras iuris ciuilis, sicut Accur. glossator iuris ciuilis, extollẽdo nomẽ suũ dicit se fecisse, i l. facta. §. si sub cõd. ver. si in dãda, ff. ad Tre. de quo vide lati⁹ ꝑ Ant. de But. & alios in d. salu. Greg.

Circa istud tamen volò te scire duo. Primum est, quòd apud superstitiosos ex bono nomine bona oritur præsumptio: & ècõuerso, ex turpi nomine oritur sinistra suspicio, eo ꝙ homines modica fide præditi, credunt eiusmodi nomina à prauo euentu imposita, ac proinde fit vt tales vitẽt: in qua quidem opinione fuisse coniugem suam Ioã. And. ait in d.ca. cùm secundum, nam illam dixisse refert, deligẽda esse nomina pulchra ac plausibilia, etiam si emenda essent. Ideóque quibusdam peculiariter arrident hæc nomina, Deodatus, Deus dedit, de quibus in cap. iij. & in ca. tãta, iunctis suprascriptionibus, de simonia, & illud, Quod vult deus, de quo in d. cap. j. de iud. & simil. Secundum est, quod licet non procedat argumentatio ab etymologia nominis propij ad effectum, qui causatur ex etymologia, vt dixi, tamen à nomine proprio ad probandum personam, procedit argumentatio in teste: quia ex nomine probatur persona, l. ad recognoscendos, C. de inge. manu. cùm simili. vt si dico quòd ille qui commisit maleficium est Titius, contra quem inquiritur, quia sic nominabatur: ita dicit Bald in d. l. conuenticula. versic. item in teste procedit. Hóc tamẽ credo limitandum, vt procedat, quando alię cõiecturæ concurrunt, vt statura corporis, figura vestium, color crinium, vel faciei, & similes. Aliàs autem æquiuoca & dubia est hæc probatio, quæ fit per identitatem nominis proprij, quod nota. Secundo casu, quando quæritur, an va

8 leat argumentatio ✝ ab etymologia nominis appellatiui, subdistingue. Aut vocabulum nõ habet definitionem, aut habet. Primo casu ab etymologia vocabuli sumitur propria significatio, & per consequens licitè arguitur ab etymologia, vt dixi supra. Secundo casu, quando reperitur definitio, tunc iterum subdistingue. Aut etymologia conuenit cum definitione, aut non. Primo casu, bona & valida est argumentatio ab etymologia, per supradicta. Secundo casu, quando etymologia discrepat à definitione, sunt opiniones inter docto. quidam simpliciter dicunt, quòd tunc argumentatio non valet, siue formetur affirmatiuè, siue negatiuè: imò standum est potiùs definitioni, quàm etymologiæ, quia definitio enunciat definitum, secundùm gen⁹ & substantiales differentias, & debet esse conuertibilis cũ suo definito, aliàs non valet, l. j. §. j. ff. de dolo: & vult Bart.

in d. l.

in d.l.j.ff.de test.& idem Barto.in d.l.omnes populi.versic. quæro vnde sumatur,* vt dixi suprà Loco proximo. Non sic etymologia, quæ nihil aliud est, quàm qualiscunque vocis descriptio,nominis interpretatio, siue notatio,vt dixi suprà:sed habita descriptione vocis,vel interpretatione nominis,quæ fit per etymologiam,nondum habemus certam & perfectam notitiã rei vt dixi suprà loco proximo, ergo,&c. & hæc est communis opinio doctorum,& Iuris ciuilis, & Pontificij,estque vera,si bene,& syncerè intelli-
9 gatur.Alij autem distinguunt † an formetur affirmatiuè, an negatiuè.Si affirmatiuè dicunt non valere:sin autẽ negatiuè dicunt simpliciter valere :quia tunc non offenditur definitio,secundum eos.Tertij dicunt,quòd negatiuè semper valet,sed affirmatiuè non valet, si etymologia contradicat definitioni:secus si non contradicat.& ita concludit Panor.in d.cap.cùm secundum Apostolum.& idem Panormi.in consilio suo suo lxxxij.j.vol.Franciscus in libello feudo.parte j q.vij.& docto.sæpe alibi. Ego autem circa hoc vltimum membrum,quãdo definitio discrepat ab etymologia, pro clariori intelligentia d.articuli concordando opiniones ex scriptis doctorum hincinde sparsis, dico sic. Aut argumentum ab etymologia formatur affirmatiuè,aut negatiuè:si affirmatiuè,certum est argumentũ ab etymologia non procedere.vnde non sequitur,de meo factum est tuum,ergo est mutuum:quia potest esse donatio.Nec sequitur,est testatio mentis, igitur est testamentum:potest enim esse codicillus. ratio huius hæc est,quia etymologia generalior est, quàm definitio,& à genere ad speciem affirmatiuè,non valet argumentum:vt non sequitur,Animal est, ergo homo est. vt dicam infrà, in Loco à genere ad speciem.& in hoc omnes conueniunt: Sin autẽ quærimus,an valeat argumentum ab etymologia negatiuè,tunc iterum subdistinguo: aut enim sumitur ab essentiali natura vocabuli prout sumi debet,aut non.Primo casu valet,imò necessarium est argumentum,d.l.ij. §.appellata,& ibi Sali.& docto.exempli gratia, mutuum dicitur, quia

ADD. *Sumatur. Disputat ibi Bartol. vnde sumatur propria significatio,& q: ĩ cognoscatur.& vide Alciatum comment.j.de verb.sign.Præcius.

quia de meo tuum fit. vndè bene sequitur, de meo non fit tuum, ergo non est mutuum. Item testamentum est testatio mentis, quare rectè consequitur, non est testatio mētis, ergo non est testamentum. d. l. j. ff. de testa. & Insti. eod. titu. in princ. Secundo casu, quando etymologia sumitur non ab essentiali natura vocabuli, vt debet, sed ab aliquo initio vel exordio, tunc non procedit argumentum ab etymologia etiam negatiuè. Exempli gratia, possessio dicitur à sedibus, quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, dominiumq; ex natutali possessione cœpit, eiusq; rei vestigium manet de ijs quę circa &c. nā hęc ꝓtinus eorū sunt qui primi possessionem cęperunt d. l. j. in princ. ff. de acq. poss. Non mirum ergo, si non procedat argumentum ab etymologia negatiuè, vt declarat Alexan. & doct. nouis. in d. §. appellata. Et idem obtinet, quando etymologia sumitur ab eo, quod ratiōabiliter inesse debet nominato, vt Imperator dicitur ab imperando, Rex, à regendo: Augustus, ab augendo: Pontifex, quasi pontem morum faciens. licet enim hæc cessent, non propterea desinit esse Imperator, Rex, Augustus, vel Pontifex, imò est eis nihilominùs obtemperandum. vt dicit Panorm. in d. c. j. de iudicijs, & idē Panor. in capi. cùm non liceat, de præscrip. per text. nota. in cap. sacerdotes ij. q. vij. & idem vult Petr. dè Ancha. in rep. c. Canonum statuta, circa princ. de const. & docto. sæpe alibi, quod bene nota. Et idem quando nomen appellatiuum esset impositum ab euentu, vt patet in Scipione Africano, sic appellato ob victam Africam, non quia fuit Africanus. Atque ad hunc modum in cap. licet de vitanda, de elect. Diabolus appellatur inimicus homo, q̄d gl. ibidē eo dictum esse vult, non ꝙ sit homo, sed quia sua suggestione deuicerit hominem. Et idem obtineret, quando nomen appellatiuum esset impositum fictitiè vel simulatè. tex. est sing. ponens casum quotidianum in c. vt clerici. de Regul. & ibi omnino vide Panormi. Idem etiam esset, quando etymologiæ repugnaret communis vsus loquendi. Ita notabiliter dicit Alberic. de Rosat. in d. l. ij. §. appellata, quem sequitur ibi Iason per l. liberorum, & l. anniculus. ff. de verbor. significat. & idem sentit Pa-
30 normita. super salut. Gregoria. Ratio huius est, quia †

com-

cõmunis * vſus loquendi etiam in ſtatutis præfertur cuicunque diſpoſitioni legali, vt declarat Bartol.in l. Labeo. ff.de ſup.leg.& idem Bart.in rub.ff.de no.ope.nun.de quo dicam latiùs infrà in loco ab opinione vulgi. Non procedit etiam argumentum ab etymologia, quando in ipſa etymologia verbi datur exceſſus in aliquo: quod poteſt contingere tribus modis, vel quia etymologia excedit nomen etymologiatũ, vel quia exceditur à nomine: vel quia & excedit & exceditur. Exemplum primi, Epiſcopi dicũtur quaſi ſuperintendentes: vel (ſi mâuis) conſideratores, viſitatores, exploratores, ſeu cuſtodes.d.cap.cleros.Certũ autem eſt, quòd hic etymologia excedit etymologiatum (vel vt rectius dicam) nomen interpretatum: quia multi alij ab epiſcopis ſunt ſuperintendentes, viſitatores, exploratores, ſeu cuſtodes. Exemplum ſecundi, Priuilegium dicitur lex priuatorum d.c.priuilegia.iij.diſt.& tamen priuilegium poteſt eſſe lex aliorum in dignitate exiſtentium vt quotidie videmus. Ecce ergo, quòd etymologia exceditur à nomine. Exemplum tertij, Rex dicitur à regendo, hic excedit etymologia nomen, quia multi etſi non ſint Reges, regunt tamẽ: ſic etiam multi non exiſtẽtes Imperatores imperant. Item nomen hoc caſu etiam excedit etymologiam, quia hoc nomen Rex, eſt ſumptum à regno, ſub quo includuntur omnes regimen quomodocunque habentes, c.ſolitæ, de maiorita.& obediẽ.& habes bonam gl. in clementina vnica, de baptiſmo. Ita ſing. dixit Hugu. & poſt eũ Prępoſi. in d.ca.priuilegia.& Felin.in ſal.Greg.

11 Et ſumitur † proprium ſignificatũ alicuius nominis, vel ex etymologia, vel ex definitiõe, vel ex auctoritate, & ſemper definitio præferẽda eſt etymologiæ, vt not. dicit Bart. in d.l.oẽs populi, in vj.q.principali, in ver.q̃ro vnde ſumatur, vt ibi videre poteris latiùs p eũ & p eũdem Bart.in d. l.liberorum, & idem vult Sozinus in conſilio primo. Et generaliter, nõ debemus ſtare etymologiæ, quãdo p legẽ, vel canonẽ habemus aliter declaratum, Ita colligi põt ex Bartol.in cõſil.clxix.incip.ſtatutũ ciuitatis Tuderti.lib.j.Epilogan

ADDIT. * Communis. Communi vſu probando quantum tempus requiratur, ponitur Bartol. in d. l. Labeo.

logando ergo dico breuiter, quòd hæc argumentatio ab etymologia indistinctè non procedit in etymologia nominis proprij, ad effectum, qui causatur ex etymologia: nec in etymologia nominis appellatiui, quando vocabulū habet definitionem discrepantem ab etymologia, siue formetur affirmatiuè siue negatiuè secundum vnam opinionem: vel quando formatur affirmatiuè secundum aliam, nec etiam negatiuè, quando sumitur non ab essentiali natura vocabuli, vt debet, sed ab aliquo initio seu exordio, vel ab eo quod rationabiliter inesse debet nominato, vel ab euentu, vel à nomine appellatiuo fictitiè seu simulatè imposito, vel quando repugnaret communis vsus loquendi, vel quando in ipsa etymologia verbi datur excessus in aliquo, vel quando aliter habemus determinatum per legem vel canonem, vt suprà declaraui. Validum autem & efficax est hoc argumentum ab etymologia in casibus infrà scriptis. Primò, quando vocabulum non habet definitionem. Secundò, quando vocabulum habet quidem definitionem, sed quæ non discrepet ab etymologia, siue formetur affirmatiuè, siue negatiuè. Tertiò, quando vocabulum habet definitionem etiam discrepantem ab etymologia, si formetur negatiuè ab essentiali natura vocabuli; prout sumi debere suprà declarauimus, & patet ex iurib⁹ & allegationibus supra adductis, Ex quo liquet verum dixisse Vallā Eleg. li. vj. vbi paucissimis verbis eleganter inquit, sæpe fallacem esse etymologiam: quod conuenit diligenter memoriæ mandare, quia per præmissa limitatur
12 illud vulgare dictū. Si re † priueris, nec nomē habere mereris. de quo meminit gl. in verb. nomen non habent. in c. corepiscopi. §. quod autem. lxviij. dist. vt illud procedat, quando nomen significat substantiam vel qualitatē necessariam inesse alicui subiecto, vt videri potest in casu singulari, l. Lucius Titius. ff. de fideicom. liber. & in casu singulari, l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & in casu not. l. tutelas, cum ibi not. per Bald. ff. de cap. diminu. secus, si nomē significat solam simplicem demonstrationem, vt in exemplis suprà positis, & in l. si cognatis, in princ. ff. de re. dub. ita not. dicit Bald. in c. vnico circa finem de va. qui ar. bel.
13 depo. in vsib. feud. Sic etiā procedit doctrina quæ habet, † quòd ex sola nominatione, vt quia masculus & fœmina

se con

se coniuges nominant, non probatur matrimonium, licet ex hoc quædam inducatur præsumptio, vt habetur in c. illud. maximè per Io. de Imo. & Panor. de præsum. & per gl. in verb. & nomen. & doct. in c. dicat aliquis. xxxij. q. iiij. Item per præfatum dictum verificatur etiam decisio Ioan-
14 nis de Ligna. in proœ. cle. vbi dicit † quòd scholares intrantes scholas, & non attendentes, nec studentes, non debet gaudere priuilegio scholarium. Item ex eodem dicto iustificatur decisio Bart. in l. semper. §. quibusdã ff. de iure imm. vbi dicit, quòd illi qui sunt de collegio alicuius artis, sed artem illam non exercent, non debent gaudere priuilegio illius artis: pro quo est text. in l. qui sub prætextu. & ibi hoc volunt Sali. Paul. de Castr. & docto. C. de sacro. eccl. Et Panorm. in d. c. j. in fine, de iudiciis, & Bart. & Io. de Plat. in l. vnica, per illum text. C. de col. & char. lib. xj. Per hoc etiam iustificatur decisio Gu. de Cu. in l. neminem. C. de sacro. eccle. quem sequitur Io. de Plat. in d. l. vnica, quæ habet quod impetrantes à sede apostolica, vt frequentando scholas possint recipere fructus beneficiorum in absentia, prout sæpe vidi, non consequuntur fructus si non student: de quo vide ibidem latius per eos, & per doctores in cap. ij. de priuileg. libr. vj. Vel poteris dicere aliter magis succinctè & accuratè, segregando etymologiam ab allusione, & à deriuatione, hoc modo, aut sumitur argumentum ab eo quod per etymologiam interpretamur ad ipsam etymologiam, aut econtra, sumitur argumentum ab ipsa etymologia ad vocem interpretatam. Primo casu valebit argumentum affirmatiuè, sed non negatiuè. sequitur enim, est mutuum, ergo de meo tuum. d. §. appellata. Est precarium, ergo precibus impetratũ. l. j. & ij. ff. de precar. Negatiuè verò malè infertur, non est mutuum, ergo non est de meo factum tuum. potest enim esse tuum ex venditione per me tibi facta & traditione subsecuta. §. per traditionẽ, Inst. de re diui. & l. traditionibus. C. de pact. non etiam sequitur, non est precarium, ergo nec precibus impetratum, quia etiam mutuũ precibus impetratur. l. rogasti. ff. si cer. petatur. Secundo casu, cùm arguitur ab etymologia ad vocem interpretatam, valet argumentum negatiuè, sed non affirmatiuè. bene enim sequitur, non est de meo tuum, ergo non est mutuum. d. §. appellata. Non est precibus tuis, vel al

vel alterius tuo nomine impetratum, ergo non est precarium.d.l.j.& ij. Affirmatiuè autem nõ valet, de meo factũ est tuum, ergo est mutuum, quia potest esse donatio: vel est precibus impetratum, ergo est precarium, quia potest esse mutuũ, vt suprà probaui. Præmissa fallunt, quãdo etymologia & etymologiatũ conuertuntur. Tunc enĩ ꝓcedit argumentatio affirmatiuè & negatiuè, sicut à definitiõe ad definitum, & econtra, de quo suprà loco proximo. Et potest poni exemplum in theologo, philosopho, & similibus. Ab allusione autem vocabuli nullum necessariũ potest sumi argumentum, prout allusio propriè sumitur, vt à vera etymologia secernatur, nisi communiter accidentia respicias. tunc enim probabilis est argumentatio, non autem necessaria, vt videre poteris in multis ex iuribus suprà in principio huius loci adductis. A deriuatione autem seu à coniugatis, valida est argumentatio, & procedit tum affir-
15 matiuè, tum negatiuè, Cui † enim conuenit aliquid, huic etiam cõiugatum seu deriuatum poterit sociari: & cui nõ conuenit, nec illud poterit sociari. l. j. §. pactũ. ff. de pactis, iuncto c. pactum, de verbor. signi. Vnde si testator legat cognationi, perinde est ac si cognatis legaret. d. l. si cognatis, in fine. Similiter bene valet consequentia, Est tutor, ergo habet ius tuendi: & econtra negatiuè bene valet argumẽtatio, non habet ius tuendi, ergo non est tutor, d. l. j. ff. de tutelis. Verũ si ad actũ solũ respectũ habeas, nõ valet argumentatio nec affirmatiuè, nec negatiuè. Non enim sequitur, est tutor, ergo tuetur. non tuetur, ergo non est tutor.
16 Hoc argumento † à deriuatione seu à coniugatis vtitur etiam Iurisconsultus, in l. vetus fuit ff. de vsufru. vbi hoc modo arguit Brutus Iuris. homo non est in fructu, ergo vsufructuarius in eo vsumfructum non habet: & Cicero in Top. & Boëtius in Top. Cic. Si pascuus est ager, ergo ius est compascere, cui consonat l. testatrix. §. plures. ff. si seruitus vendi. Eo etiam vtitur Perotus epigrammate quinto. Si risus gaudium est, ergo ridere gaudere: hoc argumento vtitur etiam Bald. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. vbi allegat. l. cùm inter. C. de fideicom. lib. vbi per hoc decidit, quod occidens partum in vtero non punitur pœna statuti punientis homicidam pœna capitis, quia si partus in vtero non est homo, vt probatur in dict. iurib.

& in c. quod verò. & in c. Moses, cum seq. xxxij. q. ij. Ergo in eo non committitur homicidium. de quo articulo vide latius per doct. maximè nouissimos, in dictis iuribus, & in l. Diuus. ff. de extra. crimi. & in l. Cicero ff. de pœn. & in l. si mulierem. ff. ad leg. Cor. de sic. & per Io. de Anania, & alios doc. in c. si aliquis, & in c. sicut ij. de homici. Eo etiam vtitur Alexander de Imol. in consil. xxxvj. ij. vol. in ci. viso themate. in secundo dubio in fine, ad probandum, quod statutum mandans mercatum à socio initum haberi ratū, de re tantum mobili debere intelligi, mercatus enim à merce deducitur. mercis autem appellatio ad res mobiles tantum pertinet. l. mercis. la j. ff. de verb. sig. vbi ergo merx non est, ibi nec mercatus erit, secundum eum per locum à coniugatis, seu à deriuatione. Hoc argumento etiam vtitur Ioan. An. in reg. In iudiciis, de reg. iuris, lib. vj. in merc. cum dicit, si arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudiciū. quem refert & sequitur Petr. de Ancha. in c. decet. de immu. eccle. li. vj. Ex quibus liquet, quàm prægnans, & vtilis est hic locus, quia virtualiter in se continet tres distinctos locos, scilicet ab etymologia, ab allusione, & à coniugatis seu à deriuatione. Licèt aliqui dicant, hæc tria, etymologiam, allusionem, & deriuationem esse synonyma, sed nō benè, vt suprà declaraui, quæ omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

¶ LOCVS A GENERALITATE.

1 *Vbicunque generalitas propter medium habile verificatur, in quolibet sua specie generalitas indistinctè operatur: quando autem medium non est habile, non operatur, nisi inquantū potest.*

2 *Verba generalia debent generaliter intelligi.*

3 *Clausula generalis sequēs restrīgitur ad rē & cām pri⁹ specificatā.*

4 *Species precedēs restringit genus sequēs. & nu. sequēti. fallit nu. 9.*

11 *Clausula precedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm sequens ad determinationem præcedentium.*

12 *Generalitas restringitur multis modis.*

13 *Quando sufficit aliquid in genere exprimere, & quando non.*

Præterea

PRæterea reperimus in iure locum à Generalitate, à quo sumptum argumentũ est probabile, frequens, & multum vtile. formatur autem multipliciter prout habet multiplicẽ effectum, vno quidem modo sic, Vbicunque
1 que † generalitas propter medium habile infert in qualibet sua specie, generaliter operatur: aliàs non operaretur, nisi prout potest operari. quod est notandum pro refutationibus. pro hoc vltimo est text. iuncta gl. in verb. in sua causa, in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & l. si de certa. C. de transact. verba sunt Bald. in l. conuenticula. versi. quando generalitas per medium. Nam verba generalia operantur generaliter in pacto propter medium habile. d. l. Emptor. §. Lucius. iuncta glo. quam reputat sing. Ioan. de Imo. in cap. j. de transa. Sed verba generalia transactionis non operantur nisi in litibus de quibus erat quæstio propter medium inhabile, d. l. si de certa. secũdum eum. quod an verum sit, sub iudice lis est. vt videre poteris per doct. in locis suprà alleg. Secundò argumentum ex hoc loco à
2 generalitate formatur aliter sic. Verba † generalia debẽt generaliter intelligi, l. si in fine, C. de dot promiss. & l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum simil. Et hinc est, quòd nemo potest compelli, facere quitancias, vel liberationes generales, quia sunt captiosæ. Ita sing. dicit Barto. in l. cum Aquiliana, per illum text. versi. ex quo potes. ff. de transac. Et pro hoc dicto est text. sing. in l. iij. §. contrarium & ibi Bal. notat. ff. de contr. iudi. tute. & idem vult Bald in l. pactum in xvj. q C. de colla. & Sali. in l. sicut datam. in fine. C. de lib. cau. & Iason in d. l. si de certa, quod nota. Tertiò argumentum ex hoc loco à generalitate, formatur aliter sic,
3 Clausula † generalis sequens restringitur ad rem & causam
4 sam priùs specificatam. Vel ad idem sic: Species † præcedens restringit genus sequens, & de isto sunt plures textus, not. & primo de isto est text. not. ponens casum quotidianum in d. l. si de certa. Secundò de isto est text. pulcher, ponens casum quotidianum in l. fina. §. cui dulcia, ij. respon. ff. de vi. tri. o. le. leg. Tertiò, de isto est text. not. ponens casum frequenter occurrentem inter mercatores, in d. l. emptor. §. Lucius. secundum verum & communem intellectum. Quartò de isto est text. not. in l. legatorum. §. j. & ibi

& ibi Bartol. Bald. & Paul. Cast. ff. de leg. ij. Quinto de isto est text. pulcher in c. sedes. de rescript. & ibi Panorm. Ioan. de Imo. Fel. & alij not. Sexto de isto est text. valde nota. in cle. j. §. j. de præben. Item septimò, de isto est text. not. in l. iubemus, & ibi Bald. in ij. notabil. C. ad Velleianum. Et octauò de isto est text. valde nota. in cap. qui ad agendum, in princ. de procura. lib. vj. Et hinc singulariter dicit Inno.
5 in cap. ex literis, de iur. pat. quòd si dono † alicui villam, & omnia iura quæ in ea habeo, non veniunt iura spiritualia, quia nō sunt æqualia expressis, sed illa generalitas debet restringi ad temporalia, propter speciem temporalitatis præcedentem, quod dictum summè placet Panorm. in d. c. sedes. ad quod etiā facit, quòd talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. De quo latissimè dicam infrà in loco à nomine dignitatis officij, vel appellatiuo: & quod exceptio declarat seu restringit regulam. De quo latè dicam infrà in loco ab exceptione ad regulam. Hinc etiam sing. dicit Bald. in l. à procuratore C. manda. quòd si Baro vendat mihi prædia, in quibus consueuerat habere quasdam domos, ad colligendum pedagium, vel habeat ibi furcas, per quas significatur merum imperium, & dixit quòd vendebat mihi prædia, & omnia iura quæ ibi habebat, per hoc tamen non videtur vendidisse, vel in me transtulisse ius colligendi pedagium, vel merum imperium, quia dicta verba generalia debent referri ad ea, quæ sunt de natura rerum venditarum, secundum eum: & allegat notata per Inno, in d. c. ex literis. quod tene menti. quia vidi de facto. Et per dicta iura dixi alias in q. facti, cum esset dispensatum cum quodam Hispano, vt quæcunque, quotcunque, & qualiacunque præstimonia, seu præstimoniales portiones, aut simplicia beneficia etiam pontificalia, aut limitationes nuncupata seu nuncupatas, in ciuitatibus & diœcesibus regnorum Castellæ, & Aragoniæ consistentia, & quamprimum in xx. suæ ætatis anno constitutus fuerit, vnum beneficium curatum, & cum in ætate legitima constitutus fuerit, duo beneficia curata quæcunque, seu aliàs inuicem incompatibilia, obtinere possit, quod vigore dictæ dispensationis non potuit obtinere beneficium curatum, consistens extra dicta regna Castellæ, & Aragoniæ, nam dicta verba generalia quæcunque debebant restringi per

præce

præcedentia, iuribus suprà allegatis, vt sit sensus, quòd quamprimùm in xx. suæ ætatis anno constitutus fuerit, obtinere posset vnum beneficium curatum, & cum in legitima ætate constitutus fuerit, obtinere posset duo beneficia curata quæcunque, consistentia videlicet in ciuitatibus & diœcesibus dictorum regnorum, propter præcedentia & prius specificata, quæ qualificant & restringunt sequētia: vt docuimus iuribus suprà allegatis, & quia hoc patitur
6 ratio recti sermonis, quia † materia impetrationis beneficiorum & dispensationis contra ius, est odiosa, ambitiosa, & ideo restringenda, cap. quamuis, de præbend. lib. vj. & c. quod dilectio, & ibi Innocē. Panorm. & alij doct. de consang. & affinit. Et quia dicta gratia, seu dispensatio potest operari suum effectū in ciuitatib⁹, & diœcesibus dictorū regnorū. Et quia si Papa voluisset dispēsare cū illo, vt posset obtinere beneficia curata extra dicta duo regna, potuisset adiicere hæc paucula verba, vbicunque consistentia, sicut adiecit plura alia per quæ voluit ipsum admitti ad beneficia curata: siue essent curata, quia parochiales ecclesiæ: vel quia perpetuæ vicariæ: vel quia dignitates, quibus imminet cura animarum, etiam si essent electiuæ, &c. quod quia non fecit, non præsumitur hoc voluisse. c. ad audientiam, de deci. cum simil. imò fortiùs credo, quòd etsi Papa adiecisset dicta verba, vbicunque consistentia, adhuc tamen propter præcedentia, illa verba deberent restringi, dummodò tamen cōsistant intra dicta duo regna, propter subiectam materiam, quæ in se odiosa est, vt dixi:
7 & quia † generalitas relata ad locum, restringitur ratione subiectæ materiæ, c. vt animarum. §. j. de constitu. lib. vj. & not. glo. in l. j. verb. non videbatur ff. de eo quod cer. loc. Et faciunt eleganter notata per Pet. de Anch. in consil. clxiij. incip. In Christi, &c. Visis, & diligenter inspectis, &c. & facit glo. sing. in c. si proponente, cum ibi no. per Panor. & alios, de rescri. Et ita fuit iudicatum, per recolendæ memoriæ D. Martinum Cuichu Officialē Cameracensem, in fauorem Ecclesiæ sanctæ Gudilæ Bruxellēsis: quod not. Sed quia istæ Theoricæ videntur sibi contrariæ, idcirco pro concordia, vt quælibet earum saluetur, dicas hoc modo:
8 quòd regulare est, quod in omni † dispositione generalitas restringitur ad intellectum iuris cōmunis, vt patet in l. quæro

l.quæro.§.inter locatorē.ff.loca.in l. vt gradatim.§.j.ff.de mun.& hono.in l.ij.& ibi hoc not.Bald.C.de noxal.acti.in c.super eo,de offi.deleg.in c.pastoralis,in prin.de appel.& in c.cùm dilectus,& in c.ad audientiam,de cle.non resid. qui text.sunt ad hoc not. Quinimò nullum verbum est tā vniuersale,quòd ex consideratione debitarum circunstantiarum non debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipere,secundū Oldra.in consilio cxlviij.circa fin. Ad hæc faciunt & not.per gl.in verb.omnes,l.fi.C.fine cens.vel reliq.& not.per glo.sing.in l.fina.§.in computatione,in fine C.de iure delib.& not.per Bartol.in l.j.§.& parui.vers.ista glo.est arg.ff.quod vi aut clam.Et similiter restringitur generalitas,ne sequatur absurdum vel absonus intellectus, vt dicā satis latè infrà in Loco ab absurdo*. Itē similiter restringitur generalitas ad priùs specificata p supradicta.

9 Patitur † tñ hæc regula plures notabiles fallētias.Primò enī fallit,qñ illud de quo quæritur,cohæret,vt connexū dispositioni præābulæ:tunc[q]enī verba generalia extendūtur,vt illud cōprehendant. gl.est sing.in c.accusatus.§.j in verbo,iudicari,de hære,li.vj.quā sequitur Pau.de Ca.Ale. Ias.& alij doc.in d.l.si de certa.Et Ang.& Io.de Imo. in l.q Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl.& Feli.in d.c.sedes, & Ias.in l.j.C.de trās.quem oīno vide. Scdò dicta regula fallit,qñ illud,de quo quæritur,est accessoriū illi' rei,vt sunt fructus vel pœna.l.ij.in prin.ff.si quis cau.& l.fina.ff.de eo quod cer.loc.tunc enī verba generalia extenduntur, vt illud accessoriū cōprehendant. Ita not.vult Bar. in l. Aurelio.§.Caius,circa fin.ff.de lib.leg.& Sali.Pau.Cast.Ale.Iason,& doc.in d.l.si de certa.Tertiò fallit dicta regula,quādo illud de quo quæritur est appenditiū,quia ad illud verba generalia extenduntur. tex.est not. fm verum intellectū,in l.si cū tibi,iuncta gl.fin.ad finē,& ibi Bart.Bal.Paul. de Cast.& doct.C.de iudicijs,& volunt Pau.de Cast.Alex. & Iason,in d.l.si de certa.& idē Alex.in l.licet, C.de indi. Quartò fallit dictà regula,quādo generalitas nō potest restringi

ADDIT. * Absurdo. Item generalitas de habilibus intelligenda est.l.j. C.de sac.san.eccle.Alc.c.j.de iudi. Restringitur generalitas si ratio legis hoc suadet.Alciat.Rub. ff.de ope.no.nunt.Prat.

ſtringi ſalua ratione recti ſermonis, vt quia verba ſunt ni-
mis generalia & ampla. Et generaliter intelligenda ſunt
verba vbi nulla ſequitur abſurditas, nec reperitur ſpecia-
lis diſpoſitio in contrarium vel præcedens reſtrictionem
ſuadens, & tunc habent locum iura ſupra allegata, dicen-
tia, generaliter dicta, generaliter debere intelligi. Vbi au-
tem poteſt fieri reſtrictio, ſalua ratione recti ſermonis, vel
vbi concurrit aliquod de præmiſſis, tunc eſt reſtrictio fa-
cienda, iuribus ſuperiùs adductis, iuncta l. Plautius mu-
lieri. in fin. ff. de aur. & arg. leg. & hoc modo debent concor-
dari prædictæ Theoricæ, quæ prima facie videntur mul-
tùm inter ſe pugnare. Hoc tamẽ volo te ſcire, quòd etiam
quando verba non poſſunt reſtringi, ſalua ratiõe recti ſer-
monis, quia ſunt nimis ampla, ſeu generalia, tamẽ in qua-
tuor notabilibus & quotidianis caſibus, non intelligun-
tur generaliter, vt iacent, nec extenduntur ſecundum cor-
10 ticem verborum, ſed reſtringuntur propter æquitatẽ, quæ
ſubeſt. Primus caſus eſt, quãdo arguitur† dolus alterius,
tunc verba generalia non extenduntur ad occultata dolo
alterius partis: tex. eſt notab. ponens caſum quotidianum
in l. tres fratres. ff. de pactis. Secundus caſus eſt, quandoque
allegatur ignorantia. verba enim generalia, non extendũ-
tùr ad ignorata, tam in genere quàm, in ſpecie, licet ceſſet
dolus partis aduerſæ, vt eſt tex. not. in l. qui cum tutoribus,
verſi. ei qui. ff. de tranſact. & in l. mater decedens. ff. de in-
offi. teſt. Diximus autem notanter, tam in genere, quàm in
ſpecie, quia ad incogitata in ſpecie, cogitata tamen in
genere bene extenderentur, vt eſt caſus iuxta veram in-
terpretationem in l. ſub prætextu. ij. iuncta glo. j. C. de trã-
ſact. & ibi Pau. de Caſt. & doct. idemque Pau. de Caſt. in d.
§. Lucius. Tertiò, verba generalia non extenduntur ad ſu
peruenientia de nouo. vt eſt tex. in d. l. qui cum tutoribus,
in fine, ibi poſteà compertum, quod procedit etiam ſi iu-
ramentum interuenit, text. eſt hac de re non ineleg. ans in
c. cum inter P. cui ſubſcribit gloſ. ibi. in verb. iuramentum,
& Cano. maximè Anto. de Butrio, & Io. de Imo. de renũn.
vbi per illum text. ſingu. dicunt, quòd ſcholaſticus Licen-
tiatus vt vocant, qui iurauit non capere inſignia Docto-
ratus alibi, quàm in loco vbi fuit examinatus, poteſt alibi
capere inſignia Doctoratus, ſi ibi de nouo examinetur, vel
ſi in pri

si in primo loco insignia doctoratus capere non potest ꝓpter pestem ibi vigentem:nec per hoc est periurus,quia ex noua causa assumit alibi Doctoratum, secundum eos. Debet enim intelligi iuramentum & quævis alia dispositio, rebus sic se habentibus, vel in eodem statu manentibus, c.quemadmodum, cum ibi not. per gloss. * & doct. de iureiu.& l.quod Seruius,cum ibi not.maximè per Alexan.& Ias.ff.de condict.cau.da.& faciunt hoc not.per Bald.in l.fi. C.de non num.pe.& not.per Bal.in l.clari. C. de fideicom. notat.per eundem Bal.in c.cum M.F. per illũ tex. de cõsti. & (quod fortius est) istud procedit,etiam, si diceretur in instrumento,quòd talis renunciat omni iuri,quod habet, vel habere sperat:nam illa verba,habere sperat,debent intelligi & restringi, scilicet ex causa de præsenti; ita singulariter dicunt Bartol.Ang.Paul.de Castr. Iason & doct.alij in d.l.qui cum tutoribus,& idem Bart.& alij in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,& Feli.in c.si diligenti,de fo. compet.& Alex.& Iason in d.l.quod Seruius.quod manda memoriæ, quia est valde singulare.Quartò, verba generalia non extenduntur in dubio,ad ea quæ dependent ex testamento, quia super iure competenti ex testamento non valet pactum nec transactio quantumcunque generalis, nisi visis, cognitisque verbis testamenti,vt est tex.sing.in l.de his.ff. de transac.& vult not.Io.de Imo.in d.c.j.de trãsac.& est de mente Cępolæ, in cautela ccxviij.& tractatur plenissimè de hoc per Alex.de Imo.in consi.xj.ij.volu.incip.In Christi,& c.viso ac vt oportet considerato.&c.De qua materia, si plenius vis instrui,vide vltra passus superius commemoratos Bart.in l.quæsitum.§.fi.ff.de fun.instru.& ea quæ dicam infrà in Loco à ratione legis stricta seu limitata ad restrictionem ipsius legis,vbi declarabo, an & quando ex vi rationis debeat,& possit restringi lex vel canõ,& quomodo intelligatur dicta regula,Generaliter dictum,generaliter debet intelligi. Vide etiam ea quæ dicam infrà in Loco à genere ad speciem,& in Loco à toto ad partem.vide etiam textum cum gloss.in verb.nihil in l.si seruitus. ff. de seruit.

ADDIT. * Gloss.Quæ posita ibidem enumerat conditiones,quæ in iuramento intelliguntur. & vide Alciat.l. cum proponas.C.de pact.eundem resp.73.nu.3.Prat.

de serui.vrb.præd.& text.cum gl. in l.si cum fundum.ff.de verb.sig.& tex,cum gloss.in verb.commendanda in l.quoties C.fa.ercis.& tex.cum glo.in c.causam quæ, de rescriptis,vbi reperies, quòd interdum sequentia restringunt præcedentia, & quòd econtra præcedentia interdum restrigunt sequentia,& quòd interdum præcedentia augent sequentia:vide etiam tex.gl.fi.& Bart. in l. quisquis ff. de leg.iij.& Barto.in l.auia,in prin.ff.de cond.& demon. vbi
11 reperies,† quòd præcedens clausula est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium,quàm sequens ad determinationem præcedentium,quem refert & sequitur Mathe.in not. cl. reputás hoc singulare. vide etiam Panor. in c.ex parte,de spon vbi in casu quotidiano declarat,sequẽtia * restringi per præcedentia:vide etiam ad propositũ, quinquaginta modos,quib⁹ arctatur siue restringitur generalitas,magistraliter collectos per Ioannem Monachi, Philippum Francum,& Io. An.in Mercu. in reg. In generali,de reg.iur.lib,vj.& longè plenius per Roma. in rep.l. si verò.§,de viro.ff, sol, matr. vide etiam not. per Bald.in d.l.fin.C,de non num.pec.& not.per eundem,in l. sed & si quis, §. quæsitũ:in prima opposi.ff. si quis caut. & no.per Ioan.Andr.,& alios, in cap.veniens, de iureiur.& not. per Panorm. & doct.in cap. Quintauallis, de iureiur.& not. per eundem in capit.cum venissent,de institu.vide etiam text.in l.creditor.§. Lucius, ff.mand. & text. in l, si libertus ita iurauerit. & ibi Alberic. ff, de oper. lib. & bonam gloss. in clem. sæpe. §. non autem. in verbo defensiones legitimæ,de verbor.significat. & glo.in l.promittendo,in prin.ff.de iur.dot. & gloss.in l.sed si compromissum,in fine.ff.de arbit.& glo. in l.qui autem, in fine. ff. de constit. pe.& in l.emancipari.ff.de adopti & Bart. Alexand. Iaso. & doctor. in l. j. §. nunciatio. ff.de no.oper.nunc.in qui-
12 bus locis reperies, generalitatem † multifariam multisque modis restringi, Postremò illud te admonitum
13 volo., quòd non sufficit † aliquid exprimere, vel proponere in genere, quando quælibet species contenta sub

ADDIT. * Sequentia. Sic & ea, quæ præcedunt declarãtur à sequentibus & èconuerso,tex.in l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.j.P.Prateius.

ſub genere non operatur illum effectum ad quem exprimitur, vel proponitur. Ita eleganter vult gloſſ. notab. iuncto text. in cap. pia, ſuper verb. ſpeciem, de except. lib. vj. & eſt pulcher text. in cap. in præſentia, vbi & Panormi. notat de probatio. & vult ſingulariter Bart. in conſilio ſuo lxv. incip. Factum tale eſt, Petrus Nicole, cuius meminit Alexand. de Imo. in conſi. exij. iij. vol. incip. Viſo ſuperiore themate, & Angel. in §. fuerat, Inſti. de actio. quo in loco dictum illud ſummopere probat, quæ omnia memoriæ mandabis tanquam pulchra, ſingularia, vtilia, & quotidiana.

¶ LOCVS A GENERE AD Speciem.

1 *A quocunque remouetur genus, remouetur & qualibet eius ſpecies: non contrà 1.*

3 *Genus & ſpecies cum toto & parte quomodo differant.*

EST & alius non infrequens in Iure Locus, à Genere ad Speciem, ex quo ductum argumentum nedum eſt probabile, ſed etiam neceſſarium, hoc autem pacto licebit formare,
1 A quocunque remouetur † genus, remouetur & quælibet eius ſpecies, text. eſt notab. in l. ſi cauſa cognita, iuncta gloſſ. ſuper verbo, peremiſti, quam ibidem ſequuntur Bartol. Bald. Pau. de Caſtr. & alij doctor. C. de tranſa. eſt & tex. in §. vulgo, iuncta gloſſ. in verb. ſpecies eſt, Inſtit. de ſucceſſ. cog. & text. in l. fin. circa princip. C. de vſu. rei iud. & tex. in l. j. §. quòd autem Prætor, in fine & ibi Odof. not. ff. de aleat. Item text. in capit. nam concupiſcentiam, vbi eum ad hoc ponderat Ioan. de Imol. de conſtit. & text. cum gloſſ. in l. j. in fin. ff. de ſuis & legit. hære. Pertinet huc quoque tex. in l. fundi, in fin. iuncta glo. ff. de fund. inſtr. Itē text. in l. j. C. ne fiſcus rem quā vēn. euin. lib. x. Ad hæc text. elegans ſm primam lecturā gl. in l. iuris gentiū. §. ſed ſi fraudandi, vbi & Bar. Bal. Alberi. & alij no. ff. de pact. Porrò hoc argumēto Bal. vtitur in repe. l. cū

mulier,ff.sol.matri.Præterea & in d.§.sed si fraudandi, vbi hoc inducit ad quotidianam quæst.Item in c.j.de prohib. feu.alie.per Fede.circa fin.princ.vbi dicit, quòd si mulier prohibetur per statutum donare, non potest etiam donare causa mortis,quia à quocunque remouetur genus, necesse est & quamlibet ei⁹ speciem remoueri, vt ibi per eū.

2 Ecōtrariò à remotione † speciei ad remotionem generis, argumentum nō procedit,tex.est no.in l.duobus.§.si quis iurauerit,& ibi Bar.notat.ff.de iureiur. & idem volunt gl. Bar.Bal.& doct.in d.§.sed si fraudandi,non enim sequitur, non est homo, ergo non est animal. Imo committitur fallacia consequentis secundum dialecticos, & hoc inducit Bal.ad pulchram quæstionem in d.§.sed si fraudandi, quē omnino vide. Hoc tamen fallit, quando esset tale genus quod saluaretur in vnica specie. Ita not.dicit Bal.in l.conuenticula.C.de epis.& cleri.l.sicut municipum vbi in fine. ff.quod cuius.vniuer.no.notatur, quòd ius collegij potest conseruari,& retineri per vnum, licèt per vnum ab initio constitui non possit collegium,vel vniuersitas,l. Neratius Priscus,cum ibi not.per gl.ff.de verb.sig.& viderunt prædecessores nostri in quodam canonico Mechliniensi, qui fundauit Zellarienses,vt constans habet fama,& patet per instrumenta publica: huius exemplum aliquantò rarius Phœnice esse potest,quæ est auis grandis sicut Aquila, & nunquam reperitur eodem tempore nisi vna, viuitque in sexcentis quinquaginta,Deinde facit sibi nidum ex thuris surculis & replet odoribus,in quo moritur, & ex eius ossibus ac medulis, vt quidam volunt, nascitur vermis, qui paulatim adsolescit in demortui Phœnicis formam: Alij dicunt quòd ponat se aduersus radios solis, & alarū plausu excitato igne,comburatur vnà cum nido, éque cineribus illius vermiculus oriatur, qui tandem crescat ad magnitudinem ac formam Phœnicis exusti,de quo vide plenissimè Plinium naturalis historiæ lib. x.capite ij. & Ouidium Metamor.lib.xv. & per Erasmū in Chiliadibus suis adagio,Phœnice rarior,per Perotum & Calepinum suis in locis,ac in symbolo Ruffini, & in epistola ad Præsidium, quę magno Erasmo teste,falsò adscribuntur Hieronymo: Interseruntur tamen per eum tomo ij.Vide etiam de Phœnice per Io.An.Io.de Imo.& doct.alios,post glo.in c. quo-

niam

niam Abbas, de offi. deleg. Illud etiam certum est, quòd argumentum à genere ad speciem procedit etiam affirmatiuè, habito respectu seu consideratione ad hoc, quod sub genere continetur species, vnde si vxori à viro legata sunt, ea quæ eius causa parata sunt, etiam empta eius causa censebuntur legata, vt est text. in l. item legato. §. item interest. ff. de leg. ij. Non autem procedit argumentum à genere ad speciem affirmatiuè per modum consequentiæ. vnde non sequitur, est animal, ergo est homo, vel est paratum vxoris causa, ergo est vxoris causa emptum, d. §. Item interest, cũ similibus, vt dicam latius infra loco proximo. Posset etiã poni aliud exemplum, positum per Ciceronem & Boetiũ in Topi. in loco à genere, vt putà vir legauit vxori omne argẽtum, ergo & pecuniã numeratam videtur legasse, quia numerata pecunia argentum est. Sed hoc exemplum mihi non placet, quia contrarium eius optima ratione decidit Vlpianus in l. Quintus Mutius, ij. §. j. ff. de aur. & argẽ. leg. & facit l. cùm aurum, in princ. illo titu. quod nota. Et vide quod dicam infrà in loco à toto ad partem. De multiplici autem acceptione generis, & de obligatione generis, quia longus est tractatus, & ab instituto nostro alienus, vide p Bartol. & alios in l. ij. §. mutui datio. ff. si cert. peta. per eundem, & alios in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. Et magistraliter per Zasium, libr. j. Respons. singular. capit. j. Illud autem non est obliuioni tradendum, quòd licet genus & species cum toto & parte simile quiddam habeant, in hoc scilicet, quòd quemadmodum genus species suas cõprehẽdit, ita totum intra se partes suas complectitur: in tribus tamen differunt, † secundum Boetium in Topicis, Et vult Rodolphus Agricola libro de inuent. dialect. j. ca. ix. primò quoad constitutionem, seu in esse productionem. nam ad explendam generis substantiam, non vtique vnamquamque speciem ad esse natura illius exposcit. Est enim animal, licet non subsistit asinus vel bos, sed ad conficiendam toti⁹ substãtiam, vnamquamque partium necesse est adhiberi. Non enim est domus, nisi sint fundamentum, tectum, & parietes. Secundò, quoad conseruationem, destructionem, vel interitum. Destructo enim genere, nullæ remanent species, vt suprà dixi. Sed destructo vel intercempto toto, plerunque partes remanent: vt domo destru-

ctare manent parietes, & fundamentum. Tertiò quoad prædicationem, quia genus de speciebus suis prædicatur seu affirmatur, vt est homo vel asinus, ergo est animal: sed totum de partibus non prædicatur, vt non sequitur, est paries, ergo est domus; & sic de similib. quod nota. Et vide quod dicam infrà loco proximo, & in loco à toto ad partem.

LOCVS A SPECIE AD Genus.

1 *Posita specie necessariò ponitur genus, quod praeest illi speciei: sed non è contra.*
2 *Speciei ad positionem sequitur positio generis: & non contrà.*
3 *Dupliciter aliquid dicitur inesse alteri.*
4 *Exceptio quo sensu dicatur inesse Regula.*
5 *Species semper infert suum genus.*

HVIC subiungendus est locus à specie ad genus, à quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed & necessarium,
1 id formabitur hoc modo, Posita specie † necessariò ponitur genus, quod præest illi speciei, sed non contrà. Vel ad idem sic,
2 Ad positionem † speciei sequitur positio generis, verùm non è conuerso. text. est nota. in l. si quid carum, §. inter emptum, & ibi hoc not. glo. in verb. paratũ. Bart. & doct. ff de leg. iij. & habetur per glo. j. in fin. Barto. Bal. Albe. & doct. in l. iurisgentium, §. sed si fraudandi. ff. de pact. & per gl. Cy. Bar. Bal. Paulum de Cast. & alios doct. in l. fina. C. de in inte. restitu. & per Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cle. De isto argumentandi modo commemoratur etiam per Sali. in l. vnica, C. de raptu virgi. & per Bald. in l. ij. §. creditum, vbi habes exemplum generis & speciei, creditum & mutuum. ff. si cert. pet. & per doct. in pluribus aliis locis, de quibus breuitatis gratia supersedeo. Itáque

bene

benè sequitur, homo est, ergo animal est, est mutuum, ergo est creditum. Sed econtra ad positionem generis non sequitur præcisè positio vnius speciei: vnde non valet cõsequentia, animal est, igitur homo est, vel est animal, ergo & homo: quia potest esse asinus. Neque rectè sequitur, est creditum, ergo est mutuum, potest enim depositum, vel cõmodatum esse. Hoc tamen volo te scire, legũ peritos ferè semper genus appellare, id quod dialectici speciẽ vocant, vt homo, bos, asinus: & rursum quod hi indiuiduũ nominant, Iurisconsult' speciem dicit: cuiusmodi sunt. Stich', Titius, Pamphilus, Socrates. Probatur hoc apertissimè in d.l.ij.§.mutui datio, & ibidẽ per Bar. & doc. alios. hęc est & snĩa gl. in verb. electio legatarij in §. si generaliter, institu. de leg. Præterea Io. Fab. in §. huius studij, Inst. de iust. & iu. & opinio eiusdem in §. lex est, in fi. Inst. de iure natu. gen. & ciuili, & Bar. in l. legato generaliter, ff. de leg. j. & eiusdẽ in l. Mæuius §. duobus, ff. de leg. ij. Illud etiã nolo te ignorare, φ species inest generi, & etiam gen' inest speciei: sed diuersimodè. Quare ne decipiaris propter æquiuocationẽ termini, inesse, aduerte φ aliquid põt dici inesse † alteri dupliciter, vno modo cõtentiuè siue comprehensiuè, & hoc modo species inest generi, id est, species continetur, seu cõprehenditur sub genere, & sic loquitur §. sed si fraudandi, in fine, cũ dicit, inest eñ dolo & fraus, secundũ primã lecturã gl. & ibi Bar. Bal. & do. declarãt. Sic etiã loquitur l. per seruum. §. j. ff. de vsu, & habita. cũ dicit, fructui & vsus inest; vsui fructus deest, &c. Sic ẽt loquitur tex. Instit. de serui. rusti. & vrba. prædi. in prin. cũ dicit, qui iter habet, actũ non habet: sed qui actum habet, iter habet. Ad eundẽ modum loquitur & l. Item legato, §. itẽ interest. ff. de leg. iij. cum dicit, paratis enim omnia continentur, quæ ipsius vsibus fuerunt designata, &c. Ità etiam loquitur l. Si chor' in prin. ff. de leg. j. & iij. Sic etiam in toto pars continetur, id est, cõprehẽditur, l. in toto. ff. de reg. iur. & regula, in toto, & ibi Dynus de regul. iuris libr. vj. & regula, plus semper, cum sua not. glo. eo. tit. & lib. Sic etiam † exceptio inest regulæ, id est, comprehenditur seu continetur sub regula, quod declarã, vt benè declarat gl. in rub. de reg. iur. lib. vj. & ibi per Dyn. & Philip. Franc. & per glo. Albericum, & doctor. in l. j. ff. de regulis iuris, Et generaliter, genera-

libus, vel magis communibus, specialia, vel minus communia insunt, id est, continentur seu comprehenduntur, l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. Secundo modo aliquid dicitur inesse alteri non contentiuè seu comprehensiuè vt dixi, sed illatiuè, positiuè, consecutiuè seu per consequentiam: quia, eo posito infertur, siue consequitur aliud, & hoc modo genus, vel magis commune inest speciei, vel minus communi, quia posita specie, ponitur genus. & posito minus cõi, ponitur magis cõe, vt homo est, ergo animal est: ergo homo est: est emptum, ergo paratum: Sicque de similibus. Et sic loquitur lex, inter agnatos, iuncta glo. ff. vnde legi. cum dicit in agnatis & cognati continentur, sic etiam loquitur d. l. si quid earum. §. inter emptum, cum dicit & responsum est in empto paratum inesse, & c. & ibi gloss. Et (vt breuiter omnia complectar) species † siue minus commune semper infert suum genus: vel magis commune per positionem, illationem, seu consequentiam, vt si est homo, est animal: si est vxoris causa emptum, est ipsius causa paratum, d. §. inter emptum, cum dicit, & responsum est in empto paratũ inesse, supple, per consequentiam. Species autem siue min' commune, non infert suum genus, vel magis commune per continentiam, quia non sequitur, Empta vxoris causa sunt Titio legata, ergo parata sunt ei legata. alleg. §. item interest, ibi, Vnde non continebuntur emptis solis legatis. quæ alia ratione paterfamilias acquisita ei destinauit. Econtrà autem, genus, siue magis commune infert suã speciem, vel minus commune per continentiam: vt si vxori legata sunt à viro quæ eius causa parata sunt, ergo & empta eius causa cẽsentur legata, d. §. itẽ interest, ibi, paratis enim, &c. sed genus vel magis commune, non infert speciem vel minus commune per consequentiam, quia non sequitur, est animal, ergo est homo; potest enim asinus esse. nec etiam sequitur, est paratum, ergo est emptum, quia potest esse alio modo acquisitum. Et hoc paucissimis verbis dicit Vlpianus in d. §. inter emptum, ibi, in parato non continuò emptum contineri, supple per consequentiam, sed per continentiam sic, ne contradicat d. §. item interest. Sic etiam totum est in parte prædicamentali per consequentiam, quia posita parte prædicamen

dicamentali, ponitur totum. Notanter autem dixi prædicamentali, quia posita parte integrali, non ponitur totum integrale, vt dicam latius infrà loco proximo, sed totum etiam prædicamentale non est in parte per continentiã, d.§.item interest, ibi, vnde non continebuntur, &c. Econtra autem pars subiectiua, seu prædicamentalis est in toto contentiua.i. comprehenditur in toto. d. regula in toto, & præal. reg. pl⁹ semper sed non est in toto illatiuè, positiuè, seu per consequentiam vt dixi: Et hinc gl. in verb. paratũ in esse in fi. in d.§. inter emptum, rectè dicit, quod totum est in parte secundum quid, quia nõ simpliciter totum est in parte, intelligendo semper de parte prædicamentali, sed duntaxat per consequentiam, non per continentiam, vt modò dixi. quod consecra memoriæ, quia posses aliàs facilè decipi per fallaciam à dicto secũdum quid ad dictũ simpliciter, & vide quod dixi suprà loco proximo, & quod dicam infrà loco proximo, & sequenti.

LOCVS A TOTO AD partem.

Locus à toto ad partem procedit secundum quid, & non simpliciter.

Iuris quod est de toto quoad totum, idem iuris est de parte quoad partem. & nu. seq. & 7.

Peregrini & viatores si decedant itinerando sepeliendo sunt in ecclesia parochiali.

Citatio est pars & fundamentum processus.

Argumentum à toto ad partem valet. & quando non procedat. nume. 7

Intellectus l. fiscus. ff. de iure fisci.

Nepos an præferatur patruo in regno.

Totum infert quamlibet suam partem.

Totum multipliciter dici.

Toto posito vel confesso, posita censetur qualibet eius pars.

Negatio præposita vel postposita signo vniuersali alterat eius naturam: & facit eum æquipollere suo contradictorio.

13 *Negatio præposita & postposita signo vniuersali facit eam æquipollere suæ subalterno.*

14 *Argumentatio à toto in quantitate, seu numerabili ad partem quomodo procedat.*

Occurrit nūc locus à Toto ad Partem, à quo sumptum argumentum probabile quidem est, cęterum non necessarium secūdum gl. in l. i, §. si ex dodrante, in verb. non necessarium
1 ff. de col. bo. & procedit secundum quid, † nō autem simpliciter secundum gl. in l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. iij. Et de eo nonnihil attingitur à Petro, Dy. Bar. Alber. de Rosa. & aliis, in l. j. ff. de vsufr. lega. & per Bart. & Ang. in l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. Et per eundem Bar. in l. re coniuncti. in versic. quarto dubitatur. ff. de leg. iij. & per eundem in l. si mater. §. si quis iter. ff. de excep. rei iud. & per Bal. in l. conuenticula, C. de episco. & cler. sed minùs perfectè. nos autem Deo duce plenissimè declarabimus infrà, quando hæc argumentatio à toto ad partem procedit, & quando nō. Et ausim dicere, q hęc argumentatio à toto ad partem, quando sumitur, vt debet, nedum est probabilis, sed & necessaria, frequens, & vtilis. Quod vt euidentiùs appareat, volo te scire, q hoc argumētum à toto ad partē formatur dupliciter, ad duplicem ef-
2 fectū. Vno modo sic, † quod iuris est de toto quoad totū, idē iuris est & esse debet de parte quoad partē. tex. est notabilis in l. quæ de tota, in prin. & ibi gl. & Bar. not. ff. de rei ven. & tex. in l. iurisgentiu. §. adeò. & ibi habetur per Ias. & do. ff. de pa. & tex. in l. si vnus. §. si cū tibi, cū seq. & ibi etiā doc. attingunt illo, eo. tit. est & tex. in l. si cui, in prin. in versic. Proinde, & ibi Bal. notat. ff. de lega. j. Item est text. in l. tres tutores, in prin. vbi & Bar. notat. ff. de admin. tut. item tex. in c. super quæstionum. §. fina. & in c. pastoralis. §. Itē cum totum. & ibi glo. Bal. Card. Io. de Imo. Panorm. Barb. & Felin. not. de offic. deleg. & text. in c. si diligenti, in princ. & ibi etiā Panorm. notat, de præscrip. cum infinitis aliis, quæ non refert adnumerare. Et isto argumentandi modo vtitur Ioan. Andr. in reg. Plus semper, & in regul. cui licèt, & in regul. in pari, & in regul. scienti, in pulchris quæstionibus, de regul. iuris lib. vj. in Mercur. & idem Ioan. And.

in c. Ro

in c. Romana. §. contrahentes, in pulchra q. de fo. comp. li. vj. in nou. & doct. diuersis in locis. Et facit ad plurima. & inter alia, gratia exépli pro instructione studiosorum iuuenum, primò facit ad hoc, quòd † peregrini & viatores si decedant itinerando intra parochiam alicuius, licet in loco sit ecclesia cathedralis, sepeliendi sunt in ecclesia parochiali, & ibi soluenda sunt iura funeralia, & non in ecclesia cathedrali. Ita sing. concludit Panorm. contra Anto. de But. in cap. j. de sepult. Et idem repetit ipse in cap. j. de cele. miss. quia idem iuris debet esse in parte quoad partem, quod est in toto quoad totum, iuribus præall. & ita in quæstione facti consultus, respondi, de quo vide latiùs per omnes in d. cap. j. de sepul. & plenissimè per Domin. & Philippum Francum in cap. j. de sepult. libr. vj. quia materia est pulchra, dubia, & quotidiana. Secundò facit ad hoc, quòd quemadmodum duo ex tribus iudicibus delegatis cum clausula, quòd si non omnes, &c. duo vestrum, &c. non possunt ad instantiam impetrantis procedere in causa contra reum vocatum ad sententiam definitiuam, non constito de impedimento, vel excusatione tertij collegæ: & si processerint, sententia non valet, cap. prudentiam, in princ. de offic. delega. cum similib. Ita etiam reus ad illorum duorum citationem non constito de impedimento, vel excusatione tertij, comparere non tene-
4 tur, quia † citatio est pars, & fundamentum processus, c. pastoralis. §. j. de offic. deleg. & quod iuris est de toto quoad totum, idem iuris est de parte quoad partem, iuribus præal. Ita post longam disputationem tenet gloss. singul. quã sequuntur doct. in d. c. prudentiã, in verbo tenuatur, in prin. & in verbo, citra formã, quod manda memoriæ, quia est quotidianũ. Tertiò facit ad hoc, q̃ hi qui illos redimũt captiuos ab hostibus pro parua quãtitate, non possunt eis imponere magnã taliã, vt vocãt, sed debẽt esse cõtenti eo quod ꝑ eis redimẽdis dederunt, vel vti eorũ opera quinquẽnali iuxta l. fi. C. de capti. Ita et si obtineãt captiuos ex dono, nõ possunt ab eis quicquã exigere, quia idẽ iuris est de parte quoad partem, quod est de toto quoad totũ, iurib. ante adductis, & ita singulariter reperio decidere Paul. de Ca. in l. j. C. de epis. aud. quod nota, malè tamẽ seruat, quia vidi nõnullos de hoc quæstũ faciẽtes. Quartò facit ad hoc

quòd

quòd ſicut generaliter appellari non poteſt à ſubdelegato
non in totum ad Papam, ſed appellandum ſit ad ſubdele-
gantem. d.c. ſuper quæſtionum. §. porrò. §. quem verò, & §.
ſi verò, ita etiam in particulari caſu, de quo in d.c. ſuper
quæſtionũ. §. ſi. à ſubdelegato non in totum appellari non
poteſt ad Papam, ſed appellari debet ad ſubdelegantem,
vt ibi eſt tex. ſic formaliter concludens ex præmiſſis tri-
bus paragraphis; porrò, quem verò, & ſi verò. Cuius non
eſt alia ratio, niſi quia idem iuris eſſe debet de parte quo-
ad partem, quod eſt de toto quoad totum; iurib. ſuprà alle-
ga. De qua materia vide latius in d. §. porrò, & ſeq. & in c. ſi
à ſubdelegato. de offi. delegati li. vj. Quintò facit ad hoc,
quòd ſi aduocatus ſit pactus ratione victoriæ, ſeu palma-
rij, (vt vocant) ſibi dari decem, ſicut conſequeretur inte-
gra decem, ſi in omnibus cauſis vinceret, Ita ſi in aliquib.
cauſis vincat, & in aliquibus ſuccumbat, conſequetur pro
ratã, quia idem iuris debet eſſe in parte quoad partẽ, quod
eſt in toto quoad totũ, dicta l. quæ de tota & aliis iuribus
ſuprà citatis. Ita ſing. dicunt. Petr. de Bel. Pertica, Cy. Bald.
& Sali. in l. vnica. C. de ſuffra. Et eſt communis opinio ſe-
cundum Sali. ibidem, quibus adde Ioã. And. in ſimili q. de
tranſigente, in regu. contractus, de regu. iu. lib. vj. in Merc.
imo fortius dixit gl. per verbum forte in d. l. vnica, videli-
cet ꝙ integra decem habere debet, & illam gl. ſequitur ibi
ſimpliciter Ang. Et idem videtur ibi ſentire Odof. poſt do-
minum ſuum Ia. Balduini. Alij verò dicunt eum hoc caſu
nihil debere conſequi, alij autem diſtinguũt inter cauſam
iuſtam, & iniuſtam, de qua q. vide plene per Albe. de Roſa.
in d. l. vnica, ad quem remiſiſſe ſufficiat, quia fideliter reci-
tat omnium opiniones, & eorum motiua: licet expreſſè
nihil eligat. Sextò facit ad hoc, quòd quemadmodum ſta-
tur opinioni vulgi in diſcernendo an ſit ſterilitas vniuer-
ſalis, ita etiam ſtatur opinioni vulgi in diſcernendo, an ſit
ſterilitas particularis in vno prædio, quia quod iuris eſt
de toto quoad totum, idem iuris eſſe debet de parte quo-
ad partem. Et ita decidit Ang. in l. licet. C. locati. & idẽ eſt
5 de mente Cy. & Sali. ibidem. Septimò facit ad hoc, † quòd
ſicut poſt litem conteſtatam renunciari poteſt liti in totũ,
aduerſario etiam inuito, quando eius non intereſt, vt no-
tatur in l. poſtquam liti, C. de pact. ſecus, ſi eius interſit, vt
eſt glo.

est gl.sing.in l. vtique. ff. de rei vendi. approbata ibidē per Bar. Bal. Ang. & doct. Ita etiam post litem contestatam pót in parte detrahi à libello. qa si licet in toto, multò magis licebit ī parte, quia bonū est argumentū à toto ad partē. Ita decidit Lanfran. in rep. c. qm contra, in materia petitionū circa finem, de probat. Et ante eum voluit Io. de Imo. in ç. significantibus, de libel. oblat. quod not. Octauò facit ad hoc, ꝙ quemadmodum quis præscribit contra præsentem in prouincia x. annis, si toto hoc tēpore sit præsens. Et contra absentē xx. annis, si toto hoc tēpore sit absens. Insti. de vsuc. in prin. & Aut. malæ fidei. C. de præscrip. lon. tem. cū vulg. Ita si quis pro parte tēporis sit præsens, puta pro v. annis, & pro aliis v. annis sit absens, præscribet proportionabiliter pro tēpore præsentiæ & absentiæ, vt idē iuris sit de parte temporis quoad partē, quod est de toto quoad totū: mutatúrq; hoc casu cōis forma præscriptionis, & addūtur suprà decenniū tot anni, quot annis ex decennio fuerit absens, tex. est singularis in Aut. ꝙ si quis quibusdam, C. de præscri. lon. tem. quod nota. Nonò facit ad decisionē illius q. quotidianæ. Contra priuatū præsentem præscribitur spacio x. annorū, iur. b⁹ præall. modò tu incepisti præscribere rem Titij priuati præsentis in prouincia, & continuasti vsque ad dimidiam præscriptionis, possidendo ipsam per quinquenniū: deinde dominiū peruenit ad ecclesiā, dictus Titius eam legauit ecclesiæ, modò pro cōplēdō aliam dimidiā præscriptionis, nō sufficiet possidere eā per aliud quinquenniū: sed requirentur xx. anni. quia illi faciunt dimidiā præscriptionis xl. ann. quę requiritur cōtra ecclesiā. c. de quarta, de præscr. & Aut. quas actiones, C. de sacrosf. eccle. Et sic præscribes illā rē, possidēdo illā bona fide, & iusto titulo per xxv. annos, vt idem iuris sit de parte tēporis quoad partē, quod est de toto quoad totū. d. Auth. quòd si quis quibusdam, quia ecclesia pro tēpore præterito, quo res non fuit sua, non vtitur suo priuilegio sed iure priuati. Et sic debet acquiescere pscriptioni, quæ cucurrit cōtra priuatū pro illis quinq; annis, & pro residuo tēpore quo res peruenit ad ecclesiā vtetur iure, & priuilegio suo. ita singulariter decidūt Cy. Bar. Bal. Pau. de Ca. & doc. in d. Auth. quas actiones, hoc modo intelligēdo glo. quæ hanc quæst. ibidē mouet, per l. fiscus. ff. de iur. fis. allegatam per glo. quę

gl.quæ hoc bene ꝓbat, ad qđ ēt faciunt no. per gl. in l. apud Iulianũ, versi. Marcellus. ff. ex. quibus cau. in poss. eat. vbi gl. intelligit d. l. fiscus, in præscriptiõe primò inchoata cõtra priuatũ. & postea cõpleta contra fiscũ succedentẽ pri-
6 uato, licet † d. l. fiscus, re vera non loquatur in successione præscriptionis, sed in successione obligationis, vt videre poteris per te ipsum. Et (quod fortius est) glo. in d. Auth. quas actiones, extendit d. l. fisc⁹, quæ loquitur in fisco succedente priuato, nedum ad successionẽ in præscriptione q̃ cõpletur contra fiscũ: sed ēt ad successionem in præscriptione quæ cõpleretur contra ecclesiã. Quod nota, & tene perpetuò menti, quia põt frequenter contingere, & habebis honorẽ pariter & cõmodũ, si sciueris practicare. Põt & ad multa alia ex præmissis & aliis iuribus colligibilia induci hæc argumẽtatio, q̃ studioso in reb. publicis nõ occupato indagãda relinquim⁹. Procedit aũt hæc argumẽtatio à toto ad partẽ, ēt in exceptionib. tex est no. in l. ij. & ibi Bal. & Sali. not. C. de nõ nu. pecu. Et tex. in l. qui solidũ, in princ. ff. de leg. ij. & in l. vir vxori, in fi. ff. ad Velleia. quod not. Ne
7 tamen erres, volo te scire, ꝙ hic † modus arguendi à toto ad partem, tunc demum procedit, quando totius & partis non est ratio diuersa, alias secùs. Sic sentiunt Cy. & alij interp. in l. cùm notissimi. §. in his, in pulchra. q. C. de præscri. trig. vel qua. an. Et Cy. in d. l. ij. C. de non nu. pec. & Cardi. Panorm. Barba. Felin. & alij in d. c. pastoralis §. item cùm totum, & de hoc gloss. multùm not. in cle. ij. in verbo, defensor, de reb. eccle. non alien. quam ad hoc ponderat Panorm. in d. §. item cùm totum. Est & mens glo. in glos. fin. in l. eam quam in fine. C. de fideicom. cùm respondet ad §. hi qui solidum. & probatur optimè in l. sed & si lege, in §. adeò, & ibi gloss. in verb. diuisionibus. ff. de peti. hæred. & in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. & in l. ex mille in princip. & ibi gloss. ff. de euictio. Et hinc singular. dicit Panorm. in d. capit. j. de cele. mis. quòd licet summus Pontif. possit dispensare circa mutationem officij diuini. cle. ij. de cele. mis. non tamen potest dispensare, vt clericus non teneatur aliquod officium dicere, cũ alia sit ratio in toto quàm in parte, vt ibi latius per eum. & per Card. in d. cle. ij. in vj. nota. & per Felin. in c. fi. de maio. & obedien. Vbi pro regula ponit, non valere hanc con-
sequentiam

sequentiã.Papa in his, quæ sunt de iure diuino nõ põt illud in totũ tollere,ergo nec ꝓ parte.& ponit plurima pulchra & quotidiana exempla,quę oĩnò vide. Secundò non procedit hic arguẽdi modus quãdo aliud reperitur dispositũ à iure in parte,& aliud in toto:vt in fisco,qui rẽ alienã in totũ scienter alienare non potest, sed alienã pro parte; sic,vt est tex.cũ gl.in l.vnica.C.de vend.re.fisc.cũ pri.com. lib.x.& tex.cũ gl.in l.ij.C.de com.rer.alien.Patet etiã exẽplum in l.si dictũ.§.in stipulatione. ff. de euict. vbi de euictione agitur,si homo in totũ euincatur,secus, si pro parte.de quo vide latius per gl.in verb.pars,& Bart.in l.j.ff.de eui.Itẽ patet exemplum in conseruatore,qui potest cõmittere citationẽ,& denunciationẽ sententiæ,sed non potest committere vices suas in totum,vt est tex.in c.fi.§. vices, de offi.dele.lib.vj.Tertiò non procedit hic arguendi modus in indiuiduis,tex.est in l.pro parte.ff.de seruit.& in l.in executione.§.pro parte.ff.de verb.obl.& not.Bart.in l.per fundum.ff.de ser.rust.præ.& Bart.in l. qui sine.ff.de cond. sine cau.Quartò non procedit hic arguendi modus à toto ad partem in falsa demonstratione, quia falsa demonstratio non vitiat legatum , quando est in totum falsa.l.falsa demonstratio,in princip.ff.de condit.& demonst. cum similib. sed quando est falsa in parte , tunc vitiat legatum in parte,text.est notab.l.serui electione.§.fina.& ibi hoc not.Raph.Cu.& Alexan.de Imo.ff.de lega.j.quibus assentitur Iason in d.l.iurisgentium.§.adeo , quod hæreat memoriæ,quia prima facie quilibet diceret contrarium.E cõtrà autem,à parte ad totum etiam procedit argumentatio,vnde sicut capitula ecclesiarum collegiatarum non vocantur ad tractatus cõcilij prouincialis, vt not.per Io. And.& doct.in c.fi. de his quæ fi.a præ.sine cõns. cap. vbi tex.not.loquitur de capitulis ecclesiarum cathedralium. Ita etiam ad concilium generale talia capit.de necessitate vocanda non sunt.ita singulariter decidit Panor.in dispu. incip.Episcopus,& quidam rector.Isto argumento à parte ad totum vtitur etiam Ioan.Andr.in pulchra q.in regul. sine culpa. de regul. iuris libr. vj in Mercurial. quem imi

8 quæstione illa quotidiana & subtili, An † nepos præferatur patruo in regno , refert Francis. Arec. in consilio clxij. incip. diligenter,& maturè. versic. his præmissis

& Soz

& Sozi.de eadem materia plenè differens in consilio cclij. in ij.parte,& Pau.de Cast.de eadem materia loquens cons. clxj.in antiquis,de qua materia etiam per Oldra.in consi. ccxxiiij.& per Io.And.in addi.ad Specu.in rub.de feud.Et procedit hæc argumentatio à parte ad totum tunc demũ quando est eadem ratio vtriusque.vt in casu conuerso dixi supra,aliàs secùs.Et per Io.And.in d.regu. sine culpa,in Mercur. quẽ omnino vide. quia ponit plurima singularia & annotanda,Secũdò argumentum ex hoc loco à toto ad
9 partem potest formari alio modo sic. Totũ infert † quãlibet suam partem de necessitate,siue sit totũ integrale, vt in l si quis cùm totũ.in prin.ff.de excep.rei iud.& in l qui scit,in prin.& ibi gl.ponit concord. pro & contrà. ff. de vsur.cũ simi.Siue sit totũ vniuersale,vt in l.Lucius, cũ not. gl.ff.de fun.inst.& in l.grege,& seq.cũ ibi not.per Bar.Bal. Pau.de Ca.& Ale.de Imo ff.de leg.j.& in l.peculiũ.ff.de lega.ij.& in l.cũ pater.§.mẽse,vbi est tex.sing.illo eodẽ titu. Siue sit totũ generale,vt in l.fi.§.qui indiuisam,& ibi not. per Io.de Imo.& alios doct.ff.de leg.ij.& est tex. in l.si ita, de aur.& arg.leg.Siue sit totum in quantitate, vt in l.diem proferre.§.si plures,in versi.inde quæritur.ff. de arbi.& in c.j.eo.ti.lib.vj.Vt autem in hac materia pleniùs instruaris, habeásque bonam & claram resolutionem, & non decipia
10 ris,volo te scire,quòd † multiplex est totum, Quoddam enim est totum integrale,vt domus:quoddam vniuersale, vt animal, fundus instructus, grex, peculium, hæreditas, mensa nummularia,familia,& eiusmodi:Quoddã itẽ generale,vt vestis,ornamentum,& similia:& Quoddam etiã in quantitate,vt decem, de quibus singulis ordine dispiciamus.Et principio quidem à toto integrali ad partem integralem vel essentialem,valet argumentum affirmatiuè,domus est,igitur & paries est,sed negatiuè non procedit argumentum. non enim sequitur, non est domus, ergo nec paries.E contra verò à parte integrali seu essentiali ad totum integrale rectè argumẽtamur quidem negatiuè:affirmatiuè verò minimè.Bona enim illatio est,non est paries, igitur neque domus est. Verùm non rectè dixeris, paries est,ergo & domus est.Potes etiam aliud exemplũ ponere de toto & parte integrali in vsufructu, & dominio. nam vsusfructus pars integralis est dominij.l.iiij.ff. de vsufructu.quia

ctu. quia vsusfructus & nuda proprietas simul iūcta faciūt dominium plenum: sed vsusfructus non est pars dominij subiectiua vel prædicamentalis, vt vult glo. nota. in l. recté. ff. de verb. signi. & glo. in d. l. iiij. de quo vide plené per Bart. & doct. in d. l. qui vsumfructum. Et hactenus de toto & parte integrali seu essentiali. A toto autem vniuersali ad partem subiectiuā, seu prædicamentalem valet argumentū negatiuè, A quocunque enim remouetur genus, remouet & quælibet eius species: vt benè sequit, nō est animal, ergo non est homo: de quo dixi suprà, in loco à genere ad speciē. Affirmatiuè aūt à toto vniuersali ad partē subiectiuā seu prædicamentalē non procedit argumentatio, si ex subsistentia totius vniuersalis arguere velimus affirmatiuè ad subsistentiam partis subiectiuæ, vel alicuius particularis præcisè, non em sequitur, est animal, ergo est homo, quia pōt verificari in asino. nec sequit, Grex est, ergo ouis q̄ heri fuit de grege hodie subsistit. l. si grege. ff. de le. j. & sic de similib. Si verò ad vim comprehensiuā respectū habeamus, procedit argumētatio à toto vniuersali ad partē subiectiuā seu prædicamentalē affirmatiuè, vndè bene valet cōsequentia, grex legatus est, ergo hoc particulare animal quod est de grege, legatū est. Item peculium legatum est, ergo hæc particularis res quæ est de peculio censetur legata. d. ll. Lucius, grege, peculium, cum pater. §. mensē. & simili. In toto enim pars continetur. i. cōprehenditur. Et sic (vt breuiter dicā) quoad vim comprehensiuā pars subiectiua seu prædicamentalis bene est in toto, sed non quoad vim illatiuā seu consequentiæ: quod declaro vt dixi suprà loco proximo, Sic etiam dicimus in simili, quod exceptio est de regula, quod est verum quantū ad vim cōprehensiuā, se non quantū ad iuris determinationē, vt dicemus infrà loco proxi. Verùm tamen est, quod quando signū vni-
11 uersale pcedit genus, vel totū vniuersale, tunc posito † genere seu toto, necessariò ponitur & infertur quælibet ei9 species. Vndè valet hæc argumentatio, omne animal currit, ergo omnis homo currit: & itē in similibus. l. si is, qui ducenta. §. vtrū, & ibi Bar. & doct. ff. de reb. dub. & aliquid habet per Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de no. op. nun. Et ponitur aliud exemplū per Cicer. & Boetiū in Top. vt si vir legat vxori omne argentum, ergo & pecuniā argenteā videt

 legasse

legasse,quia numerata pecunia argentum est. Sed hoc exemplum non credo verum:quia contrarium eius optima ratione vult Vlpian⁹,in l.Quintus Mutius ij.§.j. ff.de au. & arg.leg.& facit,l.cùm aurũ.in prin.illo eo.tit.quod nota. Hoc tamẽ quod dixi suprà,limito & intelligo verum, nisi aliqua species probetur excepta,vel exẽpta,tex.est iuncta not.gl.in verb.omnes.in princ.in l.fi.C.sine cẽsu vel reli.& in c.cùm episcopus,de offi.ord.li. vj. quod conueniet memoriæ mandare,quia potest quotidie accidere,quando alicui oppido vel communitati datur aliquod priuilegium generale,in præiudicium eius,qui habet speciale priuilegium contrariũ.De quo vide latiùs in reg.Generi per speciem,de reg.iur.li.vj.& in c.j.de resc.in antí. & per Philip. Decium,in reg.In toto iure.vers.secus est in priuilegiis,ff. de re.iu.Istud ẽt est vtile,quia habẽs ius in toto, vel in vniuerso,fundatã habet intentionẽ suã de iure cõi in qualibet eius parte,d.c.cũ ẽps,cum simil.Et hinc est ꝙ comites & domini tẽporales fundant intentionẽ suam de iure cõi. respectu iurisdictionis, quoad res sitas intra limites suæ terræ.& episcopus in sua diocœsi,d.c cùm episcopus.sicut Imperator fundat intentionem suã respectu totius orbis, l.benè à Zenone,C.de quad.præscr.cum simi.de quo tamẽ vide latiùs per Panor.& alios,in d.c.si diligenti,& in c.per venerabile,qui filij sint legiti.& per legistas in d.l.bene à Zenone,& in j.constit,Digest.Illud tamen nolo te ignora
12 re,ꝙ si signo † vniuersali præponatur,vel postponatur negatio,vt si dicatur, non omne animal currit,vel omne animal non currit,hæc negatio præposita,vel postposita alterat omnino vim,ãc virtutem primæ propositionis vniuersalis,pro cuius intelligentia,ne decipiaris,volo te scire, ꝙ negatio præposita signo vniuersali,facit eam æquipollere suo contràdictorio,text.est in l.j.& ibi Bal.Sal.& doct.no. C.quo.& quan.iud.& in l.obligari in princip.& ibi gloss.& Bartol.not.ff.de auct.tu.Et probatur l.inter causas. §. non omnia.ff.mand.& l.pen, ff. de flumin. & l. iusiurandum & ad pecunias §.non semper.ff.de iureiuran. & l. solutum.§. fina.& ibi gloss.notat.ff.de pig act. Sed si negatio postponatur signo vniuersali, tunc facit eam æquipollere suo contrario,text. est in lege legitimos.§.an ergo,& ibi gloss. Bart.Bal.& doct.ff.de legit.tut.& vult Bal.in d.l.j. C. quo. & quan.

& quan.iud. Et Sali. in l. ij. C. de cu. reo. & Bartol. in l. j. ff. de testam. vbi post Ia. de bel. hoc modo arguit in casu quotidiano. & vltra præmissa est text. in l græcè. §. illud, & ibi gloss. & Bart. notant. ff. de fideiuss. est & bonus text. in l. fin. circa medium, & ibi Sali. not. C. de bon. libe. hoc verùm, nisi contrarium appareat esse de mente loquentis. l. si seruus. §. si plurium, & ibi Bar. ff. si quis caut. & c. si contra vnum, & ibi Ioã. Monachi. Io. Andr. in no. Domin. Philip. Franc. & doct. Canon. not. de offic. delega. lib. vj. & not. per Bartol. Paul. de Cast. & doct. in l. si necessarias. §. si annua.
13 ff. de pig. acti. Si verò † negatio præponatur & postponatur, tunc æquipollet suo subalterno. text. est elegans in l. j. ff. de cad. puni. & vult Bart. in extrauag. quoniam, in princip. in tit. qui sint rebel. licet corruptè alleget l. vnicam. C. de cad. roll. quæ nihil ad hoc facit. Et hæ quidem similésque logicorum regulæ, quia per eas disserendi docetur ratio, locum habent non solum in legalibus, sed etiam in cæteris doctrinis, cùm logica ad omnium methodorum principia viam ostendat, teste Porphyrio. Et bene declarat Zasius in l. de pupillo. §. si plurium, ij. ff. de nou. oper. nunciat. & Salic. in d. l. ij. C. de cust. reor. ad quos te remitto. Econtrà autem, à parte subiectiua seu prædicamentali ad totum vniuersale, valet argumentatio affirmatiuè, sed non negatiuè, bene enim valet consequentia, homo est, ergo animal est: sed non sequitur, non est homo, ergo non est animal & sic in similibus. De quo vide, quod dixi suprà, in loco à genere ad speciem, & in loco suprà proximo, & quod notatur per gloss. & Archidia. in capit. pœnale xiiij. quæst. v. Hactenus de toto vniuersali, & parte subiectiua, seu prædicamentali. A toto autem generali etiam procedit argumentatio affirmatiuè, & infert quamlibet suam partem siue speciem, sed non econtra: vt patet in d. l. fina. §. qui indiuisam, & in d. l. si ita. Magna autem est differentia inter totum, & vniuersale, vt videri potest ex not. per Paul. de Castr. & Alexand. de Imol. in d. l. grege, & per Bart. & Ioan. de Imol. in d. l. fin. §. qui indiuisam, & per Cynum in l. fina. C. quæ res pigno. obligat. poss. & per Iacobinum in suo singu. libel. feud. in illis verbis. & cum molendinis, vbi in quæstione quotidiana reperies notabilem effectum. Et hactenus de toto generali & sua

14 parte. A toto † aūt in quantitate seu numerabili ad partē, valet argumentatio affirmatiuè, vndè posito vel concesso toto, censetur posita vel concessa quælibet pars totius, d. l. quæ de tota, & d. l. diem proferre. §. si plures, & d. c. j. & præall. l. si quis cum totum. Vndè qui potest totam causam delegare, potest & quālibet eius articulum delegare, d. c. pastoralis. §. Item cum totum, & ibi gl. Limitando tamen, vt supra. Procedit etiam argumentatio à toto in quantitate ad partem negatiuè. vt probat in d. c. super quæstionum. §. fina. & ibi gl. & Cardina. quem omnino vide, quāquam ille aliter capit totum in quantitate, quam nos: vt ipse facilè animaduertes. E contra autem à parte ad totum, in quantitate prope semper procedit argumentum negatiuè, d. l. si quis cum totum, cum similibus. Et hoc argumento à parte ad totum in quantitate vtitur Bal. in l. maximum vitiū, circa fi. in pulchra q. C. de lib. præt. & doct. multoties alibi. Interdum tamen hoc argumentum à parte ad totum in quantitate procedit affirmatiuè, quando aliàs res non haberet effectum. tex. est not. in l. qui procuratorē dat. ff. de proc. vbi probatur, ꝙ cui conceditur antecedens, concedi tur & consequens; de quo vide, quod dicā infrà in loco à cōcessione antecedentis ad concessionē consequētis. & sic habes declaratam illam doctrinam, ꝙ totum infert quamlibet suam partem de necessitate, siue sit totum integrale, siue totum vniuersale, siue totum generale, siue totum in quantitate, positam per Bal. in d. l. conuenticula; longè ple niùs, quam ipse declaret. Procedit etiam argumentatio ex hoc loco à toto ad partem in teste, & semper infert quamlibet suam partē affirmatiuè, siue loquamur de toto integrali, siue de toto vniuersali, siue de toto generali, siue de toto in quantitate aut numerabili. vt notat idem Bal. in d. l. conuenticula, circa fi. Exemplūm primi, vt si formaui articulūm de possessione partis, & testis dicat de toto, includit partem. Exemplum secundi, vt si formaui articulum, ꝙ Titius reliquit mihi mobilia, & testis affirmat, quòd reliquit mihi hæreditatem, probat. Exemplum tertij, vt si formaui articulum, quòd Titius promisit mihi clamidem vel vestem, & testis affirmat, quòd promisit omnia, probat; l. penul. cum gl. C. qui bo. ced. poss. Exemplū quarti, vt si formaui articulum de quinque, & testis deponat de decem,

probat,

probat, Et ratio præmissorum est, quia quotiens vno concesso alterum necessariò sequitur, probato eo ex quo sequitur, probatur id quod sequitur de necessitate, secundū Bald. ibi suprà: quod memoria tene, vsuuenit enim quotidie: & vide quod dixi suprà loco proximo & præcedenti, & quod dicam infra loco sequenti.

¶ LOCVS AB EXCEPTIONE ad Regulam.

1 Exceptio in casibus exceptis vitiat regulam, in casibus verò non exceptis firmat regulam: & quomodo procedat nu. 2. cum multis seq.

6 Homicidæ & adulteri possunt à templis extrahi iure nouißimo Autenticorum.

7 Articulus egens decisione Cæsarea.

8 Arbitri iuris non eliguntur, nisi in casibus certis, & qui sint.

9 Exceptio est de regula, & sic sub illa continetur, quod est verum quo ad vim comprehensiuam, sed non quo ad iuris determinationem.

10 Exceptio declarat, arctat, seu restringit regulam, adeo quòd locus ab exceptione arctat locum regulæ.

11 Argumentum ab exceptione ad regulam quādo, & quomodo procedat.

12 In dubio potior est causa illius qui habet regulam pro se, nisi aduersarius doceat apertè per casum Regulæ illud de quo est quæstio, esse specialiter exceptum.

13 Dictiones, plerunque, semper, & similes, quando ponuntur in lege vel canone, denotant quòd lex vel canon ponit regulam.

14 Dictiones, Interdum, aliquando, & similes quando ponuntur in lege vel canone, denotant illud esse casuale, & regulam esse in contrarium.

15 Inter dictionem generaliter, & dictionem regulariter, magna est differentia, quia primum non recipit fallentiam, sed secundum sic.

Exceptio quando ponitur post plures casus, & non potest adaptari

 nisi ad

nisi ad vnum illorum, debet sic intelligi, vt excipiat solum quo ad illum casum, cui est adaptabilis.

AB hoc loco depromptum argumentum probabile est, vtile, & multùm frequẽs. Tripliciter autem formari poterit ad triplicem effectum, Ac primum quidem
1 hunc ad modum. Exceptio† in casib. exceptis vitiat regulam, in casibus verò nõ exceptis firmat regulam, de primo est tex. in l. j. ff. de reg. iuris, & in l. in his, l. quod verò, & in l. ius singulare. ff. de leg. cum vtrobique not. per gl. & doct. & circa hoc membrum tanquam clarum, superuacuum esset insistere. De secundo autem est tex. notatu dignissimus in l. nam quod liquidè. §. fi. primo responso. ff. de penu leg. vbi est casus, quòd si lego omnem penum præter vinum, venit omnis penus, excepto vino, quia illa exceptio firmat regulam. Est & pulcher tex. in l. quæsitum. §. denique, in fi. & ibi Bart. not. ff. de fun. instr. & tex. iuncta gl. in §. vt autem, in Auth. de non alie. vel per. reb. ecc. Et est tex. cum gl. in c. dominus. xxxij. q. vij. & in c. ij. de coniu. lepro. cum simil. Circa hoc autem membrum latiùs insistendum est. quia per dictam theoricam. Exceptio firmat regulã in casib' non exceptis, doctores diuersis in locis diuersas posuerunt notabiles decisiones, è quibus ad instruendos iuuenes aliquot referam. Et in primis per hanc theoricam dicit Bald. in l. j. §. sed excipiuntur, in fin. ff. de feriis, quòd si statutum inducat ferias messium vel vindemiarum, & procedat vlteriùs faciẽdo quasdam exceptiones, nullæ aliæ exceptiones inuectæ a iure admittentur: sed stabimus præcise statuto, quia exceptio in quibusdam videtur firmare regulam in cæteris, iuribus suprà citatis, facit huc l. tribun'. §. fi. ff. de test. mili. Hinc etiã dicit idẽ Bal. in l. ita nobis pudor. C. ad l. Iul. de adult. Quòd si statutũ mandat exequi instrumentũ nulla exceptione * obstante, nisi solutionis falsi & quietationis quod

ADD. * Exceptiõe. Vide de hoc Gui. Pap. deci. xv. quod aũt ait Euerardus, nullas alias opponi posse, de friuolis accipiendũ, nõ autem de iustis rectè censuit Bar. l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clàm. Prateius.

nis qđ nullæ aliæ exceptiones poterint opponi, quia exceptio firmat regulā, de quo vide ibi per eū,& plenè per Bar.in l.j.§.& parui.ff.quod vi,aut clā,& p Io.de Imo. Panor.Fel.& alios,in c.ex parte ij.de of.del.& pulchrè p Sali ī d.l. ita.nobis pudor,& plenissimè per Io.de Imo.ī l.fi.ff.a quib.app.nō li.quos oīno vide.Hinc ēt dicit Rom.in cōsi. cclxxj.inci.vis tota.q ī vēditiōe terræ sancti Lucidi facta per Ladislaū regē Hungariæ,veniūt Gabellæ & iura exituræ,q̄ sunt regalia.Ex quo in vēditione quædā regalia sunt specificata,& posteà quędā excepta, q̄ exceptio firmat regulā in nō exceptis casib. iurib. adductis suprà:qđ manda
a memoriæ.Ista tñ Theoricæ,Exceptio † firmat regulā in casib.nō exceptis,tribus modis limitatur.Primò, vt ꝑcedat in casib.nō exceptis,sub regula tñ cōprehēsis, aliàs secùs: quia licet exceptio firmat regulā in casib. nō exceptis sub regula comprehensis,nō tamen dilatat nec ampliat regulā,vt faciat sub ea cōprehendi, quę de sui natura nō comprehenderentur exceptiōe nō facta. textū habes & exemplum in l.generali.§.vxori,& ibi declarat Bartu.ff.de vsufr. leg. vbi si testator legat vxori vsumfructum omnium quæ sunt in domo, excepto argento , ista exceptio non facit vt videatur legasse venalia, quę sunt in domo.Vnde nō venit frumentū,qđ est in domo,causa vendendi,vel alia venalia, quia talia nō videntur esse in domo,nec comprehenderentur exceptione non facta: De quo plenè per Ias. post alios in l.j.C.de verb. sig.Pro isto etiam est alius tex.no.in l.Luci⁹.§.plurib.& ibi Bar.& Aug.& Io.de Imo.not.ff.ad Treb. de hoc ēt est pulcher tex.in c.in nostra,& ibi Pan.notat,de sepul.Est & tex.in l.Paulus.respōdit.ff.de vsur.si subtiliter pōderetē.Et istud sentit Bar.ī d.§.deniq;,& idē Bar.ī pręal. l.j.in fi.ff.de reg.iu.Et Phi.Frā.in rub.de reg.iu.li.vj.& Roma.in cons.ccclxxix.incipiente Circa primum,& Albe. de Rosat. in j. parte statut. q. lxviij. vbi per hoc decidit pulchram quæstionem.Et Feli.in c.ij.de rescr.& idem Feli.in c.quoniam frequenter , in princ.vt lit.non contest. quem omnino vide: quia plurima bona & quotidiana exempla adducit,etiam si minùs ordinate procedat, meo quidē iudicio:ad quem breuitatis gratia te ablego. Istud etiā vult Io.de Imo.in c.ad audientiā,de cle.non residen.& habetur pulchrè de hoc per Alex.de Imol.in consi.xxviij.j.vol.incipiente

cipiente Redemptoris &c. visis & accuratè pōderatis, &c. in ij. dubio, vbi per hoc singulariter dicit, quòd cōductor qui suscepit in se periculum casuum fortuitorum, aliquibus expressis, & duobus casibus fortuitis dumtaxat exceptis, scilicet belli & pestis generalis, non tenetur de casu siccitatis insolitæ, quæ communi opinione hominum nunquam visa fuit. Etiam si interuenit iuramentum, quia licet exceptio dictorum duorum casuum fortuitorum firmet regulam in casibus non exceptis seu regula comprehensis, non tamen ampliat regulam, vt faciat sub ea comprehendi, ꝙ aliàs exceptione nō facta de sui natura nō cōprehenderetur. Sed sic est, ꝙ sub generali renuntiatione casuum fortuitorum non comprehēdebatur casus siccitatis extraordinariæ & nunquam visæ, vt est tex. dignissim' qui memoriæ diligenter commendetur, in l. fistulas §. frumenta. ff. de contra. emp. Et no. per Bar. in l. iiij. §. quæsitū. ff. si quis cautio. Et per eundē in l. Seio. §. medic. ff. de ann. lega. Ergo exceptio illorum duorum casuum non ampliat illam vniuersalem renunciationem: de quo vide ibi latius per eum, quia magistraliter loquitur. Et idem repetit ipse Alex. in consi. xxxj. ij. vol. quod vide ne excidat memoriæ. Est enim singulare & quotidianum, seruiens ad decisionē similiū casuū, quotidie occurrentiū. Ne quid tamen erres, operæpretium est scire, quòd tūc verum est exceptionem non ampliare regulam, quando est de comprehensis sub regula, & quando operatur in ipso excepto, vt est in casu d. §. vxori, in casu Alex. de Imol. & simil. Secùs autem est,
3 quando † exceptio non est de comprehensis sub regula: & nisi ampliaret regulam, redderetur inutilis, & nihil operaretur: tunc enim bene ampliat regulam. Exemplum in casu quotidiano, Constituo te procuratorem meum ad omnia negotia, quæ ego gerere possem præsens, præterquam ad transigendum: & sic excipio casum requirentem speciale mandatum, qui casus requirens speciale mandatum non erat comprehensus sub regula, seu sub mandato generali. c. qui ad agendum, in fi. de procur. lib. vj. per hanc enim exceptionem videor tibi dedisse mandatum ad omnes alios casus requirentes speciale mandatum, excepto casu transactionis. Huius ratio est, quia exceptio aliter non esset de regula, prout esse debet, vt dicam infrà. Et (qđ

fortius

fortius est) ista exceptio aliàs redderetur inutilis, & nihil operaretur. Semper autem debet fieri interpretatio, vt actus valeat, & verba aliquid operentur. l. quoties. ff. de ver. oblig. & l. si quando, in princ. ff. de leg. j. Ita singulariter voluit Lap. Dominic. & docto in d. c. qui ad agendũ. §. j. quibus subscribunt Alex. de Imo. & Iason in l. fi. ff. quod quis. iur. & est opinio Io. de Imo. in d. l. fi. ff. à quib. app. non li. quod tene menti. Hinc ẽt singulariter dicit Bal. in c. j. per
4 quos fiat inuesti. in vsib. feu. quòd licet regula sit, ꝙ † princeps confirmando generaliter priuilegia, non censeatur confirmare priuilegia, quæ sunt contra ius, tamen si princeps confirmaret generaliter priuilegia, & exciperet vnũ, quod esset contra ius, talis exceptio facit, vt princeps intelligatur confirmasse omnia alia priuilegia quæ sunt contra ius, adhoc vt exceptio sit bona, d. l. tribunus. §. fin. facit enim ad decisionem similium casuum. Neque quicquam te moueat auctoritas Pet. de Anch. asseuerantis contrariũ in rub. de reg. iur. lib. vj: quia ad eius motiua patet solutio ex supradictis, & ex not. per Alex. & Ias. in d. l. fin. ff. quod quis. iur. Præmissa autem intelligo, quando exceptio non comprehensa sub regula. non est notoriè inepta, sed de intentione disponentis & constituentis regulam dubitatur, propter adiectam exceptionem. Et verisimiliter creditur largè locutus, & omnia comprehendisse propter exceptionem: vt in exemplis supra recitatis, & in alio exemplo posito per Domi. in d. cap. qui ad agendum. §. j. Et in exẽplo posito per Io. de Imo in præalleg. l. fin. ff. à quib. appel. non li. Et in exemplo quotidiano posito per Corneum in consi. lvij. j. vol. quem vide. Secùs autem crediderim, quãdo exceptio esset notoriè inepta, nec esset coniecturę locus: quia tunc vera, & incommutabilis est dicta theorica, quòd exceptio non ampliat regulam, nec mutat vim regulæ: & ita intelligo procedere dictum Bal. in præal. l. in his, vbi dicit, quòd si statuto caueatur, quòd de omni maleficio sine sanguine possit fieri concordia, excepta percussione quadrelli cũ sanguine, si fiat concordia, de percussione ligni cum sanguine, non valebit, quia licet exceptio firmet regulã, nõ tamen eã ampliat: vnde cũ regula nihil disponat de percussione sanguinolenta, iste casus censetur relictus dispositioni iuris communis: & sic concordia nõ va-

lebit in præiudiciũm fisci, Nec mirũ, quia hoc casu exceptio non comprehensa sub regula est notorie inepta. Ita etiã intelligo procedere notata Paul. de Cast. in præal. l. in his: Vbi dicit, quòd si statutũ disponat, ꝙ de omni instrumento continente summam centum librarũ, soluatur gabella, & registretur, aliàs nõ valeat excepto instrumẽto ꝓcurationis, valebit nihilominus instrumentũ legitimationis, non soluta gabella, secundum eum: nec mirũ, quia statutũ non potest verificari, nisi in materia reducibili ad certam summam, & sic exceptio non cõprehẽsa sub regula, est notoriè inepta, quare non est mirum quòd nõ ampliat regulam, vt faciat eam extendi vltra terminos eius. Ita ẽt intelligo procedere notata per Io. Bapt. de S. Seu. in rep. l. oẽs populi, ff. de iust. & iu. vbi dicit, se respondisse in quodam casu, dictante statuto, quòd habentes pacem ab occiso, sint securi per decem annos, quibus exactis, soluant omni anno duos solidos, pro qualibet libra suæ condemnationis, exceptis furibus, homicidis & assasinis. quidam cõdemnatus ad pœnam capitis, propter incisam vineam, habuit pacem, dubitabatur, an debebat gaudere beneficio dicti statuti, & dicit se respõdisse, quòd nõ, quia regula dicti statuti loquitur de cõdemnatis in pecunia, vel in materia reducibili ad pecuniam, illa autem condemnatio capitis non est talis. ergo &c. Nec debet obstare illa exceptio statuti, cùm sit notoriè inepta. quod diligenter manda memoriæ, subtile enim est, & quotidianum: & posses facile decipi si non perpenderes. nam docto. nedum intricatè, sed & variè loquũtur, vt videre licet ĩ locis suprà cõmemoratis. Illud autem certum & indubitatum est, quòd exceptio nõ
5 † ampliat regulam, quando ex hoc sequeretur correctio iurium, vt sentit gl. in d. l. fi. ff. quod quis. iur. & ibi expressiùs Alex. & idem si absurdum resultaret, secundum eundẽ Alex. in cõsi. cvj. j. vol. incip. visis, & sic resolutiuè loquendo in vno solo casu, exceptio ampliat regulam, scilicet quando non est de comprehensis sub regula. Et nisi ampliaret regulam, redderetur inutilis & nihil operaretur, vt in exemplis supra positis & similibus, quod nota. Secũdò, dicta theorica, Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, limitatur, vt procedat, nisi alius sit casus ab eadem regula alibi exceptus, quia quoad illum consimilem

casum

casum alibi exceptum, exceptio non firmat regulam, text. est not. in clemen. exiui de Paradiso. §. deinde, & ibi glo. & Card. no. de ver. sig. & est pulcher tex. cũ gl. in l. serui noĩe, ff. de vsuca. & in l. j. §. per seruum. ff. de acq. pos. & elegans text cũ sua not. gl. in l. obæs, C. de præd. min. & simi. tex. cũ glo. in d. l. ita nobis pudor, in quibus iuribus singulariter probatur hoc procedere, etiam quando in lege vel canone exceptiuè loquente, habetur dictio taxatiua, quod nota: & quod fortius est, hoc procedit etiam, si verba taxatiua essent geminata. Ita singu. decidit Alexand. in consil. cxxx. iiij. volum. incip. In causa. de cuius taxatiuæ natura, si plenius vis instrui, vide quod dicam infrà in Loco à natura dictionum taxatiuarum. Et hinc est, quòd licet plures text. dicant, quòd cõiunx auctoritate ecclesiæ non potest dimitti, nisi propter fornicationem, d. c. dominus, & c. ij. de coniug. lepro. & c. porrò, & c. significasti, de diuort. cum simil. tamen per hoc non est negandum, quin possit fieri separatio quoad torum, propter alium casum expressum in iure, putà propter nimiam sæuitiam viri, contra quam mulieri idoneè caueri non potest: de quo est text. singul. in c. literas, & ibi Panorm. & docto. not. de restitu. spoliat. & idem repetit Panormi. in cap. primo de diuort. & sæpe alibi: quod nota quia quotidianum est in practica, & sæpius habui de facto, cum essem officialis recolendæ memoriæ, domini Henrici de Bergis Episcopi Cameracensis. Tertiò dicta theorica, Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, limitatur, vt procedat in casibus non similibus exceptis, In casibus autem similibus exceptis, licet etiam non reperiantur alibi specificè excepti à iure, exceptio non firmat regulam. text. est notab. in capit. cum dilecta, & ibi hoc notat Panorm. de confirm. vtili: & est gloss. in verb. iudicati, in l. j. C. de condict. indebit. & gloss. notabilis in l. final. super verbo, voluerit, C. de reuoc. don. & hoc vult Bartol. & alij in l. j. ff. de offic. eius cui manda. cum loquuntur de impedimento infirmitatis: & Alexand. de Imol. in l. certi condictio. §. si numos. ff. si certum peta. & Angel. Ioann de Imol. & doctor. in l. prima §. si is qui. ff. ad Trebellianum, & Corsetus in singula. xc. & doctor. sæpe alibi, de quo vide quod plenè dicam infrà, in Loco à ratione legis larga, am

ga,ampla,seu generali, ad extensionem ipsius legis, in ij. casu principali. Imò, quod fortius est, sicut casus exceptus à iure extenditur ad consimilem casum,propter identitatem rationis,vt dixi:Ita etiam casus exceptus à statuto,extenditur ad ad consimilem casum, quando statutum disponit in materia iuris,tex.est not.in d.c.ad audientiam & ibi hoc notant Panor.& Io.de Imo.& Ant.Corset. sing. cccvij.& idem vult Panor.in c.inter alia,de imm.eccl.vbi per d. c. ad audientiam dicit, quòd quandocunque noua cõstitutio loquitur in materia iuris cõmunis, & aliquos casus excipit,non per hoc firmat regulam in non exceptis contra ius commune antiquum,imò in casibus non exceptis suppletur à iure cõi:quod tene memoria,ad multa em̃ valet.Nam in primis per istud defendi potest opinio Petri de Ancha.in d.c.inter alia,qui asserit, quòd ius ciuile no-
6 uissimum, volens homicidas, † & adulteros posse è templis extrahi.§.neque aũt,in Authen.de manda.princ. non est correctum per d.c.inter alia, quod excipit solum duos casus:quia ex quo d.c.inter alia,expressè non corrigit, debet vnũ ius suppleri per aliud,secundũ eũ:de quo vide ibi latè per Pano. qui fauorabiliter loquitur ꝓ ecclesia.Si tñ in hoc consistat fauor ecclesiæ, quòd malefactores tueantur contra iustitiam, quæ summum bonum est. Et finaliter tenet contrarium eius, quòd Anchar.sed quis iustius induerit arma,lector ex hincinde allegatis perpẽdat.& ex his quæ habentur Exodi xxj.Nume. xxxv. Deuter. xix.& Iosue xx.& Matthæi xxj.Itẽ ex his quæ habentur & notã tur per gl.Io.de Anania,Feli.& alios in c.j.de homi. & per Archi.in c.sicut antiquitus xvij.q.iiij.& per Pet.de Anch. in cõsi.clviij.incip.Ex narratis in facto, & per eundem in rep.reg.Ea quę de reg.iur.lib.vj.& per Panor.in c.at si clerici,de iudi.& per Io Pet. de Ferrariis in practica, in forma inquisitionis super verbo, hæc est quædam inquisitio, & re vera egeret decisione Cæsarea. Itẽ per istud vidi ego
7 decidi vnam arduam quæstionẽ,ortũ sumentẽ † ex tractatu pacis inito inter serenissimum Imp. Maximilianum ex vna parte,& Flandros cum adhęrentibus ex altera,in quo nominatim excipiebantur aliquot, qui non debebant in emẽda Imperatori soluẽda cõtribuere, ex eo quòd secuti fuerant partes Imperatoris, & cùm fieret executio cõtra quosdam

quosdam Flandros specialiter non exceptos,qui etiam secuti fuerant partes Imperatoris,ipsi se opposuerunt,sustinentes se non teneri,ex eo quòd ex partibus steterāt imperatoris.Obiiciebatur autem contra eosdem, quòd erāt Flandri.& sic compræhensi sub regula, nec erant excepti, & exceptio firmat regulam in non exceptis :sed ipsi replicabant & dicebant,quòd eadē ratio vigebat in ipsis, quæ in exceptis,& maior,cùm sustinuissent partes Imperatoris vt excepti,& plura pertulissent damna,quàm alij excepti,& quòd illa fuit mens disponentis,& quòd aliter intelligendo sequeretur absurdum : & dicebant quòd exceptio firmat regulam in casibus dissimilibus exceptis, sed non in casibus similibus exceptis:& ita fuit iudicatum in magno cōsilio Cæsaris,me præsente. quod manda memoriæ.

8 Tertiò istud potest induci ad hoc,quòd licet † arbitri iuris non eligantur,nisi in casibus in iure expressis, vt vult Io.And.in c.pia,de exce.lib.vij.in nouella,& sequitur Panor.in c.pastoralis,in princi.de rescrip.qui secundū eos sunt tres,quorum primus,est,quando Iudex delegatus allegatur suspectus,vt in c.suspicionis,de off. dele.in c.cum speciali,de appella. in c.legitima:eo.ti.li.vj.& in l. cùm specialis C.de iudi.Secundus,quando est quæstio de reuocatione rescriptorum,vt in d.c.pastoralis,in prin. Et tertius,quando Episcopus habet causam,contra clericum sibi subditum.c.si clericus xj.q.j.tamen,idem erit in casu simili,prout est casus,quem notat gl. singularis in c.statutum,in princip.super verbo,copia,de rescrip. lib.vj. Puta quando est contentio inter partes litigantes corā Iudice delegato super hoc,an locus sit insignis vel non:& potest addi alius casus quotidianus,inductus per statuta multorum locorum,quibus cauetur, quòd causæ inter consanguineos debeant compromitti, & sic pro tribus casibus not.per Io.An.Panor.& doct.in quibus eliguntur arbitri iuris,habes quinque,in quibus casibus volo te tenere pro regula, quòd à sentētia talium arbitrorū iuris potest appellari,c.ab arbitris,& ibi bona gl.de off. deleg.lib. vj.& præalle.l.cum specialis,& ibi hoc vult Barto. licet à sententia arbitri compromissarij,qui ex voluntate partiū assumitur,non possit appellari,l.j.& ibi Pau.de Cast.& do. C.de arbi.De hoc tamen vide latius per Io. de Imo.in ca,

quin

quintauallis, de iureiur. & per eundem in c. cum dilectus, de arbitris. Et de plurib. aliis notabilibus differentiis inter arbitros iuris, & arbitros cõpromissarios, vide per glo. Io. de Imo. Panor. & alios cano. in d. c. suspitionis, & quod obiter dicam infrà in loco à iudiciis ad arbitria. Quartò istud potest induci ad hoc, quòd licet à iure sint expressi tres casus, in quib' necessariò sunt vocãdi absentes canonici, quos enumerat gl. in c. ij. super verbo Ipsorũ. de testibus, li. vj. tamẽ debet vocari etiã in aliis casibus, vbi est similis rõ, maximè quãdo agitur de arduis negotiis. Ita notab. vult Inno. in c. ij. de no. ope. nunt. & sequitur Panor. in c. cum oẽs, de constitu. Quintò istud potest induci ad hoc, quòd licet in iure sint specificatæ duntaxat xiiij. causæ, ex quib' pater potest exhęredare filiũ, qui ponuntur in §. causas, in Aut. vt cum de appel. & eas enumerat glo. in d. c. quintauallis: tamẽ idẽ erit in aliis causis similibus vel grauiorib. Ita not. dicit Panor in d. c. Quintauallis, & ibi subscribunt alij doct ibidẽ scrib. & Aluaro. & Præpo. in §. prædictis, in tit. quæ fuit prima causa beneficij amittẽ. in vsib. feud. Vbi est bonus tex. & Angel. in l. lex Cornelia, in prin. ff. de iniuriis, & Hippol. de Marsil. singu. lxxviij. & Alex. de Imo. in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. om. iud. & idem Alex. in consi. cciij. ij. vol. incip. Super themate & dubiis: & de hoc plenissimè per Ias. in aut. non licet. C. de lib. præt. vbi concludit, quòd filius proditor patriæ potest per patrẽ ex eo capite exhæredari. quod nota. Sextò istud potest induci ad hoc, quòd licet in iure exprimantur certæ causæ suspicionis. propter quas possit recusari iudex, quas enumerat Io. An. in d. c. legitima, in nou. tamen idẽ erit in aliis similibus causis, de quo vide plenissimè per Philip. Præpo. & alios in c. postremo, de app. Septimò istud potest induci, ad hoc quòd licet in iure enumerẽtur certę causæ ingratitudinis, ꝓpter quas possit reuocari donatio perfecta inter viuos, d. l. fi. C. de reuo. do. vbi tex. vtitur dictione taxatiua, ibi, ex his enim tantũmodo causis, &c. tamẽ idẽ erit in similibus casib. habentib. eandem, vel maiorẽ rõnem, licet ibi non enumerent, vt est gl. not. in d. l. fin. super verbo voluerit, quæ singulariter dicit, quòd si donator inops factus non alatur per donatarium, potest reuocari donatio, & illam gloss. Sali. ibi dicit esse singularem, & eam ibi sequitur

sequitur Cynus Octauò, per istud potest saluari gl. singu. in c. omnes causationes, xxxij. q. vij. sup verbo Sodomita, quæ vult, quòd propter crimen Sodomiticum potest fieri separatio matrimonij quantum ad torum, sicut propter fornicationem: de quo articulo tamen vide latiùs per Panor. & doct. in c ij. de diuor. & per Panorm. in c. maritis, de adul. Nono istud potest induci ad hoc, quòd licet procuratio solū debeatur Epo, vel superiori in casib. à iure expressis, vt sing. determinat Vincentius in c. cùm sit, decimo. tamen idem erit in similibus casibus. Ita not. dicit Panor. in d. c. cùm sit, & ibi hoc sequitur Io. de Ana. non enim possunt omnes iuris articuli lege complecti, sed de similibus ad similia est procedendum. l. non possunt, & l. nam vt ait Pedius. ff. de legibus, & d. c. cum dilecta: quod manda memoriæ. Secundò argumentum ex hoc loco formatur sic.
9 exceptio † est de regula, gl. est not. in d. rub. de reg. iur. lib. vj. & ibidem etiam Dy. & Batto. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Aliàs non esset exceptio. Nam sicut species detrahitur de genere, ita exceptio de regula, & sic sub illa continetur, sicut pars in toto. Nihil enim ab alio excipitur, nisi sub illo contineatur: quod est intelligendū verū, quoad vim comprehēsiuam, sed non quoad iuris determinationem; d. l. in his, & l. quod verò, iuncta gl. & habetur plenè per gl. & Philip. Fran. in d. rub. Licet enim exceptio de sui natura comprehendatur sub regula, tamen vitiat regulam in casibus exceptis, vt dixi suprà. Et sic non est eadem determinatio seu dispositio in casu excepto, & in regula, iuribus suprà allegatis: & hoc modo concordantur opiniones Io. & Placentini, de quibus per gl. in d. l. j. in fin. ff. de reg. iur. secundum Alberic. ibidem, & plenius per Dy. in dicta rub. de regu. Iuris lib. vj. & faciunt ea quæ dixi suprà in loco à specie ad genus, & in loco à toto ad partem, & isto argumento ad hunc effectum vtitur Panorm. contra Anton. de Butr. in saluta. Grego. ad probandum, quòd scholaris ex mora in studio per decennium, præsumitur ibi morari non causa studij, sed causa sortiendi domicilij, inducendo l. ij. cum ibi notatis. C. de incol. libr. x. vt ibi per eum, de quo articulo vide plenè per Bartol. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniuriis. Hoc argumento vtitur & Panorm. in rubr. de obseru. ieiun. ad probandum,

bandum, quòd tempore quadragesimali semel tantum cō medendum est in die, inducendo, c. quadragesima, de conse. dist. v. vt ibi per eum: quem omnino vide, quia pulchrè loquitur. De hoc tamen arti. vide omnino Card. in c. consilium. §. cum autem, de obse. ieiu. Isto argumento vtitur etiam Panor. in c. quod super his, in iij. not. de voto, ad ꝓbandum, quòd viuentes ex proprio artificio possunt dici inopes, per illum text. vt ibi per eum. Vtitur etiam hoc argumento Io. de Imo. in c. ij. de fi. instru. ad probandum, ꝙ omnis scriptura publica est authentica, sed non econtra, inducendo illum tex. vt ibi per eum: Quin & Lappus, Dominicus, & doct. vtuntur hoc argumento in d. c. qui ad agendum. §. j. & Io. de Imo. in d. l. fina. ff. à quibus appellare non licet. Et Alex. de Imo. & Iason in d. l. fin. ff. quod quisque iuris, ad illum notabilem effectum, ꝙ exceptio vt sit bona & aliquid operetur, etiam ampliat regulam, de quo dixi satis amplè suprà. Isto argumento ad notabilem effectū vtitur etiā Ias. in l. cūctos populos, in secunda lectu. C. de sum. Tri. & fide cath. & idē Ias. in §. æquè, insti. de actio. & Pau. de Cas. in l. cogi. C. de pet. hēre & Gy. in l. legē. C. de pact. Et Dy. Io. Fa. Ange. Iason & alij in §. sic itaque, Instit. de actio. & doctor. in pluribus aliis passibus, quos commemorare magis esset laboriosum, quam subtile. Illud tamē nolo te ignorare, quòd vt iura iuribus concordentur, admittitur impropriatio: vt exceptio: fiat non specialiter à præcedentibus, sed in genere. Ita nota, dicunt Card. & Panor. in c. consultationibus, de offic. deleg. quod nota.

Tertiò argumentum ex hoc loco formatur aliter sic. Ex-
10 ceptio ✝ declarat, arctat, seu restringit regulam, adeo ꝙ locus exceptionis arctat locum regulæ, text. habes & exēplum in d. l. nam quod liquidè. §. final. in fine, vbi est casus singularis, ꝙ si lego alicui omnem penū, excepto vino qđ habeo Romæ, per hanc exceptionem videor solum legare penum quam habeo Romæ, & non quæ est in aliis locis, & sic exceptio declarat, restringit, & arctat regulam: Est ēt de hoc bonus tex. in l. si cum fundum. ff. de verb. signi. & est hoc adeò verum, ꝙ exceptio restringit regulam, vt non solum hoc procedat, quando legatum per hoc restringitur, vt in casu d. l. nam quod liquidè. §. fin. & in d. l. si cum fundum, sed etiam quando in totum annihilaretur: tex. est notabilis

tabilis in l.si ita legatum, in princ. Et ibi Io. de Imo. not. ff. de lega. j. Et isto argumento vtitur Oldra. in consi. cxxxiij. incip. factum tale est. Dominus Vticensis, vbi post multa adducta per eum pro intellectu d.l. nam quod liquidè. §. fi. singulariter decidit, quòd in recognitione facta per dominum Vticensem, in fauorem episcopi Vticensis, per hæc verba, recognosco tibi Vticensi episcopo quicquid habeo in ciuitate Vticensi, exceptis domibus, quæ sunt in loco vulgariter nuncupato, Viguaria, non comprehenditur iurisdictio, quam habet in hominibus habitantibus in ciuitate Vticensi, nam huiusmodi exceptio facta de domibus, & sic de rebus corporalibus, restringit generalitatem recognitionis ad res corporales. d.l. nam quod liquidè. §. final. inducendo vt ibi per eum: quam decisionem manda memoriæ diligenter, vtilis enim est ad decisionem similium casuum quotidie occurrentium. & idem reperio velle Bald. in ca. j. in tit. de cap. qui curi. ven. in vsib. feud. Iacobinum in sing. libello feudo. in illis verbis, dictique masculi promiserunt, &c. quos videto. Isto argumento vtitur etiã Ioan. de Imo. in l. filio præterito, ff. de iniun. rup. irri. test. ad probandum quòd Aut. ex causa, C. de lib. præte. non habet locum in posthumo preterito, inducẽdo vt ibi per eũ. Hoc argumento vtitur etiam Roma. in rep. Authen. similiter, in xix. speciali, piæ causæ circa vltimas voluntates, C. ad leg. falc. ad probandum, quòd filiusfamiliàs de consensu patris potest testari ad pias causas de his bonis, in quibus pater habet vsumfructum, ipse autem proprietatẽ inducendo vt ibi per eum. Et idem reperio sentire Alex. de Imo. per hunc arguendi modum in l. senium, C. qui test. fa. pos. Isto argumento vtitur etiam Roma. in consi. cvij. incip. Circa id, quo quæritur: vbi per hoc decidit, quòd statutum prohibens rei propriæ alienationem, nisi consors requiratur, cum præfixione termini ab eodem deputati ad eundẽ si velit, habere locum in alienatione voluntaria, & non in necessaria, vt ibi latiùs per eum, & eo vtuntur docto. in pluribus alijs passibus, quos nihil opus est commemorare.

31 Procedit autem iste † modus arguendi in dubio, & quando verisimiliter aliud non fuit de mente disponentis. Vbi autem ex tali restrictione sequeretur aliqua absurditas, vel constaret aliud fuisse de mente disponentis, vt

quia verba regulæ sunt multùm ampla, & exceptio seu qualitas exceptioni adiecta, & regula non habent inter se conformitatem, tunc regula per exceptionem non restringitur, & per consequens tunc dicta argumẽtatio non procederet, argumento leg. scire oportet. §. aliud. ff. de excusationibus tutorum. & lege continuus. §. cum ita, in fine. ff. de verborum obligation. Ita notabiliter dicit Ioannes de Imola. in dicta lege filio præterito, & est de mente Philippi Cornei in consilio. ccxxv. tertio volumine. vbi multùm laborat circa intellectum dictæ legis nam quod liquidè. §. finali, ad quem breuitatis gratia te remitto. Hinc etiam singulariter dicit Baldus, in dicta l. omnes populi, in versicu. sed pone, quòd stante, statuto, quòd omnes artifices possent esse priores, vel scabini, præter nobiles ciuitatis Perusij, artifices comitatus poterunt esse priores seu scabini. quia quidquid non exci pitur, remanet sub iudicio regulæ, secundum eum: ad quod allegat legẽ Titiæ textores. ff. de legatis primo, & legem hæc oratio. ff. si lib. ingenuus esse dicatur, & eum sequitur ibidem Ioan. Baptista, & Felin. in dict. ca. quoniam frequenter, & Petrus de Anchara, in dict. rubri. de regulis iuris libro sexto, quod teneas mente. Postremo circa præmissa volo te notare, & memoriæ commendare quatuor pulchra & quotidiana dicta. Primum, † quòd in dubio potior est causa illius qui habet regulam pro se: habet enim aduersarius necessariò ostendere rationem, quare in illo casu regula non debeat subsistere: & sic semper pronuntiandum est pro illo, qui habet regulam pro se, nisi aduersarius doceat apertè per casum legis, illud de quo est quæstio esse specialiter exceptum: ita notabiliter vult Bal. in c. j. de alienatio. iudicij mutã. caus. fact. & est gloss. notabilis in dicta rubrica de regulis iuris, libro sexto, circa finem, & ibi, hoc volunt Dynus & Phylippus Francus. Est etiam gloss. in lege omnis definitio. ff. de regulis iuris: istud etiam apertè vult Salicetus in lege si fundum, in fine, C. qui potiores in pignore habeantur, dicens, quòd à regula non receditur, nisi de contrario doceatur. & hinc eleganter dicit Bald. in lege si tutor, in fine, C. de seruo pignori dato man. quòd regulæ iuris sunt tenaciter custodiendæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis: & allegat dict.

gat dict.l.omnis definitio.idem vult & Roman. in repet. l. d. Authent.similiter,Hinc etiam eleganter dicit Innocen. in capit.ij.de dilatio.quem sequitur Bart.in lege secunda, ff.si quis in ius vocatus non ierit,quòd quando generaliter non competit iurisdictio in aliquos,sed solum in certis casibus,illi casus sunt exprimendi in citatorio,aliàs citatus non tenetur comparere: & hoc dictum refert & sequitur Franciscus de Aretio in lege in illa. ff. de verbor. obligat.quod est nota.dignum, quia quotidianum in practica.Et facit ad præmissa text.pulcher in capi.venerabilibus.§.potest quoque,de sent.excommu.lib. sexto, & text. in lege suus quoque.§.puto.ff.de hæred.institu.& not. per Felin.in cap.quod ad consultationem, & in capit. sicut, de senten.& re iudic.hinc etiam Salic.in repeti.leg. quod te, ff.si cert.peta.repræhendit illos,qui negligunt regulas, & caput implent casibus singularibus & peregrinis,& subdit singulariter, quòd ignorare leges regulares & communes, est lata culpa:sed non ignorare leges singulares & exorbitantes,per gloss.in dict. lege quod te. & idem vult ipse Sali.in repetit. leg. quod Nerua.ff.deposi.& Ioan. And. super data Sexti in Mercuria.de quo vide pleniùs p Zasiũ, dict.lege quod Nerua, vbi plenè reperies de lata culpa & eius effectu: ad quem te remitto. Secundò volò te scire,

13 quòd si in lege, vel canone reperiatur dictio † plerumque,ex hoc denotatur, quòd lex vel canon ponit regulam, & quòd regula ita se habet. Ita notab. dicit Barto. in lege prima,* per illum textum. ff.de tut.& ratio. distra. & Sal.in lege final. C. de vsufructu, & idem Salic.in lege iubemus,secunda,in fine, C. de sacrosanct. eccle.& probatur in lege iurisgentium. §. pactorum, in versicul. plerunque enim. ff. de pact. & in lege qui duos. ff. de legatis tertio.& in lege tutela.ff. de tutelis,& in lege cum virum. C.de fideicom.& in §.final.Institu.de legit. patro. tutel.& in l.nam salutem,versic.& quia plerunque.ff. de offi. præfe.vigil.cum similibus:& idem est,quando in l.vel canone ponitur dictio semper,quia dictio semper, ex sui natura denotat casuum regularitatem,vt probatur in l.j.& ibi Sa- [illegible] lice.

ADD. * Prima. Bartol.ibidem explicat plerunque,id est,regulariter.

lice,not.C.quomodo & quan.iud.& in l.semper in stipulationibus.ff.de regu.iur.& in l.semper in coniunctionibus, ff.de ri.nupt.cum similib. Vbi autem in lege, vel canone re-
14 peritur dictio ✝ interdum, vel dictio aliquádo, aut similis, denotatur illud esse casuale, & regulam esse in contrariũ. Ita sentit glo.in l.legitima.ff.de pactis, & notat Barto. in l. nec ei.§.fin.in princ.ff.de adop. & probatur in l.admonédi.ff.de iureiur.& in l.interdum.ff.de condi.indeb.cum si-
15 mi. Tertiò volo te scire, quòd magna est differétia ✝ inter verbum generaliter, & verbum regulariter: quia primum non recipit fallentiam, sed secundum sic, vt vult Panor. ind.ca. quoniam frequenter, in primo nota.& in capitu. venerabilem, de electio.dicens hoc esse valde not.propriè enim non est regula, quæ non patitur exceptionem. Imò ineptum est regulam non fallere, si æquitas subsit, vt vult glo.no.in Authen,vt sine prohi.mat.debi.& cred.super ver-
16 bo estimauimus. Quartò volo te scire, quòd vbi ✝ exceptio ponitur post plures casus, & non potest de iure adaptari nisi ad vnum illorum tãtum, debet sic intelligi, vt excipiat solum ab illo casu, cui est adaptabilis: de hoc habes glo.not.in c.j.in verbo nisi, & ibi Dominicus & Philippus Francus eam ad hoc ponderant, & valde commendant, de præscriptionib.lib. vj. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

¶LOCVS A DEFECTV formæ.

1 *Forma dat esse rei, & conseruat eam in esse.*

2 *Non seruata forma datâ à lege vel ab homine, corruit actus & quomodo id procedat nu.3.& seq.*

4 *Nihil omittendum ex solemnibus.*

5 *Deficiente causa necessaria seu substantiali deficit effectus,*

6 *Gesta contra formam quando sunt nulla, & quando non, & qualiter cognoscitur aliquid esse de forma actûs.*

7 *Omißio formæ vel solennitatum quando vitiat actum, quando non, &*

non, & an vitiat ipso iure, vel ope exceptionis.

Ignorantia iuris quando non excusat militem, rusticum, vel mulierem.

INsignis etiã in iure locus est à defectu formæ à quo sumptum argumẽtum nedum est probabile, verũ etiam necessarium. Formatur autem dupliciter ad duplicem effectum. Vno modo sic, Forma † dat esse rei, & conseruat eam in esse: vnde digressio de vna forma in aliam dicitur rem mutare, licet eadem materia perseueret. & ergo solutionem rei sic immutatæ non sequitur liberatio. tex. est no. in l. Iulianus. §. si quis rem, & ibi Bal. not. ff. ad exhib. & pulcher tex. in l. mulieris. §. j. ff. de verb. sign. & hoc fortiùs locum habet, si forma substantialis deficiat ab initio, quia scilicet nunquam interuenit. ca. tua nos, in fine de sponsa. c. detrahe. j. q. j. & l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. fal. vbi tex. formaliter dicit, neque enim vllum balneum, aut vllum theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formã quæ ex consummatione contingit, non dederit. hoc argumẽto autem vtitur Io. And. in reg. Non est sine culpa: in pulchra q. de reg. iur. lib. vj. in Mercur. & doct. alibi sæpe. Secundò argumentum ex hoc loco formatur aliter sic. Non † seruata forma data à lege vel ab homine, corruit actus. De primo est textus no. in cap. quia propter, & ibi Canon. attingunt de electione, & in capite sine exceptione xij. & q. ij. & in c. j. de reb. eccl. nõ ali. lib. vj. & in cle. j. eod. tit. & in l. cum hi. §. si prætor, & ibi doct. ff. de transa. cum sim. De secundo est tex. no. in c. cum dilecta, de rescr. in c. Pisanis de resti. spo. Et in c. venerabili, de offi. dele. qui tex. semper allegantur ad hoc, quòd vbi solennitas substantialis omittitur, vel forma nõ seruatur, actus qui geritur nullo respectu aliquid operatur. maior enĩ est defectus formæ, quàm materiæ. vt est glos. no. in l. si vnus. §. si acceptilatio, & ibi Paul. Castr. notat, ff. de pactis. & est bonus text. in lege certa forma, & ibi Ioann. de Plat. notat, C. de iure fis. libro decimo. Quod est verum, etiam si exercens actum, in quo requiritur certa forma, dicat quòd vult actum valere, prout melius valere potest: & sic, si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere

 potest,

potest, quando defectus est in forma text. est notabilis in capi.vnico,& ibi Dominic.& Philip. Francus id not.de po stu.prælat.libro vj. de quo articulo vide plenè per Barto. Ioan.de Imo.& nouissi.in lege j.§.si quis ita.ff. de verbor. oblig.& per Panorm.& cano.in cap.cum super,de offi.de leg.& non nihil per Angel.in §.fina.Institu. de adoptio. & per Bald.in lege non codicillum,C.de testam.& isto casu, quando à iure vel ab homine datur certa forma,paria sunt agere directè contra vel citra,text.est notabilis in ca.prudentiam,& ibi not.Panorm.in iiij.not.de offi.deleg.& Alberi.de Rosa.in l.constitutionibus. versicu. de hoc an statuta.ff.ad municip.& Felin.in cap.causam quæ, de re iudi. & Felin.in d.c.cum dilecta, de rescrip.in versi.amplia pri-
5 mo.Sed vbi non datur certa forma, est differentia † vtrum agatur contra,vel citra,aut præter, vt per Panor. & docto. loco quē supra diximus:quod facito,vt memineris, facit ēm ad multa.Et gratia exēpli pro instructione iuuenū in primis ex isto capite infringit alienatio rei ecclesiasticæ facta,forma non seruata, dict.clemen.prima,& ibi Cardin. & docto.notant,& habetur in dicto capi. sine exceptione, & in dict.cap.primo.Hoc tamen intellige,nisi ecclesia velit alienationem subsistere,& sic hoc casu contractus poterit claudicare:Ita singu.volunt Ioan.An.Ioan.de Imo.Panorm.& doct.in ca.j.de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap.quod tene menti. Item secundò per hoc infringitur alienatio rerum immobilium minoris,facta sine decreto, dūmodo pecunia non probetur versa in vtilitatem minoris,l.magis puto.§.non passim.ff.de reb.eo.l. vtere , & l. si prædium. §. emptor, & toto titulo. C. de præd.mi.quod tene menti,quia consului in ardua quæstione.Hinc etiam dicit Innocen.in cap. cum dilecti,de elect. quòd in confirmatione actus quæ fit per superiorem requiritur causæ cognitio , aliàs confirmatio non valet,per dictam l. cum hi.§.si prætor,& dict. l.magis puto.§.non passim. De quo dicto Innoc.est hodie textus expressus in c.fi.de elect.libr. vj.Hinc etiam est, quòd vbi ad substantiam actus requiruntur plura solennia, si vnum deficit , omnia ex integro sunt agenda:secus,si actus sint diuersi. Ita dicit Innnoc. & sequuntur Hostien.Ioan.Andr.Anthon.de Butr.& alij docto.in cap.j.de sacram.iter.vel non,& Ange.Ias.& doct. in

d.l.cum

d.l.cum hi §.si prætor,& est bonus tex.in d.c.Pisanis,& ibi hoc volunt Ant.de Butrio.Ioan.de Imo.Panormi. & doct. Omissio enim formæ mandati in qualibet vel minima par
4 te,vitiat totum processum,vt ibi probatur. Nihil enim † omittendum vel mutandum est ex solennibus.l.diuus.ff.de in inte.rest.& bene faciunt not.per Card.in consi. xviij. in j.dubio.Hinc etiam est,quod præteritio filij facta à matre sine insertione causæ legitimæ,hodie reddit testamentum nullum ex quo non est seruata forma Iuris nouissimi, de quo in §.aliud quoque capitulum,in Aut.vt cum de appel. cog.Ita in specie concludit Alexand.de Imo.in Authética, non licet,C.de liberis præter.& Bald.in consilio ij. primæ partis,in fine.An autem hoc locum habeat in testamento militis prætereuntis filium sine insertione causæ,sunt opiniones inter doctor.communis tamen opinio habet, quod sic.de quo vide plenissimè per Iasonem in l.sicut certi, C. de testamento milit.Vbi etiam reperies, idem esse hodie in præteritione filij emancipati sine insertione causæ legitimæ:De quo habes gl.singularem in §.ex hæredatos in Authen.de hæred.&fal.quod nota. Hinc etiam est quòd si filio non relinquatur legitima vel aliquid loco legitimæ titulo institutionis, testamentum parentis hodie est nullum, ex quo non est seruata forma legis,vt patet in d. §.aliud quóque capitulum,cum ibi notatis per gloss. Bart. & doct.& ita in specie determinat Io.de Imo.in c.Rainutius de testa.& est communis opinio,à qua in iudicando nõ est recedendum,vt volunt Cy.Salice.Fulgo. Iason,& doc. in Authen.nouissima.C.de inoff.testa.quos vide.Et quemadmodum dixi, corruere actum deficiente forma seu causa
5 formali:Ita etiam † deficiente causa necessaria seu substãtiali,deficit effectus:vt est casus notabilis in l.j. iuncta gl. & ibi Bal.Salicetus & doctores notant. C. de condictione ob caus.Quæ autẽ resultet vtilitas ex causa efficiente & finali,docet Rodolphus Agric.li.j. de inuentione dial. ca. xvj.circa finem.& tangam obiter infra in loco ab effectu, & in loco à virtute finis, vbi vide, de hoc tamen articulo,
6 quando † gesta cõtra formam sunt nullius momẽti,& quã do non:& qualiter cognoscitur,quòd aliquid est de forma actus,vide amplissimè & magistraliter per Fel.in d.c.cũ dilecta,vbi plenissimè hos duos articulos quotidianos exami

nat. Vide etiam eundem Feli. post. Panor. in c. quoniã frequenter, in princip. vt lite nõ contestata, vbi exquisitè in-
7 uenies, quando omissio † formæ vel solennitatis vitiat actum, & quando non: & an vitiet ipso iure vel ope exceptionis. Vide etiam Bal in rep. l. j. in versic. nunc venio ad quæstiones C. de sacrosanct. ecclesiis, & eundem Bald. in l. cum quis, in versic. quinto sic probatur, & in versic. sexto probatur sic*, C. de iuris & facti ignoran. & Angel. post alios per eum relatos in §. si quis debitori circa finem Institutis de legatis, & Alciatum parodoxorum libro v. capit. xvj. & Francisc. singulari libello feudorum parte j. quest. vj. principali, in versic. sed circa præmissa. Et Zazium in lib. primo singul. responsor. capit. xij. & per gloss. & docto. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. Vbi plenè reperies, quomodo inter se differant esse de substantia, de forma, de solennitate de accidentalibus, vel de natura actus: ad quos remisisse sufficiat. Porrò vnum hoc volo te non ignorare, quòd licet error, vel ignorãtia iuris excuset mulierem & rusticum, quando non potuerunt consulere peritiores, tamẽ hoc fallit in omnibus his, quæ sunt inducta pro forma actus, vel quæ concernunt rigorem iudiciorũ inductum ob publicam vtilitatem. Et hinc est, quòd si mu-
8 lier † vel rusticus faciat testamentum, & non adhibeat tot testes, quot de iure requiruntur, & alia quæ sunt inducta pro forma testamenti, dato quòd omitteret per errorem vel ignorantiam iuris, & quòd nõ potuisset consulere peritiores, non propterea excusaretur mulier vel rusticus, imò actus esset nullus: vt est glos. singularis in verb. nõ ex mente in l. ambiguitates, C. de test. & facit l. nemo potest, cum ibi notatis, ff. de leg. j. Et eodem modo, si mulier, vel rusticus non producat instrumenta, vel probationes intra tempus præscriptum à lege, statuto, vel à iudice, non excusatur propter errorem aduocati vel ignorantiam iuris, ex quo istud respicit rigorem iudiciorum. Ita singulariter dicit Bald. in l. iuris ignorantiam, C. qui admitti & sequuntur ibi Paulus de Castro Fulgo. Ludouicus, Alexand. Ias. & docto. & Salicetus in lege penultima, Codice eodem titulo & idem sentit Bartol. in l. j. §. nunciatio, circa finem.

ADD. * Sic. Vbi Bald. ponit formam triplicem.

ff.de nc.ope.nun. Dicit tamen Salice. in l. j. C. de iur. & fac. ign. multũ singulariter, ꝙ si miles vel rusticus non potuit consulere peritiores, & lapsum sit tempus, intra quod debuit facere suas probationes, quòd ista est iusta causa restituẽdi in integrum* : & sequitur Iason in præalle. l. iuris ignorantia: & ita quotidie videmus practicari per requestas ciuiles, vt vocant. Quando autem mulieres vel rustici potuerunt consulere peritiores & non consuluerunt, certum est ꝙ non excusantur, etiam non inductis pro forma, nec ob rigorem iudiciorũ. Ita dicit gl. in d. l. iuris ignorantia: & est ratio, nam vt ibi dicit Bal. sicut mulieres & rustici vadunt ad siluam pro lignis & ad ciuitatẽ pro indulgẽtiis: ita etiam debent adire aduocatos & iurisperitos pro consiliis. Illud etiã cõmenda memoriæ, ꝙ præfixio formæ tũc vitiat actum, cùm traditur à principio attributæ potestatis, & iurisdictionis. Vbi aũt traditur post ipsam concessam aliquid in eius exercitio seruandum statuitur, eius omissio non reddit id quod geritur nullum. Ita dicit gl. sing. in cle. j. in verb. inhibentes, de iu. patr. quam ad hoc not. & ponderat Pet. de Anch. in cle. j. in fin. de sequest. poss. & iste sunt ver. formalia Alex. de Imo in l. vniuersa, in apost. ad Bar. C. de precib. imp. off. quibus adde singulariter not. per Bar. in d. l. vniuersa, & singulariter not. per Panor. Fel. & alios cano. in c. ij. de testibus, & singulare dictum Bar. in l. j. ff. de testa. & not. per Bar. in l. cùm lex. ff. de fideiuss. cuius meminit Feli. in d. ca. ij. quæ omnia tene memoria tanquã pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana. Et vide quod dixi suprà in loco ab ordine, & quod dicam infra in loco ab expresso ad tacitum.

ADD. * Integrum. An hoc casu possit mora purgari vide Bar. Alberic. Alcia. l. si insulã. ff. de ver. obl. P. Prateius.

LOCVS A VERISIMILI.

1 *Argumentum à verisimili ad quid valeat: & per tot.*

2 *Ex vsu vel consuetudine viuentis præsumitur voluntas eiusdem morientis.*

3 *Illud habetur pro disposito, vel conuento, quod verisimiliter fuisset dispositum vel conuentum, si disponens vel conueniens de hoc fuisset interrogatus.*

4 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*
5 *Efficacior probatio requiritur ab illo, qui vult probare id quod non est verisimile*
6 *Semiplenam probationem habenti non semper defertur iuramentum in supplementum probationis.*
7 *Talis quisque præsumitur esse, qualis est habitus quem gestat.*
8 *Priuilegium clericorum est triplex, scilicet personæ, rerum & fori & an de iure humano sint huiusmodi priuilegia clericorum, an verò de iure diuino.*
9 *Intellectus c. quanquam. de censibus libro sexto.*
10 *Experimentum verorum sermonum est, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus.*
11 *Quod est alienum à verisimili, est quædam falsitatis imago.*
12 *Non est facilè credendum illud quod facilè fieri non potest.*
13 *Duæ præsumptiones quarum vna nõ præponderat, inuicem se confundunt.*
14 *Duæ præsumptiones an sint pares, vel an altera sit potentior, quando dubitatur, bonus iudex habet arbitrari.*
15 *Donatio Constantini an sit facta, & si sit facta, an sit valida & an possit reuocari: & nu. seq.*
18 *Præsumptionum materia tractatur & numeris sequentibus.*
20 *Præsumptionem iuris & de iure non admittere probationem in contrarium, limitatur quadrupliciter.*
21 *Præsumptio iuris differt à fictione iuris.*

1 Est & à Verisimili Locus apud legũ, & canonum conditores. Cuius † argumẽtum & probabile est, & vtile, ac multum frequens, vt patebit infrà. Ad plurima autẽ valet. Primò quidem valet ad coniecturandam mẽtem, & voluntatem testatoris, text. est not. ponens casum quotidianum in l. cùm auus. ff. de conditionibus & demonstrat. Et in l. cùm acutissimi C. de fideicõmissis, & in l. generaliter. §. cùm autẽ, C. de insti. & substi. text. notabilis ponens casum singularem & quotidianum in l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff ad Treb. tex. singularis in l. hęredes mei. §. cùm ita, illo tit. & tex. not. in l. sed & si susceperit., §. si libertis. ff. de iud. & pulcher. tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & tex. fin. ponens casum quotidianum in cap. requi-

ſiti,de teſtamẽt. & pulcher tex. ponẽs caſum,qui frequẽter poteſt contingere,in l.Titius.§.Lucius Titius.ff.de libe.& poſt.& tex.ſingularis in l.ſi mater,C.de inoff.teſta.Il-
2 lud autem certum eſt,†quòd ex vſu,vel conſuetudine viuentis præſumitur voluntas eiuſdẽ moriẽtis vt eſt tex. cũ gl.in ver. debeãtur in l.Titia.§.q Marco.ff.de an.le.& in l. Sempronio.§.fi.ff.de vſufr. lega.Secundò valet ad cõiectu randum mentem & voluntatem contrahentiũ,l.in obſcuris.ff.de reg.iur.&.reg.Inſpicimus,de reg.iur.li.vj.cum vtrobique not.per glo.& doct.& eſt tex.ſing.iuncta gl. in l. ſi vnquam,C.de reuo.don.& in c.fin.iuncta ſing.glo. xvij. q.iiij.& tex.familiaris ponẽs caſum quotidianũ in l. quæro.§.inter locatorem.ff.de lo.& tex.not.iuncta ſing.glo.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.& pulcher text. in l. ſi extraneus.ff. de condictio. cau. da.in quibus iuribus habetur.
3 quòd illud habetur†pro diſpoſito,quòd veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum,ſi ſtatuens,ſeu diſponens de hoc fuiſſet interrogatus,quod procedit ſecundum Bald.Pau. de Caſt.& alios in d.l.tale pactũ.§.fin.ſiue aliquid ſtatuatur per modum conuentionis,ſiue per modum legis municipalis, ſiue per modum reſcripti:quod not.

Tertiò valet ad conuincendum quẽ de malitia. proteruia,ſeu delicto.tex.eſt no.in ca.ſcribã.& in ca.quia veriſimile, iũctis not.ibid. per Panor. & docto. de præſum. Huc facit & regula,Semel malus,cũ magiſtrali. gl.de reg. iu.lib.vj.& tex.in l.ſi hi qui,& in Auth.ſi quis ei,C.ad leg. Iul.de adul.Circa quod omnino vide:quod dicam infra in loco à tẽpore ad tẽpus.Quartò valet ad trãsferendũ onus probandi in aduerſarium:tex.eſt not.iuncta gl.in l. ex perſona, & in l.ſiue poſſidetis:& ibi Bald.Pau.de Caſt. Sali. & doc.notant C.de prob.& in l.circa.ff.eo.tit. Quintò valet ad coroborandum probationem minorẽ numero, textus eſt not.in l.ob carmen.§.fi.ff.de teſt.& in c.in noſtra,eo.ti. Veriſimilitudo enim multùm attẽditur in probationib',l. cùm de ætate.ff.de prob.& licet interdum præſumptio reſultans ex veriſimili nõ ſit adeò efficax, vt releuet ab onere probandi in totum:coadiuuat tamen aliam probationẽ iuxta notata per glo.not.in l.ij.in verbo, legitimis. ff. de excuſa.tu'.& facit c.cum cauſam,cum ibi notatis de prob.
4 Quæ enim †non proſunt ſingula, multa iuuant: Iuribus

præ

præal.& l.instrumenta,cum glo.C.de proba.de quo articu culo tamen,vide latiùs per Bar.in l.j. §.idem Cornelio.ff. de quæstio.Sextò valet ad aggrauandum probationē.Efficacior † enim probatio requiritur ab illo,qui vult probare id quod non est verisimile:tex.est not.in l.est verisimile in princ.ff.quod met.cau. & pulcher tex.cum glo. in d. c. quia verisimile,cum ibi notatis per Innoc. Panj. Felin. & alios.Cuius effectus est valde magnus,quia licet † regulariter habenti semiplenam probationē deferatur iuramentū in supplemētū ꝓbationis,iuxta no.per gl.& doc.in l.ad monendi ff.de iureiu.& in l.in bonę fidei.C.de reb.cred.& c.fi.de.iureiu.in hoc casu tñ habenti semiplenam ꝓbationem pro se,non defertur iuramentū in supplementū probationis,ita dicit gl.not .in d.l.non est verisimile in verb. præsumptioni quā ibi cōmendat Bal.& est de mēte glo.in §.pręterea in titul.quid sit inuest.in vsi.feud. & ibi Bal.Aluaro.& Præpo.hoc firmant.Septimò valet ad derogationē fidei,quæ alias cessante nō verisimilitudine adhiberetur instrumento.l.scripturæ.iunct.gl.C.de fi.instr.Exēpli gratia,produco duo instrumēta de eadē data,vt vocāt,in quorū altero continetur,quòd emi rem, in altero continetur ꝙ fuit mihi donata:neutri statur, quia non est verisimile de quo Bal.ponit tria alia & notabilia exēpla , in d. l. scripturæ,quę vide.Octauò valet ad præsumendū metū , tex. est no.in c.j.de his quæ vi metúsve causa fiunt, vbi arguitur à verisimili,ꝙ mulier iuuenis, infantē paruulū habēs, nō spōte sed metu cōpulsa votum castitatis emisit. Nonò valet ad proferendum sententiam,si præsumptio est violenta:tex.est no.in c.afferte de pręsum.& habetur iij.Reg. iij.c.vbi Salomon, duabus mulieribus altercantibus tulit sniam ꝓ vna cōtra alterā quia ipsa noluit paruulū diuidi ꝑ mediū,vt altera desiderabat vide & gl. in verb.priues,in c.insinuatū,& ibi Pan & doct. de simonia.Quod tñ intelligę procedere in causa ciuili:secus in criminali, in qua probationes debent esse luce meridiana clariores ad condemnationē,l.sciant cuncti,& ibi Pau.de Cast.hoc no. C. de proba Et vult Inno in d.c.quia verisimile,& Pan. in d. c.afferte,de quo vide latius per eundē Panor.& alios in c. iij.loco de ꝓba.& per Ale.de Imo.in cōsi.ij.vij.vol.vbi reperies singulariter, ꝙ vbi agitur de pœna vltimi supplicij,non

eij,non sufficit delictũ esse probatum per præsumptiones iuris, vel indicia vehementia.De quo tamẽ vide latiùs per eundem Alex.in l.absentẽ,in apost.ad Bar.ff. de pænis ,& quod dicam infrà.Decimo valet ad arguendum dispensationem vel priuilegium de surreptione,text. est not. in c. ij.de filiis præsby.li.vj.& in c.ij.de deci. eo.li. Vndecimo valet ad sustinendum iura & alias dispositiones à correctiõe.c.ecclesia ij.de ele.& ele.exiui de paradiso.§.deinde, & §.rursus. & ibi Card.notat,de verb.sig.& l.non ad ea.iũcta glos.ff.de cond.& demonst.cum simi.Duodecimo valet ad excusandum officiarium laicum, bona fide capientem clericum in habitu seculari repertum, & ad excusandum laicum ab incursu excõmunicationis si percutiat clericũ, quem talem ignorauit,sed laicum probabiliter esse putauit propter habitum quem gerebat.Ita not.vult Panor.in c.vt famæ,de sen.excom.& Bal.in l.si qua per calumniam, C.de episc.& cler.Et doct.sæpe alibi. Talis enim quisque
7 esse præsumitur † qualis est habitus quem gestat, c.si iudex laicus,de sen.exco.li.vj.& c.si verò ij.cum ibi not.per glo.& doct.eod.ti in antiquis.Non enim contempsit disciplinam,qui ignorauit militem.l.si ignorans , cum ibi no. in gl.ff.loca.Circa quod volo te incidenter aduertere,cle-
8 ricis principaliter † tria competere priuilegia, vnũ quod appellant priuilegium personę, vigore cuius iniiciens dolosè manus violentas in eos,incurrit ipso facto sententiã excommunicationis maioris,à qua regulariter absolui nõ potest,nisi à summo Põtifi. c.si quis suadẽte diabolo.xvij. q.iiij.quod priuilegium indubitanter est de iure humano quia introductum est per Inno. ij. vt patet ex suprascriptione d.c.si quis suadente diabolo:& in hoc omnes conueniunt,nec reperi contradicentem.Aliud est priuilegiũ, quod appellant priuilegium rerum, vigore cuius clerici sunt exempti à muneribus,collectis,& contributionibus sordidis,extraordinariis,& superinductis,l.placet, C. de sac.eccle. Et hoc priuilegium communiter dicitur esse de iure diuino,pro quo est tex.iuncta gl. in c. quanquam.de censib.lib.vj.& in c.nõ minùs,de immu.eccle.Aliter tamẽ in hoc videtur sentire Di. Heronymus in commentario suo super Matthęum.c.xvij.cum viros ecclesiasticos de arrogantia notando in hoc,quòd tributũ soluere recusant, inter alia dicit,Dominus noster & secundũ carnẽ,& secũ-

dum spiritum filius regis erat, vel ex Dauid stirpe generatus, vel omnipotentis verbum patris, ergo tributa quasi regũ filius non debebat, sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem iustitiam, nosque infelices qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facimus maiestate: ille pro nobis & crucem sustinuit & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddim*, & quasi filij regis à vectigalibus immunes sumus. Et idem videtur ibi sentire Erasmus in adnotationib. & apertiùs Alb. de Ros. in dictiõ. in verbo pedagiũ., in versi. an pedagia, circa finem: vbi dicit, se nõ videre, vnde processit æquitas ecclesię, de qua in d.c. quanquam & in cle. præsenti. eo. titu. nisi quòd in eorum voluntariis constitutionibus se priuilegiauerunt ad libitum, Et subdit, se credere, quòd si pedagiũ sit iustè, & ex iusta causa institutum, quòd clerici teneātur, quemadmodum Christiani Saracenis, vt ibi videre poteris per eum. Et ad idẽ cẽdunt verba Io. Pe. de Ferr. in sua practica, in forma actionis realis, super verbo iure dominij, vel quasi, in versi. tertius est modus acquisitionis, & in versicu. habes ergo ex præmissis. Et siquis hanc opi. contra communem disputatiuè sustinere vellet posset ad contraria respondere, & primò ad id, quod originaliter habetur Gen. xlvij. & translatiuè in d.c. nõ minus, & in glo. d. c. quanquam, quòd nihil aliud ibi habetur, quã quod tẽpore Pharaohis sacerdotes non cogebantur vendere possessiones, quas receperant à Pharaone rege, quia statuta cibaria ex horreis publicis eis præstabantur: & sic non erant cõstituti in illa necessitate vendendi prędia sua, in qua alij cõstituti erant: & sic ex consequenti cessabat causa soluendi quintam partem frugum. Et ergo notanter ibi tex. dicit, ꝙ terra sacerdotalis libera ab hac conditione fuit. Non autẽ dicit, vt alibi refertur, quòd Pharao sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit. Secundò ad illud Esdræ vij. c. relatum per gloss. in d. c. quanquam, respõderi potest, ꝙ illic aliud non habetur, quàm ꝙ Artaxerxes rex declarauit ministris suis custodib. archæ publicæ, quos hodie finantiatios appellamus, ꝙ nullam potestatem habeãt imponendi ministris aut seruitoribus domus Dei, & sic personis, vectigal. tributum, vel annonas, Ex quo inferri non potest, iure diuino prohibitũ, rebus clericorũ, vrgen-

[illegible] te necessi-

te necessitate reipublicæ,ita bene clericos sicut laicos cõcernente, onus aliquod imponi non posse. Imo in contrariũ optimè facit l.iubemus nullã nauem.cum ibi sing. not. per Bald.& Paul.de Castr.C.de sac.eccle.& quod dicã infrà in loco à persona ad locum. Vel (si mauis) poteris dicere ad vtrumque, quòd ita illic permiserunt reges ex causa, Ex quo argui non potest, id esse dispositiuè iuris diuini.

9 Restat respondere ad d.c.quanquã, vbi † Bonifacius viij. suo tempore Pont. Max. clarè & apertè asserit, ecclesias personas ecclesiasticas, & res earum, nedum iure humano, verùm etiam diuino, à secularium personarũ exactionib⁹ esse immunes. Ad quod difficilis videtur responsio: verum tamẽ si ad personam loquentis respiciatur, iuxta c.solitæ, de maio.& obed. responsio est facilis: quia ibi loquitur Papa, & in causa propria: vnde ei non est standum, l.omnibus C.de testib. maximè cũ de grãdi præiudicio tertij agitur, puta reipubl. Imperatoris, suorum subditorũ laicorũ, qui ex hoc plus grauarentur, si res clericorũ tẽpore necessitatis non contribuerent. per theoricam Innoc. ab omnib. approbatã in c.inquisitionĩ, de senten.excõ. Iunctis no. per Bart. Ioan.de Imo.& alios in l.ab omnibus, in princ. ff. de leg.j. Præterea quàm affectus fuerit dictus Bonifaci⁹ viij. suo tempore Pont.Max. erga clericos contra laicos, ac ad temporalẽ iurisdictionẽ, si quoquo modo licuisset, vsurpandã: docet vulgatum c. clericis. de immu. eccle. lib. vj. propter ipsius exorbitantiam postea in concilio Viennẽsi reuocatũ, & d.c.si iudex laicus, & c.vnicũ de cler.coniu. il. lo.eo.tit. Et alias historias quæ de eo referuntur, non refero. præterea his omnibus cessantibus, alia est responsio, vt scilicet dictum eius in d.c.quanquam. procedat capiendo ius diuinũ largè, pro iure canonico, iuxta ea quę habentur in c.nimis de iureiu.& per Arch. Dominic. Fel.& alios in c.j. j.dist. Quia certũ est, iure ciuili & sic humano, tributã ecclesiæ & clericis immunitatẽ, d.l. placet. cum pluribus ll. seq.& Auth. Item nulla cõmunitas. C.de epis.& cler. & etiam iure canonico d.c.quanquam. cum simi. De iure autẽ diuino strictè sumpto, pro eo quod in sacra pagina continetur, puta in veteri & nouo testamento, omnino aliter videt℗ supradicta.& per ea quæ habẽtur Matthęi xxij. Mar. xij. Lucæ xx.& ad Ro. xiij. sed hoc non firmo. quia cõmu-

ni,

nis opinio(vt dixi)est in contrarium:à qua in dubio nõ est
recedendum:& sanctæ matris Ecclesię determinationi stã-
dum est,cui in hoc & in aliis humiliter me submitto. Ter-
tium est priuilegium,quod appellant priuilegium fori,vi-
gore cuius clerici non possunt regulariter coram iudice
seculari conueniri,vel ab eo iudicari. Et hoc priuilegium
secundum communem opinionem etiam est de iure diui-
no,vt vult Rota,decisione 840. in antiquis,& habetur per
Panor.Feli.& alios in c.ecclesia S.Mariæ,de consti.& ali-
bi.De hoc tamen vide,quod dicam latiùs infrà,in loco à
milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ,ante fi-
nem.Posset & ad infinita alia ex præmissis & aliis iuribus
colligibilia induci hæc argumẽtatio à verisimili,quæ enu-
merare magis esset laboriosum quàm subtile. Ideo omit-
10 to.Hoc tamen infige menti,quòd † experimentum vero-
rum sermonum est,vt concordent cum rebus sensatis vel
verisimilibus.l.milites.versi.oportet. C. de quæstio. nã vt
11 dicit Bald.in l.j.C.de ser.fug. Porro id,quod est alienũ † à
verisimili,est quædam falsitatis imago, quibus consonãt
nota.per Feli.in c.auditis,de prę̃scrip.Nec est facilè credẽ
12 dum illud † quod facilè fieri non potest. c. si diligenti in
fine & ibi Ioan.de Imo.not.de præscri.Et procedit hæc ar-
gumentatio à verisimili,nisi contra verisimilitudinem al-
legatam adducatur & probetur tale quid,per quod huius-
modi præsumptio verisimilitudinis tollatur, quo facto,
13 cessat huiusmodi argumẽtatio à verisimili.Vbi eñ † duæ
sunt præsumptiones,quarum vna non præponderat alte-
ri,tunc inuicem se confundunt,vbi autem altera est potẽ-
tior,tunc fortior tollit debiliorẽ.c.transmisse, cũ ibi not.
per gl.Panor.& doc.qui filij sunt legit.& c.per tuas, cũ ibi
not.de proba.c.Michael.cũ sing.gl.de fil.presby.l.cũ qui
probabilem,& ibi Bal.& Pau.de Castr. not. C.de episc.&
cle.l.transactionem,cum ibi not.per Bart.Paul.de Castr.
& doct.C.de trãsact.& d.l.si extraneus,cum ibi no.per Ias.
& habetur per Bal. Sali.& doct.in d.l.siue possidetis,& per
14 omnes in l.diuus.ff.de in inte.resti.in dubio † autem bo-
nus iudex habebit arbitrari,an ambæ præsumptiones sint
pares,vel an altera sit potentior,& quæ. ita nota. dicit Pa-
norm.in capi.cum inter R.seniorem de electio. Et habes
exemplum quotidianum per Hypolitum de Marsiliis in
l.j.§.di-

l.j.§.diuus.ff.ad legem Corn. de ficar.quod tene memoria, quia valet ad multa, vt videre poteris per Præpositum in ca.Constantinus xcvj.dist.vbi per hoc soluit multa argumenta Laurentij Vallensis, impugnantis donationem
15 †.Constantini tanquam fictam & ementitam, fundata in verisimili: sed quis iustius induerit arma Laurentius an Præpositus suo tempore Cardinalis Alexādrinus, ex hinc inde per eos adductis facilè videre poteris.Et vltra glo.iuris canonici & ciuilis passusque communes, in quibus tractatur hæc materia donationis,ex qua Papa Imperium in plures vendicat,videre poteris per Platinam in vita Siluestri,& in vita Adriani primi,per Sabellicum in Rapsodijs, per Volaterranum in chronicis.Et per Bal.in l.pen.in vers. item non sic,C.de execu.rei iud.& per Bal.in prælu.feu. in prima diuisione,vbi dicit,quòd nisi hæc donatio processisset à fide catholica, sicut processit,non potuisset Imperator caput Imperij Rom. ex mero iure Imperialis officij à cæteris membris mutilare:quia capitis truncatio non est pars quarta,sed tota:& dicere ꝙ Imperator seipsum mutilet,hoc est,mēbra imperij à se amputat esset speciès fatuitatis:Imò facere aliquem sibi parem vel superiorem, qui posset facere rebellare Imperium,est impossibile:quia lex regia contradicit,secundum eum. Et idem sentit Sign. de Homo.in consi.xxvj.Idem etiam videtur de mente Alber. de Ros.in l.benè à Zenone,C.de quadr.præscrip.vbi inter alia dicit,se audiuisse à magnis viris, tunc auditam fuisse vocem dicentem,hodie seminatum est venenum aspidum in ecclesia Dei,& hoc reperiri in antiquis authenticis scripturis, Et quendam literatum virum tempore Bonifacij viij.prophetasse in suis sermonibus.Per eosdem passus & gradus,per quos ecclesia ascendit in tēporalibus, per eosdem descensuram ad extremam paupertatē Siluestri, Imo plus dixit Pius in dialogo, vt refert Felin. suo tempore auditor rotæ in c.solite,de maior.& obedien.videlicet se mirari,miseros legistas disputare de validitate eius,quod nūquam fuit.Et vltra alios exactissimè de hac donatione disserit Ant.de Rosel.in libel. de potestate imperatoris,& Papæ:sed de isto non videtur hodie quouis modo dubitandū quia Papæ & successorib.suis prouisum est in hac parte.c. fundamēta,de elect.lib.vj.& cle.vnica,de iureiurā.quibus

h textibus

textibus & decisioni ecclesiæ standum est, secundum Panor. in c. per venerabilem, qui filij sunt legiti. Et dicere cõtrarium, esset percutere caput ad mõtem Murellum, vt dicit Bal. in titu. qui feu. da. pos. Posset tamen ✝ reuocari hęc
16 donatio per aliquem Imperatorem probum & potentem, vt dicit Iõ Petri de Ferrarijs in practica sua, in forma respon. rei conuenti in verbo pręscriptionis, cum non cõueniant psalterium & cythara, nec datũ sit à Christo nec à B. Petro, quòd Põtifices possidere debeant talia: sed quod est Cæsaris reddatur * Cæsari: & quod est Dei, Deo. Et maximè propter scandala, dissentiones, & bella quæ ex hac euenerunt, & ventura sunt, nisi Deus prouideat: quia ecclesia & Italia non quiescent, quamdiu ecclesia possidebit ciuitates & castra, sicut nec hactenus quieuit, secundum eum. Porrò de hac donatione nihil olim habebatur in antiquis decretis vt in hac re grauis est auctor Antoninus suo tempore archiepiscopus Florentinus, nunc etiam inter sanctos relatus, in suis chronicis parte prima ante finem. Et Ioan. de Imo. in rub ff. de verb. obli. Nunc autem de ea habetur in d. c. Constantinus, quod licet sit palea, & pro palea illic inseratur, multum tamen grani attulit ecclesiæ. Ex quo in immensum creuerunt eius opes. Et profectò gratulandum est felicitati ecclesiæ, si modo in hoc sita est felicitas, quæ cultrix, & altrix iustitiæ non patitur contra iustitiã aliquid fieri in se vel in alterum, vt inquit text. elegans in c. j. §. inde potest præsumi, in tit. de alienatione feudi, in vsib. feu. Et quæ est vltimum ac supremum remedium oppressorum, vt dicit ibi Bal. Nil mirum ergo, si permittente, vel disponente Deo, dicta donatio facta sit, per quam quotidie subueniri possit. Nec videtur posse subsistere de iure, quod de reuocatione dictum est, tum quia perfecta donatio inter viuos, reuocari non potest, iurib. vulg. cum etiam, quia priuilegium per laicum concessum non subdito, vel ecclesiæ, est irreuocabile: vt habet theorica Inn. in c. nouit, de iud. approbata ibidẽ per Panor. & alios & per Panor. in c. inter alia, de immu. eccl. Et idem in præstatione fauorabili ecclesiæ, vt habet theorica Bar. in l. priuilegia. C. de sac. eccl. ab omnibus penè & legistis & Canonistis

ADD. * Reddatur. Matth. 22. Marc 12.

niſtis approbata.& multò minus poterit reuocari,ſi d.donatio Conſtantini dicatur fuiſſe remuneratoria, vt firmat tex.in d.c.fundamenta,& ſuſtinet Præpoſitus in d.ca.Conſtantinus.Et Barto.in Auth.quomodo opor.epiſ.quia donatio remuneratoria non poteſt reuocari, etiam propter ingratitudinem ſuperuenientem ſeu ſubſequentem:vt eſt tex.iuncta ſing.glo.in l.Si pater.§.j.ff.de donat. Et ponit pro conſtanti Roma.ſing.ccccćxix.& doct.ſæpe alibi.Et faciunt ea quæ habentur & not.in l.Attilius Regulus, de dona.Hinc Bald.in c.intellecto:de iureiur.de hac donatione loquens,dicit eſſe ſomnia,quicquid dicitur contra ſtatum vniuerſalis eccleſiæ,à qua dependet imperium & vniuerſalis orbis.ſecundum eum,Et paucis interpoſitis dicit,patere validitatem eius ex eo,quòd eccleſia in parte vtitur illa donatione.ipſe tamen idem Bald.in j.conſti.Digeſto.vi-
17 detur velle,✝quòd dicta donatio ſit reuocabilis,cum poſt longam diſputationem:quam facit de validitate dictæ donationis,finaliter dicit,quòd quicquid ſit,ex quo imperator non reuocat,valet ſaltem ex lege Auguſti,allegans ad hoc l.apud §.j.ff.de manumiſ.Quam opinionem ſi quis tenere voluerit,poterit reſpondere ad allegata ſuprà in contrariũ.Et primò ad id,quo dicitur perfecta donatio inter viuos reuocari non poteſt:vt illud procedat, quando donans habuit pleniſſimam facultatem donandi, nedum in præiudicium ſuum,ſed etiam in præiudicium ſucceſſoris ſui qualis non eſt imperator,qui aſſumitur per electionẽ. c.venerabilem,de electio.& c.ad apoſtolicæ in fi.de re iud. lib.vj.& nihil facere poteſt,quod tendat in graue præiudicium Imperij,& ſucceſſorum,ſicut nec Papa,vt dicam infrà in loco à plenitudine poteſtatis,quò recurre. Non obſtat etiam ſecundum,quo dicitur,priuilegium conceſſum eccleſiæ vel nõ ſubdito,non poſſe reuocari:quia licet Inn. ſuo tẽpore Papa,& ſic teſtis ſuſpectus,hoc dicat,& plures canoniſtæ abbates & Cardinales,nonnullique Legiſtæ laici in tẽporali iuriſdictione Papę,vel patrimonij Petri, vt vocant,legentes hoc ſequanť,& cõtradicere non audeãt, id tñ nõ procedit,quando per priuilegium cõceditur iuriſdictio.Ita ſing.in his terminis dicit Frãci.de Are.in dicto capitu.nouit,& eum ſequitur ibidem Feli.Et ante eos hoc voluit Bald. in l.qui ſe patris.C de vnde.libe Et ſentit Do-

minic.de Gem.in c. j. de consti.lib.vj.& consonant no.per Bal.in d.c.intellecto,& no.per eundem in extrauag. de pa. Constan.in verbo successorum, nostrorum & no.per Ias. in prælud.feu.in j.diuisi.Et not.per Fel. in c.j.de proba. & no.per eundem in c.ad audientiam,de præscri.Et idem in his terminis nulla circuitione vsus vult Anto.de Rosellis loco prædicto quod vt sentit Albe.de Ros.in dict.l.benè à Zenone.Item illud dictum.Inn.non procedit,quando priuilegium ex post facto enormiter læderet concedentem præter eius intentionem:quia tunc tollitur ipso iure, aut saltem potest reuocari.c.suggestum de deci.secundū Are. & Feli.in d.c.nouit,& Bald.in d.l.qui se patris.Non obstat etiam tertium de remuneratione, quia fundamentum dictæ allegationis à Laurentio Vallensi & alijs negatur: & dato quod de hoc constaret,tamen dicta allegatio est dubia, quando per priuilegium datur iurisdictio remunerationis gratia:vt dicunt Areti.& Feli.in dict.c.nouit,nec ex hoc posset concludi, valere donationem tam immensam in enorme præiudicium Imperij & successorum,cum nec donatio remuneratoria immensa,per ecclesiam alicui facta valeat,l.iubemus nulli,in princ C.de sacro.eccle.ergo idem dicendum videtur in donatione immensa facta, per Imperatorem,cum Ecclesia,& Imperium æquiparentur.l. fina.C.de sacro.eccle.Imo fauor Imperij, vel reipublicæ præfertur fauori ecclesiæ,Aut.sed & permutare,& ibi Salice.no.C.illo eo.tit.Cui consonat illud Valerij de pietate erga patriam.Euersa domo,interdum reipub.status manere potest:Vrbis autem ruina omnes penates secum trahat, necesse est.Poterit ergo (ni fallor) reuocari dicta donatio per successorem.Nec videtur consultum electo in Romanorum regem,præstare iuramentum in forma d.cle,vnicæ secundum Anto.de Ros.loco prædicto, quem omnino vide.Nec obstabit successori reuocare volenti iuramentum prædecessoris,& pro se, & successoribus præstitum . quia illud ex parte iurantis est personale,& non ligat successorem etiam hæredem: Vt sing.decidit Panorm.& ante eum Hostien.& communiter docto. in ca.veritatis,de iureiur. & Io And.in c.fin.de sepultu.& Bart.in Aut.quod obtinet. C.de probatio.& Ant.de Rosel.loco prædicto,& doctores sæpe alibi.Quod si præstitum iam sit iuramentum, seruandum erit,

dum erit, nec illi contrauenie̅dum, secundum Ant. de Rosellis & alios locis prædictis, sed de hoc plus satis. Porrò quoniam hoc argumentum à verisimili fundatur super
18 præsumptione, volo te scire, ꝙ † duplex est præsumptio, scilicet hominis, & iuris: & quodlibet membrum subdiuiditur, vt infrà videbis. Præsumptio hominis dicitur illa, cuius effectus non est in iure expressus, sed in iudicis vt boni viri arbitrio dimissus, l. minor xxv. annis ex aspectu. ff. de minori. & l. vtrùm. ff. de dona. inter vi. & vxo. cum simil. Et ista est duplex, quia alia est temeraria quia ratione caret: Et ista propriè non est appellanda præsumptio, quia caret effectu, & à iure repellitur, nec animum iudicis mouere debet. ij. q. j. c. j. & vj. q. j. c. oues, & ca. licet Heli. de simo. Ideò vanæ voces populi non sunt audiendæ. l. decutionum, & ibi gloss. quæ in hoc arguit Pilatum, C. de pœnis. Alia autem est non temeraria, quæ est applicatio animi cuiuslibet boni viri ad id, quod ex facto probato est valde verisimile. Exemplum patet in eo, qui dicitur furiosus, & non sanæ mentis: quia ex gestis & sermonibus eius præsumitur, vt notatur in l. nec codicillos. C. de codi. & in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & in c. fina. de successio. ab intest. & in c. legimus xciij. dist. cum simil. Potest etiam poni exemplum in dict. ca. adferte, & ista præsumptio est sufficiens ad informandum iudicem, vt secundum eam pronu̅tiet, iuribus suprà allegatis. Præsumptio autem iuris similiter est duplex, * quia alia est iuris tantu̅, alia est iuris & de iure. Præsumptio iuris tantùm dicitur illa, super qua iurislator animum applicat ex verisimili, transferen-
19 do onus probandi in aduersarium. Et huius † præsumptionis effectus est, vt ex ea is contra que̅ est præsumptio condemnetur, nisi per eum probetur contrarium per aliquam legitimam speciem probationis. Præsumptio e̅m legis est liquida probatio, donec appareat de co̅trario. Et hinc sing. dicit gl. in verb. ostenderis in l. si tutor petitus, C. de peri. tut. approbata ibide̅ per doct. ꝙ probationes legum liquidissimæ sunt, & illa̅ gl. ad hoc reputat sing. Io. de Imol. in l. in tempus. §. primo, & in leg. si ita quis hæres. ff. de hære. instit.

ADD. * Duplex. Vide An. Alci. tractatu de præsumptionibus.

instit. Et de ista præsumptione iuris tantùm, habetur exẽplum in d.l. siue possidetis, & in l. si pactum, & in l. si chirographum, & in l. cum de indebito. ff. de prob. & in l. Labeo, & in l. postquàm. ff. de pactis, & in l. fina. C. de pignoribus, & in l. quicunque, C. de apochis publicis li. x. vbi est casus quotidianus & singularis. Habes etiam de hoc exemplũ in l. cum de in rem verso, ff. de vsu. iunctis ibidem singulariter notatis per Salice. in repetitione. Et de iure canonico habes exemplũ de præsumptione iuris tantũ, in præall. c. requisiti, & in pluribus aliis locis. Præsumptio aũt iuris & de iure dicitur illa, quæ inducitur à iure & super ea statuitur vt ei stetur. Et huius præsumptionis iuris & de iure, effectus est magnus: quia in contrariũ non admittitur probatio: ex quo sequitur, quòd ex tali presumptione is cõtra quem est præsumptio condemnatur, & (quod fortius est) condemnatus non appellat: quia habetur pro confesso & conuicto, qui non appellat, l. ij. C. quorum appel. non rec. Ita singulariter dicit Bal. in d. l. si hi qui, per illum tex. quẽ refert & sequitur Hippolitus de Marsiliis in singulari suo cxvj. quem omnino vide. Et de ista præsumptione iuris & de iure, ponitur exemplum de iure ciuili in l. fi. C. arbitriũ tutelæ. Item aliud exemplum in l. antiquæ, C. ad Velle. & vtrobique notatur per glos. Item habes aliud exemplũ in dicta Authen. Si quis ei: & ibi Cyn. & Salicet. notant, Item aliud in dicta lege si hi qui, & item aliud in Auth. sed iam necesse, in fine, C. de dona. ante nuptias: & aliud nõ minus elegans in §. Sancimus in Authen. de hæred & falcid. Item & aliud in l. à diuo Pio. §. si pignora, & ibi Io. de Imo. & alij not. ff. de re iud. De iure autem canonico sunt plura exempla vnum est in c. is, qui fidẽ, de sponsalibus, de eo qui spõsam de futuro cognouit carnaliter: nam præsumitur in eã tanquam in vxorem consensisse, & nõ admittitur probatio in contrarium. Item aliud exemplum habetur in cap. de illis, & in ca. per tuas, de cond. appo. de eo qui cognouit sponsam conditionalem. nã ius præsumit purũ consensum & statuit ꝓ matrimonio atq; ita vult seruandũ, & sic copula carnalis tũc operatur duo, nã primò de sponsalibus cõditionalibus facit spõsalia pura, Et scđò illa spõsalia pura facit trãsire ĩ matrimoniũ. d. c. de illis, & ibi Pan. not. Sic etiã copula inducit duo impedimenta, vt declarat Præposi. in

cap.

c.ad audientiam,de sponſ.quod nota.Item aliud exemplũ habetur in cap.ſignificauit, de eo qui duxit in matrimonium,quam polluit per adulterium,& in c.inſuper,qui ma trim.accuſa.poſſ.& in cap.ad id quod,& in cap.veniens ij. de ſponſ.de ea quæ fuit inuita tradita viro, quæ propter carnalem copulam ſubſecutam, vel lõgam cohabitationẽ, præſumitur conſenſiſſe. Circa quod videre poteris latiùs per Bal.in d.c.quia veriſimile,& per eundem Bald. in rub. extra de præſumptio.& per Salice.in d.l.ſiue poſſidetis.per Bar.in tractatu præſumptionum, per Ioannem de Platea, in d.l.quicunque,& per glo.& Feli.in c.quanto,de pręſum. & per Speculatorem in tit.de præſumptio.§.j. in quibus locis reperies ad ſatietatem,vnde & ex quibus cauſis oriantur,ſeu inducantur præſumptiones, ad quos remiſiſſe ſufficiat.Sit ergo cautus aduocatus,vt videat,an præſumptio iuris ſit pro clientulo ſuo, an contra eum:& ſecundũ hoc faciat articulos continentes factũ,ex quo oritur præſumptio iuris,quod eſt neceſſarium,l.ſi adulterium cũ inceſtu. §.inceſtũ,& ibi Bar.verſ.ij.not.ꝙ nõ.& Angelus.ff. ad leg. Iuliam de adulter.nec clientulum ſuum oneret ſuperflua probatione. Illud tamen quod dixi ſupra, ſcilicet quòd

20 contra præſumptionem † iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium, recipit aliquas notabiles fallentias,Primo,fallit,vt hoc intelligatur directè per teſtes, vt dicit gloſ.ſingularis in Authẽtica de æquali.dotis.§.aliud quoque ſuper verbo priuilegium, ſed indirectè bene admittitur probatio in contrarium, vt eſt gloſ. notabilis in clement.vnica,ſuper verbo feciſſe,narramus de probatio. & ibi Ioan.de Imo.& docto.notant. Illam gloſ.etiam commendat Panor.in d.c.is qui fidem,Et Dominicus in c.ferrũ, l. di.Secũda limitatio eſt,ꝙ cõtra ꝑſũptionẽ iuris & de iure admittitur ꝓbatio in cõtrariũ per cõfeſſionẽ aduerſarij,licet non per alias ſpecies probationis, Ita dicit glo. ſingularis.in d.Auth.de æqua.dotis.§.aliud quoque,ſuper verbo ſcribat,& vult ſingulariter Cyn.& poſt hunc Bartol. Bald.Salic.& alij in d.Auth.ſed iam neceſſe, & Salice.in d. l.ſiue poſſidetis,& Panormi.& canoniſtæ in d.cap.is qui fidem, & Dominicus in d.ca.ferrum, & habetur ſingulariter per Inno.Anto.de But.Panor. & alios in cap.quia plerique, de immunita.eccle.& per Io.de Imo. Alexandrũ &

docto.in l.inter ſtipulantem.§.j.ver.ſubdit tamen Bart. ff. de verb.obl.& per Cæpo. cautela vij.& viij. Et de iſto eſt textus iuncta glo.in l.j.C.de dolo.inducendo,prout illum textum ibi inducit Sal.quem omnino vide.Hoc tamen intellige ſanè,niſi ſubiecta materia ſuadeat non ſtari confeſſioni,tex.eſt not.in c.ſuper eo,de eo,qui cog.conſan.vxor. ſuæ.ſecundum Panor.& doctor. in d.cap.is qui fidem, & Domini.in præal.cap. ferrum.quod mãda memoriæ,quia eſt quotidianum.Si tamen de facto contra præſumptionẽ iuris & de iure ſit notorium reſultans ex probatione parte non opponente admiſſa,vel alias ex actis, de quorũ iuribus parte non opponente eſt diſputatum,cedit præſumptio iuris & de iure veritati & notorio ex huiuſmodi probatione reſultanti.Ita ſing.concludit Inno. in cap. fraternitatis,de frigidis & maleficiatis, & idem Inno. in ca.cum Bertoldus, de re iudicata, & idem Innocentius in capit. cùm dilecta, & ibi Antonius de Butrio, Ioannes de Imola. & doctor.de reſcriptis, & Ioannes de Imol.Alexand.& doctores in dicta lege inter ſtipulantem.§.primo. Hoc etiam vult Panormitanus & valde exclamat in capit. cum contingat,de offi.deleg. & Ludouicus de Rom.in con.ſuo eccl.ĩ v.col. & doc.ſæpe alibi.Sit ergo cautus aduocatus, vt non permittat de viribus ſententiæ pro domino ſuo latæ diſputari:nec conſentiat,vt articuli in contrarium fiãt, vel probatio aliqua admittatur:ſed ſe opponat dicens iam iudicatum eſſe,& ampliùs quæri non oportere,ne ex hoc, clientulo ſuo præiudicium generetur:& ſi in contrarium quid fiat, appellet. Et hæc ſit tertia limitatio, quam memoriæ commẽdabis.Et poteſt dari quarta limitatio, quando res eſt integra, putà antequàm vigore præſumptionis iuris,& de iure ſit lata ſententia, vel concluſum in cauſa. Et hinc eſt, quòd valet productio inſtrumenti facta poſt terminum datum ad producendum inſtrumentum, quando nondum eſt concluſum in cauſa,vel ſententia lata:licet præſumptio iuris & de iure ſit contra non producentẽ lapſo termino.text.eſt not.in c.ordinarij iuncta ſing.glo. in verb.liberè,in fine,de off.ord.lib.vj.& ibi eam ad hoc póderant Ioan. de Imo. Domini. & Philippus Franc. & facit deciſio Rotæ cxlvij in antiquis,incipiens,nota,quod poſt terminum,& deciſio Rotę ciiij.in nouis,incipiens,omnes

do

domini,& vide gl.not.in hac materia in clem.sæpe, super verbo,Non obstante,de verb. sign. quod memineris, quia quotidie occurrit in practica.

21 Vltimò volo te scire,quòd aliud † est præsumptio iuris, & aliud fictio iuris.Nam præsumptio iuris cadit super dubio,incerto,& verisimili,& admittit probationem in contrarium,Intelligendo vt dixi supra : & ab ea sumitur hoc argumentum à verisimili.Fictio autem est super eo quod est certum, nec admittit probationem in contrarium , vt patet in fictione postliminij & legis Corneliæ, ita dicit gl.not.in l.vnica.§.accedit,super verbo præsumatur *, C. de rei vxo.actio. & Fel.in d.cap.quantò. & ab ea sumitur argumentum à vi fictionis,omnino distinctum ab isto, de quo dicemus satis plenè infrà,in loco a vi fictionis:vbi declarabo inter alia per exempla , quòd fictio habet locum in x.prædicamentis Aristotelis:& vide omnino quod dicã infrà,in loco,à tempore ad tempus, vbi declarabo per exẽpla , quòd præsumptio iuris cadit in decem prædicamẽtis Aristotelis:vide etiam notata per Sali.in rep.rub. ff. de prob.vbi reperies plura notanda. Quæ omnia commenda memoriæ,tanquam quæ frequentissimè occurrunt,& maximè in iudiciis vsui esse poterunt.

ADD. * Præsumatur. Ex qua collige quæ sit differẽtia inter fictionem & presumptionem.

LOCVS AB OPINIONE VVLGI.

1 *Res præsumitur sic se habere,vti vulgus opinatur.*
2 *Communis vsus loquendi præfertur propria significationi vocabuli.nu.seq.& per totum:fallit tamen.nu.5.8.*
3 *Verba non debent sophisticè intelligi.*
4 *Intestatus decedere quis propriè dicatur.*
6 *Verba quæ aliàs sapiunt blasphemiam,ex communi vsu loquẽdi solùm sapiunt contumeliam.*
7 *Argumentum ab etymologia non procedit , quando repugnat communis vsus loquendi.*

NVnc locum ab Opinione vulgi , seu vulgari vsu loquendi, certissimo rerum magistro, vt inquit Rodolphus Agricola, tractabimus. A quo deprõptum argumentum & probabile & frequens

& vtile est. Valet enim ad coniecturandum * mentem, seu voluntatem defuncti, l. cum delanionis §. asinam molendinariam. ff. de fundo instructo, Itē ad sciendum statū, seu
1 qualitatem rei. Præsumitur † enim res sic se habere, vti vulgus opinatur, l. j. in prin. in verbo circuncolentium. ff. de flum. Hinc dicit gl in l. vbi adhuc, C. de iu. do. ꝙ per opinionem vulgi probatur paupertas, & virū vergere ad inopiam, de quo ibi per Bal. in versic. in eadē gl. ibi & per Bar. in l. si constante versic. tertio quæro. ff. solu. matrimo. Hinc etiam dicit glo. in l. licèt certis C. locati, quam sequuntur ibi Pet. Cy. Ang. & Salice. quod ad sciendū an sit sterilitas, recurrendum est ad opinionem vulgi. Hinc etiā dicit Bal. in l. ij. circa finem, in versic. & scias, Cod. de rescin. vendi. quòd æstimatio rerum immobilium meliùs probatur per vicinos, quàm per alios: quia præsumuntur scire: & quod ipsi dicunt, communiter præsumitur esse iustum pretium: & allegat d. l. j. & l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. Facit etiam iste arguendi modus ad hoc ꝙ si dubitetur de duobus, quorum vnum est annexū alteri, quod eorū est principale, & quod eorum accessorium: in dubio id decidi poterit ex opinione, reputatione, in nominatione vulgi, gl. est de hoc sing. in ver. ecclesias, in clem. per literas, de preb. & ibi eam ad hoc not. Anto. de Butrio, Ioan. de Imo. Pet. de Anch. & alij. & idem vult ipse Petrus de Anch. in aurea sua rep. reg. Accessorium, de regulis iuris lib. vj. in quibus locis etiam refert, dominum suum Bald. in pulchra q. sic consuluisse, quod nota, quia est vtile, & potest applicari ad multa. Item valet ad habendum intellectum
2 cuiuscunque dispositionis. verba † enim ambigua debent intelligi, vt opinatur vulgus, & secundum communem vsum loquendi, etiam si repugnet propria significatio: & ergo considerandum est, qualiter vulgus loquitur, tex. est notabilis in l. Labeó, & ibi Bar. notat. ff. de supel. legata, & pulcher tex. in l. vt Alphenus. ff. de verb. sig. & bonus tex. in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. & ibi gl. in ver. nō continebūtur. dicit, ꝙ vsus oī regulę, omniq; cōstitutio

ADD. * Coniecturandum. Quibus argumentis colligi defuncti voluntas possit docet glo. notab. in l. si seruus plurium §. fi. ff. de leg. j. in verb. consuetudo. Prateius.

tutioni in exaudiendis ſermonibus derogat ſolus, quam ibi ſequitur & commendat Bar. & poſt eum Albericus de Roſate, quem omnino vide: & bene facit quod notat gloſ. in c. prætereà, de verb. ſign. & glo. in c. nonnulli, in princ. ſuper verbo vltra duas, dietas, de reſcrip. & glo. in c. cupientes, in princip. ſuper verbo commodè, de elect. lib. vj. & vtrobique docto. & pro præmiſſis bonus eſt tex. iuncta glo. in c. vnico: & ibi Dominicus, de iniuriis lib. vj. & pulcher tex. in c. vnico. §. porro & ibi etiam Dominic⁹ de ſta.
3 regu. eodem li. Verba † enim non debent intelligi ſophiſticè, ſed debent capi in ea ſignificatione, quæ ſolet rectè intelligētibus generari. & in dubio debet recurri ad communē verbi intelligentiā, text⁹ eſt valde notabilis in c. ex literis j. & ibi Inno. Panor. & doct. no. de reſponſalib. Hinc dicit Bal. in extraua. de pace Conſtan. in verſic. opizoni, in fin. per tex. in ca. ex literis, quòd omnis intellectus eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi. Hinc etiam dicit idem Bal. in l. fi. in xiiij. & xv. q. C. de hære. inſti. quòd tolleranda eſt improprietas, quā lex, vel natura rei, natura contractus, natura iudicij, & partium cōſenſus tolerat, & quod cōmunis intellectus alicuius loci vel patriæ, interpretatur vocabula, & allegat d. §. quod tamen Caſſius, quē omnino vide, quia pulchrè & magiſtraliter loquitur. Imò (ꝙ plus eſt) communis vſus loquendi præfertur proprio ſignificato vocabuli, nedū: in diſpoſitione iuris poſitiui, ſeu legibus iuriſconſultorū: ſed etiam in ſcriptura diuina, tex. eſt notabilis in c. maiores, circa medium, & ibi hoc notat Panor. de bapt. & idē Panor. in c. nam & rex. & in c. Ioſeph, & in c. quamuis, per illos tex. de verb. ſig. vbi dicit, quòd in interpretatione legis, & cuiuſcunq; diſpoſitionis, etiā diuinæ, cōmunis vſus loquendi præualet propriè ſignificationi. Et per hunc arguēdi modū dicit Bal. in c. licet de offi. leg. ꝙ ſi ſit Abbas habēs monachū, & fratrē carnalē in ſeculo, & quidā tertius relinquat fratri talis abbatis x. ducatos, quòd tale legatum videtur relictum fratri ſanguinis, & non fratri religionis: quia ita vulgus intelligit, & illud dictū refert & ſequitur ibi Panor. Hinc etiam dicit Ioan. de Imo. in c. inter corporalia, de tranſla. opi. per illū tex. ꝙ ſi à contrahentibus proferuntur verba, quæ vnus eorum intelligit vno modo, & alter alio modo, præualet intellect⁹

habens

habens pro se communem vsum loquendi, etiam contra propriam verborũ naturam: pro quo bene facit d.c. ex literis.j.cum ibi not. Hinc etiam dicit Oldra. vt refert Bartol. in §.cùm igitur. in Auth.de non elig.sec.nub. quòd quando relinquitur mulieri legatum annuum, donec castè vixerit, intelligitur ex communi vsu loquendi, donec non nupserit, licet aliud videatur de propria significatione vocabuli, cum in matrimonio sit castitas, c. Nicena xxxj. dist. & l.mulier.§.cùm proponeretur.ff. ad Trebe. de quo vide latiùs per Angel. in d.§.cùm igitur, & per Ang. Are. in §.iuris præcepta, Institu. de iust. & iur. & aliquid per Panor. & canon. in c.vt clericorũ, de vita & hone. cle. & per eundem in c.quod à te. de cler.coniu. & plenissi. per Angel. in d. §. cùm proponeretur. Imò (quod fortius est) cõmunis vsus loquendi præfertur propriæ significationi vocabuli etiam in materia odiosa & stricta, vt est materia statutorum. Ita not. dicit Panor. in c.per tuas, de proba. idem Panor. in c. ij. in prin. de arb. item Bart. Alex. & Ias. in rub.ff. de no. ope. nun. & Bartol. in l.libellorũ.§.sed & si aliud. ff. de accu. & ibi reperies pulchra exẽpla, quæ breuitatis gratia omitto. Hinc etiam dicit multùm not. Card. in consi.cxj. incip. factum sic se habet: quòd licèt dicatur † decedere intestatus

4 propriè ille, qui potest testari & nõ est testatus, vt plenè habetur in l.j.& ibi Bart.ff. de suis & legi. tamen etiam in statutis venit intestabilis, vt impubes, furiosus, & similes, ꝓpter cõmunẽ vsum loquẽdi, & idẽ vult Pau. de Cast. in cõs. cclxxxviij. incip. Proposito quodam statuto, in anti. Idem et vult ipse Card. in cle. ne Romani.§.sane, in vj. q. de elec. vbi dicit, ꝙ in statutis & aliis dispositionibus, habentibus verba ambigua, attenditur cõmunis vsus loquendi. de quo articulo quotidiano vide latè per Pe. de Ancha. Ioan. de Imo. & Barba. in c.cum tibi, de testa. hinc etiã dicunt Ang. & Alex. de Imo. in l.stipulationũ quædã. vers. extra glos. dũ Bartol.ff. de verbo. obligat. quòd si statuto caueatur, quòd causæ grauiores debeant committi doctoribus optimis, non poterit fieri commissio nisi obtinentibus gradum supremum in scientia & doctoratu, ad quod cognoscendum recurretur ad communem opinionem, & famam, & allegant aliqua ex iuribus præal. Hinc etiam sing. dicit Alber. de Ros. in j.par. statut. q.lxxxiiij. quod in statuto puniente

la

lacerantem vestes alterius, attendi debet communis vsus loquendi, non propria significatio vocabuli. Idem est etiã de mẽte Cardi. in cle, ij. in v.q. de vita & honesta. cler. hinc etiam singulariter dicunt gl. & Barto. in l. frugem. ff. de verbo. sig. quòd si quis promittat decem corbes frumenti, intelligitur de nobiliori, seu meliori, propter communem vsum loquendi, qui attendendus est. hinc etiam dicit sing. Io. And. in c. fundamenta, de elect. lib. vij. in nou. quòd licet appellatiõe nepotis ex proprio significato vocabuli veniat dumtaxat filius filij, vel filia l. Iurisconsultus. ff. de gradi. tamen ex communi vsu loquendi comprehenditur etiam filius fratris vel sororis, etiam in materia odiosa: vt in casu d. c. fundamenta. Et quòd in materia etiam odiosa, vel stricta seu pœnali, putà statutorum, communis vsus loquẽdi præferatur proprio significato vocabuli, tenet Bart. in rep. l. omnes populi, in vj. q. princ. in versi. iuxta præmissa quæro. ff. de iust. & iu. & idem Bart. Bal. Paul. de Castr. & doct. in l. non dubium, C. de legibus, & Pau. de Cast. in l. scire leges. ff. de legi. in quibus locis habetur not. quòd licet in dubio non sit recedendum à verbis & proprio significato eorum l. non aliter. ff. de legatis iij. & l. j. §. si is qui nauem ff. de exercitoria: Tamen hoc fallit secundum † eos
1 in tribus, casibus. Primus est, quando lex, vel dispositio in sensu proprio continet absurditatem, iniquitatem, vel inhumanitatem, l. in ambigua. ff. legibus, & l. scire oportet. §. aliud, & ibi Bald. ff. de excu. tutorum. Semper enim sic est interpretanda lex, vt non contineat absurditatem, iniquitatem, vel inhumanitatem: vt ibi, & dicã latiùs infrà, in loco ab absurdo. Secundus est, quando ratio dispositionis repugnat, quæ in dubio est attendenda. Tertius casus seruiens proposito est, quando communis vsus loquendi esset in contrarium: & idem notabiliter vult Pet. de Ancha. in repetitione c. canonum in iiij. principali de consti. & M. Mate. notabili xcvj. quem vide, quia decidit q. quotidianam. Istud idem, scilicet, quòd cõmunis vsus loquẽdi præferatur propriæ significationi vocabuli, etiam in materia stricta, vt statutorum, firmat Bart. in pulchra q. in l. j. in princi. ff. ad legem falci. & firmant latè Anto. de Butrio, Panor. Feli. & alij canonistæ in principio compilationis Gregorianæ: vbi etiam plus dicũt, videlicet, quod hoc procedit

dit etiam si statuto caueatur, q verba statutorum intelligantur vt iacent. nã illo non obstante, recipiunt interpretationem à cõi vsu loquendi, secundum eos. Et idem si statuto caueretur, quòd statuta deberent intelligi ad literã, siue q glossari vel interpretari non possunt. Ita dicit Bald. in d.l. omnes populi in versic. vnde quæro nunquid ius cõmune, & Feli. loco suprà allegato, quod habet locum etiã in legibus * peritorum, & aliis dispositionibus, conditis etiam à viris doctis ita sing. decidit Feli. in loco præalleg. vbi copiosissimè loquitur in hac materia: quod manda memoriæ, quia ex hoc habes nouam limitationem ad l. iij. §. hæc verba, cum ibi not. ff. de neg ge. & ad c. in nostra, de iniuriis, vbi habetur, quod in statutis verba debent capi propriè: quia hoc est verum, nisi appareat, verba in statutis posita ex cõmuni vsu loquendi aliud significare, quàm præseferat proprium eorum eorum significatum: quia tunc ille communis vsus loquendi præferri debet & attendi, per prædicta. & ita reperio exprefsè velle Lanfrancum in repetitione l si verò, §. de viro. ff. sol. matr. in materia interpretationis expositiuç seu declaratiuç. & Sal. in rep. l. ij. C. de nox. act. & est de mente Bar. & aliorũ in d. rub. ff. no. op. nun. quod tene memoria. Hinc ẽt dicit singulariter Bal. in
6 consi. ccccl xxvj. iij. partis, q ex † cõi vsu loquendi verba quæ aliàs sapiũt blasphemia solum sapiunt contumeliam: & hoc dictum refert & sequitur Alex. de Imo. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor, in apostil. ad Bar. ff. de iniu. & est de mente Ange. in l. his verbis. §. j. ff. de hær. inst. de quo tamen vide ibi latiùs per Io. de Imo. Hinc etiam hodie nihil necessario infertur à monasterio ad solitudinem propter communem vsum eius vocabuli repugnantem. nã pleraque monasteria nihil minus sunt, quàm solitudines imò plus quàm mundum in eis reperies, licet aliud sit de propria significatione vocabuli, vt patet in c. placuit j. & ij. xvj. quæstione j. Ergo bene dixerunt Albe. de Rosate & Ia
7 so. in l. ij. §. appellata. ff. si cert. pe. non procedere † argumẽtum ab etymologia, quãdo repugnat communis vsus loquendi

quendi

ADDIT. * Legibus. Vnde de hoc Alciat. rubric. ff. de no. ope. nunt.

quendi:& dixi suprà in loco ab etymologia. Porrò per præmissa vidi ego decidi vnam arduã.q. matrimonialẽ, in qua fuit articulatum,& probatum, virum protrusisse ad mulierem, pudicam & virginem, eum ad copulam admittere nolentẽ, nisi ipsi fidẽ cõiugalẽ daret, hæc verba: faciam tibi tantum honoris, quantum inferam scandali vel dedecoris si me ad copulam admiseris: quæ credens sibi per hoc fidem coniugalem dari, eundem hoc pacto ad copulam admisit Fuit etiam articulatum & probatum, quòd ex communi vsu loquendi loci seu patriæ, hæc verba, faciam tibi tantum honoris quantum inferam scandali vel dedecoris, prolata à viro ad mulierem quam hoc medio seducit, & deflorat, important fidei dationem: cùm extra statum cõiugij non possit ei tantum honoris impendere: & fuit iudicatum pro matrimonio, propter significationem, quam recipiunt dicta verba ex communi vsu loquendi loci seu patriæ,& propter copulam quæ respondet ad omne quare, vt dicunt Host.& Io.And. in c. tua nos, de sponsalibus. Pro quo etiam benè facit ca.j. de adult.& d. c. ex literis §. cùm ibi pulchrè not. per Innocen. Panorm. & alios, quod teneas mente. Debet ergo aduocatus esse cautus, vt articulet & probet, verba libellata ex communi vsu loquendi importare matrimonium vel sponsalia, quando ex dispositione iuris hoc non important, vt in dicto casu & similibus,& idem in alia materia. nam communis vsus loquendi, cum consistat in facto, non præsumitur l. quæcunque. §. fin. iuncta gl. in verb. tutore auctore ff. de publiciana. & ergo debet articulari & probari, vt vult notabiliter Barto. in d. l. Labeo,& Angel. in princip. Institutionum in rubrica,& Fel. in d. princ. compilationis Gregorianæ, & Anto. Butrio in repetitione c. fin de consuetu. circa finem: quos omnino vide. Debet autem articulari & probari, quòd à x. annis citra, & per totum ipsum tempus in loco vnde est contrahens vel testator, aut vbi conuersabatur, communis vsus loquendi fuit talis, &c. Nec sufficeret articulari, à x. annis citra, nisi adderetur, & per totum illud tẽpus, secundũ Bart. in d. l. Labeo,& Ant. de But. ibi suprà, vel nisi articularetur, à x. annis & citra, interposita, copula, secũdũ Panor. in c. licet causam. in xj. not. de prob. & ibi Cano & doct. sæpè alibi, qđ nota.& qđ plus & notabilius est, debet

est,debet articulari & probari,talem communem vsum lo quendi,tempore quo dispositio de cuius interpretatione agitur,fuisse in esse productam,& per decem annos ante: aliàs probatio nō releuaret,Ita sing.dicit Soc. in l.Gallus. §.si eius,in fi.ff.de lib.& post.non enim potuit testator,vel disponens respectum habuisse ad communem vsum loquendi,qui posteà emersit,& quem ignorauit. quod nota & tene perpetuò menti.Caue tamen,ne decipiatis,quia dicta doctrina,communis vsus loquendi præferendus est ꝓpriæ significationi vocabuli, recipit plures notabiles de-
8 clarationes,fallentias,seu limitationes. Quarum † vna est, quādo statutum diceret,quòd verba debēt intelligi secundum propriam significationem vocabuli. tunc enim non est attendendus communis vsus loquendi:quia illa nō est propia significatio vocabuli.Ita not. dicit Bar.in d. l. Labeo,& Felin.ibi suprà.& hoc tene,licet quidam aliter sentiant,dicentes proprietatis vim,& ius,penes vsum esse. Secunda fallentia est,quando statuto caueretur, quòd verba debeant intelligi,nullo extrinsecus addito,vel intellecto. Tunc etiam non est attendendus communis vsus loquendi,quia ille venit extrinsecus,cùm non sit propria significatio vocabuli,vt statim dixi, & probat latè Barto. in d.l. Labeo:& ita.sing.volunt Anto.de But. Panor.Felin. & canon.in d.principio compil.Græg.Roma sing. cccexix. incip.communis doctrina est,vbi dicit,se per hoc obtinuisse Florentiæ in magna q.Tertia fallentia est, vt dicta doctrina nō procedat,qn̄ verba sunt ꝓlata ab homine illiterato,vel rustico:quia tunc intelliguntur grosso modo secundum qualitatem personæ,à qua proferuntur,l. stipulatio ista.§.hæc quoque,cū ibi not.per gl.& Bart.ff. de verb. obli.& est glo. sing.secūdum vnum intellectum in l.quod si nepotes,quæ legitur sub l.si quis filiabus, ff. de test.tu. cum dicit,quòd talis dicendi varietas non cadit in idiotā. Quarta not.fallentia est quando verba ex vulgari translata sunt in latinum sermonem,tunc enim non attento communi vsu loquendi intelliguntur secundum interpretationem iuris.Ita singulariter vult Bartol. in d. l. si quis filiabus,& sequitur Paul.de Cast.in d.§. hæc quoque,& Alex. de Imo.in consilio ij.j.voluminis,& meminit Sozi. in d.l. Gallus.§.si eius,licet quotam non alleget,in illa notabilissima q.

ſima q. an filius legitimatus inſtituti, & de reſtituẽdo grauati ſi decedat ſine filijs naturalibus & legitimis, excludat ſubſtitutum. Quinta fallentia eſt, vt d. doctrina procedat, quando cõmunis vſus loquendi contrarius propriæ ſignificationi vocabuli, æquè eſt apud peritos, & imperitos: ſecus ſi apud imperitos tantũ. Ita no. dicit Bal. in c. j. de ſucc. feud. in vſib. feud. & hoc dictum refert & ſequitur Ioan. de Imo. in d. c. cum tibi, circa finem. Nimis enim abſurdum eſſet dicere, ꝙ oportet abuſiuum modum loquendi perſonarum illiteratarum, ſiue vulgarium verbum prolatũm inciuiliter, extendatur, & quod deberet recedi à propria ſignificatione vocabuli: vel quod cõmunis vſus loquendi cauſari poſſet ab inſenſata vulgi aſſertione, vt inquit Bal. in l. j. C. de ſucc. edi. & eſt de mente Fel. ibi ſuprà, vbi reperies per eum in hac materia plura alia vtilia & ſingularia dicta quotidie ſeruiẽtia in practica, quem õn refero, & vide nota, per Roma. Alex. de Imo. & Iaſ. in d. rub. ff. de no. op. nun. & ad eundem Alexã. in d. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque, in fine: in quibus locis reperies ad ſatietatem. Quibus adde elegantiſſimum verbũ Fabij li. j. orat. Inſti. c. xij. vbi ſingulariter dicit, conſuetudinem ſermonis vocari conſenſum eruditorum, ſicut viuendi, conſenſum bonorum: alioqui ſi ex eo quod plures faciunt, cõſuetudo nomen accipiat, periculoſum dabit præceptum nõ orationi modò, ſed quod maius eſt, vitæ: ſecundum eum. Et illud dictum tanquam præclarum refert & ſequitur Budæus in l. princeps, in fin. ff. de legi. hoc tamen ſingulare dictum Fabij declara, & limita, vt dicam infrà in loco ab vſitato, ſeu à ſolitis, circa finem, vbi vide.

¶LOCVS A SIMILI.

1 *Vbicunque eſt eadem ratio, vel æquitas, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.*
2 *Ius idem ſtatuitur, vbi eſt eadem ratio.*
3 *De ſimilibus & connexis idem eſt iudicium.*
4 *Similia ſunt quorum eſt eadem qualitas.*

5 *Eadem sunt quorum est eadem substantia.*
6 *Probatio incumbit ei qui dicit.*
7 *Argumentum à simili rectè sumptum est forte: & procedit etiam in contractibus. & nu 8.*
9 *Vbi duo sunt similia, magis simile est eligendum.*
10 *Assimilatio quæ fit per legem quando probabilis & necessaria.*
11 *Argumentum à simili non procedit in decem casibus, quos vide vsque ad fin.*
12 *Optimus modus tollendi argumentum à simili, est per dationem instantiæ.*

LOcus à simili psuasionib. aptissim⁹ est, vt inquit Boëti⁹ in Topicis, & ad explanandũ, docendũ, ac alliciendũ potiùs, quã ad conuincẽdũ, Rodolpho Agricola teste, accõmodatus. A quo sumptum argumẽtum formari potest
1 dupliciter. Vno modo sic, Vbicunq; † est eadem ratio, vel æquitas, ibi debet esse eadẽ iuris dispositio, l. illud, ff. ad le. Aqui. & l. à. Titio, ff. de verb. obl. cum simi.* Illa enim quæ in radice & cã conueniunt, conueniunt etiam in effectu, l. de quibus, & ibi Ang. & doct. no. ff. de leg. Et casus quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis non sunt quo ad iuris dispositionem separandi, d. l. illud, cum ibi not. per Bal. & Oldra. & est originaliter verbum Cic. in Topicis: & isto argumento à simili vtitur gl. in Auth. matri & auiæ, in verb. tutelam. C. quan. mul. tut. offi. fun. po. Et gl. in l. j. in fi. ff. sol. ma. & gl. in Auth: Vt hi qui obli. pe hi. se hab. res mi. in princ. Et glo. in Authen. minoris debitor, C. qui da. tut. pos. Hoc arg. etiam vtitur gl. in pulchra q. in l. si constante, in prin. ff. sol. matr. & in l. vbi adhuc. C. de iure do. Eo etiam vtitur gl. in pulchra quæstione in l. j. & ibi Io de Platea notat. C. de sicar. lib xj. & gl. in l. Si tibi x. §. quædam, ff. de pactis. Hoc argumento vtitur etiam Iaco. in pulchra, & quotidiana q. in sing. libel feud. quem omnino vide: Eo ẽt vtitur Ang. in §. feræ igitur, insti de re. diui. Vbi per hoc singulariter dicit, ꝙ licet oẽs textus dicentes licere venari, & aucupari in fundo alieno ante prohibitionẽ dñi, nihil dicant
de pisca

ADD. *Simi. Quod intellige vbi diuersitatis ratio nõ est, l. j. à Titio, hic alleg. P. Prateius.

2 de piscatione in alieno:tamen † quia eadem est ratio vtrobique,sentit idem iuris esse debere,per d. l.illud, cum distinctione tamẽ,de qua ibi per eum.Isto argumento etiam vtitur Bar.in l.naturaliter,ver.idẽ fortè dicendũ. ff.de vsu. Vbi per hoc sing.dicit,ꝙ sicut tempore hostilitatis nõ currit præscriptio,sed dormit.c.ex transmissa, cum ibi not.de præscri. Ita etiam tẽpore pestis,vel mortalitatis si ius nõ reddatur in loco,non debet currere præscriptio.Et hoc sequitur ibi Pau.de Cast.in fine & Ange. in l.cũ notissimi.C. de præscr.xxx.vel xl.anno.hoc etiam sequitur,& commendat Panor.& cano.in d.c. ex transmissa:quod teneas mente,quia habui de facto.Hinc ẽt dicit Io.de Im.ĩ l.ex cõsensu,in prin .ff.de appel.ꝙ sicut à iudice dato de cõsensu partium potest appellari, vt ibi:Ita etiam potest appellari à iudice , cuius iurisdictio est prorogata de cõsensu partium, eadẽ ratione.de quo ibi latius per eũ,& per doct.in l.episcopale,& in l.si qui ex cõsensu,C.de epis.aud.Hinc ẽt procedit argumentatio à corporalibus ad incorporalia:quod enim operatur traditio in rebus corporalibus quoad trãslationem dominij,hoc idem operatur cessio in iurib' incorporalibus quo ad translationem illius iuris,vt dicit gl. no.in l.in solutum,in verbo suo aũt nomine.C.quãdo fisc. vel priua.&: ibi Barto.Bald.Angel.Sali.& doct.Hinc etiam est,quòd licet in l.fina.C.de petitio.hære.diuersa ponatur decisio inter legatarios ex vna & creditores ex altera : tamen quando legata essent repetita ab intestato, vt quia in testamento esset posita clausula codicillaris:idem iuris esset in vno,quod in alio , vt scilicet, non præstetur cautio, cum tunc eadem sit ratio in vtroque, ex quo legata tunc non possint fieri indebita Ita sing.dicit Paul.de Cast. in d. l.si.quod no. Isto argumento à simili etiam sæpe vtitur Ioan.And.in regu.Ignorantia,de regu iur.libr.vj. in Mercu & Cyn.in l.mater maximè in iij.& vij.q. C. de rei vendica.Et doct.in infinitis alijs locis, quos commemorare magis esset laboriosum,quã subtile. Scdò argumẽtum ex
3 hoc loco firmaťsic , De † similib.ad similia idẽ est iudiciũ c.inter cæteras,de rescr.c.ij.de trãsla.episc.c.cũ ſm Apo.in prin.de præben.c.in causis de re iudi.ca.ij.ibi,ad instar,de sponsa.capit. dudum circa finem, de præbend.libro vj.§. rectè,in versi.& huic simile,Instit.mandati l. non possunt,

l.nam vt ait Pedius.l.sed & posteriores,& d.l.de quibus, ff. de legib.& l.j. C. quæ sit long.consu.cum infinitis simi.in quibus tam legum quam canonum conditores vtuntur hoc argumento à simili.Illo etiam vtitur gloss. in pulchra q.in c.literas,de filijs presby.& gl.in l.forma.§.j.ff.de censib.& doct.sæpe alibi.Hinc etiam quotidie arguitur à dominio ad quasi dominium,& econtrà.§.sed istæ. Instit. de actio.& l.j.ff.de pollici.à quadrupede ad bipedem,l.pen.ff. si quad.paupe.feci.dic.& à lege scripta ad consuetudinem, d.l.de quibus,in fine cum simil.ib. Et quod dixi de similibus,idem intellige de connexis c.translato,cum ibi no.de consti.cum simi.Et procedit tunc demum istud argumentum à simili,quando est similitudo in eo,in quo fit comparatio,quod sufficit,licet in alio sit dissimilitudo.c.quemadmodum,& ibi Panor.notat in j.nota.de iureiur. Quando autem duo sunt similia secundum quid,sed non simpliciter,tunc non procedit argumentum à simili,si in eo in quo fit comparatio,sit dissimilitudo.Ita volunt Arch. Domi.& Præpo.in c.Relatum,xxxvij.dist.Et apertiùs Panor. Io. de Imo.Feli.& doct.in d.c.translato,& idem Panor.in c.constitutus,in iij.nota.de appel.quē omnino vide:& probatur hoc quoad primum membrum in iurib.suprà alle.& in ca. cum dilecta,de confir.vti.vel inuti.Vbi plùs sing.probatur videlicet quòd etiam casus exceptus à regula trahitur ad alium casum ex identitate rationis,vt ibi pulchrè inducit Panor.circa quod omnino vide quod dixi suprà , in loco ab exceptione ad regulam. Quo verò ad secundum membrum,probatur in c.per venerabilem,in versic.verùm, vbi pulcher tex.qui filij sunt legit.& in ca.nuptiarum,xxvij. q. j.Et in c.sicut vrgeri,& ibi no.per glo.j. q.j. Debet autem similitudo sumi à pari ratione vel maiori, non autem à minori.Ita not.dicit Bald.in addi.ad Specu.in ti. de dispu. & alleg.post princip.& idem Bal.in l.illud,C.de sacr. eccl. Et idem Bal.in l si quis non dicam.C. de epis.& cler. vndè
4 similia † sunt quorum est eadem qualitas. Sed eadem
5 † sunt,quorum est eadem substantia: & nullum simile est idem,vt vult glo.quæ ad hoc semper allegatur in l. quod Nerua.ff.depo.& est similis glo.in verb.consimili,in c. capitulum S.crucis de rescri.Et Ibi Io.de Imol.not. Sed quia ridiculum est allegare glo. vbi tex.habetur:allego pro hoc

tres

tres tex. Vnus est in c.innotuit,& ibi hoc notat Panorm.in vij.no.de elect.Secundus est in d.c.ij.de transla.epis.Et tertius est in l.j.C.de vet.iu.enu. Et hoc est,quod vult Io. An. in c.non potest,de præben.lib.vj.in nou. dicens post Boëtium in Top. Cicer. ꝙ similitudo est rerum differentium eadem comparatio,seu qualitas.& huc faciunt no.per Bal. Ang.Io.de Imo.& doct.in l.qui liberis,in prin.ff.de vulga. Et hinc dicit Bal.in l.j.in prin.ff de iust. & iu. ꝙ similitudo est recta adaptatio,quando fit processus ab vno particulari ad aliud particulare per aliquid quod est commune vtrique,puta per eandem rationem & allegat.l.his solis, C. de reuo.dona.& l.non solum.§.qui primipilum.ff. de excusa: tuto.qui sunt tex.ad hoc not.Allegans autem similitudinẽ habet hoc probare saltem coloratè, quia non est credendum nec standum simplici verbo allegantis, sicut nec statur simplici verbo arguentis Panor.in c.translato.versi. in

6 gloss.fi.extra de constit. sed ei qui dicit,† incumbit onus, probandi,l.ij.ff.de proba.& c.actor,vj.q.j.& d.c.cum dilecta.vbi bonus tex.Ostenso autem saltem coloratè quòd aliqua sunt similia,standum est similitudini, nisi dissimilitudinis ratio reddatur:vnde tunc neganti similitudinem incumbit onus probandi.Ita nota.dicit Spec.in d.ti.de dispu ta.& alle.in §.post hoc,circa principium:& volunt Io. An. Panor.Io.de Imo.& doct.in d.c.translato. Debet ergo aduocatus illius contra quẽ allegatur aliqua esse similia esse vigil,ad ostendendum dissimilitudinem : prout facit Papa in d.ca.per venerabilem.§.verum, qui est tex.ad hoc nota. Nec sufficit allegare aliquam dissimilitudinem in genere, sed debet esse dissimilitudo in eo ad quod fit comparatio vt bene declarat Panor.in d.c.trãslato:& rõ huius est, quia in materia extẽsionis satis est ꝙ militet eadẽ ratio decisionis, licet ẽt aliquo respectu minor sit rõ in casu ad quẽ fit extẽsio:tex.est no.in l.ij. §.ex his,iũcto.§.præce. & ibi So zi.in j.no.ff.de verb.obl.quod tene mẽti.Nec obstat,quòd hæc est negatiua,quæ probari non potest.c.bone.j. de ele. cap.quoniam contra falsam,de proba.& l.actor,C.de proba.cum similib.quia illud procedit in vera negatiua, sed ista non est huiusmodi. Imo est negatiua prægnans includens in se affirmatiuam hanc, scilicet, quòd est dissimi-

lè, ergo debet probari per negantem, capitu. super hoc, vbi bonus text. de renuntia. & talis negatiua ita benè potest probari sicut affirmatiua, & pariformiter quælibet
7 negatiua coarctata loco, & tépore: vt singulariter declarat Felin. in cap. in nostra, de testibus. Et istud † argumentum à simili (si bene sumatur iuxta modum iam dictum) est fortè: alias autem est multùm fragile, claudicans, (vt ita loquar,) vno pede: quod ex eo prouenit, quando non est similitudo in eo ad quod fit comparatio. Pro quo vltra iura suprà allegata facit text. cum gl. in l. fin. & ibi Paul. de Cast. notat C. de inofficio. test. & tex. cum glo. in l. fin. & ibi etiã Paul. de Cast. notat. c. communia vtriusque iudicij. Et generaliter valet hoc argumẽtum à simili, quoties duo à lege, vel canone æquiparantur: tunc enim statutum, vel dispositum in vno, extenditur ad reliquum, etiam in pœnalibus: vt est glo. not. in cap. si postquàm. §. j. & §. fina. de elect. lib. vj. & in exorbitantibus à iure cõmuni, vt est gl. in ver. facilè in l. si quis seruo alieno suaserit. C. de furtis, & in l. quod verò contra. ff. de legib. quod teneas mente. Et pro-
8 cedit hoc † argumentum à simili etiam in contractibus, l. ij. & ibi Bal. not. C. de actio. & oblig. & in statutis, & consuetudinibus d. l. de quibus, & vult Bar. in l. non dubium, C. de legi. & Panor. in d. c. translato, cica fi. vbi dicit, hoc esse not. & menti commendandum Et (quod fortius est,) procedit etiam in maleficiis & pœnis maleficiorum: ita not. dicit Bal. in d. l. si quis non dicam circa prin. & est tex. melior de iure in cap. j. §. porrò, & sequenti, quem ibi ad hoc not. Bal. & post eum Aluaro. in tit. quę fuit pri. cau. bene. ami. in vsib. feu. & est gl. not. vers. dicamus ita, in d. c. si post quam. §. j. & § fi. Vndè dixit Bal. in l. j. C. de interd. quod stante statuto, quod percutiens aliquem in platea, amputetur & ei manus, tale statutum habebit locum in eo qui percutit in palatio priorum vbi est maior ratio: & si statutum punit percutientem in gula, habebit locum in percutiente in mã milla sinistra, quia quoad periculum est locus similis imò maius periculum est secundum eum: quod nota. Hoc tamen volo te non ignorare, quòd similitudo quãdoque est probabilis & necessariã, puta quando lex facit assimilationem d. l. penul. ff. si quadrupes paupe. fe. dic. cũ simil. quandoque

doque autem est probabilis* tantum, putà quãdo iudex, vel aduocat' facit assimilationẽ personæ ad personam, vel rei ad rẽ, vel facti ad factũ. Ita not. dicit Bal in l. data opera, C. q accu. nõ poss. subdẽs † ꝙ vbi duo sunt similia, magis si-
9 mile est eligẽdũ, allegãs not. ꝑ doct. in d. l. de qbus. de quo vltimo vide qđ dicã latius infrà, ĩ loco à ratiõe legis larga ampla seu generali, ad extẽsionẽ ipsius legis, circa finẽ. Et ꝑ hũc arguẽdi modũ dixi aliàs in questio. facti ꝙ spurius põt ꝑ patrẽ institui hęres, dũmodo grauetur alteri purè restituere, fraude cessãte: q̃a spurio hodie possũt, imo debẽt ꝑ parẽtes relinq̃ alimẽta, vt est tex. in c cũ haberet, de eo q̃ duxit ĩ matri. quã pol. per adulte. & sic spuri' põt hodie aliquid capere à parẽtib', sicut filius naturalis tãtũ, cui ĩ hoc spuri' hodie æquiparatur: attẽta dispositione iuris canonici, de qua supra: cui q̃dẽ iuri canonico fũdato ĩ iure naturali & æquitate standũ est hodie ĩ vtroq; foro, sm Hostiẽ. Ant. de But. Pan. & doct. in d. c. cùm haberet, & Nico. de Vbaldis in tract. succes. ab intest. circa quartã speciẽ liberorũ. modo regula est ꝙ qui aliquid capere põt, licet solidũ capere non posset, põt institui & grauari alteri purè restituere: vt est tex ĩ l. cogi §. hi q̃ solidũ. ff. ad Treb. & exẽplificat ibi gl. j. ĩ filio naturali. Cũ ergo spuri' hodie possit aliquid capere à parẽtib', & æq̃paret ĩ hoc filio naturali, d. c. cũ haberet, ergo &c. & ita in specie determinãt Ang. & Io. de Imo. in l. ĩ tẽp'. ff. de hęre. insti. & idẽ Ang. in l. ij. C. eo. ti. & Alex. de Imo. in d. §. qui solidũ. Ex quo patet, ꝙ licet decisio gl. in l. eã quã, circa fin. C. de fideicõ. sit iuridica: tñ doc. ponẽtes ibidẽ exẽplũ de ĩcapace ĩ totũ ĩ spurio, errãt ꝑ inaduertẽtiã, habẽtes solũ respectũ ad i' ciuile, vetãs spuriis à parẽtib' etiã alimẽta relinqui, Aut. ex cõplexu, C. de ince nup. & in Aut qui. mod. nat. effi sui, §. fi. & non respicientes ad ius canonicũ, de quo in d. c. cũ haberet, cui stãdũ est, vt ꝑdixi: quod nota, quia aliqui duræ ceruicis hoc capere, nõ potuerunt Hoc tñ quod dixi suprà post Bal. as-
10 similationẽ † q̃ fit per legem esse probabilẽ, & necessariã, intelligo procedere, q̃ñ est facta assimilatio per legẽ in eadẽ materia, saltẽ in genere: secus si ĩ diuersa. Itẽ q̃ñ est facta

ADD.* Probabilis. Similitudinem in tria genera distribuit Bald. in l. data. Cod. qui accus. non pos vers. hæc maleficia P. Prateius.

cta assimilatio, parificatio, seu æquiparatio cõmuniter. seu generaliter in omnibus: secus si vno casu tantùm quod declara, vt benè declarat An. de Butrio in repetitione c. fi. de consuetu. in vj. fallentia, & Lanfrancus in repetitione l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. in v. conclusione interpretationis extensiuæ: quod nota. quia valet ad multa. & vide quod dicam infrà in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis, in ij. casu principali. Caue tamen, ne erres, quia licet hæc argumentatio à simili sit
11 multùm frequens, vtilis, & probabilis, tamen nõ procedit in x. casibus. Primò enim non † procedit in casibus expressis per se in iure: Pone exẽplũ in c. j. de solu. vbi successor in beneficio æquiparatur hæredi quoad solutionẽ debitorum per defunctum contractorum eatenus, quatenus cõtracta sunt in necessitatẽ vel vtilitatẽ ecclesiæ, non aliàs: & ratio diuersitatis. ponitur ibi per Io. An. Panor. & Io. de rmo. qui cæteris clarius loquitur. nõ ergo potest indistinctè argui ab hærede ad successorẽ in beneficio, sed solũ valet argumentatio in his in quibus à iure æquiparantur, non aũt in his in quibus à iure diuersimodè statuitur vel disponitur, vt in casu d. cap. j. de solutio. & similibus: & ratio istius est, quia casus prouisus & expressus facit silere & cessare tacitum, l. fi. C. de pact. con. Argumentum aũt à simili venit ex coniectura, vt vult Bal. in d. l. data opera, sicut argumentũ à contrario sensu, vt vult glo. & Bal. in l. apud antiquos, C de furt. nil mirum ergo, si cesset, quãdo contrariũ illius quod fuerat inferendũ per argumentũ à simili, est clarè in iure expressum & decisum. quia in incertis, nõ ĩ certis loc⁹ est cõiecturis. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verb. ob. Et ad hoc qđ argumentũ à simili procedat, requirũtur duo extrema habilia, scilicet extremũ, à quo, qđ debet esse certũ & extremũ ad quod, quod debet esse dubiũ, l. in testamento. ff. de condi. & demon. & l. comparationes, C. de fi. instr. & vult Bal. in d. l. data opera, & idem Bald. in dict. cap. inter cæteras, circa fin. quod not. Secundò non procedit, vbi tractatur de legum correctione, Ita notabiliter dicit Bald. in d. ca. inter cæteras, per not. in Aut. quas actiones, C. de sacros. eccle. & idẽ ante eum voluit Bar. in d. l. nõ dubiũ, & Panor. in d. ca. trãslato, circa fi. in qubus locis dicũt, idẽ esse in statutis, & cõsuetudinibus, p l. de quibus supra alle. quod Panor. illic dicit esse notabile & menti tenendũ: de quo articulo quo

tidiano vide,quod dicam latiùs infrà,in loco à ratione legis larga,ampla,seu generali, ad extensionem ipsius legis, in primo casu principali, vbi reperies satis plenè. Tertiò non procedit,quando statutū imponeret pœnam, habito respectu ad priuilegium alicuius personæ:quia tunc nulla potest fieri extensio:Ita dicit glos.singul.in §.item mixta,super verbo in iudicium,Instit.de actio.gloss. quam ad hoc notat & valde commendat Bal.in d.§.porrò,& post eū præpo.ibidem,& sequitur Feli.in d.c.translato,& in d.cap. ij.de spon.& sentit Bal.in d. cap.inter cæteras, licet d.glo. non alleget.Quarto non procedit,quando datur dissimilitudo etiam parua:Ita dicit Antoni.de Butrio in rep.d.c.fi. quem omnino vide,& volunt doct.in d.c.translato,& dixi
12 suprà.Optimus enim modus tollendi hoc argumentum a simili est per dationem instantiæ:hoc probatur in d.c.sicut vrgeri,& ibi glo.tangit,& est tex.pulcher & ibi Panor. notat in c.cum Marthæ,in ptin.de cele.miss.& bonus tex. in §.pauonum in versiculo,Nec ad rem pertinet, Inst.de ret.diui.& Insti.de rebus.corpo.& incorp.Et faciunt not. per Panor.in c.at si clerici,in §.de adulteriis de iud.Quinto non procedit,quando lex,vel dispositio est odiosa,& in ea est dictiò taxatiua:quia tunc ptopter similitudinem nō infertur ad similem casum odiosum:& de hoc est tex.iūcta glo.in l.ij.C.de pat.qui fil.dist.Et vult Bald.in d.l.illud,& idem Bal.in l.fi.C.de interd.mat.in noua lect.& ibi etiam Albe.de Ros.& sequitur Feli.in d.c.ttanslato,& in d.ca.ij. de quo vide quod dicam latiùs infrà,in loco à ratione legis larga,ampla,seu genetali ad extensionem ipsius legis, in ij.casu principali.Sexto non procedit,quando essemus in materia priuationis:quia pœna priuationis non imponitur,nisi lex exprefsè dicat.glos.est not.in c.fi.de iu.patr. quam ibi commendat Panor.& est bonus tex.qui nō consueuit ad hoc allegari in §.cum igitur, versi.sin autem,in Auth.de non elig.sec.nub.quem ad hoc ponderat Bald. in Aut. ex testamtō,in ix.lect.C.de sec.nup.vbi pet hoc decidit notab.q.sequitur Feli.in d.c.ij.& in d.c.translato, licet corruptè alleget Bal.de quo articulo vide latè per Ias.in l. j.C.de ttans.Septimo non procedit,quando in dispositiōe diceretut, quòd verba intelligantur,ad literam prout iacent:Ita not.dicit Bal.in d.l.ij.C.de pat. qui fil.dist.& se-

quitur Felin. ibi supra. Sicut enim tunc non habet locum argumentum à contrario sensu, vt dicam infra in loco a contrario sensu, ita nec argumentum à simili, cum vtrumque veniat ex coniectura, vt supra dixi. Octauò non procedit, quando in aliqua parte læderetur ius naturale: Ita not. dicit Bal. in c. j. ante finem, in titu. An agn. vel fil. agn. in vsib. feu. vbi per hoc decidit notabilem & quotidianam quæstionē & eū sequitur Pau. de Cast in l. lege xij tab. C. de leg. hær. vbi etiam Bald. in effectu idem dicit, & Feli. ibi suprà. Nonò non procedit quando lex vel statutum non habet in se aliquam rationem, nisi quia ita placuit statuētis: tex. habes & exemplum in l. prospexit. ff. qui & a quibus, quod optimè declarat Bal. in l. iij. in noua lect. C. de iure dot. quem omnino vide. & sequitur Feli. ibi suprà. Decimò non procedit, quando per argumentum à simili vellemus extendere, vel trahere legem retrò ad præterita: gloss. est not. in c. detestanda, de concess. preb. lib. vj. quam refert & sequitur Bald. in c. j. ante finem, in tit. An ma. suc. vxo. benefi. in vsib. feu. Et Feli. ibi supra. Postremò volo te scire, & memoriæ commendare, quòd argumentum à simili, vel ab identitate rationis, nō cadit directè in sensum testis, sicut nec argumentum a contrario sensu: quia ista consistunt in perspicacia intellectus, testis autē debet deponere de his quæ percipit sensu corporeo: Ita notabiliter dicit Bald. in l. conuenticula, in fine. C. de episc. & cle. vbi recurre. quę omnia commenda memoriæ, tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

LOCVS A PARI.

1 *Argumentum à pari frequens, & vtile.*
2 *Parium eadem est natura & potentia.*
3 *Pœna eadem punitur faciens contra mentem legis tantùm, qua faciens contra verba & sententiam.*
4 *Dom nij translato vbicunque impeditur, & vsucapiēdi cōditio.*
5 *Regula correllatiuorum est regula parium.*

Congruenter subnectitur hic locus a Pari, quem inter alios locos legales ponit Bal. in l. conuenticula, C de episc. & cle. A quo sumptum
1 argumentum nedum est probabile, sed forte, vtile, & val

valde frequens:text.est notabilis in l.si socer à genero, in princ.& ibi glo.& Bald.not.ff.sol.mat.& text.in l.Pomponius scribit si negotium,in versi.& quemadmodum,& ibi etiam glo.& doct.not.ff.de neg.gest.& tex.in lege de quibus, circa finem, & ibi Angel.declarat in vj.notabili.ff. de legibus & pulcher text.in l.si de eo.§.fin.& ibi gloss. Paul. de Cast Io.de Imo.& doct.tangunt.ff.de acqui.poss.& tex. in l.j.§.veteres,illo eod.tit.& ibi glo. vulgata dicit, quòd asinus intumescit cùm videt se a compare comprehendi. Vnde vulgò de rebus nihil inter se distantibus dici solet, Attio idem quod titio ius esto vt refert A. Gellius lib. iij. Noct.Atti.ca.xvj.Erasmus autem in Chili.aliò detorquet. Et potest istud argumentum à pari sumi tripliciter vt dicit Bal.in d.l.conuenticula vers.itē est argumētum à pari.
2 Vno modo sic,Parium † eadem est natura vel sic. Parium eadē est potentia,& nō maior vel sic,A pari potentia causæ,par effectus procedit:iuribus supra allegatis.Et isto argumēto a pari vtitur gl.in c.vnico,de æta.& qua.ord.li.vj. Bal.& Pau.de ca. in l.aduersus,in pulchra q.c.si aduersus rē iud.Albe.de Rosa.in ij.parte statu.q.ij.in quotidiana q. & idem Albe.in quotidiana q.in Auth.nouissima,Cod.de inoffi. te. & Mathesilanus in pulchro casu,not.cxcj.& meminit gl.in l.nā posteà.§.si is qui temporali.ff.de iureiur.& docto. sæpe alibi.Et de isto pulchrū ponit exemplū Cice. in Topicis,& post eum clariùs ibidē Boëtius. Exemplum aūt tale est ex l.xij.Tab. * Vsus & auctoritas fundi bieniū, esto,cęterarū Vsus annuus esto. Porrò de ædib⁹ aūt nihil dicit lex,vñ dubitabatur de ædib⁹,an vsucaperētur biēnio vel anno vti res mobiles:& concludūt,ꝙ vsucapiūtur biēnio:qa sunt res immobiles sicut fundi,subiūgētes rationē, qa ęquitas paribus in causis paria iura desiderat: qđ nota
3 Hinc etiā est,ꝙ eadē † pœna punitur faciēs cōtra mētē seu sententiā legis tm̄, qua punitur faciens cōtra sententiā & verba legis,l.nō dubiū, .de legib.cui⁹ nō est alia ratio nisi

A D D. * Tab. Huius legis meminit idem Cicero in Orat.pro Cecinna,& Vlpianus in Epi.tit. 19. Sed vsucapionem transformandam, & eius tēpora producēda sanxit. Iustinianus l.j.C.de vsuca.transfor. Huius ante loci exēpla passim in iure sparsa quisque sibi colligat. Prateius.

ſi quia facere contra verba & ſententiam legis, & facere contra ſententiam legis tantùm, ſunt paria. d. l. non dubiū, & l. contra legē, & l. fraus. ff. de legib. Sicut è contrario, facere ſecundū verba legis, & ſm ſententiā & facere ſecundū ſententiā legis tantū verbis nō ſeruatis, ſunt paria l. nominis, & rei. §. verbū ex legibus, iuncta gl. ff. de ver. ſig. & notant Dy. & alij in regula, Certū, de regu. iur. lib. vj. Quod igitur dicitur in vno ex parificatis, meritò locū habet in alio, per hunc locū à pari. Hinc etiam eſt, ꝙ diſpoſita à iure in cauſa redēptionis captiuorū, locū etiā ſibi vendicant in cauſa alimentorū: q̄a cauſa redēptionis captiuorū, & cauſa alimentorū iudicantur à pari. gloſ. eſt not. in l. ſancimus j. & ibi eam valde cōmendat Bal. & ſequitur Salice. C. de ſac. ecc. Et idem vult. glo. xij. q. ij in ſumma, quā refert & ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. ſancimus. Ex quo ſequitur primò, ꝙ ſicut res eccleſiæ poſſunt, & debent alienari pro redemptione captiuorum: Ita etiā pro alimentis pauperum. Itē ex iſto ſequitur ſecundò, quod ſicut in donatione quæ fit pro redemptione captiuorū non requiritur inſinuatio: ita nec in donatione quæ fit pro alimentatione pauperum. Ex iſto etiam ſequitur tertiò, quòd vbicunque

4 † impeditur tranſlatio dominij facta traditione per verū dominum propter errorem vel aliàs ſecluſa autoritatē iudicis, ibi etiam impeditur vſucapiendi conditio, cum hæc ſint conuertibilia, & iudicentur à pari, l. clauibus. ff. de contrahenda emptione: & ita concludunt Sali. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & doctor. in l. iij. §. ſubtiliùs. ff. de cond. cau. data, & idem vult Bar. & doct. in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acq. poſ. & Bart. in l. non ſolum. § ſi mihi. ff. de vſucap. & ita cōmuniter tenetur, quicquid dicat glo. in d. §. ſubtiliùs, quę communiter reprobatur. quod nota. Hinc etiam bona eſt argumentatio à diſpoſitis in eccleſiis cathedralibus ad regulares, & econtra, per hunc locum à pari. c. ne pro defectu, de elect. & c. cupientes, eod. tit. lib. vj. niſi aliter expreſſè deciſum reperiatur, vt eſt tex. cum glo. in c. quamquam de elect. lib. vj. quod nota. Illud autem certum eſt, quòd argumentum à pari ſemper procedit in correlatiuis: quia re-

5 gula † correlatiuorum eſt regula pariū. l. Iulianus. §. ſi procurator in fi. ff. de acti. emp. quam legem ad hoc notat Bal. in l. cum te in Gallia. C. ſi cert. pet. Poſtremò volo te ſcire,

quòd

quòd aliquando eſt reperire identitatẽ rationis inter duo & tunc procedit argumentum à ſimili: de quo ſuprà loco proximo quia vbi eſt eadem, vel maior ratio, ibi debet eſſe idem, ius & eadem iuris diſpoſitio, l. illud. ff. ad legem Aqui. & l. à Titio. ff. de verb. obli. Interdum aũt eſt reperire paritatem potentię cauſæ, & tunc procedit argumentum à pari. de quo hic: Interdum autem fit ſimilitudinis ſeu idẽtitatis collatio. & tunc procedit argumentum à proportione, de quo infra in loco à proportione. quod nota: & vide quod dixi ſuprà loco proximo, & quod dicam infra in loco à ratione legis larga, ampla ſeu generali ad extenſionẽ ipſius legis, in ij. caſu principali,

LOCVS A MINORI.

1 *Si id de quo minus videtur ineſſe ineſt & id de quo magis.*
2 *Argumentum à minori, & argumentum à maiori vnde ſumantur.*
3 *Incrementum alluuionis an accreſcat, & acquiratur emphyteutæ.*
4 *Argumentum à minori quando non procedat.*
5 *Propter quod vnunquodque tale, & illud magis.*
6 *Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*

OFfert ſe nunc locus à Minori, ſeu fortiori, à quo ſumptum argumentum eſt fortiſſimum, frequens, & vtile. Et formatur dupliciter, ſemper tamen conſtructiuè ſeu affirmatiuè. Vno modo ſic. Si id de
1 quo † min' videtur ineſſe ineſt, & id de quo magis. tex. eſt elegans in l. fin. iuncta gl. & ibi habetur per Io. de plat. C. qui ætate, lib. x. & bonus tex. in c. cum in cũctis, in princ. & ibi glo. Io. de An. Panor Io. de Imo. & Cannotant, de elect. & tex. in l. iij. C. de cõd. inde. in l. ſi quando, C. de teſtib. in l. ſi non ſinguli, C. ſi cer. pet. & tex. in Auth. multo magis. C de ſac. eccle. in ca. ſi dominus, & ibi gl. not. de ſimo. & in l. j. §. ſed conſulto, & ibi

ibi glo.ff.de his,quæ in test.del. & tex.in l. qui pignoris,& ibi Io.de Imol. not. ff. de acq.poss.& in §. illud quoque,in Auth.vt deter.sit nu.cle. & in l.pen.in fi.ff.si quis caut.& in l.ij.§.quædam,iuncta glo.ff.de interd.& tex.in ca.quemadmodum. post princi.de iureiur.& in c.inter corporalia in princi. & ibi Anr.de Butr.notat,de transla.episco.& in ca. quæsta,& ibi archid.not.xiij.q.ij.& text.in §.filiusfa. in fi. & ibi Bal.not.Inst.quib.mo.ius pat.po.sol.& text. in capit. dilecto,circa fi.de sent.excom.lib.vj.& in c.quanquam, & ibi Philip.Fran.not.de censib.eo.lib.& in l.vnica.§.j. C.de rei vx.acti.licet glo.ibidem per inaduertentiam illud baptisat à maiori,quæ in hoc reprehenditur ibi,per Cy.& Sali.cum curiali quadam saluatione, quos omnino vide, ne in eundem errorem incidas. Et isto argumento à minori vtitur saluator noster Iesus Christus Matthæi.vij.Io. xiij. & sæpe alibi,& Pau.Apost.ij.ad Cor.iij.& ad Rom. v. Eo etiam vtitur gloss.in l.ij.C.de patrib.qui fil.distraxe. & glo. in Auth.vt non fiant pig.§.j.super verbo formam,in fin. & glo.in l.vnica.C.de muli.qui ser.prop. seiunx. Isto argumẽto etiã vtitur Pau.de Ca.in l.si filius,C.de neg.gest.& Petr. de Anch.in rep.reg.Accessorium, in vj.quæst. de regul.iur. lib.vj. Et Philipp.Franc.in quotidiana q. in rubri. de testa. libr. vj. Et meminit Zasius in gloss. sua noua super l.|triplici.ff.de verb.sig.Eo etiam vtitur. Io. Andr.in regula In toto,& in reg.In pari,& in reg.Nõ est obligatoriũ,& in regu.Non debet aliquis,& in regula.Nõ licet, de reg. iu. lib. vj.in Mer.in quib. locis reperies,per hunc arguendi modũ
2 plures quotidianas quæstiones decisas,Et sumitur iste †arguendi modus à minori, ab eo in quo est minor ratio, ad id in quo est maior ratio: vt patet in iuribus suprà allega. & ergo rectè appellatur à minori,& etiam à fortiori. argumentum autem à maiori,de quo infrà loco proximo sumitur econtrà,ab eo in quo est maior ratio. ad id in quo est minor ratio:vt videri potest in iuribus illic alleg.Et fundatur istud argumentũ à minori in illa vulgata regula, Cui licet quod est plus,licet vtique quod est minus. Et istud argumentum à minori est fortius, quàm argumentum à simili: quia quælibet probatio est fortior quã illa quæ fit à simili.§.si verò nullus,in Aut. de instru. caute. & fid. Imo istud argumentum à minori est necessarium, & nunquam fallit,

fallit, secundum Salice. in l. j. C.de iure emphy.& habet locum in statutis permissiuis: text. est notabil. in l. nec in ea. §. ius occidendi, cum ibi not.per Bartol. ff. de adulte. & in l.relegatorum.§.interdicere,& §.sequen.cum ibi not. per Bartol.ff.de interdict.& releg.& vult Cyn. in l. j. circa fin.C. quæ sit long consue. Vndè si vigore statuti liceat occidere bannitum vel adulterum, fortiùs licebit verberare vel vulnerare, iurib.præal.& si licet occidere, licet & capere, secundum Bald.in l.fin.C.de exhiben.reis, vbi magistraliter loquitur. Item per istum arguendi modum Albe. de Rosate, Ang.& Ias.in l.de quibus.ff.de legibus,& Salice. in d.l.j.C.de iure emphy.& Anto.de Butrio in repet. capit. fin.de consuetu. decidunt quæstionem illam pulchram &
3 quotidianam, An incrementum † alluuionis accrescat, & acquiratur emphyteutæ, necne: & post multa concludunt, quòd sic, instar vsufructuarij, cui incrementum alluuionis accrescit, l.item si fundi §.huic vicinus.ff. de vsufruct. arguẽdo à minori, vt videre poteris per eos. Hinc etiam est, quòd si per statutum excludatur filia à successione paterna extãte filio masculo, fortiùs excludetur neptis. Ita sing. volunt Bald.Pau.de Cast.& Io.de Imo.in l. si verò.§.de viro.ff.sol.mat.& idem Bal.in l.quòd verò contra. ff. de legi. & in l.ij.C.de in ius vo.& Bal.& Pau.de Cast.in l.maximũ. C.de lib.præ. Istud argumentũ à minori ẽt habet locum in prohibitiuis, delictis, s.& pœnis eorũ, l. si quis non dicam rapere,& ibi Bal.in ij.no.C.de episc.& cler. nam si punitur attentatum, multò fortius consummatum, per d.regulam, Si id de quo minus videtur inesse inest, & id de quo magis iurib.suprà alleg.& ad hoc sing.facit lex, si adulterium cũ incestu.§.liberto ibi, cuius famæ, multò magis vitæ parcendum est.ff.de adul.cum ibi no.per Dy.Bar.Albe. de Ros. & alios. hinc etiam singulariter dicit Mate.in no. cxxxv. quòd non licet occidere, vel vulnerare furem nocturnũ, pro vitando periculo perditionis rei vilis: Si enim parcitur famę hominis pro re vili, quia nõ datur actio de dolo, l.si oleum.§.fi.cum l.seq.& seq.ff.de dolo: multo fortius vitæ hominis parcendum erit pro re vili, & allegat d. l. si adulterium cũ incest.§. liberto limitãs hoc mõ omnia iura permittentia furẽ nocturnum occidi pro euitando periculo rerum, vt ibi latius per eum.& hoc dictum refert & sequitur

ſequitur Iaſon, Inſtit. de actio. in prin. quod nota. Et iſtud argumentum à minori nedum eſt probabilè, ſed etiam neceſſarium in delictis, quæ tendunt ad eundem effectum, ſecundum Io. And. in reg odia, de reg. iur. lib. vj. in Mercu. d. l. ſi quis non dicam: in aliis autem licet poſſet eſſe probabile, non tamen eſt neceſſarium, ſecundum eum. Non proce
4 dit † tamen hoc argumentum à minori, quando id quod minus videtur, eſt in veritate maius eo reſpectu, quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa, gloſſ. eſt not. in cle. fina. ſuper verbo, defenſor, de reb. eccl. non alie. quã ad hoc põderat Pau. de Caſt. in d. Auth. multò magis, & idem eſt de mente Hoſti. & Prępo. in c. per venerabilem, qui filij ſint leg. vbi dicunt, quòd tunc procedit iſtud argumentum à minori, quando minùs continetur ſub maiori, vt ſpecies vel pars, d. reg. cui licet, & aliis iuribus ſuprà in princ. alleg. aliàs ſecus. nam quis poteſt dare equum magnæ æſtimationis, qui non poſſet dare capram? vt eſt tex. in §. præterea ſi quis, Inſtit. de actio. item multi poſſunt maiora, qui non poſſunt minora, iure, conſuetudine, vel priuilegio repugnantibus, ſecundum eos, & idem vult Card. in cle. ne Romani, in iiij. oppo. de ele. & idem eſt de mente Dy. in reg. Plus ſemper, de reg. iu. lib. vj. vbi plura alia reperies exempla. Non procedit etiam hæc argumentatio à minori, quando quis arguere vellet in exorbitantibus à iure communi, de permiſſis ad non permiſſa, etiam ſi forent minora. Ita no. dicit Io. And. in pulchra, & quotidiana quæſtione, in regula, quæ à iure, circa fi. de reg. iuris lib. vj. in Mercuri. Nec etiam habet locum hic arguendi modus à minori, vel etiam à maiori in pœnalibus, identitatis rationem in ſe non habentibus, nec in ambitioſis de ſe non pœnalibus: ita dicit gl. no. in verb. eſt cenſendum, in extrauag. Antiquæ concertationi, de voto. & ſequitur Henric. Boich in ca. coniugatus, de conuer. con. quod tene menti. Non procedit etiam hæc argumentatio in caſibus, in quibus fallit d. regula, cui licet: ex quibus annotaui quatuor, infrà in loco à ratione legis larga ampla ſeu generali, ad extenſionem ipſius legis, in primo caſu principali circa principium, quos omnino vide, quia declarant hanc materiam. Et generaliter non procedit hæc argumentatio in reſtringibilibus, ita not. dicit Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de actio. & peti. in §. ſuper petitioni

titionib⁹,in addi.mag.circa med.quem refert, & ſequitur
Paul.Caſt.in conſil.cccxl.incip.hæreditas. Secundò iſtud
5 argumentũ à minori formatur aliter ſic. Propter † quod
vnumquodque tale, & illud magis,d.Aut.multò magis, &
ibi Bald.& Pau.Caſt.not.& eſt tex.iuncta glo.in clem. vnica,in prin.de reli.& ve.ſanct.& ibi Card notat,& tex.in ca.
cum Marthæ,poſt princ.de ce.miſ.& tex.in l.ex diuerſo.§.
j.& ibi Bald.Io.de Imo.& Alex.notant.ff. ſoluto matri. Et
iſto argumento vtitur Io.And.in reg.ſine culpa,de reg.iuris li.vj.in Mercu.in illa pulchra,& quotidiana q.An filius
naturalis tantũ primò natus,& deinde poſt natiuitatẽ filij
naturalis & legitimi legitimatus,præferatur filio naturali & legitimo, vt primogenitus,nec ne,vbi recurre.Iſto argumento vtitur etiam Ioan.And.in c. ſane, de cele. miſſa.
in illa pulchra q.An malefactor confugiens ad venerabile
ſacramentum delatum per ſacerdotem in platea, gaudeat
immunitate,qua gauderet, ſi ad eccleſiam confugiſſet: &
decidit,quòd ſic,arguendo à minori,per d.regulã,propter
quod vnumquodque tale, &c. Et ante eum hoc voluit ibi
Hoſt.& ſequuntur Card.Pet.de Anch.& Panor.quos vide,
quia pulchrè loquuntur.& vide etiam Corſetum in ſingu.
lxix.De captiuo autem recipiente venerabile ſacramentũ
an per hoc ſit tutus à manu iudicis ſecularis,communiter
concluditur ꝙ non,vt videre poteris per omnes in dicto c.
ſanè,& per Arch.in c.quæſitum xiij.q.ij.& hoc eſt tenendũ
quicquid dicat glo.in dicto c.quæſitum,quæ & in hoc, &
in præcedenti caſu tenet contrarium, ſed communiter reprehenditur per doct.in locis præal.& per Roma.ſing.cccxxxix.Iſto argumento etiam vtitur Bald.in l.affinitatis,C.
commu.de ſucceſſ.vbi per hoc ſingu.dicit,quòd ſtante ſtatuto,quòd affines cogantur ad compromiſſum,ſi occurrat
quæſtio inter virũ & vxorem,licet nõ ſint affines ſed principiũ affinitatis,cogentur ad compromiſſum per d. regul.
Propter quod vnumquodq; tale,&c.& idem vult Sali.in l.
non ideo minus,C.de hære.inſti.& Pau.de Caſt.in l.j.C.vn
de vir & vxor.Nec mirum,quia tale ſtatutum eſt fauorabile,ergo extendendum:vt in ſingulari caſu conſuluit Petr.
de Ancha.in conſilio clxxxvij.incipiẽ. in Chriſti,&c.apud
me quæſtio iſta dubitabilis eſt,&c.Hinc etiam eſt, quòd
quia propter eccleſiam interdicta eſt alienatio bonorum

ecclesiæ, ergo multò magis interdicta est alienatio ipsius ecclesiæ, d. Aut. multò magis, vbi de hoc est casus. Hinc etiam est, ꝙ municipium restituitur aduersus sententiam contra se latã, quia absens pro suo municipio restituitur l. j. C. ex quib. cau. ma. ergo fortiùs ipsum municipiũ, arguẽdo à minori per d. reg. Propter quod vnumquodque tale, &c. & ita decidit Pau. de Cast. in d. l. j. & Bar. Bal. Sali. & alij in l. respublica, illo co. ti. & doct. sæpe alibi. Hinc etiam est ꝙ quia socer habet beneficium ne cõueniatur vltra quàm facere possit propter filiam, quia loco parentis habetur, & ei reuerentia debetur, ergo multò magis filia, quæ dotem promisit marito, huiusmodi beneficium vel priuilegiũ habebit, d. l. ex diuerso. §. i. quem cõmuniter doct. legunt sub l. rei iudicatæ, & ibi Cy. Bal. Io. de Imo. Alexan. & doct. no. ꝙ illud quod reperitur in secunda cã, multo fortiùs etiam reperitur in prima: nec mirum, quia omne ius potẽtius est
6 in causa, quam in causato, & † quicquid est cã causæ, est cã causati, l. manumissiones, & ibi Bal. no. ff. de iust. & iu. & idẽ Bal. pleniùs in c. j. quibus mo. feu. amit. in prin. in vsib. feu. Hinc ẽt est, ꝙ quia actio serui corrupti vtilis filio corrupto datur patri, l. vt tantũ. §. j. ff. de seruo corru. fortiori ratione dabitur ipsi filio corrupto, maximè patre absente, ꝑ d. reg. Propter quod vnumquodque tale, &c. & ita decidũt Iaco. de Rauen. Pet. de Bel. Per. Ang. & alij in §. omnes aũt in ver. in duplum, Insti. de acti. quæ omnia commenda memoriæ, tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dicam infrà loco proximo.

¶LOCVS A MAIORI.

1 *Argumentum à maiori procedit destructiuè seu negatiuè:*
2 *Locum habet in delictis, & pœnis delictorum.*
3 *Fur nocturnus pro re vili occidi non poterit, cùm pro re vili non detur actio.*

Commodissimè nunc subsequitur locus à maiori, à quo sumptũ argumentũ est forte frequens & vtile. Et formatᵉ destructiuè, seu negatiuè tantum, hoc

1 tantũ,hoc mõ.Si id de† quo magis vr̃ inesse,nõ inest:nec ẽt id de quo minus,c.licet vniuersis,& ibi glo in verb.multò minùs de testi.l.nec ex vera,C.de acq.poss.& l.j.C.de neg. ge.licet glo.& Paul.de Cast.ibi dicãt,& malè, ꝙ illic sumit argumentum à minori. Vnde si rex non potest expugnare castrũ ergo nec miles.quod enim non licet maiori,nõ licet minori,c.si ergo,& ibi glo.viij.q.j.& ca.si Paulus,& ibĩ etiam gl.xxxij.q.v.& no.per glo.Ioan.And.Panor. & doct. in c.cum in cunctis,in prin.de elect. & optimè facit l. qui indignus.cum ibi no.per glo.Alb.& doct.ff.de sena.Et isto argumẽto à maiori vtitur Saluator noster in euang.Lucę xvj.in fine,& Paulus Apost.j.ad Timo.iij.c. & Pau.Iuris.in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi.indeb.secundum vnum intellectum illic cõmemoratum per gl.& doct.Hoc argumẽto ẽt summus Pontifex in d.c.licet vniuersis,& Imperatores Diocletianus & Maximianus in l.quicunque,in fi.C.de fi. inst.& iu.ha.fis.lib.x.Eo etiam vtitur Imperator Iustinianus in Aut.vt determi.sit nu.cle.circa mediũ,& gl. in l.ij.C.in quib.cau.in inte.resti.nõ est ne. Et Panor. in q. inci.Episcopus,& quidã rector.& Io.An.in reg nõ est sine culpa.de reg.iu.li.vj.in Marc.in illa q.An testis q nõ iurat se immiscuit ferendo testimonio & falsũ deposuit, teneatur pœna falsi.& Io.de Imo.in l.si socer.§.Lucius.ff.so.ma. & Bal.in l.fi.§.& si præfatam,in pulchra quæst.C. de iu. deli.& Pirrhus in l.vnica,C.de stud.libera.vrb.Ro.lib.xj.& doct.o.sæpe alibi.Et istud argumẽtum à maiori habet locum

2 etiam † in delictis & pœnis delictorum secundũ Bal. in l. si quis non dicam in prin.C.de epis.& cler. Vnde bene valet consequentia,si non puniatur delictum cõsummatum, ergo nec etiam attentatum:& si non licet vulnerare,ergo etiam non licet occidere, secundum Bald. loco prædicto. Hinc etiam est,quòd libertus,qui non debet lacescere famam patroni sui,non potest eum in adulterio cum vxore deprehensum occidere:quia cuius famæ,multò magis vitæ parcendum est.Ita singulariter hoc argumento vsus decidit Papinianus,in l.si adulterium cùm incestu.§.liberto.

3 ff.de adulte.Hinc etiam est , quòd fur nocturnus † pro re vili occidi non potest, nam cùm pro re vili non detur actio famosa,lege si oleum. ff.de dolo : multò minus ergo poterit occidi,ar.d.§.liberto:& ita per illum textum singu

lariter decidit Mate.in nota.cxxxv. limitans hoc modo, l. furẽ.ff.ad leg. Cor. de sica.& alia iura vulgar.de pœna furum nocturnorum loquentia, de qua tamen pœna furum vide magistraliter loquentem Gellium li.xj.capite xviij. vbi plenè reperies.Hinc etiam est,quòd si per statutum filia dotata non succedat patri ab intestato,extantibus filijs masculis,nec etiam neptis ex filia succedat, per d.regu.Si id de quo magis videtur inesse non inest, nec etiam id de quo minus:& ita singulariter determinat Cy. post Nicolaum Matarelli in l. j.ante fin. C. quæ sit lon. consue.& refert Alberic. de Rosate,licet videatur vacillare, in prima parte statutorum,q.ix.& hoc firmant Paul. de Castr. Bald. & Io.de Imo.in l.si verò.§ de viro.ff.sol.mat.& Bal.& Pau. de Cast.in l.maximum, C.de lib. præterit.& idem Bal. in l. ij.in fine,C.de in ius vo.& in l.qd verò contra.ff.de legib. Hinc etiam sing.decidit Io.And.in addi.ad Spe.in rubr. de testamen.circa finem, quòd si testator habens duos fratres Seium,& Mæuium,Seium instituit hæredem, & roget eũ, vt si decedat sine liberis,restituat hæreditatem Mæuio fratri suo,vel suis hæredibus masculis, Post hoc decedit testator, Deinde Mæuius relicto nepote ex filia, & vltimò decedat Seius sine liberis; quòd talis nepos ex filia ad fideicommissum non admittetur, quia filia Mæuij quæ est in gradu propinquiori non admitteretur ad fideicommissum,propter illa verba,hæredibus masculis: ergo multominus nepos ex filia,qui est in gradu remotiori, admitteretur ad fideicommissum,quod commenda memoriæ: & vide quod dixi supra loco proximo, & quod dicam infrà in loco à pacto ad legem,statutum,vel consuetudinẽ. Vide etiam Rod.Agri.c.xxv.lib.j.de inuen.diale.circa fi.cum scholijs Ioannis Phrissemij in caput xxvj. *

ADD. * Xxvj.Argumentũ à etiam maiori potest sumi adfirmatiuè l.Decius. l.non debet cui.ff.de regul.iuris P. Prat.

¶LOCVS A PROPORTIONE.

1 *Argumentum à proportione quomodo formetur.*

2 *Argu*

2 *Argumentum à simili & à proportione quomodo differant.*
3 *Proportionis duæ species.*
4 *Argumentatio à proportione quando procedat.*

SVbsequitur conuenienter hic locus à proportione, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile. Comparatis enim facilè peruincuntur rudiores animi non enim facilius quisquam credit, quam quod iã in alio videtur probasse: nec quicquam est quod acrius expendere vim rerum intuerique doceat, quàm comparatio, Rod. Agri. test. Et licebit forma
1 re hoc modo. † Vbicunque per maius, minus vel par conficitur similitudo, procedit argumentatio à proportione. Vel sic, Sicut se habet vnum proportionale ad aliud, ita aliud ad reliquũ tex. est no. insti. quod cũ eo, qui in alie. po. in prin. iuncto §. quæ diximus, eo. tit. & tex. cũ glo. in l. sufficit, in verbo ita prorsus. ff. de condi. indeb. & tex. no. in l. si filiusfa. & ibi glo. & Bal. ff. si cer. peta. & pulcher tex. in l. de quibus, & ibi Ange. no. ff. de legib. Et isto argumẽto à proportione vtitur Celsus iurisc. in l. qui quadringenta. ff. ad Trebel. & Vlpianus in l. Marcellus, eod. tit. Eo etiam vtitur Iulianus Iuriscon. in l. si ita scriptum, in princi. ff. de liber. & posthu. & idem Iulianus, in lege si quis testamento. §. apud Iulianum ff. de legatis j. & Paulus iurisc. in l. Clemens. ff. de hære. institu. & Africanus inter iurisconsultos subtilissimus, in l. qui quadringenta, in prin. ff. ad leg. falci. idem in l. si ita scriptum. §. quidam testamento, ff. de hære. insti. Eo etiam vtitur Iustinianus Imp. si bene ppendamus, in §. de præscriptione, versi. alios tantos in Authẽ. vt sponsa. larg. Ex quo. §. sumpta est Authen. quod si quis quibusdam, C. de præscrip. lon. temporis, quod declara, vt dixi suprà in loco à toto ad partem. Isto argumento à proportione vtitur etiam Oldradus in consi. cxxj. incip. ad primam quæstionem, in decisione primæ q. Et Gandinus in quotidiana quæstione in tractatu suo maleficiorum, in ti. de pręsump. & indi. indu. Et Bal. l. binos, C. de aduo. diuerso. iudi. & idem Bal. in Auth. cessante, C. de legi. hære. & Iacobinus in libello feudo. in illis verbis, præsentes & recipientes, &

gloss.in.cap.j.super verbo,nunquid ergo,æquiparãdo Angelicum exempto,de priuilegijs libro vj.& glo.in c.autoritate,super verbo,non exemptis,eod.ti.& lib.& gloss.in l. illud,C.de sacro.eccle.& glo.in l.sancimus.circa princ.C.de donat.quæ arguẽdo à proportione minori singulariter dicunt,quòd donatio ad pias causas hodie valet sine insinuatione vsque ad octingentos aureos:quod not. Isto argumẽto etiam vtitur glo.ad alium effectum in l.fin.in §. sin autẽ à locis,C.de iure delibe.vbi vide,& de eo meminit Bald.in l.j.in fi.ff.de re.diui.& idem Bal.in l.ij.in iij.quæst.C.de rescin.vend.Et Bald.in Auth.Sed & si quis,in princ.vbi est & text.C.de sec.nup.& Io.de Plat. in l.fin.in fine,C.de cõmeata,libro xij.Et Bald.in l.si emancipa.C.de colla. & Gellius libro j.cap.j.& meminit glo.in Prooemio Institu.in princ. & gloss.in c.omnes principes.de maiori.& obed.Et isto argumento à proportione sæpe vtebatur Iac.Butr.in disputationibus,vt refert Bald.in dicto l. si filiusfa. Et quia istud

2 †argumentum à proportione magnam habet conuenientiam cum argumento à simili,idcirco ibi dicta hic habeas pro repetitis.In hoc tamen differunt,quia ibi à similitudine ducitur argumẽtum,hic verò similitudinis fit collatio quæ collatio dicitur proportio.Nihil enim aliud est proportio quàm duarum rerum inuicem facta comparatio, seu collatio.Exempli gratia, vt sicut se habet magister ad scholas,ita rector nauis ad nauem:sed ille debet esse solicitus,ergo & iste:& sicut debet eligi meritis & arte,non fortuitò,ita & iste.Argumentum autem à simili fit ex æquiparatione duorum inter se.Vndè si rectè consideremus,argumentum à simili est tanquam antecedens,& argumentum à proportione est tanquam consequens. Primò enim sumenda sunt duo similia,& ex illis ad inuicem comparatis, quia pariter in alterum operantur, fit argumentatio à proportione:hoc modo. Sicut se habet filius ad patrem, ita seruus ad dominem. Item sicut se habet curator ad adultum,ita tutor ad pupillum, circa administranda negotia & sicut se habet procurator cum mãdato circa negotia gerenda,ita negotiorũ gestor sine mandato. Item sicut se habet trãslatio dominij à principio, ita cõsumptio ex post facto.Itẽ sicut se habet promissum in diẽ certũ, ita promissum purè,cuius solutio ex post facto dilata est in die certũ.

Item

Item sicut se habet promissum in diem incertum ab initio, ita purè promissum cuius solutio dilata est ex postfacto in diem incertum. subsumendo & concludendo prout rei conueniet. Ex quibus patet, quòd inter filium & seruũ, inter tutorem & curatorem, inter procuratorem & gestorem, inter translationem dominij à principio & consumptionem ex postfacto, inter promissum in diẽ incertum, & promissum purè, cuius solutio ex postfacto dilata est in diem certum, item inter promissum in diem incertũ ab initio, & promissum purè, cuius solutio dilata, est ex postfacto in diem incertum, est quædam proportio. d. ti. Insti. ꝙ cum eo in prin. iũcto. §. quæ diximus, eo. ti. & l. si curatorem, C. de in inte. resti. & l. j. ff. de procura. & l. j. ff. de nego. gest. & d. l. si filiusfa. præall. l. sufficit, cũ simi. Duæ † aũt sunt
3 species ꝓportionis, scilicet Geometrica & Arythmetica, vt plenissimè videre poteris per Budæũ ĩ l. ius ciuile, ff. de iust. & iur. ad quẽ, breuitatis gratia te remitto. Hoc aũt nolo te ignorare, quòd tunc demũ hæc argumentatio † à pro
4 portione procedit, quando per omnia est proportionalia sunt eiusdem rationis & conditionis. secus autem, si sint diuersæ vel aduersæ rationis, vel conditionis. & notabiliter dicit Bald. in d. l. si emancipati, aliqua enim possunt conuenire & esse proportionalia respectu effectus & finalis causæ, & tamen non esse proportionalia respectu initij obligationis, vel actionis. vt est tex. in d. l. sufficit, & ibi hoc pulchrè declarant Bar. & Pau. Cast. Hoc autem extra controuersiam est, quòd ea quæ conueniant secundum formam, dicuntur simpliciter conuenire: & econtra, ea quę differunt secundum formam, dicuntur simpliciter differre, l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. & dixi suprà in loco à defectu formæ, quod teneas mente.

LOCVS A SEPARATIS, Differentibus, seu diuersis.

1 *Separatorum separata est ratio. & per totum.*
2 *Beneficium esse meum, aliud est, & aliud esse mihi debitum.*

SVbnectamus nunc locum à separatis, differentibus, seu diuersis: vel (vt alij vocant,) à disparatis: A quo sumptum argumentum est fortè frequens, & vtile. Et formatur hoc modo. Separatorũ separata est ratio, l. fi. & ibi not. Bart. ff. de calum. Vel sic. Ex separatis non infertur de vno ad aliud, d. l. fi. & l. neque, natales, C. de prob. cum similibus de quibus infrà, innititúrque contrario fundamento ab illo, quod è loco à simili depromitur: cùm illud in identitate, vel maioritate rationis, suum capiat fundamẽtum: istud verò è contrario ex diuersitate rationis. Nec mireris, si vtrũque validum sit, & suo marte procedat: quia ratio in omnibus dominatur, & identitatem vel diuersitatem iuris inducit, vt plenè dicam infrà in loco à ratione legis stricta seu limitata, ad restrictionem ipsius legis, & in loco à ratione legis, larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis. Et isto argumento vtitur Cy. in l. ea lege, C. de condi. ob cau. vbi reperies pulchrum exemplũ. Eo etiam vtitur Pet. de Ancha. in rep. c. canonũ statuta, in j. oppositione, de cõsti. in ardua quæstione. De isto habes etiam elegans & quotidianum exemplum per Ciceronem & Boëtium in Topicis. & per Vlpianum Iuris. in l. Quintus Mutius ij. §. argẽto. ff. de aur. & arg. leg. vbi deciditur, argento omni vxori per testatorem quod suum esset, legato, non deberi argẽtum quod in credito est: & subiungitur ratio, quia non videtur suum esse, quod vindicari non potest. Sic etiam
2 aliud est, beneficium † esse meũ, vel esse mihi debitum, cle. auditor, & ibi not. in gl. in ver. debitum de rescrip. & ergo non idem iuris est in vno, quod in alio: vt habes tex. sing. in c. si tibi absenti, de præb. lib. vj. Vbi patet, quò de beneficio mihi absenti per episcopum collato, non tamen per me acceptato, & sic non meo, sed mihi debito, episcopus disponere potest, si sibi constet, me non velle illud acceptare: sed de beneficio quod est effectum meum per acceptationem, episcopus disponere non potest: quòd est nota dignum. Hinc etiam rectè decidunt Imperatores Diocletianus & Maximianus in d. l. neque natales, hanc consequẽtiam non valere: pater fuit ingenuus, ergo & filius eius est ingenuus: vel hãc, Pater gessit honores solis ingenuis permissos, ergo filius eius est ingenuus: cũ nihil prohibeat patrem

trem esse ingenuum,& filium esse seruũ, ex quo hæc sunt separata, & per consequens de vno ad aliud non fit recta illatio nec bona argumentatio positiuè, vel remotiuè d.l. fi.& l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss. & l.permisceri, in princi.illo eo.tit.& ibi Io.de Imo.no.& l.si maritus j.C.de dona.inter vir.& vxo.& l.Papinianus exuli. ff. de minorib.qui tex.semper ad hoc alleg.Hinc etiã, quotidie dicimus in practica, ꝙ alia ratio reformat pactũ l. interpositas.C. de transact.& non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse,d.l.neque natales,& l.matrem,eo.tit. Nec valet consequentia,quando oppositum consequentis stat cum veritate antecedentis,l.non hoc.C.vndè cog.&.c. in presentia de probatio.& præall.l.neque natales.& l.matrẽ,cũ sim.pro cuius pleniori intelligentia vidẽda sunt ea, quæ dixi suprà in loco à simili, & dicã infrà loco proximo.

LOCVS A CONTRARIIS, aduersis,pugnantibus,seu oppositis.

1 *Contrariorũ eadem est disciplina, cognito enim vno de contrariis cognoscitur & reliquum.*
Contrariorum tamen non est eadem dispositio, imò contrària.num.7.

2 *Priuilegium dignitate non extinguitur dignitate extincta.*

3 *Actore nihil probante, an reus teneatur necessariò subire iuramentum sibi ab actore delatum, vel illud referre.*

4 *Filius non potest cogere patrem nisi in certis specialibus casibus, vt se potestate patria liberet: nec pater potest cogere filiũ naturalem tantum inuitum redigere in suam potestatem.*

8 *Quod operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito.*

9 *Statutum licet caueat, quòd soror non succedat fratri, non tamen videtur disponere quòd frater non succedat sorori.*

10 *Posito vno contrariorum in esse, remouetur reliquum.*

11 *Quod alicui conuenit, id eius contrario non potest conuenire.*

12 *Contraria sunt duplicia.*

13 *Contraria propriè non sunt quæ se compatiuntur in origine & effectu.*

Non incõgruè subnectitur hîc locus à cõtrariis, aduersis, pugnãtibus, seu oppositis. A quo sum ptũ argumentum est probabile, forte, frequens & vtile. Et potest formari dupliciter ad duplicẽ
1 effectum. Vno modo sic. Cõtrariorũ eadem est disciplina & ratio cognito enĩ vno de contrariis, cognoscitur & reliquũ, l. & si contra, in fine. ff. de vulga. & pupilla. & Insti. de his qui sunt sui vel alie. iu. in prin. & ibi Io. Fabri, & Ange. & l. j. ff. eo. ti. & ibi Bal. & Albericus, & bonus tex. in §. illud, & ibi gl. Inst. de societate, & Inst. de tut. in prin. & tex. notabilis in l. penul. & ibi Bald. C. de solutio. cũ similibus: & huius loci meminit Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cler. si enim de minutio non minuit, nec augmentum auget, secundum eum: & allegat d. l. penult. & d. l. & si contra. Eius etiam meminit Dynus in reg. possessor, in principio de regulis iuris lib. vj. Vbi ad declarandum, quis dicatur bonæ fidei possessor, multis mediis declarat, quis sit malæ fidei possessor. Et eo vtitur Apostolus Paulus ad Roma. v. ante finem, & ad Gal. c. v. circa finem, & Vlpianus Iuriscõsultus in l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. empti. & idem Vlpianus in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocã. & Caius iurisconsultus in l. nam quem. ff. de ver. sig. Eo etiã vtitur glo. in rubr. C. de acqui poss. & glo. in rub. ff. de acqui. pos. ad concordandũ d. rub. Eo etiam vtitur gl. ad notabilem effectum in clemen. fin super verbo, repulsiõe, de appellatio. quam not. & valde commendat Franciscus Aretinus in d. rub. ff. de acquirenda poss. quem vide. Isto argumento etiam multipliciter vtitur gl. in quotidiana q. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Hoc argumento etiam vtitur Panorm. in c. fraternitatis, de testibus, ad probãdũ qui dicuntur articuli antiqui: quod est vtile scire, vt videre poteris per doctores in l. per hanc, C. de tempor. appella. & in dicto cap. fraternitatis, & in cle. ij. de test. Eo etiam vtitur Panor. in c. de priore, in ij. not. de appellationibus, ad probandum ꝙ sicut punitur nõ deferens appellationi iustæ, vt ibi, & l. quoniam iudices, C. de appel. Ita etiam puniri debet deferens appellationi friuolæ & iniustæ, c. cũ appellationibus. de appel. li. vj. quia contrariorum eadem est

disci

disciplina, * vt supra. Isto argumento etiam vtitur Henr. Boich. in c. Rainaldus, in fine de testam. ad illum not. effectum, quod sicut fortior est dispositio testatoris dispositione contrahentis in transferendo dominium. Ita etiam sit fortior dispositio testatoris dispositione contrahentis in impediendo ipsam dominij translationem. vt contrariorum eadem sit disciplina. De quo vide ibi latius per eum, & per Cyn. in l. ea lege, C. de cond. ob cau. Isto argumento a contrariis vtitur etiam Ang. in l. non est nouum. ff. de legi. per hoc concludens, quòd si abbas iurauit non infeudare de nouo, poterit nihilominus de feudo ad monasterium reuerso eundem vel alterum inuestire: quia non est nouum sed vetus. per locum a contrariis, secundum eum. Isto argumento etiam vtitur Bal. in consil. clxxiij. Incip. In ciuitate, in iij. par. & idem Bal. in c. j. circa fi. de mut. pet. vbi per hoc cõcludit, quòd si ex forma statuti exceptio nõ potest probari per testes, nec etiam actio vel replicatio, vt ibi per eũ. Eo etiã vtitur Hippo. de Marſ. in sing. cvij. ad probãdũ, quod sicut infamia nõ extinguitur extincta causa infamiæ: Ita etiam nõ extinguitur † priuilegium dignitatis,
2 finita dignitate: cum contrariorum sit eadem disciplina, inferens ex hoc, quòd Iudæus factus Christianus non potest admitti ad testimonium contra Christianum, nec admitti ad officia publica, ea. constituit, cum gloss. xvij. quæst. iiij. nec decurio postquam desiit esse decurio, poterit torqueri, & si torquetur, dicit confessionem factam in tortura nõ valere, quod est memoriæ commendandum. Et de hoc vide per Rom. in sing. cccccclxxvj. in fin. cccccxcij. Isto argumento à contrariis vtitur etiam Paul. de Cast. in pulchra q. in l. vt vim, quam legit sub §. ius gentium. ff. de iusti. & iur. Vbi per hoc dicit, quòd sicut vbi offensa est a iure permissa, ibi defensio est denegata, l. si seruus, in fine, C. de his qui ad ecc.. confu. & l. ij. C. quan. li. vni. sine iud. se vind. Ita econtrario, vbicũque est prohibita offensa, ibi permissa est defensio, d. l. vt vim. cui consonant not. per Bal. in l. fi. C. de exhib. re. vbi sing. dicit, quòd vbicunque licitum est aliquẽ capere, si ille resistat & ex illa resistentia interueniant vulnera,

A D D. * Disciplina. Quod intellige vbi est eadem ratio.

nera, ille qui ibat ad capiendum, non debet puniri: & allegat d.l. si seruus, dicens se id de facto vidisse: & idem firmat ipse Bal. in rep. l. j. C. vnde vi, etiam si talis occidatur recalcitrando ne ducatur ad iudicẽ: per d.l. si seruus. quod memori teneas mente, quia est quotidianum in practica: limita tamen quod dictum est, dummodo interueniat moderamen inculpatæ tutelæ, iuxta ea quæ habentur & notantur in d. l. j. C. vnde vi. Ita sing. dicit Io. de Imo. in repe. l. ex consensu. §. fina. ff. de appe. quod nunquam exeat mentem tuam. Hoc argumento à contrariis vtitur etiam Franciscinus in sing. libel. feudo. parte iij. in versi. xxviij. Quæro in illa pulchra & quotidiana q. An fœmina semel admissa ad successionem feudi, excludatur postea per superuenientiam masculi, quem omnino vide. Isto argu. à contrariis vtitur etiam Ias. in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiu. & idem Ias. in repe. l. admonendi illo eo. tit. in illa
3 subtili & quotidiana quæstione an actore † nihil probante reus teneatur necessariò subire iuramen. sibi ab actore delatum, vel illud referre de quo plenè per eum ibi, & per Panor. in c. fi. de iureiu. & per Hip. de Marsi. in sing. lxxxiij. ad quos recurre. Hoc arg. à contrariis etiam vtitur Bart. in pulchra q. in l. j. C. de iur. emphyt. Hoc argumento à contrariis vtuntur etiam Card. & Ioan. de Imo. in cap. relatum j. de testam. vbi per hoc dicunt, quòd sicut ad validitatem legati ad pias causas sufficiunt duo testes d. c. relatum. Ita etiam ad reuocationem legati pij sufficiũt duo testes quia contrariorum eadem est disciplina: & nihil est tam naturale, quàm eodem genere quodque dissoluere quo ligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris, & cap. j. eod. titu. in antiq. & hoc dictũ refert & sequitur Alex. de Imo. in d. rub. ff. de acqui. poss. Hinc etiam est, quòd tot testes requiruntur ad probandum pœnitentiam, errorem, obliuionẽ: quot requiruntur ad probandum, ipsum testamentum, Ita nota. dicit Bal. in l. fin. in versic. & scias, C. de fideicom per gloss. quam reputat singu. in l. cum proponebatur, in glo. fi. ff. de leg. ij. Et sequitur Alex. in d. rubr. Hinc etiam dicit idem Bal. in præal. l. fi. circa finem, quòd sicut in casu illius l. hæres rogatus restituere fideicommissum negans fideicommissum fore relictum, cogitur iurare vel soluere, nec auditur volens se tueri ex minus solenni voluntate: ita etiam

reuo

reuocatio legati poteſt probari per delationem iuramenti fiendam legatario qui prius negauit legatum reuocatū, quia contrariorum eadem eſt lex & diſciplina. Et ex hoc infert, ꝙ ſi ſtatuto caueatur, quòd legatum poteſt probari per duos teſtes, etiam reuocatio legati poterit probari per duos teſtes, per d.l. cum proponebatur, cum ſua gloſ. quod
4 not. Hine etiam eſt, quòd ſicut † filius non poteſt compellere patrem, ſe de ſua poteſtate patria dimittere, niſi in certis ſpecialibus caſibus, vt habetur & not. in §. fi. Inſti. quib. mod. ius pa. poteſt. ſolu. & in l. ſi lenones, C. de epiſc. audi. ita etiam è contrario, vt cōtrariorum eadem ſit diſciplina, pater non poteſt filium naturalem tantum inuitum redigere in ſuam poteſtatem, procurando eum per reſcriptum principis legitimari: vt eſt text. vbi vtrumque probatur in §. generaliter, in Auth. quib. modis. na. effi. ſui. Hoc vltimū tamen limitatur ſingulariter verum, niſi filius occultaret matrem ſuam, ne pater eam duceret in vxorem: quia tunc poterit filius etiam inuitus per reſcriptum principis legitimari, vt eſt tex. in §. ſit igitur, in Auth. qui. mod. natu. effi. leg. quem vnicum & ſingularē reputat Roma. ſing. cccxx. poſt Angel. illic per eum relatum: quod tene menti. Hinc
5 etiam eſt, quòd ſicut vaſallus † non debet copulare amicitiam cum inimicis domini ſui: & ſi contrarium fecerit, poteſt priuari feudo: vt eſt glo. not. in l. liberi, & ibi hoc firmant Bal. Salic. Iaſon, & doct. C. de inoffi. teſt. & bona gl. in l. j. §. cum patronus. ff. de offi. præfe. vrb. Ita etiam non debet habere inimicitias cum amicis domini ſui, vel offendere amicum domini ſui: quia contrariorum eadem eſt diſciplina. Ex quo ſequitur, quòd vaſallus offendens dominum domini ſui, & ſic amicum domini ſui, poteſt priuari feudo: de quo eſt text. notabilis in cap. Imperialem. §. illud quoque, & ibi Bal. Iacob. Aluaro. & docto. notant, de prohi. feud. alien. per Fede. in vſib. feud. Hinc etiam eſt, ꝙ ſicut ſtatutum non poteſt habilitare forenſem in territorio ſtatuentium aliquid facientem, vt cōcludunt Bart. Bal. Iaſon, & doct. in l. cunctos, C. de ſum. trinit. & fi. vbi dicunt quòd licet per ſtatutum huius oppidi permittatur filiisfamiliàs teſtari, tamen forenſes filiifamiliàs huc venientes non poterunt hic validè teſtari: Ita etiam ſtatutum non poteſt inhabilitare forenſes in territorio ſtatuentium aliquid

quid facientes, quia contrariorum eadem est regula & disciplina, secundum Bart. Bal. Iasonem, & alios in d.l. cũctos vnde si statuto huius oppidi minor xxv. annis non possit condere testamentum vel facere codicillos, tamen forensis maior quatuordecim annis hic condens testamentum secundũ ius commune, ritè dicetur testamentũ condidisse. Et si per statutũ huius oppidi maritus non possit relinquere vxori: forensis tamen hic existens validè relinquet vxori. & idem in similibus: quod nota, quia est quotidianũ, & facit ad multa. Hinc etiam est, ꝙ sicut tempus nõ tollit obligationẽ ipso iure, l. obligationũ ferè §. placet. ff. de actio. & oblig. Ita nec inducit obligationem, l. si certis annis, C. de pactis, quia contrariorum eadẽ est disciplina, de quo per doct. in d.l. si certis annis, & in l. cum de in re verso, vbi pulchrè per Bar. Bal. & Sali. ff. de vsuris, & per glo. & canon. in c. peruenit de censib. & in c. querelam de electio. Hinc etiam est, ꝙ apud quem est onus seu periculum, apud eundem debet esse lucrum, & econtra, regula, Qui sentit, & regula, Rationi congruit, & vtrobique Dy. de reg. iur. libr. vj. l. vnica. §. pro secundo, C. de cad. tol. & §. cum autem, Instit. de empti. & vendi. cum simi. Hinc ẽt est, ꝙ testis dicẽs delictum fuisse cõmissum de nocte, & interrogatus qualiter est facta dies, dicat nescio, non probat delictũ esse cõmissum de nocte: & idem si testis dicat, quòd Titi⁹ est malæ famæ, & interrogatus quid intelligit per bonã famã, dicat nescio, non probat, contraria enim cõtrariis probantur: vt albũ per nigrũ. & optima est probatio quæ fit per suũ cõtrariũ, vt est tex. iuncta gl. in c. sciẽdum, viij. q. j. nã teste Aristo. ij. de cœlo, & mundo, opposita iuxta se posita magis elucescunt: sic ẽt cõtraria contrariis curantur. c. j. de pœniten. dis. ij. & c. a. legimus de consecra. dis. v. de quo per Bald. in d.l. j. ff. de his qui sui vel alie. iur. & per Bal. in l. eam quã C. de fideic. vbi hoc argumento à contrariis vtitur, & multa bona dicit. Adferunt enim † contraria seu pugnantia,
6 maguo Erasmo teste, lumen orationi, & vt Græci dicunt ἐνάργειαν id est, perspicuitatem seu euidentiam. Nullus eũ clarius perspicit belli mala, nisi calamitatem, nisi qui eam cum pacis cõmodis confert, l. vnica in prin. C. de cad. tol. & si nouerimus, quantum mali secum ferat iniustitia, quãtum boni secum ferat iustitia, nosse poterimus, & sic de similib.

milib Hinc etiam est, quòd habitus facit cognoscere priuationem, & econtra: vt est text. in l. manumissiones: & ibi Bal. ff. de iust & iu. & tex. Insti. de liber. in princ. & ibi Ang. notat. Vnde quando contractus est bonæ fidei, tunc ẽt eiꝰ distractus seu liberatio ab eo contractu est bonæ fidei. text' est nota. in l. ab emptione, & ibi Barto. Ang. & doct. id not. ff. de pa. & bon' tex. in l. j. C. quan. li. ab emp. disc. & ibi Bal. & Pau. de Cast. qui dicunt, quòd vbi habitus est bonæ, fidei, similiter eius priuatio, quod est valde vtile, vt ibi videre poteris per eos, & per Iasonem in d. l. ab emptione Contrariorum enim eadẽ est regula, & disciplina, iurib. præal. Isto argumento à cõtrariis vtitur etiam Bal. in c. ex literis de offi. del eg. & idem Bal. in rep. l. Æmilius. ff. de minor. & Zasius in declarat. l. quod Nerua. ff. deposi. & idem Zasius in declarat. l. de pupillo. §. si plurium ij. ff. de no. ope. nunc. & Salice. in Auth. si quas ruinas, in fine. C. de sacrosan. eccl. & doct. in plurib' aliis locis, quos commemorare esse infinitum, & magis laboriosum, quam subtile, quare omitto. Circa prædicta tamen volo te scire, quòd licet contrariorum eadem sit disciplina, id est, doctrina vel notitia, iuribus supra allegatis, contrariorum tamen † non est eadem
7 dispositio, imò contraria: nam contrariorum contrarij sunt effectus, & contraria ratio, l. qui accusare. ff. de accusa. sicut separatorum separata est ratio, & ius & l. fi. ff. de calũ. Ita nota. dicit Bal. in pulchra quæ. in l. Imperator, in prima lectura, ff. de statu. hom. & idem Bal. in l. cum mulier, ff. sol. mat. vbi dicit, quòd sicut se habet causa ad effectum in productione: sic se habet destructio causæ ad destructionem effectus. quia par est potentia contrariorum, d. l. ab emptione in fine, & l. fi. §. fin. ff. de leg. iij. & hinc quotidie dici-
8 m' in practica, quod † operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito, d. l. fin. in fin. & §. plus autem, & ibi Angel. & Iason not. Institu. de actio. cum simil. Hoc tamen intellige verum, quando non est per omnia par ratio in vtroque contrariorum: vel quando datur inhabilitas personæ: vt in d. l. fin. §. fi. & in d. l. qui accusare, & in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. & in §. fi. Insti. de legiti. Patro. tute. cũ similib. aliàs autem nedũ eadem est disciplina, id est, notitia cõtrariorum: sed etiam eadem dispositio, vt in d. regul. qui sentit, in d. l. & si contra in

tra,in d.§.cùm autem,& in d.l.pen.cum similibus : intelligendo tamen, quando de quolibet contrariorum respondetur affirmando, vel de quolibet negando : secus si de vno affirmando & de alio negando. Ita notab.declarat Dyn. quem omnino vide in d.reg. Qui sentit, & ibi Io. Andr. in Merc.& est de mente Bar.in d.l.inter stipulantē.§. sacrā,& de mente Paul.de Castr.in l.qui proprio.§.procurator. ff. de procu.& de mente Bal.in l.non nudis, in fi. C. de prob. & de mente Cy.in d.l. j. §.pro secundo, in vij. oppo. & de mente Io.Fabri & Ange.d.tit. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iuris,in prin.& faciunt notata per per gl.in d.reg.qui sentit, & nota per glo.in l.secundum naturam.ff.de reg.iu. & not.singu.per Archi.in c.cum renunciatur.xxxij. q.j. Et hinc singulariter dicunt Bal.& Pau.de Cast.in l.Lege duo decim tabularum, C. de legiti. hæredib. quòd si statuto
9 caueatur,quòd soror ✝ non succedat fratri, non tamen in casu contrario videtur statutum disponere, quòd frater non succedat sorori: quia non est par ratio, sed cōtraria,conseruandæ scilicet agnationis: & illam decisionem sequitur Pet. de Ancha. in repet. c. Canonum statuta in xiiij.q.princi.in versi.vlterius pono,de constit,& Alexan. de Imo.in d.§.sacram,& Iason in l.fi.C. de indicta vid. Sic etiam statutum excludens sororem à successione fratris, extante alio fratre,non excludit sororem à successione sororis extante alio fratre:vt sing. decidit Pau.de Cast.in cō silio cccxl.incip.hęreditas prędicta Hinc etiam magistraliter dicit Franc.in d.suo singu.libel.feudorum, parte j.q. viij. in versic. sed hic cadit pulchra & quotidiana dubitatio,quòd licet feudo nouo concesso alicui cum clausula, vt habeatur,& possideatur per eum iure feudi antiqui,censeatur per hoc recipere naturam feudi antiqui,præsupposita potestate concedentis:tamen aliud est,si feudum antiquum cōcedatur cum clausula,vt habeatur iure feudi noui,cum alia & diuersa sit ratio,vt ibi per eum: & sic nō habet locum d. regula Contrariorum eadem est disciplina: quem omnino vide.Et hinc rectè dicit glo.in cle.j. in verbo,obseruare,de sen.excom. ꝙ contrariorum non est eadem disciplina,vbi mens & verba resistunt, & ad idem ten dit gl.sing.in extrauag.suscepti.in verbo,aliis ecclesiæ one ribus,de elect.cum dicit,ꝙ dicta regula,qui sentit, procedit,

dit, nisi ex dispositione iuris vel hominis, alius ad supportandum onera sit astrictus, & idem vult Bald. in l. si præses, in principio, C. quomodo & quan. iud. & idem Bald. in d. l. non nudis, in fi. quod memori teneas mente, quia per præmissa reducuntur ad concordiam multa iura diuersimodè loquentia, quorum aliqua dicunt, contrariorum eandem esse disciplinam, vt iura in prin. allegata: alia dicunt, cōtrariorum eandem esse dispositionem, vt d. l. pen. & præall. §. illud, & l. fi. C. de fructi. & li. expē. alia dicunt, contrariorū contrariam esse dispositionem, vt dicta l. fi. §. fi. cum simili. Alia autem dicunt, quòd contrariorum contraria est ratio vt d. l. fi ff. de calumni. cum simi. Sed concordantur modo prædicto. Hoc autem volo te non ignorare, nullum cōtrarium esse sine cōtrario altero, vt bene declarat Chry. apud Gellium lib. vj. c. j. vbi vide. Secundo argumentum ex hoc
10 loco formatur aliter, sic. Posito † vno contrariorum in esse, remouetur reliquum: tex est no. in l. si inter me & te ff. de exce. rei iud. & in l. Pomponi⁹. §. sed & is, in fi. ff. de procurato. & pulcher tex. in l. hæc verba ille aut ille, circa princip. ibi, aut dies aut nox est. ff. de verbo. signi. cum simi. Ista enim duo sunt contraria, scilicet, quòd vna & eadem res sit mea insolidum, & etiam tua insolidum: quia duo non possunt esse domini eiusdem rei insolidum: nec duo possunt eādem rem insolidum possidere, l. si vt certo. §. si duobus cum ibi sing. no. ff. commo. & l. iij. §. ex contrario, cum ibi no. ff. de acqui. pos. Si ergo ponitur vnum, scilicet, quòd res sit mea, sequitur destructio alterius contrarij, scilicet, quòd sit tua: quia non potest esse mea & tua insolidum, vt dixi. Et ergo si per sententiam pronuncietur, quòd res sit mea, censetur tacitè pronunciatum, ꝙ non sit tua, d. l. si inter me & te, & præalle. l. Pomponius. §. sed & is, in fine. Vel
11 potest formari ad idem, sic. Quod alicui † conuenit, id eius contrario non potest conuenire: & habes exemplum quotidianum per Ciceronem & Boëtium in Topicis, vir legauit vxori vsumfructum bonorum suorum, is habebat vinū oleum, & alia quæ vsu consumuntur: quæritur an illa debeantur vxori. & decidunt, ꝙ non: quia vsusfructus vxori relictus est, nō abusus: in istis aūt quæ vsu cōsumuntur nō cōsistit propriè vsusfructus, sed potius abusus, ergo & cæt. & ꝓ hac decisione optimè facit §. cōstituitur, Insti. de vsu-

 fructu.

fructu,& l.j.ij.iij.iiij.& v.ff.de vsu.ear.rer.quę vsu cõsu.q̃ď tene menti.Iste arguẽdi modus ẽt facit pro decisione illi⁹ q.quotidianæ,an delictum cõmissum in aurora,cum alter ab altero discerni potest, ante tamen ortum solis,dicatur cõmissum de nocte vel in die:quod expedit scire propter statuta diuersorum locorum,quæ grauiùs puniunt delicta perpetrata de nocte quã in die,in qua q.multi multa dixerunt.Et quia materia est longa,remitto te ad no.per Pan.& alios cano.in c si perfodiẽs,de homi.& ad no.per Bar.in l. aut facta.§.tempus.ff.de pœnis,& ad not.pleniùs per eundem Bar.& Rom.in l.j.§.hoc aũt.ff.ad Sil.& ad no. per Bal. ĩ l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& post. vbi pro decisione huius q. videtur casus secundum eum,qui illic notat:ꝙ id q̃ď fit de mane in aurora, dicitur fieri de die: & idem est de mente Ang.in l.j.C.de custo.reo.per d.l.Titius, vbi recurre.Sic ẽt illud quod fit de sero, dicitur fieri de die, & non de nocte:quando agitur de pœna imponenda, vt singulariter decidit Gandinus in tractatu malefi.in ti.de pœ. reo. in ver.præterea pone contineri in statuto &c. & Alberi.de Rosa in ij.parte statutorũ q.xix.quod nota,quia potest frequenter contingere.Hoc autem volo te scire, ꝙ quædam
12 non sunt propriè & immediatè cõtraria,sed potius subdisiunctiua primi generis: quorũ natura est,mediũ admittere,d.l.hæc verba ille aut ille,§.subdisiunctiuorum: & in his,licet ad positionem vnius cõtrariorum sequatur remotio seu destructio alterius:tñ ad destructionem vnius non sequitur positio alterius,d.l.si inter me & te,& ibi Pau. de Castr.no.licet videat̃ fundamẽtaliter nõ intellexisse,vt ex infrà dicẽdis patebit. Vnde si in his destruitur vnũ cõtrariorum,quia s.per sententiam pronunciatur, rem non esse meam:per hoc non sequitur positio alterius contrariorũ, scilicet quòd est tua,nec hoc censetur tacite pronunciatũ, d.l.si inter me & te,in fi,quia potest esse tertij:& sic opposi tum cõsequentis stat cum veritate antecedentis. nec probat hoc esse,quod ab hoc cõtingit abesse,l.neque natales. C.de proba.cũ simi.suprà loco ꝓximo adductis.Sic ẽt nõ sequitur istud nõ esse albũ,ergo est nigrũ:quia potest esse glaucũ vel rubeũ.Nec etiã sequitur,Titius nõ sedet, ergo nõ ambulat:quia põt accũbere,seu iacere,d.l.hęc verba ille aut illę.§. subdisiunctiuorũ.& volũt Cicero & Boëti⁹ in Top.

Top.nec etiã ſequitur,non eſt prædo, ergo eſt bonæ fidei
poſſeſſor.,vt eſt glo.no.in l.ſed & ſi leg.§.ſcire,& ibi Paul.
de Caſt.ff.de petit.hære.ſic ẽt inter velle & nolle reperitur
medium non velle,vt eſt gl.no.in l.j.§.ſcientiã.ff.de tribu.
quam gl.declarat Bal.in l.verbũ,C.de fideic.& Bar.in l.iam
dubitari.ff.de hæ.inſti.& Inn.Io.An.Car.Pan.& doct. in c.
prudentiam.§.ſexta.de offi.dele.& faciũr no.per gl.in c. in
ſcripturis,in verbo plenè,viij.q.j.Quædam autẽ ſunt pro-
priè & immediatè cõtraria,aduerſa,pugnãtia, ſeu oppoſi-
ta,nec mediũ admittunt:& in his procedit hęc argumẽta-
tio à contrarijs ita bene negatiuè ſicut affirmatiuè.Exẽpla
horũ ſi petas,collige ex infrà dicendis. Eſſe ſui iuris, eſſe
alieno iuri ſubiectũ,eſſe obligatũ,eſſe liberatũ, eſſe viuũ,
eſſe mortuũ,eſſe liberum,eſſe ſeruũ.& ſic de infinitis alijs
in his enim neceſſe eſt vt ſi vnum eorum negetur, alterũ
affirmetur:& econtra,ſi vnũ eorum affirmetur,alterum ne
getur.pro quo faciunt ea,quæ habentur & notãtur per gl.
Domini.Præpo.& alios in c.hoſpitiolum,xxxij.diſt.vbi re
peries bonã diſtinctionem,in illo articulo, An vno cõtra-
riorum exiſtente bono,reliquum ſit malum,& econtra:&
notata per Archi.in d.c.cum renuntiatur,& iſtud ni fallor
voluit Bal.poſt Iac.in l.ſi maritus,j.C.de do.inter virum &
vxo.vbi dicit,ꝙ quædam ſunt ſeparata ita quod cõtrariat
& tunc per vnũ non infertur ad aliud per eſſentiã,ſed be-
ne per excluſionem l.ſed & ſi pupillus.§.ſi inſtitoria,& ibi
gl.ff.de inſtitoria. Quædam autem ſunt diuerſa ita ꝙ non
contraria:& iſta ſe nullo modo habent inferre, ideſt, nec
eſſentialiter nec excluſiuè,ſecundum eum.Et his poſſum'
dare ꝓpriam ſedem ſeu locum à ſeparatis,differentib. ſeu
diuerſis:de quo dixi obiter ſuprà loco ꝓximo. Et hinc di-
xit nota.Bal.in l.vnica,in viij.no.& ix.oppoſi. C.ſi ſer.ext.
emi ſe man.quòd illa propriè dicuntur contraria, quorũ
13 finis eſt contrarius & incompaſſibilis:illa autem † quæ ſe
compatiuntur in origine & effectu,non ſunt propriè con-
traria.quibus adde magiſtralem doctrinam Bal.in l.j.C.de
diuer.reſcrip.vbi pulchrè per eum de natura cõnexorum,
ſeparatorum,& contrariorum, quorum fines ſunt diuerſi
vt ibi per eum.Et ex iſto reſultat aliud, videlicet quòd li-
cet copula velit cadere inter diuerſa, vt eſt gloſſ.in rubri-
ca.ff.de iur.& facti igno.& ibi Bart.& bona glo.in c.quere-

lam,& ibi Panor.de simo.tamen nō vult cadere inter contraria seu incompassibilia,& si ponatur inter contraria,resoluitur in disiunctiuam.tex.est no.in l. si Titio fundus. ff. de vsuf.lega.Et ibi hoc inducitur per Bar. ad multas quotidianas quæstiones ad quē remisisse sufficiat Et vide q̃d dicam infrà,in loco à natura copulæ.Postremò volo te scire & memoriæ cōmendare,ꝙ licet vno contrariorum posito in esse remoueatur reliquum:iuribus suprà allega.tamē vno contrariorū posito in potentia,nō remouetur potentia contrarij:quia eadem potentia potest se habere ad duo contraria,tex.est notabilis in l.j.C.de furtis, quam ad hoc notat Bal.in d.l.conuenticula. Quæ omnia cōmenda memoriæ tanquam pulchra, singularia, vtilia, & quotidiana.

¶LOCVS A CORRELATIUIS.

1 *Correlatiuum quid sit,& vnde dicatur.*
2 *Posito vno correlatiuorum,ponitur & reliquum.*
3 *Statutum vel dispositum in vno ex correlatiuis,videtur etiam statutum seu dispositum in alio.*
4 *Vno correlatiuorum destructo,destruitur & reliquum.*
Ad remotionem vnius correlatiuorum sequitur remotio alterius.
5 *Petitorium & possessorium sunt correlatiua.*
6 *Pater & filius,patronus & libertus,sunt correlatiua.*
7 *Lex correctoria vel pœnalis in vno correlatiuorum verificatur in alio.& nu.9.*
8 *Correlatiuorum idem iudicium & disciplina.10.*
11 *Dominus & vasallus sunt correlatiua & iudicantur à pari.*
12 *Assasini qui dicantur.*

OPportune nunc se offert locus à correlatiuis. Cuius meminit Bal.in l.cōuenticula,C.de episc.& cle.& doc.sępe alibi,A quo sumptum argumentū est probabile,forte,vtile, & multum fre-

tum frequens,& procedit cõstructiuè & destructiuè, quia in correlatiuis ex natura relationis,quæ requirit duo extrema in actu,necesse est,q́ aut vtrunque sit verum, aut vtrunque falsum secundũ Bald in d.l.conuenticula. Correlatiuum enim † nihil aliud est,quàm duorum vel plurium ad inuicem mutua relatio ; vel duorum aut plurium vltro citroque repræsentatiuum. Cõponitur enim correlatiuũ ex dictione con , quæ exponitur pro simul, & hoc vocabulo relatiuum:& per consequens etymologia huius vocabuli Correlatiuum,importat idem,quod simul relatiuum, argumento l.Labeo.§.contractum.ff.de verb.sig.& l.reos, in prin.ff.de duob..reis.Et dixi notanter,duorum vel plurium,ad denotandum, quòd correlatiuum ad minus constat ex duobus:sicut suprà loco proximo dixi de cõtrario.

2 Formatur autem cõstructiuè sic.Posito vno † correlatiuorum , ponitur & reliquum.glo.est not.in cle.vnica, in verbo æternaliter,de summa Trini.& fi.catho. Vt si pater est, filius est:si maritus est,vxor est:si venditor est,emptor est: si locator est,conductor est:si actor est,reus est: si mandãs est,mandatarius est,si seruus est,dominus est : si patronus est,libertus est,& sic de similibus. Vel potest formari aliter

3 constructiuè sic.Statutum † seu dispositum in vno ex correlatiuis,videtur etiam statutũ seu dispositum in alio tex. est notabilis in l.fin.C.de indic.viduita.& in l.fina.ff.de accep.& in l.j.C.de cupre.lib.xj.cum simil. Destructiuè autẽ

4 formatur sic. Vno † correlatiuorum destructo , destruitur & reliquum : vel sic. Ad remotionem vnius correlatiuorũ, sequitur remotio alterius.tex.est no.in d.l.fi.ff.de accepti. quam ad hoc notant Bal.in Auth.si quas ruinas,C.de sacr. eccle.& tex.in d.l.j.& ibi Bar.& Io.de Platea notat, & pulcher tex.in d.l.fi.C.de indi.vid.quam ad hoc notat Bald.in Auth.quas actiones.C.de sac. eccl.& idem Bald.in l nemo martyres, Quod vt euidentius appareat,aliquot adducam exempla quotidiana, Et in primis hinc est, quòd vbi non est reperire petitorium, ibi etiam non est reperire posses-

5 sorium,quia † possessorium & petitorium sunt correlatiua & per hoc deciditur quæstio illa quotidiana: Aliquis pluribus annis soluit mihi par caponum vel duos ducatos, modò recusat soluere; an mihi competat possessorium, & sic interdictum , & certè non. De qua quæstione vide

plenè per Cynnum in l.si certis annis, circa fi. C.de pact. & p Bart.in l.fi.per illũ tex.ff.quo.bo.& per Panor. & can. in c.peruenit.de censib.& in c.querelã,de elect. & per Bal. in l.iubemus nulli,in prin.C.de sacrosanct.eccle.& per eũ dem Bal.in l.hac edictali.§.his illud,in principio. C.de secun.nup.& per Franciscinum in suo singulari libel. feud. parte j.q.vj. Hinc etiã est, ꝙ sicut pater conuentus à filio emancipato habet priuilegium, ne teneatur vltrà q̃ facere potest.Et similiter patronus si conueniatur à liberto, l. sunt qui in id.in fi.cũ l.seq.ff.de re iud.ita etiam econtra, si filius emãcipatus cõueniatur à patre, vel libertus à patro-
6 no:cũ pater † & filius, patron⁹ & libertus, sint correlatiua, & eadẽ sit ratio hincinde: cùm quilibet horũ teneatur alterum egentẽ alimentare, l.si quis à liberis.§.si vel parẽs,& l.alimẽta.ff.de lib.agno.& priuilegiũ debeat esse reciprocũ, l.j.ff.quod quis.iu.& ita notabiliter determinant Ioan. Fabri, Ang.Ias.& doct.in §.sed & si quis, Insti.de actio.Itẽ per hunc arguendi modum ex natura correlatiuorum dixit Iacobus Butri.quòd sicut filius ex filio repręsentat personã patris,& succedit vnà cũ patruo in hæreditate aui defuncti.§.cùm filius, Instit.hæredi. quæ ab intest. deferuntur, cum simi.ita etiam auus repræsentat personam filij sui defuncti,& succedit nepoti vnà cum matre defuncti, secũ dum eum sed contrarium decidit gloss. & post eam Bal.in Authen.defuncto, in principio, C. ad Tertul. & sequitur Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionis ab intest. in secunda parte principali, assignans rationem diuersitatis,& quod fortius est, dicit hoc procedere in bonis vnde cunque quæsitis, quod tene menti. Hinc etiam est, quòd
7 lex † noua corrigens in vno correlatiuorum, puta in vxore, intelligit etiã corrigere in alio,& sic in marito.text. est not.in præall.l.fin.C.de indicta viduita.& ibi hoc not.Bar. Ange.Ias.& doct.volunt.Bal.Pau.de Ca.& doct.in d. Auth. quas actiões.& Petrus de Anch.in repetitiõe c.canonũ.in vj.quęst.principali de constit.& Ioã. Baptista in repetitione l.omnes populi, in ix.fallen.ff.de iusti.& iure.Hinc etiã videmus, quòd lex corrigens in actore extenditur, vt etiã corrigat in reo, vt est gl.in l.per interuallũ. ff. de iudiciis, & gl.in Auth.qui semel, in verbo, ꝑ interualla xxx. dierũ, & ibi Sali.& doct.C. quo.& quando iudex. præmissa tamẽ

in

intellige vera, quando eadem est ratio in vtroque correla
8 tiuorum. Tunc enim † dispositum in vno ex correlatiuis videtur etiam dispositum in alio, iuribus preal. aliàs secùs. tex. est notabilis in l. curatorem, cum ibi notatis per glos. Cy. & doct. C. de interdicto matri. & in l. fin. & ibi Sali. not. C. de rescin. vẽd. & habetur pulchrè per Iasonem in l. trãsigere, Cod. de trans. & per eundem in d. l. fin. C. de indict. vidui. & hinc sing. dixit Benedictus de benedictis, in consilio j. quòd licet dispensatum sit cum filio spurio, vt possit succedere parentibus suis, tamen vigore huiusmodi dispẽsationis, nõ poterunt parẽtes succedere filio spurio: q̃a nõ est eadem ratio dispensandi cum parentibus sicut cũ filio spurio: cũ ipsi parentes deliquerint, & nõ ipsi filij, c. nasci, in princip. lvj. dist. propter q̃d nõ ita facilè princeps cũ parẽtibus verisimiliter dispẽsasset. Vñ, cùm non sit eadẽ ratio, dispositũ in vno ex correlatiuis, nõ habebit locum in alio, d. l. curatorem, cũ ibi not. maximè per Cy. Hinc etiam est, quòd licet familiaris domestic', vel seruitor, nõ posset produci in testem pro domino, l. etiã, C. de testi. ecõtrà tamen dominus pro familiari domestico vel seruitore bene põt esse testis ita singulariter dicit Sali. in d. l. etiã, & ratio diuersitatis est, quia primo casu producens põt imperare p̃ducto in testẽ: secũdo nõ: & idẽ in similibus casibus dici potest, quod nota. & his cõsonãt notata in additione decisionis iiij. Capellæ Tolosanæ, vbi plenè tractatur materia,
9 d. l. etiam. & quẽadmodum lex noua † correctoria loquẽs in vno ex correlatiuis, extenditur ad reliquum, vt suprà dixi: ita etiam lex pœnalis loquẽs in vno correlatiuorũ dũtaxat, verificatur in alio, & fit extensio de vno ad aliud, q̃ñ eadẽ ratio militat in vtroq; correlatiuorũ, licet solùm de altero correlatiuorũ fiat mentio in constitutione vel lege pœnali. ita not. vult Bar. in præall. l. fina. per illum tex. ff. de accepti. & idem Bart. Ang. Ias. & doct. in d. l. fina. per illum tex. C. de indicta viduita. & idem Bart. & Io. de Platea, in d. l. j. & Bart. & Paul. de Cast. in l. cũ lex. ff. de fideiu. & Ang. In sti. de succes. quę fie. per bo. vend. in prin. & Bal. in d. l. nemo martyres. & idem Bal. in l. j. in prin. C. de com. ser. manum. & Salice. in l. iij. C. quæ res vend. non poss. & Fabianus, de monte sancti Fauini in libello contractuum, in ij. quęst. principali, circa finẽ, & Panor. in procemio Decretaliũ, in

quibus locis præfati docto.dicunt,ꝙ statutũ puniens ven-
ditoré,punit etiam emptorem propter correlationem, q̃ ñ
eadem subest ratio in vtroque:licet in statuto de emptore
nulla fiat mentio.& consuluit Bar.vt ipsemet refert in d.l.
fi.C.de ind.vid.& est communis opinio Legist.vt dicit Pa-
10 nor.in c quia clerici,de iure patro.In correlatiuis † enim
idem est iudiciũ,& eadem disciplina,vt quod statuitur in
vno,intelligatur statutũ & in alio, iuribus præall.& l.si cũ
dies.§.penul.ff.de arb.& l.veteres.ff.de act.emp.& l.cùm
emptor.ff.de resciud.vendi. Et regula correlatiuorum est
regula parium,secundum Bald.in l.cum te in Gallia, C. si
certum pet.De hoc tamen articulo vide plenius per Domi.
& Philippum Francum in c.j.de temp.ord. li. vj. & per Pa-
nor.in c j.de locato, & per Iasonem qui magistraliter lo-
quitur in d.l.fina.C.de indicta vid.& per Fabianum loco
prædicto,& magistraliter per Hyppolitum de Marsiliis in
pulchra quæstione in l.si quis viduam.ff.de quæstionibus.
Hinc etiam est,quòd sicut propter delictum vasalli cõmis-
sum in dominũ,vasallus priuatur feudo, & vtile dominiũ
vasalli consolidatur cũ proprietate domini:vt est casus in
§.denique,in tit.quæ fuit prima cau.benefi.amitté.in vsib.
feu.ita etiam propter delictum domini commissum in va-
sallum,dominus priuabitur directo dominio,& illud cõso
lidabitur cũ vtili dominio ipsius vasalli:ita dicit tex.in c.j.
§.domino committente,si de feud. fuerit controu. in vsib.
feudorum:& ibi Aluaro.not.& text.in c.vnico,qual.domi-
nus proprietate pri.& est gl expressa in c.j.§.itẽ qui domi-
11 no,in d.tit.q̃ fuit prima cau.bene.ami. Dominus eñ † &
vasallus sunt correlatiua,& iudicãtur à pari,vt est tex.pul-
cher iũcta gl.in ti.de forma fideli.in fi.& ibi Bal.Aluaro.&
doct.istud notãt, & valde exclamãt: Et ita tẽpore nostro
practicari vidimus ĩ rege Frãciç quoad comitatũ Flãdrie,
& Arthesiј:quod cõmenda memoriæ.Hinc etiã est,ꝙ sicut
vasallus committendo feloniam,vt vocant, vel infidelita-
tem aduersus dominũ,potest deficiente probatione ꝑ do-
minũ ꝓuocari ad pugnã personaliter,nec admittitur ꝑ cã
pioné secundum legẽ longobardorum:ita eadem ratione,
præsupposita dicta lege longobardorũ & eius vigore,pote
rit dominus feloniam cõmittẽs cõtra suũ vasallũ, puta cũ
cucurbitãdo,vt loquũtur,vel simile quid faciendo,ꝓuoca

ri ad pugnã seu duellũ personaliter, nec admittetur volẽs dare campionem, nisi in casibus per dictã legem exceptis: te x. est iuncta sua singulari gl, in c. non est consuetudo, in ti. de alie. feudi pa. in vsib. feud. & ibi hoc not. Aluaro. & doct. vbi recurre. Hinc etiã dixi aliàs in q. de facto occurrente. ꝙ licet c. pro humani, de hom. lib. vj. grauiter puniẽs mandantes hominem Christianum occidi per assasinos, sit pœnale & exorbitãs: & non imponat pœnam assasinis seu mandatariis, tale turpe mandatũ pro pecunia suscipientibus, sed dũtaxat mãdantibus & fieri procurãtibus, debeat etiã quoad pœnã sibi locum vendicare in huiusmodi assasinis seu mandatariis, propter naturam correlatiuorũ: ita quod prohibitum in vno censeatur etiã prohibitũ in alio, iurib. præall. quod si est verum, sequitur ꝙ cum tales sint à toto populo christiano perpetuò diffidati, vt habetur in d. c. pro humani, edito in concilio generali, poterũt impunè etiã per priuatũ occidi: & occidens, si de hoc accusetur & eos tales fuisse probauerit, absolui debet. sicut in simili dicit Barto. de bannito, quem impunè licet offendere in d. l. omnes populi, & hoc pro indubitato quoad mãdantes tenet Dominicus in d. c. pro humani, circa finem post Ang. de Perusio in consilio xiiij. Imo plus dicit ibi Domi. videlicet, quòd clericus tale crimen committens posset per iudicem secularem puniri, absque alia degradatione, vt ibi latiùs per eum, sed quod idem sit in ipsis mandatariis seu assasinis, nullibi apertè legi, nisi quòd Ang. in d. cõsil. xiiij. hoc videtur tacitè sentire, non separando assasinos à mãdatoribus quoad pœnam dict. cap. pro humani: sed eos simul miscendo cũ tamen in casu in quo ipse consuluit grauius punierit assasinos quàm mandatores: & idem sentit Bartolus in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniuriis, & Salicetus in repetitione l. non ideo minùs, in fine Cod. de accusatio. Et ita ego, saluo meliori iudicio, putarem in practica obseruandum propter naturam correlatiuorum & exorbitantiam criminis, maximè in hac prouincia, vbi quamplures pro obtinenda pecunia & gratia magnatum, ad talia perpetranda pronissimi sunt: licet si per quàm durum, & licet sciam cõtrarium sentire Franciscum de Aretio subtilitatum principem, in suo eleganti consilio clxv. Sed homicida maximè sic qualificatus qđ fecit semper ex

pectet, l. iij. C. de epiſ. audi. & nihil iuſtius, quàm necis artificem arte perire ſua, multiſque graſſantibus opus eſt exēplo, l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis. De his aũt aſſaſinis q̃ homines occidunt pro pecunia, vide aliquid per Bar. in l. nõ ſolum. §. ſi mandato, & per eundem in l. Cicero. ff. de pœnis, & aliquid per Sali. in d. l. non ideo minùs, & pleniſſimè per cano. in d. ca. pro humani. Hoc tamen quod dixi ſuprà dominum & vaſallum iudicari à pari, limitatur ſingulariter verum, quando eadem ſubeſt ratio in vtroque, aliàs ſecus. Et hinc eſt, q̃ licet vaſallus interficiens aliquē pditoriè, priuetur feudo, & feudũ aperiatur domino, q̃ñ felonia eũ reſpicit, c. vnico, in tit. an ille qui inter. fra. do. tamen dominus interficiens aliquem proditoriè non priuabitur proprietate ad inſtantiam vaſalli: quia eius nõ intereſt, nec ſubeſt eadē ratio. Ita ſin. decidit Andreas de Iſernia omnium iudicio in feudorũ materia maximus: & poſt eũ Aluarotus, & alij in d. c. vnico. Hinc etiam eſt, quòd licet vaſallus teneatur domino præſtare iuramentum fidelitatis, non tamen econtra dominus tenetur vaſallo præſtare iuramentum fidelitatis, vt ſingulariter decidit Aluarotus poſt alios per eum relatos, in dicto tit. de forma fideli. ad finem. Iacobinus libello feudorum, in illis verbis, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis, &c. vbi plures alias ponit diſparitates: & Franciſ. libello feudorum parte iij. in verſi. ſingulariter aduerte: quod tene menti. Et hoc iudicaſſe, abũdè ſufficere debet iuuenibus: Qui autem latiùs inſtrui volet in hac materia correlatiuorum, videre poterit Baptiſtam de ſancto Blaſio in ſuo ſingulari tractatu correlatiuorum. Vbi reperiet vltra centum caſus, in quibus ſibi locum vendicat regula correlatiuorum de qua ſuprà. Reperiet etiam vltra centum fallentias, in quibus diſpoſitum in vno ex correlatiuis non habet locum in alio correlatiuo. Ad quem breuitatis gratia remiſiſſe ſufficiat.

LOCVS AB EFFECTV.

1 *Argumentum ab effectu eſt probatio ſenſitiua & quando procedit vel non. num. 7.*

2 Ex

2 *Ex efficacia effectus arguitur potentia causæ efficientis.*
Exitus acta probat: & effectus denotat causam.
3 *Vulneratus absque longo interuallo decedens præsumitur ex vulnere decedere.*
4 *Animus præsumitur ab effectu.*
5 *Vxor dicitur domina dotis.*
6 *Pœna commensurari debet delicto.*

PRæterea habemus in iure locum ab Effectu, à quo sumptum argumētum est frequens, forte, & multùm efficax: quia est
1 † probatio sensitiua, qua nulla est efficacior. Nam quærere rationem vbi habemus sensum, est infirmitas, seu debilitas intellectus: vt post Aristotelem & Auerroim dicit Bal. in rub. ff. de re. diui. & idem Bal. in l. j. C. qui accusa. non poss. & idē Bal. in l. fi. C. de exec. rei iud. & Ang. in consi. cclxxv. incip. Thema super quo consi petitur tale est, circa fi. Et isto arg. ab effectu, vtitur imperator Iustinianus in procemio instit. in §. quorum vtranque viam, in versic. & bellicos, & ibi Ang. not. Isto argumento etiam vtitur Paulus iuris. in l. debitor, & ibi Pau. Cast. not. ff. ad Trebel. Isto argumento vtitur etiā summus Pontifex, in c. vbi periculū, in prin. & in c. fundamenta, circa me. de ele. lib. vj. & de eo pro nunc recordor, gl. quam ordinariā vocant, facere mentioné in quatuor locis. Primò in cano. quatuor, xij. q. ij. in gl. j. vbi ét est bonus tex. Secundò in l. iij. C. de summ. Tri. Tertiò in l. nullus videtur dolo. ff. de reg. iur. & quartò in l. cuius effectus, illo eod. tit. Isto argumento ab effectu vtitur etiā Bart. in rep. l. si is qui pro emptore, in vj. q. prin. ff. de vsucap. & Alber. de Rosate. in ij. parte statutorum. q. xxx. & Bal. in c. j. in vj. q. in tit. quib. modis feu. amit. in vsibus feudo. & Bal. in consilio suo cxxxvj. incip. proponitur in ij. par. & idem Bal. in l. si pater puellæ. C de inoffi. test. & Salice. in l. j. in fin. C. quando non pet. par. pet. ac. & doct. in pluribus aliis locis, quæ commemorare magis haberet laboris, quàm ingenij. & licet Bald. qui dicebatur, omnia scire & nihil ignorare, vt commemorat Roma. singulari cccxxix. & Iason in l. prima. C. de summa Trinitat. & fid. cath. de hoc loco ab effectu mētionem licèt non faciat,

ciat,

ciat, in l. conuenticula. C. de episcop. & cler. vbi ponit plures alios locos legales. non est mirum: quia omnium habere memoriam, diuinitatis magis est, quam humanitatis, l. ij. post medium, C. de vet. iur. enu. Et argumentum ex hoc
2 loco potest formari hoc modo. Ex efficacia † effectus arguitur potentia causæ efficientis. * Exitus enim acta probat & effectus denotat causam, l. rem non nouam. circa fi. C. de iudi. & d. §. quorum vtramque viam, & præal. c. quatuor: in quibus iuribus ponuntur exempla. & gratia euidẽtioris intellectus, addo aliud exemplum quotidianum, vt
3 si † vulneratus absque longo interuallo decedit, præsumitur ex vulnere decedere: & sic præsumitur vulnus fuisse lethale, arguendo ab effectu, nisi ex aduerso allegetur & probetur, quòd mors secuta est ex adiuncta culpa vulnerati. Ita singulariter determinat Bal. in d. cap. j. in vj. q. Et sequitur ibi Præposi. idem etiam vult Angel. de Aretio in tract. maleficiorum super illis verbis, & ex dictis vulnerib. mortuus fuit, & cæt. vbi etiam exemplificat de multiplici culpa vulnerati, vt quia non adhibuit medicum, vel tardè adhibuit, vel adhibuit imperitum, vel ei non obediuit, vel cũ vxore aut alia muliere concubuit: & idem voluit notab. Bald. in l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & idem Bald. in l. si ab hostibus. §. j. ff. sol. ma. & Feli. in c. præsbyterum, de homicid. & Hip. de Marſ. in l. nihil interest. ff. ad leg. Corn. de sic. quod commenda memoriæ, quia habui de facto, & potest quotidia occurrere in practica. Hinc etiam sing. dicunt Bald. & Ange. post Cyn. & Iac. in j. consti. Digestorum in fin. verb. per illum text. quem not. pro argumento ab ef-
4 fectu, quòd animus † præsumitur ab effectu. & ergo si statutũ dicit, ꝙ si quis studiosè percusserit, puniatur tali pœna: præsumitur studiosè factum, nisi ex aduerso animus defuisse probetur, & allegat Bal. ad hoc l. j. C. ad leg. Corn. de sic. quæ iũcta sing. gl. ij. hoc optimè probat. quod nota. Hinc etiam homo qui irrationabiliter viuit & contra decentiam ciuilem, ab effectu potest appellari bestia: vt notat glo. in verb. decenti. in Auth. de mona. in prin. col. j. sic
5 † vxor dicitur domina dotis, & habere possessionem quo ad esse

ADD. * Efficientis. Et nota ꝙ effectus sequitur suam caussam l. generaliter. C. de Episc. & cleric. P. Prateius.

ad effectum restitutionis, quæ ei fieri debet solu.matr.l.in rebus, C.de iur.dot.licèt, constãte matrimonio, maritus sit dominus dotis quoad effectum vendicationis, l. doce ancillam, C.de rei vend. Et istis denominationibus plerunq; vtuntur theologi, qui ex similitudinibus vitæ nunc homines porcos, nunc grues appellãt:& ad præmissa bene facit. §.sed sui, cum ibi not. Institut. de hær. qual.& diff. & l. litibus, iuncta glo.in verbo restituantur, in fine.,C. de agric.& cen.lib.xj. Hinc etiam est, ꝙ ex genere pœnæ regulariter
6 arguitur maioritas delicti, quia † pœna debet commensurari delicto, c.non afferamus, xxiiij.q.j.& in Auth. vt fra, filij, §.quia verò. Hoc tamen fallit interdum in casibus in quibus pro minori delicto maior imponitur pœna propter frequentiam delicti, vel inclinationem hominum ad illud committendum, vt retrahantur: Ita dicit gloss.not.in c.admonere, xxxiij.q.ij.& gloss.in ca.proposito, xxvij.q.j. Hoc tamen nolo te ignorare. quòd in his quæ respiciunt
7 effectum † procedit istud argumentum: in his autem, quæ respiciunt originem, argumentum ab effectu non procedit, quod declara per exempla, vt not.declarat Bar.in l.con stitutionibus.ff.ad muni. & in l.nec ei.§.fin.ff. de adoptio. & faciunt eleganter notat. per Panor. in cap. de vxore, de sepul.vbi recurre. Aduerte etiam, quia effectus, seu euent* noxius tunc demum attenditur, quando procedit à causis proximis & immediatis: non autem quando ꝓcedit à causis remotis, quæ potius sunt occasio, quàm causa immedia ta: tunc enim euentus vel effectus non attribuitur illi prin cipio remoto, sed causis propinquioribus, l.si mulier, iuncta glo.in verb.vtilis in fin.& ibi Alber.not.ff.rer.amo.& l. scripturæ.§.fi.ff.ad leg.aqui. & sic tunc non procedit argumentũ ab effectu. Ita singulariter dicit Bal.in cõsi.cxxxvj. circa finem in pulchro, & quotidiano casu, ad quod etiam eleganter not.per gl.& Henr.Boich in c.de cæterò, de homi.& notat.per Hipp.in d.l.nihil interest, & not.per Fran. de Aretio in consi.cxlvij.inci.visa consultatione, in ij. dubio. quod tene menti. Et hæc de cã efficiente, & eius effectu dicta sufficiant: quibus adde ea, quæ dicam infra in loco ab auctoritate, circa principium. De causa autem materiali causante, & causata, formali, & finali, vide per gloss. & docto.in l.j.C.per quas pers.nò.acq. & suprà in loco à minori

nori & in loco à defectu formæ, & infra in loco à virtute finis,& aliquid per Bal.in l.j.in xxvij. opp.C.quan.non pe. par.pet.acc.Illud aûtem certum est, quod ad plenã notitiã causati,requiritur notitia suæ causæ,l.j.in principio,& ibi notatur per Angel.ff.de iust.& iur.& vbi pendet causa, pendet & causatum,l. sed & si quis. §. interdum. ff. de vsufru. cum sim.De virtutibus autem & operationib.causarum vide pleni⁹ per Ciceronem,& Boëtium in Topicis,ad quos te remitto.

LOCVS AB EFFECTV EORUM quæ simul requiruntur ad esse.

1 *Quando plura cõiunctim requiruntur ad esse rei,vel probationis, non sufficit alterum esse,vel probari.cum.nu.seq.*

2 *Impetrans rescriptum , vel offerens libellum tenetur probare causam expressam in rescripto,&c.*

3 *Petens se admitti ad actum vt talis, debet probare se talem.*

5 *Responsio quæ fit positionibus,solum refertur ad id,super quo principaliter fit positio,& non ad enunciatiuè narrata.*

6 *Actus requisitus cum aliqua qualitate,non valet sine qualitate.*

7 *Clausula ill.:,super præmissis omnibus & singulis peto mihi ius di ci,&c.quos habeat effectus.& nu. 8.*

9 *Iudex nõ põt condẽnare ex apta causa,quãdo actum est ex inepta.*

NVnc subnectamus locum ab effectu eorum, quæ simul requiruntur ad esse.A quo sumptũ argumentũ est forte,frequẽs,& valde vtile:& huius loci meminit Bal. in l. cõuenticula. C. de epis.& cler.dicens eũ esse multùm not. in materia probatiõis.Et formatur argumentũ ex hoc loco, 1 hoc modo:Quando †plura coniunctim requirũtur ad esse rei vel probationis,nõ sufficit alterum esse probari.text. est not.in l.vnde etiam §.hoc autem.vers.itaque.& ibi glo. ff. de iti. actúq; pri.& text. in l.Fulcinius.§.cum hoc,& ibi Bar.ff.quib.ex cau.in pos.eatur,& tex.in l.habebat,in prin. & ibi

& ibi not. per doc. ff. de instit. & tex. in l. si per alium. §. doce re, & ibi Pau. de Cast. & Ias. not. ff. ne quis eũ qui in ius voc. & facit tex. in l. ij. §. quod diximus. cum ibi no. per Bart. &
2 do. ff. si quis cau. Et hinc est, ꝙ impetrans † rescriptũ vel offerens libellũ, tenetur probare causam vel demõstratio nem expressam in rescripto vel libello, quando intentio impetrantis vel libellãtis principaliter fundatur super illa causa vel demonstratione. ita nota. dicit Inno. in c. ex parte abbatissæ, de priuil. & sequitur ibi Pan. dicens hoc bene notandũ, quia sæpe venit in practica. & hoc dictũ referũt & sequũtur Pau. de Ca. & Ias. in l. interpositas, C. de trãs. dicẽtes hoc perpetuò tenendũ mẽti, q̃a põt in facto frequẽter cõtingere. Hinc ẽt est, ꝙ si impedior venire ad certũ locũ, nõ sufficit docere de impedimẽto, vel ꝙ impedimentũ suberat quare venire nõ poterã, sed necesse est, ꝙ doceã me fuisse paratũ ad eundũ, & ꝙ iuissem, nisi per tẽpestatẽ, vel aliud impedimentũ legitimũ impeditus fuissem: & de hoc ꝓtester. Ita sing. probat tex. in d. l. ij. §. quod dixim⁹. & tex. in l. qui cõmeatus, in prin. ff. de re mil. & vtrobique id no. Bar. & volũt no. Inn. Panor. & can. in c. ex trãsmissa, de præscri. & doc. sępe alibi: quod tene perpetuò mẽti, q̃a est quo
3 tidianũ in practica. Hinc ẽt est, ꝙ † potẽs admitti ad aliquẽ actũ vt talis, debet probare se talẽ, aliàs nõ admittitur: tex. est not. in l. non ignorat, & ibi doc. C. qui acc. non poss. & ergo volens admitti ad retractum ex vi statuti, vel consuetudinis vt & tanquam consors, vel agnatus, debet probare se esse talem, aliàs non admittitur. Ita singu. decidit Paul. Castr. in consi. lxix. in anti. incip. super eo vero quod quæritur: & sequitur Alex. in consi. lx. ij vol. quod tene menti, quia potest quotidie seruire in practica. Hinc etiam est, quòd si aliquis sit accusatus de percussione cum sanguinis effusione, vel de percussione facta cum armis, vel de nocte: licèt contra eum probetur percussio, si tamen non probetur qualitas libellata, scilicet sanguinis effusio, cam armis, de nocte, vel similis, debet reus absolui, quando alia pœna imponitur per statutũ pro simplici percussione. & alia pro percussione qualificata, & ad illam concluditur: licet posset nouus processus inchoari super simplici percussione. Ita not. dicit Cy. post Iacob. de Are. in l. ij. C. de prob. & ibi Pau. C a. vers. & istud induci. Sali. & doct. & volũt Anto. de

Butrio

Butrio, Ioan. de Imo. Panor. Feli. & alij doct. can. in c. licet causam, de proba. vbi recurre. Hinc etiam est, quòd constitutio apostolica tollens pactum, vel statutum, non cẽsetur tollere pactum vel statutum iuratum, vel alia qualitate vallatum: & est ratio, quia plus potest hoc tale, quam hoc simplex: de hoc sunt duæ gl. singulares, vna in c. cùm non deceat, in verb. effectus, circa fin. de elect. lib. vj. alia in cle. dubium, circa finem, super verbo, pacta, de sepulturis. & ibi doct. & ita singulariter decidit Alb. de Ros. in prima parte statutorũ q. xvj. in fin. & Roma. singul. viij. & Ludo. in rep. l. si verò. §. de viro, in xxiij. fal. ff. sol. mat. & Panor. in c. cõstitutus, de rescr. & doct. sæpe alibi: quod tene menti. Hinc etiam est, quòd lex, vel statutum puniens vnum delictum, & præsupponens aliud, non includit illum, in quo non verificatur delictum præsuppositum quasi qualitate seu vno ex requisitis deficiente. tex. habes iuncta gl. in l. mancipia, C. de ser. fugi. & ibi istud valde commendat Iac. But. illam gl. etiam reputat vnicã & sing. in iura Roma. sing. ccccxciij. incip. statutum: & Socin. in cõsi. lv. vbi omnino vide. Hinc

4 etiam est, quòd aliter procedendum † est contra clericũ simplex homicidium vel aliud delictum committentem, & aliter contra clericum committentem homicidium vel aliud delictum qualificatum: vt valde singulariter deducit Panor. in c. at si clerici, de iudi. & Petr. de Ancha. in rep. reg. ea quæ fiunt, in xij. q. circa fi. & in q. xix. de reg. iur. lib. vj. & Dominicus in c. pro humani, in fin. de homicidio eo. lib. & Io. de Ana. & Felin. in c. j. de homici. in antiq. & doct. sæpe alibi: quod tene menti, quia occurrit quotidie in practica: licet per quosdã cæcos iudices ecclesiasticos malè obseruetur. Hinc etiam est, quòd quando positio qualificata, est in parte falsa, potest cum bona conscientia in totum negari, nec incurritur per hoc periurium: ita dicit glos. valde notabilis * in c. ij. in verb. absque rationabili, de confes. libro vj. & gloss. in c. ij. in verbo, sigillatim, de testi. eod. lib. & vult Panorm. in c. vnico, de plus petit. subiungens rationẽ: quia videtur aliud factum. & idem reperio sentire Io. And. in reg. nullus pluribus, de reg. iur. lib. vj. in Mercu. & est originali

ADDIT. * Notabilis. Nota ex d. gloss. casus, quibus non est positionibus respondendum. P. Pra.

riginaliter dictum Spe.in titu.de posi.§.vij.ver.xj.vbi etiã
5 sing.dicit,ꝙ responsio† quæ fit positionibus, solũ refertur ad id super quo principaliter fit positio,& non ad enunciatiuè narrata: Vnde si positio habet,ꝙ mutuaui Titio x. cuius tu es hæres:& tu respondes,credo,per hoc non videris confiteri te hæredem Titij,sed solum mutuum: & hoc dictum refert & sequitur Math.in no.suo xxxiiij.quod tene menti,quia est frequens.& quotidianum in practica.Hinc etiam est,quòd si ad validitatem actus requiritur iuramentum cum tactura scripturæ, si præstatur iuramentum sine tactura scripturæ,non est satisfactum dispositioni.de hoc sunt duæ glo.no.vna est in c.vt circa,in verbo,præstito,de elect.li.vj.& alia est in cl.j.de hære.quas ad hoc no.Corset. in sing.suo cclxx.Hinc etiam est,ꝙ vbi lex,vel statutũ ponderat scientiam actus respectu certæ qualitatis,ille nõ dicitur scire qui scit actum & ignorat qualitatẽ. Ista est decisio gl.no.in c.concertationi,in verbo,sciuerit, de appellat. lib.vj.quam ibi commẽdat Domi. dicens eam notandam pro statutis imponentib.pœnã scienter receptantibus bãnitum,& non reuelantib.nam receptans bannitum,nisi sciuerit illum bannitum esse,non incurret pœnam , vt ibi latiùs per eum,& idem vult Bar.in l.omnes,ij.C.de agri.& cẽsitis lib.xj.Et per hæc & alia sing.dicit Barba. in c.cum vigesimum,de offi. dele.se in contingentia facti consuluisse, ꝙ cum Bononiæ esset facta constitutio , quòd loquens cũ rebelle puniatur pœna mortis, & fuisset inquisitum cõtra quendam,quòd fuisset locutus cum rebelle:quia tamen in illa inquisitione non fuit articulatum nec probatũ quòd sciuit illum rebellem, ꝙ debebat absolui & non condemnari:& hanc decisionem refert & sequitur Corse. in singu. cccxxviij.quod tene perpetuò menti,quia valet ad multa. Hinc etiam dicit sing.Io.And.in d.c.pro humani,in nouel. se liberasse quendam prælatũ à pœna illius c.quod loquitur de Christiano Assasinato. nam erat probatum contra prælatũ,quòd fecerat per assasinos occidi quẽdã hominẽ, sed quod ille homo assasinatus fuit Christianus,nõ fuit ꝓbatum:& sic non erat probata qualitas requisita per d.ca. pro humani.Vnde ille prælatus euasit à pœna illius c.secũdum eum ibidẽ:quod dictũ tanquam iuridicum sequũtur ibi oẽs doct.posteriores,& Bal.in l.si quis non dicam,C.de

episcop.& cleri.& doct.sæpe alibi,quod tene menti, quia est singulare, & quotidianum. Et ratio istius & multorum aliorum suprà commemoratorum est: quia † vbi
6 requiritur actus cum aliqua qualitate, non sufficit actus sine qualitate.dicto §.cum hoc,& capitu.ab eo, iuncta gloss.de elect.libr.vj.cum similib. & vbi qualitas est cã alicuius effectus, puta pœnæ inferendæ,non sufficit probare factum, nisi præcisè deducatur & probetur qualitas,l.non solũ.§.sed vt probari,& ibi Bar.ff.de no.ope.nũ. l.matrem,& ibi Bal.C.de proba.glo.& Ang. in l.eum actũ. ff.de neg.ge.& Panor.in c.in præsentia,de probatio, & faciunt no.per Albe.de Ros.in l.spadonem.§. qui liberatus. ff.de excu.tuto.Imò (quod fortius est) si canon,vel lex ad perditionem priuilegij vel incursionẽ pœnę requirit duas qualitates,requiritur concursus vtriusque qualitatis,glo. est de hoc sing.in clem j.in verbo,publicè,& personaliter, de vita & ho.cleri.quod tene menti.Sic etiam vbi qualitas est causa delatæ iurisdictionis,non sufficit adesse factũ, nisi adsit qualitas,vt est tex.iuncta sua sing.gloss.in cap.j.de offi.deleg.lib.vj & ibi tangitur per doctor.& pet Innocentium,Panor.& doct.in c.cum sit generale,& in c.si cleric⁹. de fo.compe.Potest etiam assignari alia ratio in prædictis: quia effectus condemnationis est diuersus propter qualitatem. Vndè nisi fiat detractio qualitatis pendẽte iudicio, iuxta doctrinam aureã l.in delictis.§.si detracta.ff.de nox. act.non poterit sequi condemnatio: de quo vide plenissimè per Bar.in l.denunciasse.§.quid tamen.quem legit sub l.qui vxori.ff.de adul.& latè per Sali, in l.tutoris,C. ad legẽ Iul.de vi.& per Hip.de Mar,in sing.clxxxvij.Et pulchrè per Pau.de Cast.& Iaso.in d.l.si per alium. §.docere. & per Felin.in c.ij.de rescri.& per Cano.in d.c.licet causam,& latissimè per Gandinum in tract.suo malefi.in titu.de pœnis reorum,in versi.vltimo circa.& per Albe.de Ros.in ij.parte statutorum,q.xliiij.& per Ange.in l.quid ergo. §.pœna grauior,versi. sed si cã.ff.de insa.Ex cuius dictis habentur duæ limitationes ad præmissa.Prima est,vt præmissa non procedant,qñ per qualitatẽ nõ alteratur actio.Scđa est,vt præmissa nõ procedant,qñ vna actio continetur sub alia: quem omnino vide.Vide etiam Bal.referentem plura motiua pro & contra,in d.l.ij.C.de proba.& in l.& si seuerior,

C.ex

C.ex quib.cau.infa:irro. Ex cuius dictis habetur alia & tertia singularis limitatio ad præmissa, videlicet, quòd præmissa procedunt, nisi in libello accusatorio sit posita illa
7 † clausula in libellis poni consueta, super præmissis omnibus & singulis peto mihi ius dici, & iustitiam ministrari, quæ distinguit qualitatem à facto, ita quòd altero probato obtinebitur in eo, secundum eum, quod est mēti tenendum. Circa quod volo te scire, quòd dicta clausula, super præmissis omnibus & singulis peto mihi ius dici, &c. habet alium maximum, & singularem effectum: nam si in libello concludente in possessorio, narratione facta de respicientibus possessorium & petitorium, subijciatur dicta clausula: tunc probato petitorio & non possessorio, poterit virtute dictæ clausulæ ferri sententia in petitorio. Ita singulariter dicit Io. Calde. & post eum Panor. in c. cum dilectus, de ord. cog. & Io. de Imo. in c. cum ecclesia. circa fi. de cau. pos. & idem Io. de Imo. in l. si cum nulla, & in l. in summa. ff. de re iud. & Bal. in l. incerti, circa fi. C. de interdi. & Feli. in c. licet heli: circa finem, de simo. & Alex. de Imo. in l. ij. §. prius, in fi. ff. de vulg. & Ang. & Ias. in §. omnium, Insti. de actio. & Soci. in cons. cxxviij. inci. iustissime iudex, in princ. & ergo tu sis cautus, vt nunquam omittas eam ponere in libello per te conficiendo: quia vidi plures succumbere ob omissionem dictæ clausulæ, capta per eos inepta conclusione, quia non succubuissent, si dictam clausulam in conclusione posuissent: quod etiam vult Panor. in d. c. cum dilectus, & reputat valde no. & tanto magis sis cautus, quia in bene & aptè formando conclusionem faciliter errat, qui naturam actionis ignorat. Propter quod contingit plures succumbere, l. j. cum ibi notatis per glo. sing. ff. si men. fal. mo. dixe. & c. examinata, cum ibi no. per glo. & Cano. de iudic.
8 Scias tamen † quòd dicta clausula, quantumcunque vtilis sit, non operatur effectum suum, quando contra generalitatem libelli, in quo dicta clausula adiecta est, reperitur exceptum, & petitum fieri specificationem: Ita sing. decidit Alex. de Imo. post Bal. Ang. & alios per eum relatos in consi. cxxj. j. volu. vbi plura bona dicit. Scias ēt, ꝙ
9 vbicunque † apparet malè esse actum ex vna causa, apparet tamen ex actis quòd ex alia causa bene potuisset agi, non potest iudex condemnare ex illa apta causa: sed debet reū

absoluere reseruando nihilominus in sententia parti ius agēdi sibi cōpetens ex alia cā apta: de isto est textus valde singularis in l.Bebius.ff.de pact.do.quē tex.ad hoc no.Bal. in Aut.sed & si quis ver.in contrarium allegabatur.C.de se. nup.& illum tex Bal.semper habuit in ore, vt refert Ange. in l.Claudius.ff.qui po.in pig.hab.& corse.in sing. clix. est etiam bonus tex.in d.c.examinata,& faciunt no.per glo.& doct.in d.l.j.ff.si men.fal.mo.dixe. quæ omnia memori teneas mente tanquam pulchra, vtilia, singularia,& in practica, frequentissimè occurrentia.

¶LOCVS AB ABSVRDO.

1 *Argumantum ab absurdo validissimum.*
2 *Non est asserendum, dicendum, vel faciendum id, aut sumendus ille intellectus, ex quo sequi posset absurditas, inhumanitas, scandalum, vel inconueniens.*
4 *Dispositio generalis siue legis, siue statuti restringēda ad vitandum absurdum.*
5 *Dictio plus, ad quantitatem modicam refertur.*
6 *Verba simpliciter prolata restringi debent ad id quod est rationis, ne sequatur absurditas, vel inhumanitas.*
7 *Regula, quòd vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, limitatur.*
8 *Absurdum quid sit.*
9 *Aequum illud est cuius contrarium est absurdum.*
10 *Argumentum ab absurdo tollitur, si absurdius sequatur.*

AB hoc loco, quem ab absurdo, seu à vitatione absurditatis, inhumanitatis, scandali, vel inconuenientis, iurisconsulti
1 appellant, depromptum † argumentum est validissimum: cum sumatur à discretione naturali. & huius loci meminit Bald.in l.conuenticula. C. de episcop.& cler.& idem Bal.in l.Pomponius, ij.ff.de nego.gest.& Ioā. And.in reg.pro possessore, in regu.in toto, in regu.mora.& in regu

in regu.qui sentit,de reg.iur.lib.vj.in Merc.& Hip.de Marsi.in sing.clj.& gloss.in l.j.in verbo,eundem iudicem. ff.de quib.reb.ad eun.iudi.eat.Et eo vtuntur tam legum quàm canonum conditores, iurisconsulti & doct.in diuersis locis, vt ex infrà dicendis patebit. Et in primis isto argumento ab absurdo vtitur Imperator in l.fi.C.de auct.pręst. & in l.vnica.§.pro secundo,C.de cad.tol.& in l.si quis iusiurandum,& in l.generaliter,C.de reb.cred.& in §.fi.Institu. qui & ex quib.cau.ma.pos.& sępe alibi:Hoc argumento ēt vtuntur canonum conditores in diuersis locis,vt patet in c.venerabilem,& in c.in genesi.de elec.& in c.ex ore,& ibi Panor.no.de priui.& in c.solitæ.& ibi etiam Panor.no.de maio.& obe.& in c.cum inter,& ibi similiter Panor.no.de exceptio.& in c.quemadmodum,& ibi etiam Panor.de iureiur.& in c.dudum.& ibi gl.& Domi.not.de præben.li.vj. & in cap.cum satis,de offi.archi.& in c.clericos,,de officio vicarij.& sæpe alibi. Hoc argumento etiam vtuntur iurisconsulti in diuersis locis,vt patet in l. j. §. vndè quęritur. ff.de publi.& in l.nam absurdum,iuncta l.præced.ff.de bo. lib.& in l.obseruare.§ fi.ff.de offi.procon.& in l. si quis ex argentarijs.§.fin.ff.de eden.& in l.scire oportet.§.aliud, & ibi Bal.no.ff.de excu.tut.& in l.siue hæreditaria,in fi. ff.de nego.gest.& in l.ij.§.sed si agant,& in §.sed & si dubitetur, ibi,alioquin. ff.de iudi.& in l.Offilius,in ver.pone inquit, & ibi gl. perpēdit.ff.de leg.iij.& in l.furti.§.pactus ve.ff.de his qui notan.infamia,& in l.eum qui ædes.ff.de vsucap.& in l.ita vulneratus. ff. ad leg.Aquil. & in l.Pomponius.j.in versi.cæterùm.ff.de neg.gest.& in l.aliud.§.fin.ff.de regul. iur.& in l.in ambigua.ff.de legib.& sæpe alibi. Eo etiam vtuntur docto.in diuersis locis,& in primis Panor. ad singularem effectum in eleganti sua dispu.incip.episcopus & quidam rector.item Petrus de Ancha.in consil.clxxix. incip.prima facie, in pulchro casu , quem refert & sequitur Felin.in cap.fin.de præsump.Eo etiam vtitur Bald. in consilio ij.j.volu.& idem Bald.in Authen.sed nouo iure, in fi. C.de episco.& cler.vbi per hoc decidit notabilem & quotidianam quæstio.quam ego vidi de facto in ecclesia Niuellensi, & doctor.sępe alibi. Ex quibus patet, validissimum esse argumentum ab absurdo ad interpretationem cuiusque dispositionis. Et procedit argumentum sum-

ptum ex hoc loco, etiam si non allegetur autoritas, vt inquit Panor. in c.iniustum, de re.perm.nec mirum, quia sumitur à discretione naturali, vt suprà dixi. Et formatur
2 hoc modo. Non†est asserendum, dicendum, vel faciendũ id, aut sumendus ille intellectus, ex quo sequi posset absurditas, inhumanitas, scandalum, vel inconueniens. Debet enim quælibet dispositio sic intelligi, vt nulla sequatur inhumanitas vel absurditas, quæ vitanda est, iuribus suprà alle.& hoc modo, isto argumento vtitur subtiliter Io. An. in reg.cui licet, de reg.iuris lib.vj.in Mercurialib. contra Archidiaco.ad eliciẽdum verum intellectum, c.nemo cõtemnat, xj.q.iij.quem omnino vide. Eo etiam vtitur idem Io.And.in d.reg.in toto, dicens esse bonum modum arguẽ
3 di. Hinc etiam est, ꝙ excusatur†non obtemperans mãdato superioris, quando ex hoc sequeretur absurditas, scandalum, vel inconueniens. tex.est not.in c.si quando, de rescrip.& in c.cùm teneamur, de præb.& ita sing. volũt Car. Ioan.de Imo.Feli.& doct.in d.cap.si quando, & idem Feli. in c.ij.illo eo.tit. & habetur pulchrè per Card. in consilio cxlij.incipien. Sanctissimus dominus noster, & Roma.rep. l.si verò.§.de viro, in vij.fallentia.ff.soluto matrimo.quod tene menti, quia est quotidianum. Et vide omnino quod dicam infrà in loco à plenitudine potestatis. Hinc etiam
4 est, ꝙ pro†euitanda absurditate, restringenda est generalis dispotsitio.tex.est not.in l.ij.C.de noxa.acti.& in l. vt gradatim.§.j.ff.de munerib.quod habet locum etiam in dispositione statutaria, vt est tex. secundum vnam lecturam in d.l.ij.& vult not.Bart.in rep.l.omnes populi, in vj.q. principali post princi. ff.de iust.& iu.& sequitur Panor. in d.c. solitę, in quibus locis per hoc decidunt, quòd licet statutũ generaliter disponat, ꝙ quicunque extraxerit sanguinem in platea, puniatur pœna manus: barbitonsor tamen, qui extraxit sanguinem in platea phleubotomiam faciendo, nõ punietur pœna statuti: licet ex generalitate verborum comprehendi videatur. nam restringenda est illa generalitas, ne absurdum vel inhumanum sequatur. Absurdum enĩ & inhumanum esset, dicere barbitonsorem pœna statuti teneri, cùm in eo non possit argui dolus. Statutum autem intelligi debet de extrahente sanguinem in platea dolosè, & cum iniuria alterius. & ita etiam vult Barto. in l. non dubium

dubium,C.de legibus.& idem Barto.in l.j.in fin.C.de agricolis & censitis lib.xj.& Bald.in l.benignius, in prin.ff. de legib.& idem Bald.in l.Gracchus, C.de adult. Verba enim legis non debent captari, l. penult.ff.ad exhib. quæ est ad hoc not.& istud est verum,etiam si præcedat aliud statutũ generale,quo cauetur,quòd verba statuti intelligãtur precisè & ad literam,sine vlla interp̃tatione,sub maxima pœna.Et istud est,quod faciebat dubiũ, & propter quod barbitonsor erat in maximo periculo, dũ quæstio fuit de facto Bononiæ:tamen propter absurditatem vitandam fuit iudicatũ pro barbitõsore:& rectè, vt refert Albe. de Rosa. post Iac.Butrig in l.quamuis. ff. de in ius vo.& Iason in d. l.non dubium:quod tene menti.Hinc etiam dicit Bal.in l. data opera, C.qui acc.nõ po.& Paul.de Cast.Ias.& doct.in l.j.ff.de legib.& idem Pau.de Cast.in l.j C.vbi sena.vel cla. & in l.iij.C.de epis.au.& in d.l.non dubium,& gl.in l.& si seuerior,sup verbo,certis rationibus,& ibi Bal.& expressius Pau.de Cast.C.ex quibus cau.infa.irrogatur,& Cæpola in cau.xviij.& xix.secundum numeros meos,ꝙ statutum generaliter & indistinctè disponens, quòd homicida pœna capitis puniatur,restringi debet ad dolose occidentẽ, nec habet locum in eo,qui per lasciuiã,vel petulantiã aut culpã occidit:& multo minus in eo qui sine culpa occidit: & sic restringitur statutum,vt non sequatur absurdum. & idẽ vult Alex.de Imo.in consi.cij. iij.volum.incip. domini redẽptoris,& c.super eo de quo queritur,& c & Pau.de Cast. in cõsi.cxcij.incip.In Christi nomine, amen, in causa incarceratorum,in anti. & Cæpola in consi. xxx. & Ioannes An.in d.regula,Pro possessore,& habetur latè hoc per Ias. in l.in actionibus.ff.de in litem iur.quod tene menti,quia est quotidianum,& vidi sæpiùs de facto. Hinc etiam singulariter dicit Albericus de Rosate in prima parte statutorum,q.clxxiij.quòd stante statuto,quòd habens centum in bonis vel plus,debeat tenere equum,& arma ad cõmo-
5 dũ cõmunis,licet dictio † plus ad modicã quantitatẽ referatur,l.hæc adiectio.ff.de verbo.sign.tamen in dicto statuto non sic capietur, ne sequatur absurditas : scilicet quòd habens xx. milia non teneatur tenere equum & arma, contra mentem statuti:cum ratione diuitiarum huiusmodi onus imponatur,vt ibi latiùs per eum,& sequitur Iason

in l.& si post tres, ff. si quis cautio. quod est memoriæ cõmendandum. Hinc etiam no. dicit Bal. in Auth. ingressi, C. de sa. ecc. q̃ stante statuto, quòd nemo ex magnatibus ingrediatur palatium, intrare tamen poterit medicus vel artifex necessarius pro illic existentibus, licet sit de magna-
6 tibus. Verba enim † simpliciter prolata, restringi debent ad id quod est rationis, d. l. quamuis, ne sequatur absurditas vel inhumanitas. & idem vult Felin. in d.c. solitę. multa enim sunt specialiter inducta contra regulas iuris ad euitandum scandalum, absurdum, vel inconuenniens: vt magistraliter declarat Roma. in rep. dict. §. de viro, in vij. fall. & longè pleniùs Felin. in capit. ij. de præscrip. quos non refero, quia ab omnibus habentur. Et licet hæc abũdè sufficiant pro iuuenibus, non videtur tamen omittendum, q̃ per præmissa habetur not. limitatio ad legem, de pretio. ff.
7 de publici. vbi habetur, quòd vbi lex † non distinguit, nec nos distinguere debemus: & ad iura dicentia, quòd generaliter dictum generaliter debet intelligi, d.c. solitæ, & l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum simi. quia hoc est verum nisi subsit aliqua causa, vel ratio restringendi, putà si sequeretur absurdum vel inhumanitas, vt in exemplis præmissis: & vide sing. nota per Roma. in d. rep. si verò. §. de viro. vbi reperies lv. fallentias ad d. regulam, Generaliter dictum. &c. & idem est dicendum fortiori ratione, quando propter aliam legem oporteret restrictionem facere: quia vna lex declarat aliam, l. non est nouum. cum duabus sequen. & ibi pulchrè P. Cast. ff. de legib. & statuta & consuetudines recipiunt interpretationem restrictiuam à iure communi, c. cum dilectus, de consuet. & cap. ad audientiam, & cap. cũ dilectus, de cler. non resid. & d. l. ij. C. de noxa. act. quod nota. & vide quod dicam infrà in loco à ratione legis stricta seu limit. ad restrictionem ipsius legis, vbi succinctè declarabo, an & quando ex vi rationis possit & debeat restringi lex vel canon, & quomodo intelligitur dicta regula, Generaliter dictum generaliter debet intelligi, & quemadmodum dixi suprà, legem esse restringendam, ne sequatur absurdum: ita etiam è conuerso debet extendi lex etiam correctoria ad vitandum absurditatem: de hoc habes gloss. singularem in cle. fina. de rescriptis, quam ad hoc notat Ioan. de Imo. in repetitione d. §.
de

de viro. quod nota. Ne tamen procedas ex ignotis, volo te
8 scire † quòd absurdũ dicitur id, in quo neque ratio, neque æquitas militat, sed ex quo omne malum aptũ natum est prouenire. vt exempli gratia, capere pecuniam à iudicibus vel aliis officiariis pro cõmissa administratione cui iurisdictio est annexa: quia ex hoc nullum bonũ sperandũ est, sed infinita expectãda sunt mala & absurda: & inter alia & hoc, delicta remanẽt impunita, punitur bursa, nõ persona, datur delinquendi occasio, & fiunt extorsiones indebitè, vt specificè declarat tex. in Auth. vt iudices sine quo. suff. & habetur per Panorm. & Canonistas in ca. j. & ij. ne præ. vi. suas. & ita aliquando vbi oportuit dixi, sperans proficere posse, & circa hoc vitium quod diu irrepsit remediũ adhiberi: sed operam perdidi & impensam. Item potest poni & aliud exemplum in l. & ex diuerso. §. j. ibi, eodem enim errore &c. ff. de rei vendi. Sic econtra illud est æquũ
9 † cuius contrarium est absurdum, tex. est notabilis in d. l. ita vulneratus, quem tex. ad hoc no. Bal. in l. si quis seruo persuaserit, C. de furtis. vnde rectè dixit glo. in l. diuortio, in verbo alioquin. ff. so. ma. quòd ad absurdum sequitur aliud absurdum, & glo. in verb. conditio esset in l. à testatore, circa finem. ff. de condi. & demon. ꝙ posito, quod nõ expedit vel non oportet, sequitur quod non oportet. Hinc etiam vulgariter dicitur, quòd ad impossibile sequitur quodlibet, & quòd vno inconuenienti dato, plura sequũtur. l. ratas. C. de rescind. vend. & ibi id notant, Cy. Bal. Sali. Pau. Cast. & doct. Hinc etiam in sacris literis admittitur argumentatio ab impossibili ad impossibile, vt videre licet per diuum Hieronymum in commentariis super Hieremiam c. xxxj. ante fi. super illis verbis. Hęc dicit dominus, Si mensurari poterunt cœli. &c. Hinc etiã rectè dicit Philosophorum facile princeps Aristoteles in lib. de anima, ꝙ paruus error in principio maximus erit in fine, cui consonat illud vulgo iactatum prouerbium, Nullum malum solum venire, cuius meminit glo. in d. Auth. vt iudices sine quo. suff. post princ. & non abhorret ab hoc illud psalmographi, psalmo xl. Abyssus abyssum inuocat, secundum intellectum Hugonis ibidem. Hinc etiam rectè dicit text. in c. principatus, j. q. j. ꝙ vix bono peragũtur exitu, quę malo sunt inchoata principio. Nec ob hoc discrepat illud, quod

elegãter dicit Caius Iurisc.in l.j.ff.de ori.iu. Cuiusque rei potissima pars principium est, & ibi gloss. non inepte adducit illum versiculum Horatij, Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Hinc etiam not. dicit tex. in l.j. in fine, C. de im.lu.descri.li.x. quòd ad primordiũ tituli vel causæ posterior quoque formatur euentus, per quem textum Bal. in l. j.§.quod si nemo ff.quod cuiusque vni. nomi. valde commendat vnũ singulare dictum Bar. positum in l.iiij.§.actor.
10 ff.de re iudica. quem omnino vide. Tollitur † autem istud argumentum ab absurdo, si absurdius sequatur. tex. est peculiaris in d.l.ita vulneratus, & ibi Albe.de Ros. not. quod teneas mente.

LOCVS A SERVO AD MONACHVM.

1 *Serui & monachi æquiparantur. & per totum. Fallit nu. 5. & 10. & 12.*

2 *Monachus permissu superioris potest habere quasi proprium sicut seruus.*

3 *Seruus sicut acquirit domino, sic monachus monasterio.*

4 *Actio non est intentanda contra seruum aut monachum delinquentes, sed contra dominum, & prælatum, seu abbatem. fallit, num. 5.*

6 *Monachus & seruus non possunt esse testes in testamento. Item nec iudices. 7.*

8 *Dominus vel abbas nõ possunt sæuire in seruum, vel monachũ.*

9 *Monachus qui ad vltimas voluntates magis æquiparatur filio in potestate, quàm seruo.*

11 *Vasallus non tenetur salutem domini sui præponere saluti propriæ: quod secus est in seruo.*

12 *Actiones noxales quæ locum habent in delictis seruorum, non habent locum in delictis filiorumfamilias.*

Ccurrit nunc locus à seruo ad monachum, à quo sumptum argumentum est probabile, freques, & vtile, traditio est singularis Inno. in ca.cùm olim ij.de priuil. vbi latè & magistraliter hoc declarat, & sequitur Bar. & post eum Sali. & alij in l.cùm fundus.§. seruum tuum.ff. si cer.
1 peta. vbi traditur regula, quòd † omnia quæ ibi dicuntur in seruis, vendicant sibi locum in monachis nostri temporis: quam regulam idem Barto. in repetit. in

plu

plurihus aliis locis,& præcipuè in l.j.in princ.& in §.si fructuarius,& in l.si communis seruus ita.& in l. si seruus testamento,in fi.ff.de stip.ser. in quibus locis Bart. in specie hoc inducit ad multas pulchras & quotidianas q. quas vide per te ipsum Huius etiam regulæ mẽtionem facit Bal. in l.fi.ff.de noxal.actio.& idem Bal.in l.fi.in fi. C. quod cũ eo,& in l.seruus,C.com.de succ.vbi dicit,quòd sicut seruo nemo succedit,ita nec monacho. De hac regula etiam cõmemorat Ioan.And.in reg.quæ à iure: vbi hoc argumento vtitur,de reg.iur.lib.vj.in Mercu.Huius regulæ etiam meminit Bal.in l.j.C.de his quæ pœ.no. vbi per eam dicit, ꝙ

a monachus † permissu superioris conniuentibus oculis, potest habere quasi proprium,sicut seruus,l.iiij. in princ. ff.de manumis.& idem vult Io.An. in reg. non est obligatorium,de reg.iur.lib.vj.in Merc. circa fin. Istam regulã etiam tradunt Bal.Salice.Iason & doct.in l.interpositas. C. de transa.vbi per eam dicunt,quòd sicut non valet transactio efficaciter inter seruum,& dominum, vt ibi: ita nec valet transactio efficaciter inter monachum & abbatem: & idem vult Bal. in l. si liber,C.de condi.ob cau. & Archidia.in ca. cum pastoris, ij.q.vij. & habetur plenè per Pan. in consi.lxxxviij.j.vol.incip. facti contingentia sic proponitur.& per Io.An.in d. reg. non est obligatorium. & hinc est, quòd abbas qui ꝓmisit monacho suo dare singulis annis certam pensionem, potest talem promissionem reuocare,nisi fuerit per sedem apostolicam confirmata: quo casu non potest.& ideo sit cautus monachus, cui promittitur pensio per abbatem suum, vt faciat eam confirmari per sedem apostolicam:aliàs stabit periculosè·Ita singulariter dicunt Io.de Imo.Pan.& doct.in c.nisi essent,de prębẽ.quod tene menti,quia est quotidianum,& habui de facto.Et pro æquiparatione monachi & serui,adduco pro nũc quatuor gl.quarum vna est in l. Pediꝰ,in verb.nullum,& ibi tangit ꝑ Bar.ff.de arbit.alia est in l.ex pœnalib.ff.de reg.iu. tertia est in c.nõ dicatis.xij.q.j.& quarta est in l.cũ hæredes.§. fi. & ibi tangitur per Io.de Imo.& Alex.ff.de acq.poss.& plenius per eundẽ Alex.in l.j.§.itẽ aquirimꝰ,&in §.per seruũ. vbi plura bona dicit,illo eo.tit.Istã regulã ẽt ponit Pan. in c.quãto.de offi.ordi.& idẽ Pan. in c. pe.de fideiuss.& doct. tam legistæ quàm canonistæ in pluribus aliis locis, quæ

com

3 commemorare magis esset laboriosum quã subtile. Hinc videmus, quòd † sicut seruus acquirit domino, Insti. de his qui sunt sui, in prin. & d. §. item acquirimus, cũ similibus: ita etiam monachus acquirit monasterio, etiam si sit fugitiuus, secundum Panor. in cap. quod à te, de cler. coniu. & plenè per eundem in c. fi. de regul. quod intellige, quando iustè acquirunt: aliàs secus. text. est fin. in l. ꝙ seruus. & ibi Bart. ff. de acq. poss. de quo ibi latius per doct. maximè per Pau. de Cast. & Alex. & per eundem Pau. de Ca. in l. non solum. §. qui pignori. ff. de vsucapio. & vice versa, sicut seruus præiudicat domino in acquirendis, quia non vult acquirere, l. fi. vers. sin autẽ. C. de acqui. poss. & l. cum proponas ad fi. C. de hæredi. inst. Ita etiam monachus seu prælatus præiudicat ecclesiæ in acquirendis: tenetur tamen de suo, si habet, ecclesiæ damnificatæ resarcire damnum. Ita dicit gl. notabilis in c. quicunque, in verb. aut neglectum, xij. q. iiij. & est glo. reputata sing. in c. fi. xvj. q. vj. quod & sequitur Panor. in c. j. de in integ. restitu. & idem Panor. in c. j. de dolo & contumacia. & Salice. in l. iubemus nullam C. de sa. eccle. & Io. de Platea in l. ij. C. de adm. reip. lib. xj. & in l. ij. C. de nauib. non exc. eo. lib. & idem dicendum est, si p̃latus per negligentiam suam patiatur præscribi contra ecclesiam, glo. est fin. in c. placuit, ij. xvj. q. iij. commendata per doct. ibi, & per Cor. in singulari. cclxiiij. In quæsitis autem seruus non potest præiudicare domino, nec etiam monachus vel prælatus ecclesiæ, l. seruus, & ibi bona glos. in verb. non potest, C. de pactis, & vult glo. in d. c. fi. & habetur plenè per Hip. de Mar. in sing. cxciiij. quod tene mẽti. Hinc etiam est, ꝙ quemadmodum contra seruum deti-
4 nentem aliquam † rem non est intentanda actio, sed cõtra dominum, l. non seruum, C. de rei vend. ita nec contra monachum. sed dirigenda erit actio contra abbatem seu prælatum, secundum Bal. & alios in d. l. non seruũ. Sicut enim seruus non potest esse in iudicio ciuili neque pro se, neque pro alio: Imo sententia super tali iudicio lata est ipso iure nulla, & si non sit opposita exceptio: vt est tex. singularis secundum vnum intellectum in l. seruus, & ibi Ange. nor. C. de iud. & in l. fi. C. de noxa. actio. ita etiã monachus non poterit esse in iudicio ciuili neque agendo neque defendendo: quia pro mortuo habetur, cap. placuit j. xvj. q. j. de hoc

hoc tamen vide plenius per glo.Bal.Salic.& doct. in Auth. causa quæ sit cum,C.de episc.& cler.& per gl. & doc. in l.si longiùs.ff.de iudi.& per gl.& canonistas in c. ex parte,de accusa.& per Ann.Panor.& alios in c.cum I. & A. de re iudicata,vbi inter alia reperies,quòd monachus de consensu sui abbatis potest esse procurator amici monasterij,etiã laici:quod dictum tanquã singulare refert & sequitur Ludo.Rom.in suis singularibus,singulari cclxxviij.& Io.An. in reg.in argumentum,de reg.iuris lib. vj.in Mercurialib.
5 quò recurre.Hoc tamen scire debes, quòd † si seruus, vel monachus delinquant,& criminaliter intẽtetur actio, illa intentanda est contra seruum,vel monachum,& non contra dominum vel monasterium.tex.est in l.si seruus,in fin. & ibi Bal.& Sali.no.C.de nox.act.quod nota.Hinc etiã est, ꝙ quemadmodũ bona acquisita per seruum domino,non auferuntur domino per alienationem serui in toto, vel in parte,l.inter antiquam,C. de vsufr. Ita etiam bona acquisita monasterio per monachum, eo trãseunte ad aliud monasterium,vel eo promoto ad episcopatum,non auferuntur primo monasterio,secundum Bal.Pau.de Cas.& doct. in d.l.inter antiquã.& de hoc est tex. in Aut. de monachis, in §.si verò.de quo vide plenissimè per Car.Panor.& cano. in d.c.quod à te, & in c.in pręsentia,de prob.Hinc etiã est,
6 quòd sicut † seruus non potest esse testis in testamento, l.qui testamento §.seruus.ff.de testa.cum simi.ita nec monachus,saltem sine licentia superioris: & ita sing. dicit Io. Fabr.in §.testes,Instit.de testam. quod nota, quia poteris per hoc infringere multa testamenta. de hoc articulo tamen vide per Io.de Imol. aliter sentientem in l.si paterfa. ff.de hære.insti.& per glo.& doct. in Auth. si testis productus dicatur,C.de test.Hinc etiam est quòd sicut domino persequenti seruum suum fugitiuum debet per iudicem assisti,etiam vt fiat inquisitio in domo aliena,l.j.§.hoc autem,& l.diuus.ff.de ser.fug.& l.ij.C.eod.tit.Ita etiam dicẽdum est in prælato persequente monachum suum fugitiuum,eadem ratione:& ita singulariter dicit Alberi.de Rosa.in d.§.hoc autem.& idem,imò plus vult Bal. in l. si quis curialis, C.de epis.& cler.& idem dicendum est in marito persequente vxorem suam fugitiuam, vt volunt omnes in
7 d.l.ij.quod nota.Hinc etiam est, quòd sicut † seruus non potest

poteſt eſſe iudex, l. cum prætor. §. non autem omnes: ff. de iudiciis, & ca. ſciſcitatus, de reſcript. Ita nec monachus poteſt eſſe iudex, & ita decidit gl. in d. l cum prætor, in fine & ibi Ang. & doct. & vide no. per gl. & doct. in cle. & ſi prin cipalis, in verbo, per electionem, de reſcript. Hinc etiã eſt, quòd ſicut ſeruus poteſt extrahi de eccleſia & reddi domi no, præſtita cautione de non ſęuiendo in eum, vt eſt tex. in l. præſenti. §. ſane, C. de his qui ad eccle. confug. & in §. ſi q̃s igitur in Auth, de monachis, colla. j. Ita etiam monachus poteſt extrahi & reddi abbati vel prælato. imò plus voluit ſingulariter Albe. de Roſ. in rub. C. de his qui ad ecc. confu. videlicet ꝙ in locis in quib. quis põt pro debito capi, ſequeſtrari, vel arreſtari ex ſtatuto vel conſuetudine, debitores confugientes ad eccleſiam, etiam ſi ſint liberi homines, poſſunt inde extrahi. & idem tenet ipſe Alberi. in prima parte ſtatutorum q. xxxix. & Petr. de Ancha. in c. inter alia, de immunitate eccleſiæ. & Oldra. in conſi. liiij. & Ioã. And. in addi. ad Spec. in tit. de immu. eccle. & meminit deciſio Cap. Toloſ. cccexxij. licet non firmet. quod memori teneas mente, quia eſt frequentiſſimum in practica. Itẽ ex

8 iſto ſequitur aliud, videlicet quòd † ſicut dominus nõ poteſt ſæuire in ſeruum ſuũ d. §. ſane, & l. ij. ff. ff. his qui ſunt ſui vel alie. iuris, cum ſimilibus: Ita nec abbas vel prior in ſuum monachũ, licet correctio & coercitio ei ſit permiſſa, d. cap. quanto, vbi de hoc latè per Panor. & doct. quibus adde ea, quæ dixi ſuprà in euidentialibus euidentiali ix. Hinc etiam eſt, ꝙ ſicut poteſt ſolui ſeruo, vel filiofamilias, quando obligatio eſt cõtracta cũ eis, vt eſt tex. in l. ſi vnus, verſ. ſic enim. ff. de pac. Ita etiam põt ſolui monacho, quan do obligatio eſt contracta cum eo. ſecundum Barto. Paul. de Caſt. & alios in d. l. ſi vnus. & idẽ volunt Bar. Bal. & doct. in l. filius paciſcẽdo, C. de pactis. & idem Bar. in l. quod ſeruus. ff. depo. & in l. quod ſeruus, ff. de ſolu. quod nota. Hinc etiam eſt, quòd ſicut ſeruus nõ poteſt eſſe arbiter, l. Pedi⁹. §. j. ff. de ãrbi. & l. illa verba arbitratu Lucij Titij, ſecundũ vnũ intellectũ, ff. de verb. ſig. Ita nec monachus poteſt eſſe arbiter, eadẽ rõne. Et ita notat gl. in dicta l. Pedius, & ibi Bar. & docto. & habetur latè per Io. de Imola, Panor. & cano. in cap. quintauallis, de iureiur. quod nota. Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio à ſeruo ad monachum.

chum, sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiant.
9 Quatuor tamen nolo eos ignorare. Primum † est, argumentationem hanc à seruo ad monachum procedere in contractibus respectu acquisitionis uel præiudicij, in correptionibus seu coërcitionibus,& in iudiciis,quo ad actionem intentandam.Et ita loquuntur Innoc. Panor. Bartol. Bal.& docto.in locis suprà alleg.quando dicunt,monachũ æquiparari seruo. Et generaliter omnia iura loquentia in seruo,habent locum in monacho ,in his quæ possunt adaptari monacho:in aliis autem secus,secundum Bal.in d.l. seruus,C.com.de suc.ergo secùs est in vltimis voluntatibus,quia quoad eas monachus æquiparatur magis filio in potestate propter suitatem,& legitimam , quàm seruo. Ita sing. volunt Ioan.de Imo.& Alexan.in l.j.ff.de vulg.& pup. & Iason in d.§.seruum tuum.Bal.in d.l.cum proponas, de qua materia pulchra,subtili,& quotidiana, quãdo scilicet, & in quibus casibus monachus æquiparatur seruo, & in quibus filiofamiliàs,vide latiùs per Ioan. de Imo.in præal. l.si paterfamiliàs, vbi magistraliter loquitur, & plenè per Alexand.in d.§.per seruum.& aliquid per Io. And, Panor, Felin.& cano.in d.c in presentia, & per Bartol. & Paul. de Cast.in l.quicquid.ff.de acq.poss.& per eũdem Pau de Cas. in l.iusto,in prin.de vsuca.& per Bal.in d.l.cùm proponas, & per Bal.in l.ij.C.qui admitti poss.Secundum, quod iuuenes ignorare nolo, est:quòd licet disposita in seruo regulariter locum habeant in monacho vel religioso. vt suprà
10 declaraui, tamen † quandoq; in altero aliter reperitur à iure dispositum,non seruatur hæc æquiparatio. Et hinc est, quòd licet monachus, vel religiosus non possit hodie eligere sepulturam, cap.fina.de sepultu.libr.vj.seruus tamen adhuc hodie posset eligere sepulturam, quia effectus huius electionis confertur in tempus habile , putà in tempus in quo seruus absoluitur à lege domini: quæ ratio licet æquè militet in monacho vel religioso, tamen quia contrarium in eo hodie est dispositum (vt dixi) cessat argumentatio de vno ad alium : ità dicit Panormit. in cap. de vxore, de sepultu. quem vide pro intelligentia illius regulæ. Paria sunt aliquid fieri tempore habili vel tempore inhabili, dummodò effectus conferatur in tempus habile: de qua regula habes

tex.in

text.in l.in tempus.ff.de hæred. insti. Et licet contra dictã regulam videatur text.not.in l.si minor.ff.de ser.expor. tu tamen concorda dictos tex.vt singulariter per Panor.in d. c.de vxore:vel dic,quòd d.l.in tempus,loquitur de incapacitate,vel inhabilitate illius, in cuius fauorem disponitur, d.autem l.si minor,loquitur de inhabilitate disponentis tẽpore dispositionis:Vel dic aliter,vt per Bal.in l.quod sponsæ,C.de dona.ante nupt.Quas solutiones,quæ satis in idẽ recidunt,nota,quia possunt conducere ad multa. Est etiã alia regula notabilis, Quòd paria sunt aliquid fieri tempore inhabili & prohibito, vel tempore habili & conferre in tempus inhabile & prohibitum:de qua est tex.in d.l.qđ sponsę,& ibi hoc inducit Bal.ad decisionem q.quotidianę, & de ea habetur exquisitè per Io.de Imo.in l.si socer.§.Lu
11 cius.ff.sol.mat.quem vide.Tertium,quod iuuenes † ignorare nolo,est,quòd licet bona sit argumẽtatio à seruo ad monachum iuxta moderationem iam dictam, tamen non procedit argumentatio à seruo ad vasallum.nam videmus quòd seruus tenetur iuuare dominum suum: & præponere salutem domini saluti propriæ, vt est tex. in l.j.§.eodẽ autem tecto,in fine.ff.ad Sil. & hinc valde commendatur seruus Panopionis,qui cum cognouisset milites ad occidendum dominum suum venisse, cõmutata cum eo veste, permutato etiam anulo, illum postico clàm emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit,& vt Panopionem occidi passus est:vt commemorat Valerius Maxi. lib. vj.c. viij.de fide seruorum erga dominos. Sed licet vasallus teneatur iuuare dominum suum , non tamen tenetur salutẽ domini sui præponere saluti propriæ:vt not.dicit gl.in tit. quib.mo.feu.ami.& ibi Bal.in v.q.& gl.in ti.de alie.feu.pater.in fine,& ibi doct.Nec mirum,quia maius ius habet dominus in seruum,quàm in vasallum.Quartum, quod iuuenes ignorare nolo,est: quòd licet regulariter dicta in seruis habeant etiam locum in filiisfamiliàs, l. vt tantùm,ff. de seruo corrup.l.si quis seruo,cum ibi not.per gl.& doct. C.de furtis,insti.quod cũ eo qui in alie.potest.est,in prin. & l.serui & filij,in prin.ff.de fur.cum similibus:Hoc tamẽ locum non habet,quando inter eos est diuersa ratio, vel quãdo aliter in vno quàm in alio reperitur decisum. Hinc
12 est, quòd actiones noxales † quæ locum habent in delictis

ctis seruorum, non habent locum in delictis filiorumfamiliàs: vt est tex. in §. fi. Insti. de noxa. actio. idem etiam videre licet in Macedoniano, d. tit. quod cum cum eo qui in alie. pote. est. § illud. Hoc etiam nolo eos ignorare quod quẽadmodum lex potest concedere monacho facultatem testandi, vt est tex. in Aut. si qua mulier, C. de sac. eccl. ita etiã lex potest concedere seruo facultatem testandi: ita notabiliter dicit gl. in d. Auth. si qua mulier, de quo articulo vide ibi latius per doct. Quæ omnia tene menti tanquam pulchra, vtilia, & quotidiana: & vide quod dicam infra loco proximo.

¶LOCVS A LIBERTO ad vasallum.

1 *Vassallus propter ingratitudinem priuatur feudo: & libertus reuocatur in seruitutem.*

2 *Libertus propter confœderationem cum inimicis patroni sui grauissimè punitur.*

3 *Libertus liberti mei non est meus libertus: nec vassallus vassalli mei est meus vasallus.*

4 *Domini sicut interest non perdere subditos, ita & subditorum non mutare dominos.*

5 *Ius feudi potest in totum vni ex liberis assignari.*

6 *Libertus & vassallus propter ægritudinem fraude cessante excusantur à seruitio.*

7 *Persona domini & patroni vassallo & liberto honesta videri debet.*

8 *Dominus & patronus ad requisitionem vassalli & liberti non iurant de calumnia.*

9 *Libertus & vassallus licitè an occidant patronum & dominum adulterantes, & quid statuto cauente exulem occidi impunè: &c.*

10 *Iniuria illata per libertum patrono, & per vassallum domino censetur atrox.*

11 *Vassalli bonis propter delictum publicatis, feudum nõ censetur cõfiscatum.*

fiscatum.

12 *Libertus & vassallus nõ tenentur salutem patroni & domini propria saluti praeferre.*

13 *Clausula, si vassallus potest, subintelligitur in iuramento fidelitatis.*

14 *Vassallus & libertus tenẽtur alimenta praestare domino & patrono egentibus.*

15 *Argumentum de liberto ad vassallum non semper procedit.*

16 *Vassallus & libertus non semper aequiparantur.*

INsuper habemus in iure locum à liberto ad vasallum, A quo sumptum argumentum est probabile, frequẽs, & vtile, vt asserit Spe. in ti. de feu. §. qm̃, ver. xvij. & Bal. in l. liberti libertaeque, circa fi. C. de ope. lib. & Aluaro. in ca. fi. de alie. feudi pater. in vsib. feu. & Ias. in l. si non sortem. §. libertus, circa prin. ff. de condi. inde. & gl. & doct. saepe alibi, vt infrà patebit. Quod facit ad multa, & inter alia primò ad

1 hoc, quòd † sicut libertus ingratus erga patronum reuocari potest in seruitutem: vt est tex. in l. ij. C. de libe. & eorum lib. & Insti. de cap. dimi. post prin. cum simil. ita ẽt vasallus propter ingratitudinem seu feloniam, vt voeant, commissam in dominũ, priuari potest feudo: ita dicit gl. quae hoc argumento vtitur in d. l. ij. & de hoc vltimo est text. si bene ponderetur in §. praedictis, in tit. quae fuit prima causa benefi. amit. in vsib. feud. Hoc tñ debet limitari, vt sit verum, quando ingratitudo consistit in faciendo, seu committendo, puta in offendendo personam patroni vel domini: sec si consistat in omittendo propter obsequium non praestitum l. solo, cum sua gl. quae ẽt hoc arg. vtitur, & ibi Bald. C. de lib. cau. de hoc tamen vide ibi latiùs per Sali. qui hunc articulum bene examinat. Si autem videre libeat formam reuocationis in seruitutem, qua olim vtebãtur patroni, videre poteris Valerium lib. ij. ti. de insti. anti. capi. de Atheniensib. Aduerte tñ, ꝙ licet vasallus propter ingratitudinẽ perdat feu um, non tamen perdit libertatem: libertus autem propter ingratitudinem ẽt in seruitutem reuocatur, & sic perdit libertatẽ, iurib. praeal. Nec mirum, quia vasalli ꝑpetuo iure liberi & ingenui sunt, nec libertatẽ à domino consequuntur: liberti autem ex beneficio manumissionis à domi

à domino libertatem consequuntur, vt verè dicit Sal.in d. l.solo. Ingenuitatem tamen asserere non possunt liberti, nisi per principem natalib.restituantur,l.sed & si hac.§.patronum.ff.de in ius vo.quod no.Secūdò istud facit ad hoc,
2 †quòd sicut libertus faciendo confœderationem seu ligā (vt vocant)cum inimicis patroni sui,grauissimè punitur,l. j.§.cùm patronus.ff.de offi.præfe.vrb.Ita etiam vasallus faciendo ligam cum inimicis domini sui,debet priuari feudo.Ita singulariter dicit glo.quæ hoc argumento vtitur in d.l.j.§.cùm patronus,in verbo,cum inimicis,& ibi eam ad hoc notant Odo.Albe.& Bald.& de hoc est tex.clarus in c. vnico,quot testes sunt necess.ad prob.& est conclusio glos. Bal.Sali.& doct.in l.liberi,C.de inoff.test.De quo per Iaso. in d.§.libertus,limitando vt ibi per eum, & vide quod dicam infrà in loco de tanquam. Tertiò istud facit ad hoc,
3 ꝙ sicut libertus†liberti mei,non est libertus meus,l.Modestinus.ff.de verb.sig. Ita etiam vasallus vasalli mei, non est vasallus meus.& ita notat gl.quæ hoc argumēto vtitur in d.l.Modestinus,& glo.in c.legitur,lxxxj.dist.& sentit gl. in l.de accessionibus.ff.de diuer.& temp.præscri. quod intelligo,qñ est vasallus vasalli mei ratione alterius rei:sec⁹ si ratione eiusdem rei,vt habetur in c.imperialem.§. illud, de prohibita feudi aliena.per Fed.& ita reperio velle Bart. in d.l.de accessionibus,& Bal.in l.j.C.communia de legatis: & Bald.Aluaro.& alios in d.§.illud, & de hoc habetur per Franciscinum in sing.libel.feud parte iiij.in ver.noua datur declaratio in hac materia:quē omnino vide.Quartò istud facit ad hoc ꝙ sicut is, cui fideicommissaria libertas relicta est,non est inuitus tradēdus alij, vt ab eo manumittatur,& fiat alterius libertus quā eius qui rogatus est manumittere:vt est tex.in l.generaliter.§. fi.& in l.inuitus in prin.ff.de fideic.lib.Ita ēt dominus nō potest in aliū aliena re,vel trāsferre i⁹ vasalli,vel feudi inuito vasallo. Ita dicit gl.singu.cōmuniter approbata,quæ hoc argumento vtitur in d.l.inuitus.in gl.j.& probatur in c.j.§.ex eadē l.in tit.de leg.Cor.& in d.§.præterea ducatus,in fin.in vsibus feud.& vtrobique no.per docto.illic scribentes,& per Pet.Iaco. in practica in titul. de causis ex quibus dominus debet amittere proprietatem, in versiculo,item dominus non debet,in additione illic posita, quæ habet,Azonem super

n 2 hoc

no,suo victu & suis impensis, quando ipse aliàs est diues. l.suo victu, cum sequen.ff.de ope.libertor.non tamen tenetur sequi patronum vagantem per orbem terrarum, lege quod nisi.ff.de operis liber. Ita & vasallus tenetur seruire domino,suis impensis:quando feudum est opulentum, & fructus feudi hoc patiuntur:nisi aliud habeat inuestitura, priuilegium, vel consuetudo : non tamen tenetur suis impensis sequi dominum extra patriam bellum mouentem: Ita notab.volunt Dy.Barto.& docto.in lege Mæuia, §.fin. ff.de an.leg.de quo habetur pulchrè per Aluaro. in cap. j. de no.for.fideli.& per eundem in capitu j.in princi.quib' mod.feud.amit.in vsib.feud.& notabiliter per Iacob.in d. libel.feud.super illis verbis,& promiserunt eidem domino suo præstare debita seruitia, in ij. & iiij.quæstio.& per Specu.in dicto titu.de feudis.§.quoniam,versic.xxij.quæritur,& versicu.sequen.& per Franciscinum in libel.feud. parte iiij.circa principium,in versicu.tertia cadit necessaria dubitatio,vbi inter alia reperies,quòd si dominus pro defensione regni non putat tutum,inimicum expectare in regno,sed potius gerere bellum extra regnum:vt regi Anthioco salubriter consuluit Hãnibal, prout elegantissimè refert Iustinus, libro xxxj. tenentur vasalli eum extra regnum adiuuare:& idem expressè vult Bald.in dicto cap. j. in j.quæstio.quibus modis feud.amitta, quod tene menti.

6 Octauo istud facit ad hoc, quòd sicut libertus † ægrotus, fraude cessante, excusatur ab operis vel seruitio patrono præstandis,l. cum patronus,§. fina.cum le. sequen.in versicu.sicut accidit.ff.de ope.libe. Ita etiam vasallus propter ægritudinem, fraude cessante,excusatur à seruitio domini,eadem ratione:& pro hoc faciunt no p gl. Bal. & doct. in d.c.j.quibus mo.feu.ami.in prin.cum loquuntur de vasallo inutili ad pugnam,puta cui brachia absciſsa sunt, & notata per Lud.Rom.in repeti.l.si verò.§.de viro.ff.solut. matr.in xliiij.fallentia,quod not. Nonò istud facit ad hoc quòd sicut libertus spoliatus à patrono vi inermi, non potest agere cõtra eum interdicto vndè vi:sed bene actione in factum:nec etiam intentare contra eum actionem famosam,vt est tex.in l.j.§.interdictum hoc.ff.de vi & vi armata,& in l.nõ debet ff.de dolo,& in l.j.ff.de obse.cum simi. Ita etiam dicendum est in vasallo spoliato à domino vi

 inermi,

num adulterum, leg. si adulterium cum incestu. §. liberto, ibi, cuius famæ, multo magis vitæ parcendum est. ff. de adulte. Ita nec vasallus dominum adulterum, secundum Dynum, Bart. Albe. de Rosate, & alios in d. §. liberto, per illum textum fin. Sed circa hoc cadit dubitatio elegans & quotidiana, de bannito vel exule, An scilicet statuto permittente exulem offendi vel occidi liceat vigore eiusdem statuti filio, liberto, vel vasallo, impune occidere patrem, patronum, vel dominum exulem? & concludunt Dynus & Alb. in d. §. liberto, per illum tex. quod non: & idem vult Feli. cum quadam tamen distinctione in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & Angel. in d. §. liberto. Idem etiam tenet Cæpola in consi. v. vbi multis rationibus deducit, etiam hoc casu non licere vxori occidere maritum: Bartol. autem in d. §. liberto, tenet contrarium: & idem vult Salicetus in l. vnica. C. de his qui parentes vel liberos occide. Sed primum credo verius. Circa hoc autem plura pulchra, subtilia, & quotidiana videre poteris per Bar. in consi. suo clxxxviij. incipiente, Statuto castri plebis, & per eundem Bartol. & Angel. in l. penulti. ff. de adulte. & per eundem Bartol. in eleganti disputatione, incipiente, Lucanæ ciuitatis, per Bartol. Angelum, & Ioannē de Imo. in l. qui seruum. ff. de verbo. oblig. per Pau. de Cast. in consil. xxxiiij. & in consi. cxciij. in antiquis, per Ang. in consil. cclxxxviij. per Alex. de Imo. in consilio cxiiij. primo volumine, per Ioā. And. in regula Quod quis, & in regula Frustra, de reg. iur. lib. vj. in Mercuria. & per eundem in additionib. ad Specul. in tit. de constitutio. circa finem, & per eundem in additionibus ad Speculum, in tit. de accusatione, parte iij. in §. sequitur videre, in additione magna circa princ. & in versi. tertium membrum, & in versicu. quartum membrum, cum pluribus sequentibus: & per eundem in addit. ad Speculum in rubrica de obligationibus & solutio circa fin. & per Sali. & alios in l. j. C. de hæredib. institu. & inter alia volo te circa hoc quatuor præcipuè memoriæ commendare. Primum est, quod si statutum permittit exulem offendi, vel occidi, per hoc tamen non est licitum vxorē illius stuprare, vel adulterari. Ita singulariter dicit Bal. in l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. pub. & Alex. de Imol. in l. non solum. §. quanquam, in apostil. ad Barto. ff. de iniur. & est ratio, quia per hoc non

solum fit iniuria exuli, sed & agnatis, & reipublicæ. Secundum, quòd licet statutum permittat bannitum seu exulem offendi, vel occidi, hoc tamen impunè fieri non potest veneno vel proditoriè. Ita sing. dicit Ang. in l. fi. C. de delato. lib. x. & sequitur Cæpola in consilio suo xxxiiij. incipiēte, si vnquam, in iij. co. & Hip. de Marsi. in rub. & in l. j. ff. de sicariis, & in sing x. & sæpe alibi. Tertium est, quòd licet statutum permittat bannitum impunè occidi, hoc tamen non habet locum in exule capto, vel incarcerato per magistratū. Ita singulariter dicit Bal. post Ia in l. libertas. ff. de statu homi. Quem refert & sequitur Hip. de Marsi. in sing. cl. vbi reperies & alia notatu digna. Quartum est, quòd licet statutum permittat meretricē incarcerari vel aliàs offendi vt sentit posse, Bald. in l. consentaneum, C. quo. & quando iud. tamen hoc non procedit, quando ipsa meretrix esset coniugata. Ita sing. decidit Ioan. Andre. in add. ad Spec. in rub. de iniuriis, & sequitur Roma. in rep. d. §. de viro, in ij. fal. di cens hoc summè notandum. Decimotertiò istud facit ad hoc, quòd sicut iniuria † quæ per libertum infertur
10 patrono, censetur atrox ex qualitate personæ iniuriati, l. prætor edixit. §. atrocem. ff. de iniuriis, & §. atrox, Institut. eo. tit. ita etiam iniuria per vasallum illata domino, censetur atrox: quia vasallus æquiparatur liberto, vt dixi supra in principio: & ita in specie decidit Franciscinus in d. fin. libel. feud. parte quarta, in versiculo, duodecima causa priuationis. In casu autem conuerso, liberto vel vasallo passim & indistinctè non est danda actio iniuriarum contra patronum vel dominū, sed inspici debet, an iniuria atrox sit, vel leuis. quia pro leui emendatione, vel conuicio non datur: vt est tex. fin. in d. l. prætor edixit. §. præterea, iunctis ibidem not. per Ang. quod nota. Decimoquartò facit ad
11 hoc, quòd sicut † bonis liberti propter delictum eius confiscatis, patrono non fit præiudicium in parte sibi debita, l. cum ratio. §. si in libertum. ff. de port. quę lib. damn. Ita etiā bonis vasalli propter delictum eius confiscatis, feudū non censebitur confiscatum, sed applicabitur domino directo, si in eius iniuriam commissum est delictum: vel agnatis vasalli delinquentis, si in tertiam personam commissum est delictum, propter quod ipsius bona confiscantur, arguendo à liberto ad vasallum. De quo per Dy. in d. l. cum

ratio.§.si in libertum, & per Speculatorem in dict. tit. de feu.§.quoniam,versi.xl.quæritur, & pleniùs per Bar. Pau. de Cast.Ioan.de Imo.Alex.& doct.in l. si finita. §. si de vectig:libus.ff.de da.inf.& per Ange.in l.eorum,illo eo.ti.& per Franciscinum in d.libe.feu.parte v.in versi.septimus & vltimus erit tractatus : ad quos breuitatis gratia te remitto.quia doct.diuersimodè sentiũt,& articulus est pulcher,
12 & quotidianus. Decimoquintò facit ad hoc, ꝙ † sicut libertus non tenetur salutem patroni præferre saluti propriæ:imò potest salutem propriam præferre saluti patroni,vt est tex.in l.hæ demum.ff.de op.liber. Ita etiam vasallus potest salutem propriam præferre saluti domini,quod ipse certus est,quòd dominum iuuare non potest sine certo periculo vitæ suæ.Ita tenet glo in d.ti.quibus mod.feu. amit.in prin & ibi Bald.in v.q.& doct.alij post eum,& glo. & doct.in d.tit.de alie.feu.pat.in fine.pro quo etiam facit,
13 quòd in iuramento † fidelitatis semper subintelligitur clausula,si vasallus potest,iurib.præal.& cap.j §.ad hæc,in tit.hic fi. lex,deinde cons reg. inci: & ita etiam concludit Iacob.in d.libel.feud.super illis verbis,& promiserunt eidem domino suo,&c in xiij q.& Francisc. in d. suo singulari libello feudorum parte iiij.in versi.quarta cadit circa præmissa dubitatio,quò recurre,& hoc tene,quicquid dicat Specula.in d.tit.de feudis.§.quoniam, versi. xvij.circa finem.quod nota. Decimosextò istud facit ad hoc, quòd sicut libertas libertorum non potest pœna constringi, vt est tex pulcher in l.j §.quæ onerandæ.ff.qua rerum actio non datur,& in l.quæ onerandæ,& in l.ita stipulatio. ff. de operis libertorum:ita nec libertas vasallorum,quia æquiparantur.Ita singulariter dicit Bald.in d.l.liberti libertæque,ante fi.& sequitur Franciscinus in d.versi. quarto cadit circa præmissa dubitatio. Decimoseptimò facit ad
14 hoc,quòd sicut † libertus tenetur patrono inopi præstare alimenta,quando ipsi liberto aliquid superest,l.j. cum ibi no.in glo.in verb.aliquid præstetur,C.de oper.liber.& habetur per gl.& do.in d l.solo,& in l.si quis à liberis.§.pe.ff. de lib.agn.ita etiam vasallus eo casu cum sibi aliquid superest,& feudum est opulentum , tenetur alimentare dominum egentem,aliàs possit feudo priuari. Ita singulariter determinat Bar.in tract. de alim.circa fi.& idẽ Bar.post

Dy.in l.alimenta.§.fi.ff.de liberis agnoscen. & Speculator in tit.qui fil.sunt legit.§.j.in versi.sed nunquid dominus, & Bal.in d.l.vnic.§.sed scimus,C.de lat.li.toll.pro qua opinione adduci posset decisio gl.sing in l.fi.in verbo, voluerit,cum illic notatis per Cy.& Salice.C.de reu.do.quæ sin-vult,quòd donatarius teneatur alimentare donatorem egétem:aliàs tanquam ab ingrato reuocari posset donatio. quia tamen iste articulus est dubius,pulcher, & quotidianus,vide de eo latiùs per Ioan.An.in additionibus ad Speculum in dict.versi.sed nunquid dominus.& per Sali. in d. l.solo.& per Aluaro.in cap.licet,si de feudo fuerit contro. in vsib.feudo.& per Iacobinum in dicto lib.feudorum super illis verbis, & cum pacto quod dicti vasalli præstent, &c.& per Franciscinum in libello feudorum parte iiij. in d. versi.quarta cadit circa præmissa dubitatio, vbi de hoc satis plenè reperies. Posset & ad multa alia vtilia, & quotidiana induci hæc argumentatio à liberto ad vasallum, sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiunt.Non tamen

15 semper procedit hæc argumentatio à liberto ad vasallum: quia libertus non potest patronū impunè vocare ad ius sine venia,l.si libertus.& l.fi.ff. de in ius voca. & tamen vasallus pōt impunè vocare dominum in ius sine venia.ita dicit glo.notabilis in ca.j.in verbo,salua reuerētia, & ibi eam sequuntur Bal.Aluaro.& alij,in tit.de milite vasa.qui contu.est,& Ioan.Fab. Ang.Ioan. de Platea, & Iason in §. pœnales,Instit.de actio.& Io.de platea in l.j.Cod.de colo. Tracensibus libro xj. & Iacobinus in libello de homagiis, in versiculo sextò principaliter quæro: & docto. sæpe alibi: & licet Speculator in dict. titul. de feudis.§. qm.versi.xvij.quæritur.& Zasius in d.§. libertus, teneant contrariū,tu tamen non recedas ab opi.gl.& doct. quæ est communis,& magis approbata.Fateor tamen,quòd vasallus volens vocare dominum in ius,discretè, honestè, & tutè faceret,impetrando veniā agendi à iudice:sed non credo necessarium,vt plenè videre poteris in locis præalleg. & præcipuè per Iacob.in d.versi. sexto principaliter quæro. Vnde autem originem ceperit hæc obligatio liberti ad patronum,ac vasalli ad dominum & econtra, vide per Zasium in scholiis suis super l.ij.circa princip. super verbo, curias,ff.de origine iuris,& per Bud in l.Herennius. ff. de

euict.

euict. Illud autem certũ est, quòd obligatio vasalli ad dominum longè alia origine emersit, quã liberti ad patronũ. Libertus enim beneficio manumissionis ad obsequia, & ad operas officiales naturaliter patrono tenetur, ad artificiales verò ex impositione. d. §. libertus. & suam conditionẽ quoad ciuilẽ originem à domino ita accepit, vt velut noua factura esse dicatur: quã conditionem nec refutare poterit, nisi recidat in seruitutem. Vasallus verò nõ nisi ꝑpter feudum quod à domino accepit ei obligatur, & eatenus ei adstringitur, quatenus ius feudi exigit: ergo, eo relicto, amplius domino obligatus non videtur: in qua opinione etiam fuit Zasius in d. §. libertus. pro quo videtur tex. apertus, licèt ipse non citet, in tit. de vasallo qui cõtra constit. Lotharij feudum alienauit. sed hoc vltimum non est expeditum, imò diuersæ circa hoc sunt opiniones, vt videre poteris per glo. Card. Io. de Imo. Panor. & doct. in d. c. quæ in ecclesiarum, & per glo. in c. fi. de cap qui eu. vend. & per Dy. Bart. & doct. in l. is cũ quo. ff. de aqua plu. arc. & per Bal. in prælu. feu. & plenissimè per Feli. in d. ca. quæ in ecclesiarum, vbi ponit regulam affirmatiuam, quòd vasallus, inuito domino, potest renuntiare feudo, additque exceptiones v. cum aliquibus declarationibus, ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat. Et hinc meo iudicio benè dixit An. de Iser. in d. c. j. qui. mo. feu. ami. ꝙ licet in multis
16 libertus † & vasallus se habeant vt paria, in aliquibus tamẽ habent se vt excedentia & excessa. & idem vult Francisci. in d. versi. quarta cadit circa præmissa dubitatio. Quæ omnia commenda memoriæ tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & in practica quotidiana.

LOCVS A PRIVATIONE ad Habitum.

1 *Priuatio præsupponit habitum.*
2 *Petens absolutionem an fateatur se excommunicatum.*
3 *Argumentũ à priuatiõe ad habitum non procedit quãdo verba impropriantur, ratione contrarietatis vitandæ, vel subiectæ materiæ.*

4 Cuius

4 *Cuius naturæ & conditionis est priuatio, eiusdem naturæ est habitus, & econtrà.*

5 *Vbi non est, vel esse non potest habitus, ibi non cadit priuatio.*

6 *Statutum requirens pro delicto amputationem manus, quomodo intelligatur.*

7 *Nihil est in priuatione, quod prius non fuit in habitu.*

8 *A priuatione non fit regressus ad habitum naturaliter.*

OFfert se nunc locus à priuatione ad habitum, vel (vt Baldo in l. conuenticula, C. de epis. & cler. placet) à carentia habitus: à quo sumptum argumentum est probabile, validum, frequens, & multùm vtile: tex. est not. in l. decem, & ibi Bar. & doct. not. ff. de verb. oblig. & tex. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure, & Institu. de cap. dimi. & bonus tex. in l. Titio vsusfructus, in princi. ff. de condi. & dem. & in l. Iulianus. ff. de diuort. & elegans tex. in c. ad dissoluendum, de despon. impub. & in c. quod verò non formatum xxxij. q. ij. cum simi. & huius loci meminit Bal. vt dixi, in d. l. conuenticula, eo vtitur summus Pontifex in c. de infide. lib. & ibi Panor. notat de consan. & affi. & refert Iason in l. si quis maior, in xj. not. C. de transac. insignes doctores eo vti alicubi, quod ipsum infrà manifestum fiet. Potest aũt argumentũ ex hoc loco formari multipliciter ad mul-
1 tiplicẽ effectũ. Vno modo sic. Priuatio † præsupponit habitũ, vndè non potest dici liberatus, qui nunquam fuit obligatus, d. l. decem. Nec potest desinere esse, quod non incepit esse. d. l. Titio vsusfructus. d. c. quod verò non formatum, nec accusari quod nõ est, d. c. ad dissoluendũ*. Quod facit ad illud, si petam à te rem aliquam exhiberi, & tu cõuentus coram iudice respondeas, te illam perdidisse, præsupponitur habitus, & sic releuor ab onere probandi ꝙ illam habueris: quod est bene notandum. Hinc etiam est, quòd per instrumentum manumissionis præsumptiuè ꝓbatur,

ADD. * Dissoluendum. Item testamentũ, quod nullum est, rumpi non potest l. nam & si. versi. post defectum. ff. de iniusto rup. P. Prat.

batur,feruitutem præceffiffe:& per inftrumentum emancipationis præfumptiuè probatur,patriam poteftatẽ præceffiffe.l.moueor,& ibi Bal.C.fi fer.expo.væ.Hinc etiam dicit Bal.in l.ij.C.de iur.aur.anu.quòd per inftrumẽtum legitimationis probatur,quem non fuiffe legitimum. Hinc etiam eft,quòd fi oppono contra aliquem,quòd non eft legitimus teftis,vel quòd agere non poteft in iudicio, quia eft feruus, vel excommunicatus maiori excommunicatione,vel in exilium miffus, qui ex forma ftatuti non auditur:ipfe autem replicat,quòd eft manumiffus, abfolut⁹, vel reuocatus ab exilio,fundata eft intentio mea ad effectum repellendi eum à teftimonio vel ab agendo, nec habeo probare,quòd fuit feruus excommunicatus, vel in exilium miffus:imò nifi ipfe probet manumiffionem,abfolutionem,vel reuocationem ab exilio,repellitur à teftimonio & ab agendo:tex.eft notabilis in Auth.fi teftis productus dicatur,C.de teftib.& volunt Barto. Ang. Io. de Imol. Pau.de Caft.& doct.in d.l.decem.Sed an per hoc ipfe videatur confiteri excommunicationem,vel exilium, vel conuentus pro debito allegat fimpliciter pactum de non petendo,vel folutionem,cenfeatur fateri debitum ad effectũ condemnationis:funt opiniones inter doct. fed omiffis altercationibus,veritas eft,quòd non. vt pulchrè declarant Ange.& Ioan.de Imol.in d.l.decem, & Ang. de Are.in d.§. feruus.Sunt enim inter fe multum diuerfa,quærere an excipiens confiteatur intentionem actoris ad effectum condemnationis,& quærere an excipiens confiteatur factum cuius allegat priuationem ad effectum repulfionis à teftimonio vel ab agendo:quia in primo cafu clarum eft,quòd non.Et ita loquitur l.non vtique,cum ibi not.ff.de exceptio.& reg.exceptionem obiiciens,cum ibi not.de reg. iur. lib.vj.& in fecundo cafu clarum eft, quòd fic. & fic loquitur d.Auth.fi teftis productus dicatur.de quo, fi libet videre poteris latius per Felin.& can.in c.cum venerabilis, de excep.& per gl.& doct.in iurib.præall.Hinc etiã eft, quòd
2 petens abfolutionem,† tacitè fateatur fe excommunicatum,feu ligatum,nifi petat fe abfolui ad cautelam,fi & quatenus egeat abfolutione,vt dicit glo.in c.venerabilem,fuper verbo,poftulauit,de electione:& fequuntur ibi Hofti. & Io.de Imo.& Barto.& doct.in d.l.decem,& Ioan An.in c.cum

c.cum dilectus, circa finem, de ord. cog. & ista est veritas, quicquid dicat Panor. in d.c. venerabilem. quod nota. Hoc
3 tamen scias, quòd aliquando verba † improprientur ratione contrarietatis euitandæ, vel ratione subiectæ materiæ, vt videre poteris infra in loco à subiecta materia: & tunc non procedit argumentum à priuatione ad habitum, vt in l.iij.§. desinere, iuncta glo. ff. vsuf. quemad. cau. vbi verbum desinit, ponitur, pro non incepit, vt explicat textus ipse & in l. si seruus seruum. §. si calicem, iuncta gl. ff ad leg. Aqu. vbi verbum, tollit actionem, exponitur per glo. ibi in tollit. id est facit non incipere, & in l. dispensatorem in fin. iũcta glo. in verb. nam sublata. ff. de solut. actio negotiorum gestorum tollitur reprobatione, id est, eius natiuitas impeditur, vel locum non habet: secund. glo. Bart. & doct. ibidẽ. & in l. conditio in præteritum, iuncta gl. ff. de verb. oblig. vbi verbum perimit, ponitur pro cõsistere non permittit: & in psalmo lxxxv. ibi, eruisti animam meam ab inferno inferiori, vbi verbum eruisti, ponitur pro præseruasti. De quo videre poteris latius in locis præall. Secundò argumẽ
4 tum † ex hoc loco formari potest aliter sic. Cuius naturę & conditionis est priuatio, eiusdem naturæ est habitus: & econtra. Vndè quando habitus est bonæ fidei, similiter & eius priuatio. Ita notant Bald. & Pau. de Cast. in l.j. C. quã. lic. ab emp. dis. quod est valde vtile, vt ibi videre poteris per eos, & per Iasonem in l. ab emptione. ff. de pactis: quò recurre. Hinc etiam inferri potest aliud, videlicet, quòd sicut in diuortio seu separatione matrimonij requiruntur septem testes, & quòd illi sint rogati, vt est tex. iuncta gl. in l. nullum. ff. de diuort. ita etiam tot testes requiruntur in matrimonio contrahendo, & quod illi sint rogati: arguẽdo à priuatiõe ad habitũ. & ita singulariter decidit Roma. sing. dccxiij. sed in contrarium est glos. singu. in c. nostrates, xxx. q. v. quam ibi sequuntur Io. de Fantutiis & Archi. & idem vult Io. An. Præpositus, & canonistæ in c. ex parte, de sponsali. & Barba. in consilio suo vj. nu. 5. j. vol. & ita in practica seruari vidi: quod tene menti. Tertiò argumentũ
5 ex hoc loco formari potest aliter sic, vbi non est, † vel esse non potest habitus, ibi non cadit priuatio, d.l. decem, & præal. l. Iulianus, & isto argumento tacitè vtitur glos. in l. j. C. de arbitris, in verb. actio. dũ ponit rõnem, quare à sen-

tentia

tentia arbitri nō potest appellari. Et hinc est, ꝙ seruitus ne luminib. officiatur, nō pōt imponi illi domui, quæ officere nō pōt, l. si ædes meæ, cū l. seq. & ibi Pau. de Ca. no. ff. de ser. vrb. præd. Hinc ēt est, ꝙ cæcus non pōt amplius excæcari: Quod facit ad statuta disponentia, ꝙ pro certo delicto q̄s excæcetur: quia illa pœna nō cadit in cæcū vel excæcatū. q̄a oculi nō videntes nō sunt oculi, nisi æquiuocè, sicut oculi picti secundū phil. quod & meminit Bal. in d. l. cōuenticula. Quid ergo fiet hoc casu? certè si cæcus cōmittat maleficiū, p̄p quod ex forma statuti oculis debeat effodi: pœna statuti debebit cōmutari in aliam. tex. est notabilis in l. ij. & ibi hoc notant Cy. Ang. Sal. & Io. Fa. in breuiario, C. vt int. certū tēp. cri. q. ter. & Io. An. in re. nemo ad impossibile, de re. iu. li. vj. in Merc. & faciūt not. per gl. sing. in c. si compromissarius, §. fi. de elect. lib. vj. cum ibi not. per Io. An. & Petr. de Anch. Domi. Philipp. Franc. & alios: & idem est de non habente manus vel auriculas. Imò magis singulariter voluit Bal. & Pau. de Cas. in Auth. sed nouo iure, C. de ser. fu.
6 videlicet, quòd si delictum aliquod † ex forma statuti requirit amputationem manus, & delictum illud committatur per aliquem qui non habet nisi vnam manum, quòd illa non erit amputanda, sed fiet commutatio in aliam pœnam, per d. l. ij. & sic statutū imponēs pœnā manus, restringi debet ad habentē duas man⁹: quia maior esset pœna habenti vnā manū dumtaxat, quā habēti duas; quod est perpetuò memoriæ cōmendandū, tametsi contrariū tenet in hoc Sal. post Ia. Butriga. in d. Auth. sed nouo iure. Quod si statutū pro certo delicto imponat pœnā amputatiōis manus, & tale delictū cōmittatur per illū qui habet duas manus, sed vnā aridā & aliā fortē, amputabitur arida ī qua minùs potest, & nō alia. Ita singulariter vult gl. in d. Auth. sed nouo iure. & sequūtur ibi Bal. Ang. Sal. & Pau. de Ca. & Io. And. in reg. in pœnis, de re. iu. li. vj. in Merc. quod memori teneas mēte, quicquid dicat Odofred⁹ in d. Aut. sed nouo iure. Quod si statutū loquatur de amputatiōe manus dextræ, & illa sit arida, sinistra autē fortis: an dextra arida sit amputāda, an verò pœna cōmutanda, sunt opiniones inter doct. vt videre poteris per Sal. in d. l. ij. & in d. Aut. sed nouo iure, vbi hunc articulū plenè examinat: & placet mihi opinio Iac. Butri. & Sal. tanquam mitior, reiecta opinione Cy.

quæ

quæ est nimis rigida, & insipida. Hoc tamē quod suprà dixi, recipit vnam singularem limitationem, videlicet vt procedat, quando delictum poterat æquè faciliter committi cum vna manu sicut cum altera, vt furtum: aliàs autē quādo delictum habilius committitur cum vna manu, quàm cum altera: exemplum in crimine falsi: tunc puniendus est delinquens in ea manu, cum qua delictum commisit: ne iteratò illud committat. Ita sing. reperio velle And. de Iser. & post eum Alua. & Præp. in cap. imperialem. §. callidis, de prohib. feud. alien. per Fed. in vsib. feud. quod est bene notandum: quia est fundatum in maxima æquitate, & nō memini me hoc legisse alibi. Porrò si statutum imponat pœnam excæcāti alium, habebit locum in eo qui ita lumen impediuit, quòd non possit quis inde videre lumen, licet oculos non effoderit: non autem habebit locum in eo qui non excæcauit in totum, sed dumtaxat aliquantulum visum obscurauit: ita notabiliter dicit Paul. de Castr. post Bald. & Angel. in l. binas ædes. ff. de ser. vrba. præd. quod nota. Quartò (vt ad propositum reuertar) potest etiā
7 ex hoc loco sic formari argumentum. Nihil † est in priuatione, quod prius non fuit in habitu. tex. est notabilis Insti tu de libertinis, in principio, & ibi Angelus notat, & bon⁹ text. in d. l. Titio vsusfructus, in prin. cum sim. & hoc facit ad materiam, l. cum proponatis. C. de codicil. vbi habetur, quòd in codicillis contrariis vltimus præualet: si autem non constet, quis fuerit prior, & quis posterior: quia fortè ambo facti sunt eodem die: & in vno codicillo fuit legatū relictum, in alio autem fuit facta ademptio eiusdem, hoc casu præsumitur ille codicillus posterior, in quo facta est ademptio, quia ademptio in ordine est posterior quàm habitus. Ita not. dicunt Cy. Bal. & alij doct. in d. l. cum proponatis, & idem vult Bar. in §. quibus, C. de no. Cod. comp. & sentit Bal. in d. l. conuenticula: quod manda memoriæ. Quintò argumētum ex hoc loco potest formari aliter sic.
8 A priuatione † non fit regressus ad habitum, tex. est not. in §. quod autem. in fi. & ibi Ang. not. Instit. de cap. dimin. & tex. in l. homo liber. ff. de sta. hom. quod intelligo, naturaliter & philosophico more loquendo: aliàs falsa est propositio illa, à priuatione non fit regressus ad habitum, & contra nostram religionem: vt patet in symbolo ibi, carnis re

nis resurrectioné,&c.& in ca.firmiter,de sum. Trin. Istud tamen sic declaratum limita dupliciter secundum Ang. in d.§.quod aût. Primò nisi priuatio fuerit tantum de facto, quia non sufficit aliquid fieri de facto vt sequatur effectus iuris,tex.habes & exéplum in §. fi. Insti.de ingen. Secũdò limito,nisi primus status nõ fuerit omnino extinctus, sed velatus tantũ.tex.est no.in l.in tantũ,in prin.ff.de rer.diui. vbi litus maris propter ædificium fit occupantis,sed ædificio dilapso litus redit in publicum.

¶LOCVS AB EXPRESSO ad Tacitum, & contrà.

1 *Expressi & taciti eadem vt plurimum est virtus & potentia.& nu.2.3.cum seq.vsque ad nu.8.*
8 *Tacitum haberi pro expresso contingere multis modis.*
9 *Argumentum à tacito ad expressum est probabile.*
10 *Expressum sæpe plus valet re tacita.& nu.seq.vsque ad nu.16.*
16 *Tacitè multa fieri possunt,quæ non possunt fieri expressè.*
17 *Tacitum aliquando plus nocet & operatur quàm expressum.*
18 *Tacitum non semper æquiparatur expresso.*
19 *Taciti actus non tam late interpretantur vt expressi.*
20 *Expressum quando faciat silere tacitum.*
21 *Promissio hominis an & quando faciat silere promissionem legis.*
22 *Expresso viciato an vicietur tacitum.*

AB hoc loco ab Expresso ad tacitum sumptum argumentũ est ꝓbabile, vtile, & frequentissimũ:quia æquiparantur.par † enim est virtus
1 taciti & expressi:& tacitum, & expressum ꝓcedunt ex eadé potentia causæ efficientis,ergo idem debent operari:secundũ Bal.in l.iij.ff.de test.tute. & pro hoc est tex.in l.de quib.in fi.ff.de legib.in l.cũ quid. ff.si cer.pet.& in l.triticũ.ff.de verb.obli.cũ vtrobiq; no.& vult Cæpo.in consi.xxj.& docto.sæpe alibi.Quod facit ad

 multa,

multa, & inter alia gratia exẽpli istud primò facit ad hoc quod sicut conditio expressa impedit ortum & natiuitatẽ actionis & obligationis, l. cedere diem. ff. de verb. signi. Ita etiam conditio tacita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis. de hoc habemus duas gl. vna est in l. ij. §. creditum, in verbo, post nuptias. ff. si cer. pet. alia est in l. & quia, in verbo malè petitur. ff. de pact. & ibi Alb. de Ros. dicit, eam esse singularem & non reperiri alibi, illam etiam dicit esse singularem Bal. in c. significasti, de electio. & Io. de Imo. in l. iij. post princ. ff. de leg. j. & sequitur Ias. in d. l. cum quid, in secunda lectura. Secundò istud facit ad hoc,
2 ꝙ † sicut dies expressa interpellat pro homine, & constituit quem in mora, l. magnam, C. de contra. & com. stip. Ita etiã dies tacita, l. ij. in fi. C. de iu. emphy. & c. potuit, de loc. Et de hoc etiam habemus duas glo. vna est in l. si mora, in gl. j. ff. sol. mat. & ibi Ioan. de Imo. eam ad hoc notat, & valde cõmendat: alia est in l. iij. §. nunc de officio, & ibi Ang. eam ad hoc notat. ff. de eo quod certo loco, & Iason loco prædicto, & idem Iason in §. plus autem, Instit. de actio. Tertiò istud facit ad hoc, ꝙ quemadmodum ex pacto expresso apposito iuxta contractum, oritur actio præscriptis verbis, l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis, & l. in bonæfidei, C. eod. ti. Ita etiam ex pacto tacito apposito iuxta contractũ oritur actio præscriptis verbis: tex. est not. in l. hæreditatẽ, & ibi Ioan. de Imol. hoc no. ff. de donati. Hoc etiam notat Frãciscus de Aretio subtilitatum princeps, in d. l. j. in prin. ff. de verb. oblig. & Iason in d. l. cum quid. Quartò istud fa-
3 cit ad hoc, ꝙ sicut expressa † substitutio facit cessare ius accrescendi, l. ij. §. si duo. ff. de bono. possess. secundum tabulas, ita etiam tacita: de hoc est tex. melior de iure in l. fina. C. de hære. insti. & ibi illum tex. ad hoc no. Bal in xxxiij. q. & Alexand. de Imo. in fine, & est glo. in verbo prior, iuncto tex. in l. fina. C. de insti. & substi. & ibi eam ad hoc no, Bal, & Iason vbi suprà. Quintò istud facit ad hoc, ꝙ clausulæ tacitæ ita habent actum modificare, sicut expressæ: Ita notab. dicit Bald. in l. stipulatio. §. habet. ff. de no. ope. nun. & Iason loco prædicto. Sextò istud facit ad hoc, quòd sicut
4 † pactum expressum appositum iuxta contractum, informat illum: d. l. iurisgentium. §. quinimò, ita etiam ea quæ tacitè fiunt iuxta contractum, informãt illum. Ita no. vult gloss.

glo.in l.si oleum,& ibi Bald.ff.de dolo, & Iason loco præ-
dicto.Septimò istud facit ad hoc, quòd sicut pater potest
expressè emancipare filium ad vnum actum tantum,secun
dum Bal in l.j.§.in filij: vbi tamen dicit cogitandum. ff. ad
Trebelli.Ita etiam tacitè,secundum Oldradum in consil.
xxvj.incipiente,pater consensit filio,& Io.And.in additio.
ad Spec.in titu.de instru.edi.§.porrò,versi. quid filiusfam.
& Iason,loco prædicto. Octauò istud facit ad hoc, quòd
5 †quemadmodum hypotheca expressa generalis trahitur
& extenditur ad futura & postea quæsita: vt est tex.singula
ris in l.fi.C.quæ res pig.obli.poss.Ita etiam hypotheca ta-
cita à lege inducta trahitur & extenditur ad futura:tex.est
sin.in l.hac edictali §. illud,ver.omnibus,C.de secun.nup.
& ibi hoc no.Bald.& Sali.& idem sentit glo.in d.l.fin.licet
referat Ioan.tenere contrarium,& ibi id expressè firmant
Alber.de Rosate,& Sali.& Cyn.in l.vbi adhuc.in fine,C.de
iu.do.idem etiam firmat Roma.sing.cxlviij.Nonò istud fa
cit ad hoc, ꝙ quemadmodum ad hoc vt delegatus qui sub-
delegauit vices suas in totum,non possit expressè reuoca
re delegationem,requiritur quòd processum sit ad actua-
lem citationem,vt tenet glo.in cap.super quæstionum.§.si
verò duo,in glo.magna,in versi.sed quæritur,de offi. dele.
Ita etiam in tacita reuocatione,quæ fit per mortem dele-
gantis,ad hoc vt non obtineat effectum reuocationis, di-
cendum erit requiri actualem citationem, & non suffice-
re alium actum citeriorem,& ista est vera & cõmunis opi.
secundum Iasonem in l.& quia,quam legit sub l.more ma
iorum.ff.de iurisdictio.omnium iudi. vbi plene reperies
6 de hoc.Decimò istud facit ad hoc,quòd sicut † malæfidei
possessor non potest expressè constituere seruitutem in re
per eũ mala fide possessa.Ita nec tacitè patiẽdo aliquẽ lon-
go tẽpore vti seruitute,& sic præscribere.tex.est de hoc sin
gularis iũcta gl.approbata cõiter per doc.in l.j.ſm tertiam
lecturã.C.de ser.& aqua,per quod dixit singulariter Bart.
in d.l.j.& sequitur ibi Pau.de Cast.quòd si tyrannus patia-
tur ciuitatem quam iniustè possidet,præscribere aliqua iu
ra,hoc non præiudicat vero domino:de quo vide ibi latius
per Bal.Sal.& doct.Vndecimò istud facit ad hoc, quod si-
cut expressa prohibitio legis vel statuti importat nullitatẽ
actus,etiam si nihil dicatur de nullitate actus,vt est tex.in

l.non dubium.C.de legib.ita etiam statutum seu dispositio inducens certam solennitatem,sine qua contrahi non posſit,vt putà quod minor non contrahat sine consensu duorum propinquorum,vel filiusfamiliàs sine cõsensu patris, importat tacitam prohibitionem ,& (quod proposito seruit) nullitatem actus,si solennitas requisita per statutum non interueniat.ita singulariter vult glo. in l. non intelligitur.§.diuus Adrianus.ff.de iu.fisc.quam ad hoc notat & valde commendat Pau.de Cast.in d.l.non dubium,& idem vult Bar.in l.cùm lex.ff de fideiuſ.licet de dicta glo. mentionem non faciat,& doctor.ſæpe alibi.Duodecimò istud facit ad hoc,quod sicut † mandatum expressum operatur
7 & inducit actionem mandati,ita etiam mandatũ tacitum inducit actionem mandati, l.si fideiussor, * iuncta gloss. C.mand,& l.si remunerandi.§.si passus,& l.qui fide. ff. illo eod.titu,cum simi. Decimotertiò istud facit ad hoc, quod quemadmodum expressum pactum de non petendo repellit agentem ab agendo,l si vnus.§. pactus ne peteret. ff.de pact,cum similibus,ita etiam tacitum pactum. vt est text, valde not,in l.ij.& ibi Bar.Bal.& doct.C.de pact. Decimoquarto istud facit ad hoc, quod sicut statutum non potest habilitare,vel inhabilitare forenses , ita nec consuetudo quæ inducitur ex tacito consensu populi,d.l.de quibus,& ita singulariter decidunt Bar.Bald,Iason,& docto.in l. cunctos populos,C.de sum.Tri.Hinc etiam dicit Ioan. Andr, in reg.pro possessore,de reg.iur.lib.vj.in Mercu.quod tantum facit tacitus intellectus per interpretationem, quantum facit expressus , etiam in interpretatione extensiua: dummodò tamen sit iusta,& allegat aliqua ex iuribus supra allegatis. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio ab expresso ad tacitum,quæ per te colligere poteris
8 dummodo memineris,tacitum haberi † pro expresso,contingere posse multis modis.vel ex natura rei,vt in dicta l. cum quid, vel ex natura causæ,vt in l.j. C.de diuer.rescri. & in l.si te,C.ex quibus cau.infa.irroga,& in cap. ij. de rescrip.

ADD. * Fideiussor. Ratio huius est quia patientia pro consensu habetur no.glo.in j.qui patitur per illum text.ff. mand,Sed & patientia traditionis instar habent.l.quoties, j,& ij.ff.de seruitu.tut,gen. P.Prateius.

ſcrip. vel ex præſumpta voluntate, vt in caſu l. Labeo. ff. de pact. vbi ſi creditor reddit debitori chyrographum, præſumitur tacite remittere debitum, vel ratione conſuetudinis, vt in l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edilitio edicto: vel ratione conuentionis ſubiectę contractui, vt in l. ea lege, in princ. ff. loca. vel ratione præcedentium, vt in d. l. triticum, ſecundũ verum intellectum, iuncta gl. in verb. cogitauerit quæ enim in præfationibus dicuntur, in ſubſequentibus repetita creduntur l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verb. obli. vel ratione ſequentium, per quæ declarantur præcedentia, l. ſi cum fundũ: iuncta glo. in verb. inferiore. ff. de verbo. ſigni. & l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de leg. j. cum ſimi. vel ex legis diſpoſitione, vt quod inuecta & illata per conductorem ſint locatori tacite obligata. d. l. & quia & quod bona viri ſint mulieri tacitè pro dote hypothecata, l. vnica. §. j. C. de rei vxo. actio. & c. ex literis, de pigno. cum ſimi. Et quod bona contrahentis cum fiſco, ſint ei tacitè hypothecata, l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc. Et quod bona tutorum & cũratorum ſunt tacitè obligata pupillis & adultis pro ſua adminiſtratione, l. pro officio, C. de admin. tuto. cum ſimi. & in plurib. alijs caſibus, in quibus tacitè contrahitur hypotheca ex diſpoſitione iuris, qui habentur. ff. & C. in quib. cau. pig. taci. contrahi. vel ex alia probabili coniectura, ſumpta ex legis præſumptione, vt in l. ſemper in ſtipulationibus, cum ſua no. glo. ff. de reg. iur. & l. cum de indebito. ff. de proba. & in caſibus in quibus fingitur ſtipulatio, qui habentur per gloſſ. in d. l. vnica, in prin. & per glo. in his verbis. ff. de adopt. quæ ſi ad practicã deducantur, non modicã adlatura ſunt vtilitatẽ. Quemadmodum verò ab expreſſo ad tacitum rectè arguitur, vt ſuperiùs dictum eſt, ſic

9 † etiam èccontrario à tacito ad expreſſum probabilis eſt argumentatio: quod vt oſtendam, vno quotidiano exemplo cõtentus ero. ſicut enim tacitè ꝓhibita alienari, vt bona ſubiecta reſtitutionis nihilominus alienari poſſunt ex cã dotis, Aut. res quæ, C. com. de leg. & in corpore vñ ſumitur: ita ẽt expreſſè ꝓhibita alienari, ꝑ teſtatorem poterũt alienari ex cã dotis in caſu, d. Aut. res quæ, l. à filia, in princi. & l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. & ita expreſſè tenet Bar. in l. filiusfamil. §. diui, in ij. q. ff. de leg. j. & Cy. Bal. & Salicet in l. voluntas. C. de fideic.

& post multa Ias. in d. auc. res quæ, & est cõis & vera opinio, quicquid dicat idem Iason in d.l cùm quid. Ne tamẽ decipiaris, volo te scire, quod in multis non est par virtus
10 taciti, & expressi, imo† plus operatur expressum, quàm tacitum: & magis nocet expressum tacito. Primo enim expressa substitutio facta impuberi per patrem, excludit matrem etiam à portione iure naturæ sibi debita c. si pater, in fine: vbi est tex. clarus, de testamẽtis, testa. li. vj. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. tamen tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgari, nõ excludit matrem eius fauore l. precibus, secundũ communem intellectum, C. de impub. & aliis subst. & volunt Albe. & Alex. in d.l. cũ q d, & Sali. ĩ d.l. preci. & Bal. in l. cẽturia ff. de vulg. Se
11 cundò, † expressus error in sententia, vitiat eam, non sic tacitus. c. j. & ibi docto. de reiudicata, & l. ex diuerso. §. si in iudicio, & ibi glo. & doc. ff. solu. matrimo. & Alex. & doc. in
12 d.l. cũ quid. Tertiò, omissio † nominis hæredis vitiat institutionem, & testamentum, vbi expressio validat: & hoc odio falsitatis, l. iubemus. C. de testam. & vult Alber. in d.l. cùm quid. Quartò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum in alio singulari casu, putà quoad reuocationem primæ volũtatis, nã vbi præcedit expressa protestatio derogatoria voluntatis ad actus sequentes, actus sequens redditur inualidus, nisi in posteriori actu fiat specialis derogatio vel reuocatio primi, l. si quis in principio testamẽti. ff. de leg. iij. & tamen secus est in protestatione tacita, q̃ sumitur à contrario sensu vel alio modo. nam illa per tacitam voluntatem contrariam tollitur, tex. est singularis, iuncta gl. in l. fin. prin. & ibi hoc notat Bart. & post eũ Ioã. de Imo. ff. de legat. ij. & idem vult Bar. in d.l. si quis in prin. testamenti, & Bal. in l. humanum, C. de legib. vbi d.l. fi. dicit ad hoc esse singularem, eam etiam ad hoc notat Cardi. in consi. xxvij. in primo dubio, & sic facilius reuocatur volũtas tacita, quam expressa. Quintò, nõ sunt pa[r]is † virtutis ta
13 citum, & expressum quantum ad prorogationem iurisdictionis fiendam, per clericum. nam clericus non potest expressè prorogare iurisdictionem etiam alterius episcopi, sine consensu sui episcopi, c. si diligẽti, & c. significasti, de foro competenti: & tamen tacitè potest prorogare iurisdictionem alterius episcopi, siue consensu sui proprij

epis

episcopi, cõtrahendo, vel delinquendo in aliena diœcesi, cap. dilecti, de foro comp. & sentit glo. in c. insolita, xj. q. j. & vult expressè Ioan. de Imo. in c. cum inferior. de maioritate & obedien. & doc. sæpe alibi. Sextò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum: quia te expressè prohibente, non possum intrare fundum tuum venandi, vel aucupãdi gratia, l. diuus Pi°. ff. de ser. rust. præd. & l. iij. ff. de acq. rer. dom. cum vtrobique not. Septimò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum in casu singulari, l. si pater. ij. resp. ff. de manumi. vind. vbi expressa reuocatio mandati impedit

14 libertatis dationem, non sic tacita. Octauò, non sunt † paris virtutis tacitum & expressum in casu singulari, l. iij. §. fi. ff. de cõd. caus. da. nã (vt ibi patet) hærede tacente, vel ignorãte, seruus põt soluere pecuniã peculiarem gratia cõditionis implendæ, & hæres hoc casu perdit dominiũ pecuniæ fauore libertatis: secus autem est hærede expressè contradicente, licet teneatur illi, cui seruus iussus erat da-

15 re pecuniam, vt ibi est tex. sing. Nonò, non sunt paris † virtutis tacitum & expressum in prorogatione quæ fieret de loco ad locũ non suæ iurisdictionis, putà extra territoriũ. Vndè ordinarius nõ potest inter suos subditos ius reddere extra territoriũ, etiã si illi consentiãt: nisi interueniat expressus consensus iudicis territorij, nec sufficeret tacitus, vt est gl. singularis in c. vt litigantes, de offi. ord. li. vj. quã sequitur Panor. in c. P. & G. de off deleg. & idẽ Panor. post Innoc. Host. & Io. And. in c. nouit. de offi. leg & idem vult Bal. in l. si qui ex consensu, C. de epis. audi. Quia tamen reperio doctores in hoc quotidiano articulo multùm variare & difformiter sentire remitto te ad Petrum & Cynũ in dicta l. si qui ex consensu, ad Salice. l. j. Cod. de iuris. om. iudicum, ad Bart. & doctores. in l. fina. ff. de iusti. & iu. ad Alexan de Imo. in dict. l. iij. §. fin. & ad eundem & alios in lege fin. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & ad canonistas in dicto capitulo vt litigantes, & ad Anto. de Butrio, & Ioannem de Imola in dicto capitulo P. & G. & ibi iste articulus plenissimè tangitur in Barbatiam cuius tamen opinio omnino displicet, quia est singularis nec in iure, nec in oratiõe vel æquitate fundata. Decimo, nõ sunt paris virtutis tacitũ, & expressum quantum ad cursum tẽporis à iure vel ab homine præfixi ad prosequendum ap-

pellationem: quia expressus consensus partium impedit
cursum temporis, sed tacitus non. vt est tex. sing. iuncta gl.
in clementina quandiu, de appellationibus. Vndecimò, nõ
sunt paris virtutis tacitum & expressum in prorogatione
iurisdictionis delegatæ fienda de loco ad locum: nam in
hoc expressus consensus partium requiritur, nec sufficit
tacitus, vt est textus singularis iuncta glo. in c. statutum. §.
in nullo, de rescri. lib. vj. & sic patet, qđ in multis nõ est par
potestas taciti & expressi imo plus operatur expressum,
16 quã tacitum. Multa etiam possunt fieri tacitè, quæ † non
possunt fieri expressè: vt not. per gl. in d. cap. inolita, & per
Ioan. And. in reg. mutare, de reg. iur. lib. vj. in Merc. vt iura-
mentum calumniæ potest tacitè remitti, non expressè, c. j.
de iuramento cal. lib. vj. & not. per gl. & doct. in l. ij. §. sed
quia veremur, C. eodem tit. sic etiam dolus futurus expres-
sè remitti non potest, sed tacitè, sic. lege, si vnus. §. illud, ff.
de pact. sic etiam milites non possunt esse procuratores,
lege mi litem, C. de procuratoribus. Tamen si hoc non op-
ponatur ante litem contestatam, valet iudicium, l. filiusfa.
§. veterani. ff. de procuratoribus. In aliquibus etiam plus
17 nocet & † operatur tacitum, quam expressum, vt videre po-
teris per Baldum in l. iij. in principio. Cod. de iuris & fact.
ign. & per Bal. in l. j. in xxj. & in xxvij. oppo. C. qui admitti.
& per Bart. in eadem lege. in fine, & per Sal. & Ias. in d. l. cũ
quid: & vide tex. cum glo. & doct. in l. si fine in fi. C. ad Vel-
leia. sic etiam delictũ occultè commissum grauius puni-
tur, quã palam cõmissum. l. fi. vbi est tex. sing. ff. de ri. nup.
& faciunt ea quæ habẽtur & no. in c. vt nostrum, vt eccle.
benefi. sine di. ex quibus conclusiuè dico: quòd licet taci-
18 tum, & expressum regulariter se habeant vt paria: in † mul-
tis tamen habent se vt excedentia & excessa: & ex hoc stu-
diosus facilè scire poterit, quando non. Tria tamen nolo
te ignorare. Primum est, quòd tunc demum tacitum æqui-
paratur expresso, quando de hoc constat clarè: vel saltem
præsumptiuè per aliquem ex modis supra cõmemoratis:
aut similem: Aliàs autem mens in animo retenta nihil ope-
ratur, l. si repetendi, C. de cõd. ob cau. Secundum est quòd
19 actus † taciti non tam latè sunt interpretandi, vt actus
expressi. Ita singulariter dicit Pau. de Cast. & magistraliter
declarat in pulchra & quotidiana quæst. in consi. xxvij. in
antiq.

antiquis,incipiente,in Christi,&c.super appellatione, &c. & dicam infra in loco à ratione legis larga,ampla seu generali ad extensionem ipsius legis,circa finẽ. Tertium est,
20 † ꝙ expressum facit silere tacitum,l.fi.Cod.de pact.con.l.si fundum sub conditione. §. Stichum,& ibi Pau. Cast.ff.de leg.j.& l.cũ ex filio.ff.de vulg.qui tex. quotidie allegãtur
21 ad hoc,ꝙ prouisio † hominis facit cessare prouisionem legis:quod tene menti,quia facit ad multa:& primò ad hoc, quòd substitutus præferendus est coniuncto, l. j. §.in primo,& §.pro secundo,C.de cad.tol. cum simil. Secundò ad hoc,quòd argumentum à contrario sensu cessat,vbi reperitur expressa dispositio : quia expressum facit silere tacitum : de quo dicam latè infra in loco à contrario sensu. Tertiò ad hoc, quod non habet locum extensio ad similem casum, vbi reperitur expressa dispositio in casu ad quem volumus facere extensionem , vt dixi supra in loco à simili,& dicã infrà in loco à falcidia ad trebellianicam, & in loca à legitima patroni ad legitimam filij , & in loco à matrimonio carnali ad spirituale,& in loco à ratione legis larga,ampla,seu generali ad extensionem ipsius legis, maximè in primo casu principali, & sæpe alibi. In dote tamen expressum non facit silere tacitum , vt est glossa singularis in dict.l. finali,approbata illic per Cyn. Bald. Salice.& omnes,per Salice.in l.assiduis,in vij.q̃.C.qui potiores in pigno.habeantur,& per doct. sæpe alibi. De hoc tamen articulo,an & quãdo prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis, vide omnino Cy.in d.l.ij.in vj.q. C.
22 de iure emphy. vbi bene declarat. An † autem vitiato expresso vitietur tacitum,vide per Cyn. & doctor. in Authẽ. ingressi, C. de sacrosanctis eccle.& per Barto. * Bald. & doct.in l. si fideiussor , in principi.ff.de leg.j.& per Sali.in l.j.§.j.ff.quib.mod.pignus vel hypotheca soluitur : & vide quod

A D D. * Barto. Expresso vitiato ; vitiatur tacitum (dicit Bart.) vbi est eadem ratio vitiandi : aliàs secus. sed & quoties aliunde conualescere potest , quàm ab expresso, vitiato expresso subsistit tacitum. Alcia.l.si pupillus ff.de verb.oblig.non vitiatur etiam tacitum vitiato expresso vbi tacitum est æquè principale, l. j. §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypoth.sol.P.Prateius.

quod dicam infrà in loco ab æquipollentibus.

LOCVS A CONIVNCTIONE, seu combinatione duarum legum.

1 *Argumentum à coniunctione duarum legum probabile & vtile.*

2 *Mulier ex constructione ecclesiæ acquirit ius patronatus, sicut masculus.*

3 *Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato tantum operatur, quantum consensus geminatus.*

4 *Geminatio literarum principis, seu secunda iussio tantum operatur quantum motus proprius.*

5 *Præscriptio decennij probatur coniunctione attestationum: itē & parentela, incestus, & similia.*

6 *Præuentio quando locum habeat.*

7 *Contrariarum legum quæ sit obseruanda.*

OFfert se nunc locus à cōiunctione seu com-
1 binatione duarum legum. A quo sumptum
† argumentum est probabile, frequens, &
valde vtile. tex. est notabi. in l. Gallus. §. illo
casus, & ibi Bar. Bal. Io. de Imo. Iason & doc.
not. ff. de lib. & posthu. & est bonus tex. in ca. cum dilectus,
secundum verum intellectum, de successio. ab intesta. &
ibi Panor. notat, & est glo. in l. prospexit, ff. qui, & à quibus.
glo. in l. j. ff. de reg. iu. & glo. in l. Lucius, ff. de infa. & gloss.
in l. fina. C. ad leg. falci. & hoc argumēto vtitur Ange. in l.
penult. ff. de constitu. prin. & Bald. in l. dominus. §. per fi-
deicommissum. ff. de vsufructu, & idem Bal in l. dotis. tuę.
in noua lectura. C. de iure dotiū, in l. non dubium, Cod. de
legibus, & in cap. j. an agnatus vel filius ag. in vsibus feudo
rum, & Albericus de Rosate in j. parte statutorum. quæst.
cxxxviij. Alberi. ī ij. parte statutorū q. lxvj. in pulchra, q. &
Io. An. in ca. si pater, de testa. li. vj. in nouel. & Io. An. in reg.

qui tacet,& in regula,poteſt quis in pulchraq. de reg. iur. lib.vj.in Mercur.Iſto argumento vtitur etiam Old. in pulchraq.in cõſil.ccxxvij.& deciſio rotæ xvj. in nouis, circa fi.Hoc argumento vtitur etiam Salice in l.domum, C.de rei vendi. & Iaſon in l.quod te,ff.ſi cer. peta.& idem Iaſon in l.illud.C.de col.dicens quòd iſte eſt optimus modus arguendi.& idem repetit ipſe ſæpe alibi.Iſto argumento vtitur etiam Panor.in c.nobis,in j.not.de iur. pat. concludẽs
2 per hoc,ꝙ mulier † poteſt ex conſtructione eccleſiæ acquirere ius patronatus,ſicut maſculus.Hoc argumento vtitur etiam glo.& doc.in c.cum contingat, de iureiur. vbi per illum text.iuncta Auth.ſiuè à me,C.ad Velle.dicunt,ꝙ
3 tantum † operatur iuramentum præſtitum ſuper actu à lege infirmato,quantum conſenſus geminatus. Iſto argumento vtitur etiam Bal.in l.nec damnoſa,C.de precib.Impe.offi.vbi ex coniunctione duarum legum dicit, quòd tã-
4 tum † operatur ſecunda iuſſio ſeu geminatio literarum principis,quantũ mot⁹ proprius:& hoc dictũ tanquã ſingulare & nouũ refert & ſequitur Roma.in repe.l.ſi verò.§. de viro,in xxxj.fal.ff.ſol. mat. quod teneas mente. Iſto argumento vtitur etiam Bald. in l. teſtium, C. de teſtib.vbi
5 per hoc dicit, quòd ſi intendo † probare præſcriptionem decennij, & produco duos teſtes qui probant de primo quinquennio,& duos alios qui probant de ſcđo quinquẽnio,optimè probo præſcriptionem decennij, ex coniunctione atteſtationum.& idem dicit ipſe ibidem in probãda parentela, vt latiùs videre poteris per eum. Iſto argumento etiam vtitur Bal.in d.§.ille caſus indifficilis,vbi per hoc ſingulariter dicit,quòd ſi Titius ſit accuſatus de inceſtu,licet ad hoc vt conuincatur de inceſtu,debeat plenè & coniunctim probari conſanguinitas vel affinitas & carnalis copula,tamen ſi duo teſtes probent conſanguinitatem vel affinitatem & non copulam,alij autem duo teſtes probent copulam,& non conſanguinitatem vel affinitatem, certè inceſtus eſt probatus,ex coniunctione capitulorum & teſtium,per d.§.ille caſus indifficilis,vbi Iuriſconſultus arguit ex coniunctione duorum capitum : imò plus dicit ibi Bald.videlicet,quòd ſi vnus teſtis probet veritatem articuli,& ipſe idem teſtis & alius probant famam, quòd cõiunctis iſtis probationibus ſit facta efficax probatio in

causa ciuili, in qua duæ minus plenæ probationes coniũguntur ad effectum plenæ probationis, de quo vide plenius per Alex.& alios modernos ibidem.& per legistas in l.admonendi.ff.de iureiur.& per Bart.in l.j.§.ij.idem Cornelio.ff.de quæst.& per can.in c.veniens j.de testib. & per Felin.in c.cum causam,de prob.& per Roma.consil.cxxvij. in quotidiano exemplo, vbi recurre. Per hunc arguendi modum videtur etiam posse decidi q. illa quotidiana, *In ciuitate sunt duo iudices,quorũ vnus cognoscit de actionibus personalibus tantùm,alter verò de actionibus realibus tantùm : emergit modò quæstio super actione mixta,quæ pariter se habet ad vtrunque, vt videre licet in §. quædam,Inst.de actio.quęritur,quis cognoscet?nam videtur per præmissa ex coniunctiõe duorum capitum , quòd vterque cognoscet:& ita tenet Cy.in d.§.ille casus, vbi tamen
6 hoc limitat,nisi † alter eorum præuenerit, quo casu ille erit potior,secundum eum.Et idem dicit ipse in tali q. super causis à centum libris infrà,per statutum est deputatus iudex:sup causis verò pupillorũ & viduarũ est deputatus alius, contingit modò, quòd causa pupilli vel viduæ est à centum libris infra,quæritur, quis eorum erit iudex? & concludit ipse, quòd vterque à coniunctione duorum capitum,nisi alter præueniat, vt suprà dixi:& hoc reputat ibi Bald.not.& idem vult ipse Bald. in l. Titiæ textores.ff. de lega.j.& ibi vide latè per Alex.de Imo. si tamen pleniùs in his & similibus quæstionibus, quæ quotidie occurrere possunt,vis instrui,vide singulariter notata per Bar.in extraua.ad reprimendum, in verbo , non obstantibus, & per Petr.de Anch. qui eum ad literam refert.& sequitur in c.j. in fine.de priuil.lib.vj.& Pe.de Ancha.in rep.c.canonũ , in vj.q.princip.de constit.& in rub.de regu.iur.lib.vj.vbi con
7 cludunt,ꝙ q̃n vna † constitutio est magis specialis quoad quid,scilicet quoad personas,& alia cõstitutio est magis specialis quoad quid,putà quoad causas,vel ecõtra,debemus illud speciale obseruare in quo maior & euidentior vtilitas reperitur:& ponunt duo pulchra & quotidiana exempla.Vbi verò non esset vna ratio specialitatis fauorabilior alia,tenet legem nouam præualere antiquę:quod memori teneas mente, quia potest seruire ad multa. Aduerte tamen, quia ista argumentatio solùm procedit in

non exorbitantibus nam in exorbitantibus vel correctorijs necessaria esset, superioris prouisio, vt bene declarat Bartol & post eum Ioan. de Imol. in d. §. ille casus de quo vide quod dicam latiùs infra, in loco à ratione legis larga ampla seu generali ad extentionem ipsius legis, in duobus primis casibus principalibus.

LOCVS A FEVDO AD Emphyteusin.

1 *Feudum & emphyteusis, vasallus & emphyteuta sunt eiusdem naturæ.*

2 *Vasallus & emphyteuta in quibus conueniant, item feudum & emphyteusis cum plurib. seq vsque ad nu. 41.*

3 *Argumentum à feudo ad emphyteusin facit ad multa. cum nu. seq.*

4 *Vasallus aut emphyteuta non possunt alienare feudum vel emphyteusin sine consensu directi domini.*

5 *Feudum concessum alicui & suis hæredibus, intelligetur solum de descendentibus illius cui conceditur, & non de hæredibus transuersalibus, siue extraneis. Item in emphyteusi.*

6 *Prospicere sibi & suis hæredibus in dubio quisque præsumitur.*

7 *Filiorum appellatione in feudis & emphyteusi an veniant nepotes & descendentes.*

8 *Vasallo aut emphyteuta mortuis absque filiis dominus directus quibus concedat feudum sine emphyteusim, & nu. 9.*

10 *Vasalli & emphyteuta possunt inter se diuidere rem feudalem siue emphyteuticariam irrequisito domino.*

12 *Vasallus & emphyteuta negantes scienter rem esse feudalem, vel emphyteuticariam perdunt eam.*

15 *Vasallus non potest renunciare feudo inuito domino: idem in emphyteuta.*

16 *Vasallo aut emphyteuta disponentibus de feudo & emphyteusi per viam legati legatario nihil debetur.*

17 *In*

17 In alienatione feudi fienda per vasallum vasalli, consensus domini cui soluendum est laudemium, requiritur. Idem in emphyteusi.

19 Feudum & emphyteusis non veniunt iure hæreditatis: nec sunt hæreditarium.

20 Prælatus ecclesiæ res potest concedere in feudum & emphyteusim cõsanguineis suis sicut extraneis, quãdo sunt res solitæ dari in feudum, vel emphyteusim.

21 Bonis propter homicidium publicatis an publicatur feudum & emphyteusis.

24 Possidens ciuiliter an possit authoritate propria expellere clandestinum possessorem.

25 Bona feudalia quæ transeunt in filium, vt filium, non computantur sibi in legitimam, nec in Falcidiam.

26 Ius repræsentationis habet locum in feudo & emphyteusi.

28 Vasallus & emphyteuta patiendo præscribi rem feudalem vel emphyteuticam non præiudicabit domino.

29 Filius institutus in re certa æqualiter succedit in feudo & emphyteusi cum fratre vniuersaliter instituto.

32 Vasallus & emphyteuta possunt compromittere de re feudali vel emphyteuticaria sine consensu domini.

33 Non tamen poterunt iuramentum deferre.

36 Vasallus vel emphyteute plurium dominorum alienans rem feudalem, vel emphyteuticam de consensu aliquorum, non cadit à toto.

39 Ius accrescendi regulariter non habet locum in feudo nouo, & in emphyteusi.

40 Vasallus & emphyteuta non possunt incidere arbores frugiferas.

42 Arguere quando liceat, vel non liceat à feudo ad emphyteusim. 43. cum seq.

44 Iura feudalia nihil valent in his quæ reperiuntur aliter decisa à iure ciuili in alia materia.

45 Fœmina quare non admittantur in feudis.

46 Dominus & vasallus in pœna legali æquiparantur: non tamẽ in conuentionali.

47 Differentia centum & sexaginta inter feudum & emphyteusim seu allodium, remissiuè.

48 Contractus in quibus vtile dominium transfertur retento directo.

49 Con

49 *Contractus superficiarius quis sit, & cuius efficacia.*
50 *Contractus locationis ad longum tempus quis, & eius effectus.*
51 *Conductor ad modicum tempus potest implorare officium iudicis vt seruetur in sua detentatione, vel vt sibi restituatur.*
52 *Emptor tenetur stare colono ad longum tempus, item colono fisci, vel Respub. &c.*
53 *Cōductor ad longum tēpus, fisci & reipub. etiam ad modicum tempus sunt domini arborum per eos platarum in fundo conducto.*
54 *Contractus emphyteuticus quis, & quis contractus liuellarius. 55.*
56 *Contractus precaria quis.*
57 *Contractus feudalis quis dicatur.*

A Loco à feudo ad emphyteusin, seu à cōtractu feudali ad emphyteuticū sumptum argumētum, probabile: vtilissimū,
1 & frequentissimū est, fundatū in similitudine † quam habent ad inuicem feudum, & emphyteusis, vasallus & emphyteuta: sunt enim eiusdem naturæ, secundum Spec. in tit. de feudis. §. quoniam, in versic. xl. in fine, & similes: secūdum Hosti. in Summa tit. de feud. in princip. quem refert & sequitur Andr. de Iser. in prælud. feud. in versi. quintò quæritur infeudatio. Conue-
2 niunt enim † in hoc vasallus & emphyteuta, quòd vterque habet vtile dominium, & per consequens vtilem rei vendicationem: de primo est tex. in c. j. §. rei autem, & §. fin. de inuest. de re alie. facta, in vsib. feud. & ibi Bal. Aluar. & doct. notant, & de secundo est tex. in l. j. iuncta gl. ff. si ager vect. vel emphyt. pet. & in l. possessores, in fine. & ibi not. per gl. in verb. libertates C. de fund. patr. lib. xj. & per gl. & doc. in c. j. de cont. inter vas. & ali. de bene. & no. per Bar. & doc. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. & per eūdem in l. j. in §. hic titulus. ff. de public. Item in hoc, quòd vterque possidet naturaliter, & quod vtrique ratione illius naturalis

multa, & inter alia gratia exépli istud primò facit ad hoc quod sicut conditio expressa impedit ortum & natiuitatē actionis & obligationis, l. cedere diem. ff. de verb. signi. Ita etiam conditio tacita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis. de hoc habemus duas gl. vna est in l. ij. §. creditum, in verbo, post nuptias. ff. si cer. pet. alia est in l. & quia, in verbo malè petitur. ff. de pact. & ibi Alb. de Ros. dicit, eam esse singularem & non reperiri alibi, illam etiam dicit esse singularem Bal. in c. significasti, de electio. & Io. de Imo. in l. iij. post princ. ff. de leg. j. & sequitur Ias. in d. l. cum quid, in secunda lectura. Secundò istud facit ad hoc,
2 ꝙ† sicut dies expressa interpellat pro homine, & constituit quem in mora, l. magnam, C. de contra. & com. stip. Ita etiā dies tacita, l. ij. in fi. C. de iu. emphy. & c. potuit, de loc. Et de hoc etiam habemus duas glo. vna est in l. si mora, in gl. j. ff. sol. mat. & ibi Ioan. de Imo. eam ad hoc notat, & valde cōmendat: alia est in l. iij. §. nunc de officio, & ibi Ang. eam ad hoc notat. ff. de eo quod certo loco, & Iason loco prædicto, & idem Iason in §. plus autem, Instit. de actio. Tertiò istud facit ad hoc, ꝙ quemadmodum ex pacto expresso apposito iuxta contractum, oritur actio præscriptis verbis, l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis, & l. in bonæfidei, C. eod. ti. Ita etiam ex pacto tacito apposito iuxta contractū oritur actio præscriptis verbis: tex. est not. in l. hæreditatē, & ibi Ioan. de Imol. hoc no. ff. de donati. Hoc etiam notat Frācíscus de Aretio subtilitatum princeps, in d. l. j. in prin. ff. de verb. oblig. & Iason in d. l. cum quid. Quartò istud fa-
3 cit ad hoc, ꝙ sicut expressa† substitutio facit cessare ius accrescendi, l. ij. §. si duo. ff. de bono. possess. secundum tabulas, ita etiam tacita: de hoc est tex. melior de iure in l. fina. C. de hære. insti. & ibi illum tex. ad hoc no. Bal in xxxiij. q. & Alexand. de Imo. in fine, & est glo. in verbo prior, iuncto tex. in l. fina. C. de insti. & substi. & ibi eam ad hoc no, Bal. & Iason vbi suprà. Quintò istud facit ad hoc, ꝙ clausulæ tacitæ ita habent actum modificare, sicut expressæ: Ita notab. dicit Bald. in l. stipulatio. §. habet. ff. de no. ope. nun. & Iason loco prædicto. Sextò istud facit ad hoc, quòd sicut
4 †pactum expressum appositum iuxta contractum, informat illum: d. l. iurisgentium. §. quinimò, ita etiam ea quæ tacitè fiunt iuxta contractum, informāt illum. Ita no. vult glosſ.

glo.in l.si oleum,& ibi Bald.ff.de dolo, & Iason loco prædicto.Septimò istud facit ad hoc, quòd sicut pater potest expressè emancipare filium ad vnum actum tantum,secundum Bal in l.j.§.in filij:vbi tamen dicit cogitandum. ff. ad Trebelli.Ita etiam tacitè,secundum Oldradum in consil. xxvj.incipiente,pater consensit filio,& Io.And.in additio. ad Spec.in titu.de instru.edi.§.porrò,versi. quid filiusfam. & Iason,loco prædicto. Octauò istud facit ad hoc, quòd
5 †quemadmodum hypotheca expressa generalis trahitur & extenditur ad futura & postea quæsita:vt est tex.singularis in l.fi.C.quæ res pig.obli.poss.Ita etiam hypotheca tacita à lege inducta trahitur & extenditur ad futura:tex.est fin.in l.hac edictali § illud,ver.omnibus,C.de secun.nup. & ibi hoc no.Bald.& Sali.& idem sentit glo.in d.l.fin.licet referat Ioan.tenere contrarium,& ibi id expressè firmant Alber.de Rosate,& Sali.& Cyn.in l.vbi adhuc.in fine,C.de iu.do.idem etiam firmat Roma.sing.cxlviij.Nonò istud facit ad hoc,quòd quemadmodum ad hoc vt delegatus qui subdelegauit vices suas in totum,non possit expressè reuocare delegationem,requiritur quòd processum sit ad actualem citationem,vt tenet glo.in cap.super quæstionum.§.si verò duo,in glo.magna,in versi.sed quæritur,de offi. dele. Ita etiam in tacita reuocatione,quæ fit per mortem delegantis,ad hoc vt non obtineat effectum reuocationis, dicendum erit requiri actualem citationem, & non sufficere alium actum citeriorem,& ista est vera & cõmunis opi. secundum Iasonem in l.& quia,quam legit sub l.more maiorum.ff.de iurisdictio.omnium iudi. vbi plene reperies
6 de hoc.Decimò istud facit ad hoc,quòd sicut † malęfidei possessor non potest expressè constituere seruitutem in re per eũ mala fide possessa.Ita nec tacitè patiẽdo aliquẽ longo tẽpore vti seruitute,& sic præscribere.tex.est de hoc singularis iũcta gl.approbata cõiter per doc.in l.j.fm tertiam lecturã.C.de ser.& aqua,per quod dixit singulariter Bart. in d.l.j.& sequitur ibi Pau.de Cast.quòd si tyrannus patiatur ciuitatem quam iniustè possidet,præscribere aliqua iura,hoc non præiudicat vero domino:de quo vide ibi latius per Bal.Sal.& doct. Vndecimò istud facit ad hoc, quod sicut expressa prohibitio legis vel statuti importat nullitatẽ actus,etiam si nihil dicatur de nullitate actus,vt est tex.in

l.non dubium.c.de legib.ita etiam statutum seu dispositio inducens certam solennitatem,sine qua contrahi non possit,vt putà quod minor non contrahat sine consensu duorum propinquorum,vel filiusfamiliâs sine cõsensu patris, importat tacitam prohibitionem , & (quod proposito seruit) nullitatem actus,si solennitas requisita per statutum non interueniat.ita singulariter vult glo. in l. non intelligitur.§.diuus Adrianus.ff.de iu.fisc.quam ad hoc notat & valde commendat Pau.de Cast.in d.l.non dubium,& idem vult Bar.in l,cùm lex.ff.de fideiuss.licet de dicta glo. mentionem non faciat,& doctor.sæpe alibi.Duodecimò istud
7 facit ad hoc,quod sicut†mandatum expressum operatur & inducit actionem mandati,ita etiam mandatũ tacitum inducit actionem mandati, l.si fideiussor, * iuncta gloss. C.mand.& l,si remunerandi.§.si passus,& l.qui fide. ff. illo cod.titu,cum simi. Decimotertiò istud facit ad hoc, quod quemadmodum expressum pactum de non petendo repellit agentem ab agendo,l si vnus.§. pactus ne peteret. ff,de pact,cum similibus,ita etiam tacitum pactum. vt est text. valde not.in l.ij.& ibi Bar.Bal.& doct.C.de pact. Decimoquarto istud facit ad hoc, quod sicut statutum non potest habilitare,vel inhabilitare forenses , ita nec consuetudo quæ inducitur ex tacito consensu populi,d.l.de quibus,& ita singulariter decidunt Bar.Bald.Iason,& docto.in l. cunctos populos.C.de sum.Tri.Hinc etiam dicit Ioan. Andr, in reg.pro possessore,de reg.iur.lib.vj.in Mercu.quod tantum facit tacitus intellectus per interpretationem, quantum facit expressus , etiam in interpretatione extensiua: dummodò tamen sit iusta,& allegat aliqua ex iuribus supra allegatis. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio ab expresso ad tacitum,quæ per te colligere poteris
8 dummodo memineris,tacitum haberi†pro expresso,contingere posse multis modis.vel ex natura rei,vt in dicta l. cum quid, vel ex natura causæ,vt in l.j.C.de diuer.rescri, & in l.si te,C.ex quibus cau.infa,irroga, & in cap. ij, de rescrip.

ADD. * Fideiussor. Ratio huius est quia patientia pro consensu habetur no.glo.in j.qui patitur per illum text.ff. mand,Sed & patientia traditionis instar habent.l.quoties, j,& ij.ff.de seruitu.tut,gen, P.Prateius.

ſcrip. vel ex præſumpta voluntate, vt in caſu l. Labeo. ff. de pact. vbi ſi creditor reddit debitori chyrographum, præſumitur tacite remittere debitum, vel ratione conſuetudinis, vt in l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edilitio edicto: vel ratione conuentionis ſubiectę contractui, vt in l. ea lege, in princ. ff. loca. vel ratione præcedentium, vt in d. l. triticum, ſecundũ verum intellectum, iuncta gl. in verb. cogitauerit quæ enim in præfationibus dicuntur, in ſubſequentibus repetita creduntur l. Titia, §. idem reſpondit ff. de verb. obli. vel ratione ſequentium, per quæ declarantur præcedentia, l. ſi cum fundũ: iuncta glo. in verb. inferiore. ff. de verbo. ſigni. & l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de leg. j. cum ſimi. vel ex legis diſpoſitione, vt quod inuecta & illata per conductorem ſint locatori tacite obligata. d. l. & quia & quod bona viri ſint mulieri tacitè pro dote hypothecata, l. vnica. §. j. C. de rei vxo. actio. & c. ex literis, de pigno. cum ſimi. Et quod bona contrahentis cum fiſco, ſint ei tacitè hypothecata, l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſc. Et quod bona tutorum & curatorum ſunt tacitè obligata pupillis & adultis pro ſua adminiſtratione, l. pro officio, C. de admin. tuto. cum ſimi. & in plurib. alijs caſibus, in quibus tacitè contrahitur hypotheca ex diſpoſitione iuris, qui habentur. ff. & C. in quib. cau. pig. taci. contrahi, vel ex alia probabili coniectura, ſumpta ex legis præſumptione, vt in l. ſemper in ſtipulationibus, cum ſua no. glo. ff. de reg. iur. & l. cum de indebito. ff. de proba. & in caſibus in quib⁹ fingitur ſtipulatio, qui habentur per gloſſ. in d. l. vnica, in prin. & per glo. in his verbis. ff. de adopt. quæ ſi ad practicã deducantur, non modicã adlatura ſunt vtilitatẽ. Quemadmodum verò ab expreſſo ad tacitum rectè arguitur, vt ſuperiùs dictum eſt, ſic † etiam è contrario à tacito ad

9 expreſſum probabilis eſt argumentatio: quod vt oſtendam, vno quotidiano exemplo cõtentus ero. ſicut enim tacitè ꝓhibita alienari, vt bona ſubiecta reſtitutionis nihilominꝰ alienari poſſunt ex cã dotis, Aut. res quæ, C. com. de leg. & in corpore vñ ſumitur: ita ẽt expreſſè ꝓhibita alienari, ꝑ teſtatorem poterũt alienari ex cã dotis in caſu, d. Aut. res quæ, l. à filia, in princi. & l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. & ita expreſſè tenet Bar. in l. filiusfamil. §. diui, in ij. q. ff. de leg. j. & Cy. Bal. & Salicet⁹ in l. voluntas. C. de fideic.

 & poſt

& post multa Ias. in d. Aut. res quæ, & est cõis & vera opinio, quicquid dicat idem Iason in d.l cùm quid. Ne tamẽ decipiaris, volo te scire, quod in multis non est par virtus
10 taciti, & expressi, imo† plus operatur expressum, quàm tacitum: & magis nocet expressum tacito. Primo enim expressa substitutio facta impuberi per patrem, excludit matrem etiam à portione iure naturæ sibi debita c. si pater, in fine: vbi est tex. elatus, de testamẽtis, testa. li. vj. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. tamen tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgari, nõ excludit matrem eius fauore l. precibus, secundũ communem intellectum, C. de impub. & aliis subst. & volunt Albe. & Alex. in d.l. cũ q.d, & Sali. ĩ d.l. preci. & Bal. in l. cẽturia ff. de vulg. Se
11 cundò, †expressus error in sententia, vitiat eam, non sic tacitus. c. j. & ibi docto. de re iudicata, & l. ex diuerso. §. si in iudicio, & ibi glo. & doc. ff. solu. matrimo. & Alex. & doc. in
12 d.l. cũ quid. Tertiò, omissio† nominis hæredis vitiat institutionem, & testamentum, vbi expressio validat: & hoc odio falsitatis, l. iubemus. C. de testam. & vult Alber. in d.l. cùm quid. Quartò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum in alio singulari casu, putà quoad reuocationem primæ volũtatis, nã vbi præcedit expressa protestatio derogatoria voluntatis ad actus sequentes, actus sequens redditur inualidus, nisi in posteriori actu fiat specialis derogatio vel reuocatio primi, l. si quis in principio testamẽti. ff. de leg. iij. & tamen secus est in protestatione tacita, q̃ sumitur à contrario sensu vel alio modo. nam illa per tacitam voluntatem contrariam tollitur, tex. est singularis, iuncta gl. in l. fin. ptin. & ibi hoc notat Bart. & post eũ Ioã. de Imo. ff. de legat. ij. & idem vult Bar. in d.l. si quis in ptin. testamenti, & Bal. in l. humanum, C. de legib. vbi d.l. fi. dicit ad hoc esse singularem, eam etiam ad hoc notat Cardi. in consi. xxvij. in primo dubio, & sic facilius reuocatur volũtas tacita, quam expressa. Quintò, nõ sunt pars† virtutis ta
13 citum, & expressum quantum ad prorogationem iurisdictionis fiendam, per clericum. nam clericus non potest expressè prorogare iurisdictionem etiam alterius episcopi, sine consensu sui episcopi, c. si diligẽti, & c. significasti, de foro competenti: & tamen tacitè potest prorogare iurisdictionem alterius episcopi, siue consensu sui proprij

epis

episcopi, cōtrahendo, vel delinquendo in aliena diœcesi, cap. dilecti, de foro comp. & sentit glo. in c. insolita, xj. q. j. & vult expressè Ioan. de Imo. in c. cum inferior. de maioritate & obedien. & doc. sæpe alibi. Sextò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum: quia te expressè prohibente, non possum intrare fundum tuum venandi, vel aucupādi gratia, l. diuus Pi°. ff. de ser. rust. præd. & l. iij. ff. de acq. rer. dom. cum vtrobique not. Septimò, non sunt paris virtutis tacitum, & expressum in casu singulari, l. si pater. ij. resp. ff. de manumi. vind. vbi expressa reuocatio mandati impedit
14 libertatis dationem, non sic tacita. Octauò, non sunt † paris virtutis tacitum & expressum in casu singulari, l. iij. §. fi. ff. de cōd. caus. da. nā (vt ibi patet) hærede tacente, vel ignorāte, seruus pōt soluere pecuniā peculiarem gratia cōditionis implendæ, & hæres hoc casu perdit dominiū pecuniæ fauore libertatis: secus autem est hærede expressè contradicente, licet teneatur illi, cui seruus iussus erat da-
15 re pecuniam, vt ibi est tex. sing. Nonò, non sunt paris † virtutis tacitum & expressum in prorogatione quæ fieret de loco ad locū non suæ iurisdictionis, putà extra territoriū. Vndè ordinarius nō potest inter suos subditos ius reddere extra territoriū, etiā si illi consentiāt: nisi interueniat expressus consensus iudicis territorij, nec sufficeret tacitus, vt est gl. singularis in c. vt litigantes, de offi. ord. li. vj. quā sequitur Panor. in c. P. & G. de off deleg. & idē Panor. post Innoc. Host. & Io. And. in c. nouit. de offi. leg & idem vult Bal. in l. si qui ex consensu, C. de epis. audi. Quia tamen reperio doctores in hoc quotidiano articulo multùm variare & difformiter sentire remitto te ad Petrum & Cynū in dicta l. si qui ex consensu, ad Salice. l. j. Cod. de iuris. om. iudicum, ad Bart.. & doctores. in l. fina. ff. de iusti. & iur. ad Alexan de Imo. in dict. l. iij. §. fin. & ad eundem & alios in lege fin. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & ad canonistas in dicto capitulo vt litigantes, & ad Anto. de Butrio, & Ioannem de Imola in dicto capitulo P. & G. & ibi iste articulus plenissimè tangitur in Barbatiam cuius tamen opinio omnino displicet, quia est singularis nec in iure, nec in oratiōe vel æquitate fundata. Decimo. nō sunt paris virtutis tacitū, & expressum quantum ad cursum tēporis à iure vel ab homine præfixi ad prosequendum ap-

pellationem: quia expressus consensus partium impedit cursum temporis, sed tacitus non, vt est tex. sing. iuncta gl. in clementina quandiu, de appellationibus. Vndecimò, nō sunt paris virtutis tacitum & expressum in prorogatione iurisdictionis delegatæ fienda de loco ad locum: nam in hoc expressus consensus partium requiritur, nec sufficit tacitus, vt est textus singularis iuncta glo. in c. statutum. §. in nullo, de rescri. lib. vj. & sic patet, q̄d in multis nō est par potestas taciti & expressi imo plus operatur expressum,
16 quā tacitum. Multa etiam possunt fieri tacitè, quæ † non possunt fieri expressè: vt not. per gl. in d. cap. inolita, & per Ioan. And. in reg. mutare, de reg. iur. lib. vj. in Merc. vt iuramentum calumniæ potest tacitè remitti, non expressè, c. j. de iuramento cal. lib. vj. & not. per gl. & doct. in l. ij. §. sed quia veremur, C. eodem tit. sic etiam dolus futurus expressè remitti non potest, sed tacitè, sic. lege, si vnus. §. illud, ff. de pact. sic etiam milites non possunt esse procuratores, lege mi litem, C. de procuratoribus. Tamen si hoc non opponatur ante litem contestatam, valet iudicium, l. filiusfa. §. veterani. ff. de procuratoribus. In aliquibus etiam plus
17 nocet & † operatur tacitum, quam expressum, vt videre poteris per Baldum in l. iij. in principio. Cod. de iuris & fact. ign. & per Bal. in l. j. in xxj. & in xxvij. oppo. C. qui admitti. & per Bart. in eadem lege. in fine, & per Sal. & Ias. in d. l. cū quid: & vide tex. cum glo. & doct. in l. si fine in fi. C. ad Velleia. sic etiam delictū occultè commissum grauius punitur, quā palam cōmissum. l. fi. vbi est tex. sing. ff. de ri. nup. & faciunt ea quæ habētur & no. in c. vt nostrum, vt eccle. benefi. sine di. ex quibus conclusiuè dico: quòd licet taci-
18 tum, & expressum regulariter se habeant vt paria: in † multis tamen habent se vt excedentia & excessa: & ex hoc studiosus facilè scire poterit, quando non. Tria tamen nolo te ignorare. Primum est, quòd tunc demum tacitum æquiparatur expresso, quando de hoc constat clarè: vel saltem præsumptiuè per aliquem ex modis supra cōmemoratis: aut similem: aliàs autem mens in animo retenta nihil operatur, l. si. repetendi, C. de cōd. ob cau. Secundum est quòd
19 actus † taciti non tam latè sunt interpretandi, vt actus expressi. Ita singulariter dicit Pau. de Cast. & magistraliter declarat in pulchra & quotidiana quæst. in consi. xxvij. in

antiquis,incipiente,in Christi,&c.super appellatione,&c. & dicam infra in loco à ratione legis larga,ampla seu generali ad extensionem ipsius legis,circa finē. Tertium est,
20 † quod expressum facit silere tacitum,l.fi.Cod.de pact.con.l.si fundum sub conditione. §. Stichum,& ibi Pau. Cast.ff.de leg.j.& l.cū ex filio.ff.de vulg.qui tex. quotidie allegātur
21 ad hoc,quod prouisio † hominis facit cessare prouisionem legis:quod tene menti,quia facit ad multa:& primò ad hoc, quód substitutus præferendus est coniuncto, l. j. §.in primo,& §.pro secundo,C.de cad.tol. cum simil. Secundò ad hoc,quòd argumentum à contrario sensu cessat,vbi reperitur expressa dispositio : quia expressum facit silere tacitum : de quo dicam late infra in loco à contrario sensu. Tertiò ad hoc , quod non habet locum extensio ad similem casum, vbi reperitur expressa dispositio in casu ad quem volumus facere extensionem , vt dixi supra in loco à simili,& dicā infrà in loco à falcidia ad trebellianicam, & in loca à legitima patroni ad legitimam filij , & in loco à matrimonio carnali ad spirituale,& in loco à ratione legis larga,ampla,seu generali ad extensionem ipsius legis, maximè in primo casu principali,& sæpe alibi.In dote tamen expressum non facit silere tacitum , vt est glossa singularis in dict.l. finali,approbata illic per Cyn. Bald. Salice.& omnes,per Salice.in l.assiduis,in vij.q.ō.C.qui potiores in pigno.habeantur,& per doct. sæpe alibi. De hoc tamen articulo,an & quando prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis,vide omnino Cy.in d.l.ij.in vj.q. C.
22 de iure emphy. vbi benè declarat. An † autem vitiato expresso vitietur tacitum,vide per Cyn.& doctor. in Authē. ingressi, C. de sacrosanctis eccle.& per Barto.* Bald. & doct.in l. si fideiussor , in principi.ff.de leg.j.& per Sali.in l.j.§.j.ff.quib.mod.pignus vel hypotheca soluitur:& vide [illegible] quod

ADD. * Barto. Expresso vitiato , vitiatur tacitum (dicit Bart.) vbi est eadem ratio vitiandi : aliàs secus. sed & quoties aliunde conualescere potest , quàm ab expresso,vitiato expresso subsistit tacitum. Alcia.l.si pupillus ff.de verb.oblig.non vitiatur etiam tacitum vitiato expresso vbi tacitum est æquè principale,l.j.§.j.ff.quib.mod.pig. vel hypoth.sol.P.Prateius. [illegible]

quod dicam infrà in loco ab æquipollentibus.

LOCVS A CONIVNCTIONE, seu combinatione duarum legum.

1 *Argumentum à coniunctione duarum legum probabile & vtile.*
2 *Mulier ex constructione ecclesiæ acquirit ius patronatus, sicut masculus.*
3 *Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato tantum operatur, quantum consensus geminatus.*
4 *Geminatio literarum principis, seu secunda iussio tantum operatur quantum motus proprius.*
5 *Præscriptio decennij probatur coniunctione attestationum: itē & parentela, incestus, & similia.*
6 *Præuentio quando locum habeat.*
7 *Contrariarum legum quæ sit obseruanda.*

OFfert se nunc locus à cōiunctione seu combinatione duarum legum. A quo sumptum
1 † argumentum est probabile, frequens, & valde vtile. tex. est notabi. in l. Gallus. §. ille casus, & ibi Bar. Bal. Io. de Imo. Iason & doc. not. ff. de lib. & posthu. & est bonus tex. in ca. cum dilectus, secundum verum intellectum, de successio. ab intesta. & ibi Panor. notat, & est glo. in l. prospexit, ff. qui, & à quibus. glo. in l. j. ff. de reg. iu. & glo. in l. Lucius, ff. de infa. & gloss. in l. fina. C. ad leg. falci. & hoc argumento vtitur Ange. in l. penult. ff. de constitu. prin. & Bald. in l. dominus. §. per fideicommissum. ff. de vsufructu, & idem Bal in l. dotis. tuç. in noua lectura. C. de iure dotiū, in l. non dubium, Cod. de legibus, & in cap. j. an agnatus vel filius ag. in vsibus feudorum, & Albericus de Rosate in j. parte statutorum. quæst. cxxxviij. Alberi. ī ij. parte statutorū q. lxvj. in pulchra, q. & Io. An. in ca. si pater, de testa. li. vj. in nouel. & Io. An. in reg.

qui tacet,& in regula,poteſt quis in pulchraq. de reg. iur. lib.vj.in Mercur.Iſto argumento vtitur etiam Old. in pulchraq.in cõſil.ccxxvij.& deciſio rotæ xvj. in nouis, circa fi.Hoc argumento vtitur etiam Salice in l.domum, C.de rei vendi. & Iaſon in l.quod te,ff.ſi cer. peta.& idem Iaſon in l.illud.C.de col.dicens quòd iſte eſt optimus modus arguendi.& idem repetit ipſe ſæpe alibi.Iſto argumento vtitur etiam Panor.in c.nobis,in j.not.de iur. pat. concludẽs

2 per hoc,ꝙ mulier † poteſt ex conſtructione eccleſiæ acquirere ius patronatus,ſicut maſculus.Hoc argumento vtitur etiam glo.& doc.in c.cum contingat, de iureiur. vbi per illum text.iuncta Auth.ſiuè à me,C.ad Velle.dicunt,ꝙ

3 tantum † operatur iuramentum præſtitum ſuper actu à lege infirmato,quantum conſenſus geminatus. Iſto argumento vtitur etiam Bal.in l.nec damnoſa,C.de precib. Impe.offi.vbi ex coniunctione duarum legum dicit, quòd tã-

4 tum † operatur ſecunda iuſſio ſeu geminatio literarum principis,quantũ mot' proprius:& hoc dictũ tanquã ſingulare & nouũ refert & ſequitur Roma.in repe.l.ſi verò.§. de viro,in xxxj.fal.ff.ſol. mat. quod teneas mentę. Iſto argumento vtitur etiam Bald. in l. teſtium, C. de teſtib.vbi

5 per hoc dicit, quòd ſi intendo † probare præſcriptionem decennij, & produco duos teſtes qui probant de primo quinquennio,& duos alios qui probant de ſcđo quinquẽnio,optimè probo præſcriptionem decennij, ex coniunctione atteſtationum.& idem dicit ipſe ibidem in probãda parentela, vt latiùs videre poteris per eum. Iſto argumento etiam vtitur Bal.in d.§.ille caſus indifficilis,vbi per hoc ſingulariter dicit,quòd ſi Titius ſit accuſatus de inceſtu,licet ad hoc vt conuincatur de inceſtu,debeat plenè & coniunctim probari conſanguinitas vel affinitas & carnalis copula,tamen ſi duo teſtes probent conſanguinitatem vel affinitatem & non copulam,alij autem duo teſtes probent copulam,& non conſanguinitatem vel affinitatem, certè inceſtus eſt probatus,ex coniunctione capitulorum & teſtium,per d.§.ille caſus indifficilis,vbi Iuriſconſultus arguit ex coniunctione duorum capitum : imò plus dicit ibi Bald.videlicet,quòd ſi vnus teſtis probet veritatem articuli,& ipſe idem teſtis & alius probant famam, quòd cõiunctis iſtis probationibus ſit facta efficax probatio in

cauſa

causa ciuili, in qua duæ minus plenæ probationes coniũ-
guntur ad effectum plenæ probationis, de quo vide ple-
nius per Alex.& alios modernos ibidem.& per legistas in
l.admonendi.ff.de iureiur.& per Bart.in l.j.§.ij.idem Cor-
nelio.ff.de quæst.& per can.in c.veniens j.de testib. & per
Felin.in c.cum causam,de prob.& per Roma.consil.cxxvij.
in quotidiano exemplo, vbi recurre. Per hunc arguendi
modum videtur etiam posse decidi q. illa quotidiana, *In
ciuitate sunt duo iudices,quorũ vnus cognoscit de actio-
nibus personalibus tantùm,alter verò de actionibus rea-
libus tantùm: emergit modò quæstio super actione mix-
ta,quæ pariter se habet ad vtrunque, vt videre licet in §.
quædam,Inst.de actio.quęritur,quis cognoscet?* nam vide
tur per præmissa ex coniunctiõe duorum capitum, quòd
vterque cognoscet:& ita tenet Cy.in d.§.ille casus, vbi ta-
6 men hoc limitat,nisi † alter eorum præuenerit, quo casu
ille erit potior,secundum eum.Et idem dicit ipse in tali q.
super causis à centum libris infrà,per statutum est deputa-
tus iudex:sup̃ causis verò pupillorũ & viduarũ est deputa-
tus alius, contingit modò, quòd causa pupilli vel viduæ
est à centum libris infra,quæritur, quis eorum erit iudex?
& concludit ipse, quòd vterque à coniunctione duorum
capitum,nisi alter præueniat, vt suprà dixi:& hoc reputat
ibi Bald.not.& idem vult ipse Bald. in l. Titiæ textores.ff.
de lega.j.& ibi vide latè per Alex.de Imo. si tamen pleniùs
in his & similibus quæstionibus, quæ quotidie occurrere
possunt,vis instrui,vide singulariter notata per Bar.in ex-
traua.ad reprimendum, in verbo, non obstantibus, & per
Petr.de Anch. qui eum ad literam refert.& sequitur in c.j.
in fine.de priuil.lib.vj.& Pe.de Ancha.in rep.c.canonũ, in
vj.q.princip.de constit.& in rub.de regu.iur.lib.vj.vbi con
7 cludunt,ꝗ qñ vna † constitutio est magis specialis quoad
quid,scilicet quoad personas,& alia cõstitutio est magis
specialis quoad quid,putà quoad causas,vel ecõtra,debe-
mus illud speciale obseruare in quo maior & euidentior
vtilitas reperitur: & ponunt duo pulchra & quotidiana
exempla.Vbi verò non esset vna ratio specialitatis fauo-
rabilior alia,tenet legem nouam præualere antiquę:quod
memori teneas mente, quia potest seruire ad multa. Ad-
uerte tamen, quia ista argumentatio solùm procedit in

non exorbitantibus nam in exorbitantibus vel correctorijs necessaria esset superioris prouisio, vt bene declarat Bartol & post eum Ioan.de Imol.in d.§.ille casus de quo vide quod dicam latiùs infra,in loco à ratione legis larga ampla seu generali ad extentionem ipsius legis, in duobus primis casibus principalibus.

LOCVS A FEVDO AD Emphyteusin.

1 *Feudum & emphyteusis,vasallus & emphyteuta sunt eiusdem naturæ.*

2 *Vasallus & emphyteuta in quibus conueniant, item feudum & emphyteusis cum plurib.seq.vsque ad nu.41.*

3 *Argumentum à feudo ad emphyteusin facit ad multa.cum nu.seq.*

4 *Vasallus aut emphyteuta non possunt alienare feudum vel emphyteusin sine consensu directi domini.*

5 *Feudum concessum alicui & suis hæredibus,intelligetur solum de descendentibus illius cui conceditur, & non de hæredibus transuersalibus,siue extraneis.Item in emphyteusi.*

6 *Prospicere sibi & suis hæredibus in dubio quisque præsumitur.*

7 *Filiorum appellatione in feudis & emphyteusi an veniant nepotes & descendentes.*

8 *Vasallo aut emphyteuta mortuis absque filiis dominus directus quibus concedat feudum siue emphyteusim,& nu.9.*

10 *Vasalli & emphyteuta possunt inter se diuidere rem feudalem siue emphyteuticariam irrequisito domino.*

12 *Vasallus & emphyteuta negantes scienter rem esse feudalem, vel emphyteuticariam perdunt eam,*

15 *Vasallus non potest renunciare feudo inuito domino: idem in emphyteuta.*

16 *Vasallo aut emphyteuta disponentibus de feudo & emphyteusi per viam legati legatario nihil debetur.*

17 In

49 Contractus superficiarius quis sit, & cuius efficacia.

50 Contractus locationis ad longum tempus quis, & eius effectus.

51 Conductor ad modicum tempus potest implorare officium iudicis vt seruetur in sua detentatione, vel vt sibi restituatur.

52 Emptor tenetur stare colono ad longum tempus, item colono fisci, vel Reipub. &c.

53 Cōductor ad longum tēpus, fisci & reipub. etiam ad modicum tempus sunt domi arborum per eos platarum in fundo conducto.

54 Contractus emphyteuticus quis, & quis contractus liuellarius. 55.

56 Contractus precaria quis.

57 Contractus feudalis quis dicatur.

A Loco à feudo ad emphyteusin, seu à cō-tractu feudali ad emphyteuticū sumptum argumētum, probabile: vtilissimū,
1 & frequentissimū est, fundatū in simili tudine † quam habent ad inuicem feudum, & emphyteusis, vasallus & emphyteuta: sunt enim eiusdem naturæ, secundum Spec. in tit. de feudis. §. quoniam, in versic. xl. in fine, & similes: secūdum Hosti. in Summa tit. de feud. in princip. quem refert & sequitur Andr. de Iser. in prælud. feud. in versi. quintò quæritur infeudatio. Conue-
2 niunt enim † in hoc vasallus & emphyteuta, quòd vterque habet vtile dominium, & per consequens vtilem rei vendicationem: de primo est tex. in c. j. §. rei autem, & §. fin. de inuest. de re alie. facta, in vsib. feud. & ibi Bal. Aluar. & doct. notant, & de secundo est tex. in l. j. iuncta gl. ff. si ager vect. vel emphyt. pet. & in l. possessores, in fine. & ibi not. per gl. in verb. libertates C. de fund. patr. lib. xj. & per gl. & doc. in c. j. de cont. inter vas. & ali. de bene. & no. per Bar. & doc. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. & per eūdem in l. j. in §. hic titulus. ff. de public. Item in hoc, quòd vterque possidet naturaliter, & quod vtrique ratione illius natura

lis

lis possessionis * competit interdictum vti possideris l.vnica,cum ibi notatis per glo.fi.C.vti pos.& not. per gl.in l. iij.§.ex contrario,in gl.j.ad finem.ff.de acq.poss.& no.Bar. in l.j.in princip.in penult.q.illo eod.titu.& idem Bart.in l. j.in princ.ff.vti possi.& Io.Fab.in §.retinendæ, in prin. Instit.de interd.& Ang in §.quadrupli,circa finem, Instit. de actio. & doct.sæpe alibi.Et argumentum ex hoc loco sum

3 ptum † facit ad infinita,eoque vtitur Roma.consi.ciij.in cip.viso propositæ quæstionis themate, & glo. & docto.in pluribus aliis locis,vt infrà latè patebit. Et in primis facit

4 ad hoc,quòd sicut † vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini directi,c.j.de vasallo qui contra cõstitutionem Lotharij feud.alie.& c.imperialem, in princi. de prohi.feud.aliena.per Fed.in vsib.feud. cum similib.Ita etiam emphyteuta non potest alienare emphyteusin sine consensu domini directi,l.fin.C.de iur.emphy.& c.potuit,

5 de loc.cum simil. Secundò facit ad hoc, quòd sicut feudum concessum alicui, & suis hæredibus, intelligitur solum concessum descendentibus illius cui conceditur,& non hæredibus transuersalibus seu extraneis: vt dicit glo. not.in l ex facto.§.fi.& ibi Dy.Bart.Paul.de Castr. Alex.& doct.ff.ad Trebel.& glo.Bar.& doct.in l.etiam,in princ.ff. sol.matr.per tex.in c.j.de succes.feu.& idem Bar.in l. Gallus.§.etiam si parente.ff.de lib. & posth. & Bal.in l.fi.in vj. oppo.C.de hæred.institu.& idem Bal. in l.liberti libertæque,C.de op.libe.& idem Bal.in l.j.in lxviij.q.ff.de re. diuisio.pro quo etiam est tex.in c.vnico. de alie.feud.& in c.j. §.fi.si de feu.fue.contr. in vsib. feud. & est communis opinio sm Alex.in d.l.ex facto.§.fi.& ipsa veritas,quicquid dicat Cy.post Iacobũ & Petrũ in d.l. liberti libertæque: Ita etiam dicendum videtur in emphyteusi, eadẽ ratione;De [illegible] quo

ADDIT. * Possessionis. Auctor noster videtur sequi opinionem glo.in d.vnica.& d.§. ex contrario. dicentes vsumfructuarium, vasallum & emphyteutam naturaliter possidere. Vlpianus tamen Iurisconf.in l.pen.§.j. ff. qui satisd.cog.dicit vsumfructuarium non possidere: ergo idẽ in vasallo & emphyteuta.sunt tamẽ in possessione.l.si quis ante. ff.de acq.possef.aliud autem est possidere, aliud in possessione esse d.l.si quis ante.Præterius.

quo tamē articulo quotidiano vide latiùs per Io. de Imo. Ale.& alios per eos relatos in d.l.ex facto §.fi.ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Tertiò facit ad hoc, quòd sicut feudum simpliciter receptum, censetur receptum pro se & hæredib.suis masculis, licet in inuestitura de hærede
6 mentio non fiat: quia † in dubio vnusquisque videtur velle prospicere sibi & hæredibus suis.l.si pactum.ff.de proba. & sentit gloss.in verbo succedente.in ca.vnico,quib.mod. feud.constit.po.in vsib. feud. non autem censetur receptū pro fœminis hæredibus, ex quo de eis non est facta mentio,& quia hoc est contra regularem naturam feudi.c.j. §. filia verò,de succ.feu.in vsib. feud.Ita etiam videtur dicendum in emphyteusi, vt emphyteusis simpliciter recepta cēseatur recepta pro se,& hæredibus suis masculis,& nō pro fœminis,cum isti contractus maximam habeant similitudinem inter se:& ita expresse firmant And.de Iser.Bald. & Alua.in d.c vnico,quibus mo.feud.consti. pot.vbi dicunt, hoc esse no.& mente tenendum.& idem tenet Io. Baptista de sancto Seuerino,in repetitione c.j.de feud.cogni.Aliter tamen,& melius quoad emphyteusin tenet Præpo.in d.ca. vnico,& Roma.in consi.xxij.incip.propositæ consultationis.& Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres,ff de verbo.oblig. & Hippo.de Marsi.in singulari clx. Quartò facit ad hoc, quòd sicut feudum concessum alicui & filiis suis, censetur etiam concessum nepotibus,& descendentibus: Ita quod
7 appellatione † filiorum hoc casu veniant nepotes & descēdentes,vt singulariter determinat Bal.in c.quę in ecclesiarum,de consti.& Pet.de Anch.in repe.c.canonum, in xiiij. q.princ.de constit.& glo.in d.c.j.& ibi Bal & Iaco. in libel. feud.in illis verbis,præsentes & recipientes pro se & eorū filiis,& doct.sæpe alibi.Ita etiam concessa emphyteusi alicui pro se & suis filijs,censetur concessa etiam pro nepotibus & descendentib.eadem ratione.In quo tamen articulo quotidiano diuersæ sunt opiniones:nā Sali.in l.ij. C. de iure emphy.in vtroque tenet contrarium. Alexā.autem in consi.xvij.v volu.incip.Ponderatis,in j.dubio,sentit in feudo cum gl Bal.Pe.de Anch.Iacobino, & alijs:sed in emphyteusi tenet contrarium: vnde de isto articulo quotidiano vide plenissimè per Franciscinum in libello feudorum parte ij.in versiculo, circa hanc materiam acquisitionis feu-

P di,

di,ad quem remisisse sufficiat. Quintò facit ad hoc quòd
8 quemadmodum † dominus potest inuestire filiam defuncti vasalli absque filijs de feudo,omissis masculis transuersalibus vasalli defuncti,in duobus casibus: vt est tex.singularis in c.vnico, quemadmodu feudum ad filiã pertineat. & facit d.ca.j.§.filia verò:ita etiam erit in emphyteusi, vt ea finita per generationem finitam, dominus possit illud ius emphyteuticum confirmare in personam filiæ,omissis masculis transuersalibus emphyteutæ defuncti: & ita expressè volunt Bald.Aluar.& Præpositus in d.cap.vnico,& Aluaro. in d. §. filia verò. Sextò facit ad hoc, ꝙ quemad-
9 modum † vasallo mortuo,& feudo aperto, seu ad dominum liberè reuerso,dominus potius debeat inuestire hæredem masculum defuncti, quàm alium extraneũ:& iniuria est,si ei non concedatur:vt vult glo.sing.in l.j.§ permittitur,in verb.impetrabile,& ibi Bar.& etiam Ang.in lectura peregrina.ff.de aqua quot.& idem Bar.in l.j.in fin.ff.de priuil.credi.& habetur per Alua.& Præp.in d.c.vnico,quéadmo.feu.ad fili.perti.vbi.d.glo.dicunt esse sing.& pulchrè per Rom.in d.consi.xxij.& eleganter per Ias.in d.l.ij.in vij.col.C.de iu.emphy.in quibus locis præfati doctor.dicunt, hanc esse communem opinionem: ita etiam dicendũ erit in emphyteusi, vt ea extincta per generationem finitam, hæredes defuncti possint petere eis emphyteusin confirmari,& de facili debent impetrare,& præferri extraneo:& est iniuria, si eis non fiat confirmatio: & ideo possunt appellare ad superiorem,vt cogat denegantem ad hoc faciendũm:Ita no.dicunt Barto.& Ange.in dicto §. permittitur, & idem Barto.in l.si mihi & Titio,circa finem.ff.de verbo. obligat.& Ludo. Roman. & Iason locis prędictis,& canonistæ in cap.bonę:ij.in fine,vbi etiam est bona glo. de postu.præla.quod teneas mente, quia est notabile, vtile, & quotidianum,& habui de facto.Hoc tñ limita, quando dominus directus esset alij extraneo cõcessurus:aliàs secus. Ita singu.limitat Panor.in d.ca.bonæ.ver.in gl. vbi de hoc vide latiùs per eum,& per Lud.& Iasonem locis prędictis, & plenissimè per Ioan.Imo.& Alex.in dict.l.si mihi & Titio,& multum plenè per Franciscinum in dict.libel.feud. parte ij.quæstio.xv.ad quos remisisse sufficiat.Septimò fa
10 cit ad hoc, quòd † sicut vasalli possunt inter se diuidere

rem

rem feudalem irrequisito domino,vt est glo.in verbo pro parte,in l.si filiæ,C.fa.ercisc.approbata ibidem per Bar.Bal. Pau.de Cast.Salice.& doct.limitando & declarando,vt per Francisc.post alios per eum relatos in d.libel.feudo.parte iiij.in versicu.trigesimò quęro, an & quando feudum diuidi possit.Ita etiam emphyteutæ possunt inter se diuidere emphyteusin,eadem ratione.& ita notab.declarat Bald. in l.voluntas,C.de fideicommiss.de quo vide ibi latiùs per eum,& per doct.in d.c.imperialem.§.præterea ducatus,& in cap.vnico.§.omnes filij,si de feu.fue.contro.in vsib.feu. & per Franciscinum in dict.versi. trigesimò quæro. Octa-
11 uò istud facit ad hoc,quòd sicut † valet pactum quod facit pater habens filios naturales,& legitimos ex vxore nobili defuncta,cum ea quam vult ducere in vxorem,vt filij ex ea nasciturі licet sint futuri legitimi, non succedant cũ aliis filiis de primo toro natis, sed sint contenti certa portione:vt est tex.in ca. vnico, de fil.nat. ex matr.ad morg. contra.Ita etiam pater habẽs filios naturales,& legitimos & vnum filium spurium, potest facere spurium legitimari cum pacto,quòd in nihilo sibi succedat,vel quòd stet contentus certa portione,vel re emphyteutica,quam obtineat: eadem ratione.Ita singu.decidit Anto.de Butr. in cap.per venerabilem,qui filij sint leg.& sequuntur Paul.Cast.Alex. de Imo.& posteriores in l.pactum dotali.C.de col.& idem Paul.Cast.in rubr.C.de iu.aureor.anul.& Alexan.de Imol. in consil. xxx.iiij. volum.incipi iuxta ea.& Georg.Natan repet.capit. quamuis , circa princip. de pactis libro vj.& Iason in l.prima,C. de iure emphyteu. Nonò istud facit
12 ad hoc,quòd sicut † vasallus negans scienter rem esse feudalem,perdit feudum: vt est text.in cap primo §.vasallus si feudum,in titu.si de feud.fuerit controuer.& in capi.fin. de leg.Corradi,in vsibus feud.& vult Innoc. cap.cæterùm. in fine de iudi.Ita etiam emphyteuta negans scienter rem esse emphyteu.perdit eam.Ita notab.dicit Ang.in l.fin.ff.de rei vend.& Roma.in repe.l.si verò.§.de viro, in lj.fallent. ff.solu.matr.& Iason in §.omnium,Insti. de actio.& Iaco. in d.libel.feud. in illis verbis, dictique vasalli promiserunt non committere feloniam,&c.& idem Iacobin.in eod.libello,in illis verbis , dictique vasalli promiserunt recognoscere , &c. ad quem recurre, quia pulchrè lo-

quitur: Aliter tam? in emphyteuta, & liuellario sentit Bal. in d. §. vasallus si feudum. quem vide. Decimò per istam æquiparationem feudi, & emphyteusis dicunt singulariter Bal. & Alua. in ca. si vasallus feudum alienauerit ignotans,
13 in d. ti. si de feud. fue. con. quod sicut † vasallus alienans rem feudalem ignorans eam esse feudalem, non amittit feudū d. c. si vasallus: Ita etiam si hæres emphyteutæ vendit fundum emphyteuticum, quem talem esse ignorat, non cadit iure suo: & ideo dominus ex hoc capite reuocare volēs, habet probare scientiam, arguendo à feudo ad emphyteusin. & hoc etiam notat Lud. Roma. in d. repe. l. si vero. §. de viro, in ij. fallen. & Io. Bapt. in repe. d. c. j. Vndecimò, per istā
14 æquiparationem † feudi, & emphyteusis dicit gl. multùm singu. In verbo, aut vtrunque. ibi, sed nunquid idem, in capitu. j. in titu. an agna. vel fil. defunc. quòd dispositio illius text. loquentis in filio vasalli, locum etiam habet in filio emphyteutæ, vt scilicet quemadmodum filius vasalli non potest repudiare hęreditatem paternam & retinere feudū, sed omni modo cogitur debitum paternum soluere, nisi vtrunque repudiet: ita etiam filius emphyteutæ nō potest repudiare hæreditatem paternam, & retinere emphyteusin: sed omnino cogitur soluere debitum paternum, nisi vtrunque repudiet: & illam gl. sequitur ibi Bald. & reputat eam mente tenendam. De hoc tamen artic. quotidiano vide ibi latius per Præpositum, & per Bart. in l. vt iurisiurandi, §. si liberi. ff. de oper. lib. vbi ponit plura pulchra dicta quotidie in praxi occurrentia. Duodecimò per hanc ęquiparationem feudi, & emphyteusis infertur aliud videlicet,
15 quod sicut † vasallus non potest renuntiare feudo, & se liberare à seruitio debito ratione feudi, inuito domino: vt est glo. in verbo alienandi feudi. in d. c. quę in ecclesiarum, & glo. ampla & magistralis in c. vnico. §. fi. in verb. seruitium. & ibi doct. de cap. qui cu. vend. & volunt Dy. Bar. & docto. in l. is, cū quo. ff. de aqua plu. arc. & Bal. in prælu. feu. & Pet. de Anch. cum distinctione tñ, in c. j. de feu. Ita nec emphyteuta eadē ratione, & ita decidit Pan. in d. ca. j. de feudis, & Spec. in ti. de emphy. in §. nūc aliqua, in ver. cxxviij. & Bal. in d. l. ij. C. de iure emphy. & Aluar. in d c. fi. & Io. de Imo. in d. c. potuit, & gl. in d. c. j. super verbo, refutare; & ibi etiam Alua. de vasa. quę cōtra consti. Lot. feu. alie. in vsi. feu. de hoc tamen

tamen articulo quotidiano vide latiſſ.per Fel. poſt Car. & Io.de Imo.in d.c.quæ in eccleſiarum,vbi plenè de hoc reperies:quem ſequitur Franciſcinus in lib. feud. parte iiij. in verſi.xxxj.& vltimo.Decimotertiò per iſtam æquiparationé feudi & emphyteuſis infertur vnum aliud ſingulare
16 videlicet, q ſicut † vaſallo diſponente de feudo ſuo per viam legati,non debetur legatario nec res nec æſtimatio, vt volunt Bald.Aluaro.& doct.in c.j.§.donare.in ti. quali. olim feu.po.alie.in vſib.feu.per reg.d.c.j. in princ.de ſucc. feu.& per regu.l.vxor patrui.C.de legatis,& vult Bal.in l.j. C.de ſacr.eccl.in lectura,& Franciſcinus in d. libel. feud. par.iiij.in ver.penultimo quæro,ita etiam emphyteuta diſponente de emphyteuſi,quæ per eius mortem finitur, nihil debetur legatario,eadem ratione:& ita decidit Bart.in d.l.vxor patrui.vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe. & idem repetit ipſe Bart.in l.quod in rerum.§.j.ff.de leg.j.& ſequitur Aluaro.in d.§.donare:de quo ſi libet,videre poteris latiùs in locis præal.& per Hoſt.in Summa in titu.de immu. eccle. §.in quantum,in verſi.ſed nec illa:& latiſſimè per Franciſcinum in d.verſi.penultimo quæro,& meminit obiter Roma.ſingul.ccccxxxj.incip.tu ſcis,quòd vaſallus.Decimoquartò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut in alienatione
17 † feudi fienda per vaſallum vaſalli, requiritur conſenſus primi domini,cui ſoluendum eſt laudemium, & non conſenſus domini immediati:vt eſt gloſ.ſing.in verbo niſi requiſitus.in d.c.imperialem.§.illud quoque,approbata ibidem per Bal.Aluaro.Præpo.& alios, & habetur per Aluar. in d.c.imperialem,in princip.in verſi.quæro:quid ſi infeudaui tibi feudum.& per Bald.in l.ſi permittente,C.ad Macedo.& per Iaſonem in d.l.iij.§.econtrariò, & per doctor. alijs frequenter locis:Ita etiam ſi emphyteuta rem quam accepit in emphyteuſin dederit alteri in emphyteuſin,& ille velit vendere ius ſuum,requiritur conſenſus domini & non emphyteutæ primi:& domino,non autem emphyteutæ,ſoluendum eſt laudemium.Ita dicit Spe.in d.ti. de emphy.§.nunc aliqua.in verſicu.cv.& in verſi.cxxvj.& eſt de mente Azo.in ſumma,C.de iure emphy.in verſic.ſed quæri poteſt.& de hoc eſt gloſſ. elegans in dicta l. final. C. de iure emphyteu.& ibi Salice.& doctor.notant,& volunt Io. And.Card.& docto.in dicto capit.potuit:& ita vidi iudicari

ri. De hoc tamen articulo quotidiano vide omnino Petrũ Iacobi.in sua aurea practica,in tit.de possess.& eundem in tit.de actione in rem pro re emphyteuticaria,quæ cecidit in commissum,circa finem: & Guidonem Papæ q. xcij. & Ioan.Fabr.in §.adeò.Institut.locati. Decimoquintò ex ista
18 æquiparatione † feudi,& emphyteusis inferri potest,quòd sicut in casu,quo vasallus committendo feloniam vel frãgendo fidem domino,perdit dominium vtile:& dominus viceuersa dominiũ directũ seu proprietatem,vt est tex. in c.j.§.domino cõmittente,in d.tit.si de feudo fuerit cõtrouer.& in c.vnico,qualiter dom.proprie.priu. in vsi.feu. Ita etiam dominus, qui rem dedit in emphyteusin, hoc casu perdit directum suum dominium,& emphyteuta suum vtile,arguendo à feudo ad emphyteusin: & ita reperio velle Feli.in c.dilecti,de maio.& obed. qui ad hoc allegat Pau. de Cast.in l.sed & si hac lege,in principio.ff.de in ius voc. & Alexan.ibidem in additioni. Sed caue,quia Paul.de Ca. & Alex.solum loquũtur in domino, & vasallo, de domino autem & emphyteuta verbum nullum faciunt. Commenda tamen memoriæ hoc dictum Feli.propter ipsius auctoritatem,& concurrentem rationis identitatem. Decimosextò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis potest
19 singulariter inferri,quòd cum † feudum non sit quid hæreditarium,nec veniat iure hæreditario d.c.j.de succe.feu. sicut in quitatiõe,seu liberatiõe generali, quã facit frater fratri de oĩ eo, quod posset petere de hæreditate paterna, non includuntur feuda, ita nec bona emphyteutica, & ergo tali quitatione vel liberatione generali non obstante, poterit petere feuda & etiam bona emphyteutica. Ita singulariter dicit Bar.post Dy.in l.item videndum.§.fi.ff. de petitio.hæred.& ibi hoc simpliciter sequũtur Bal. & Ang. Et illam decisionem extollit & valde exclamat Iason in præludiis feudorum,cum limitatione,de qua ibi per eum: & idem latè disputando vult Bart.in aut.si quas ruinas. C. de sac.ec.& de hoc etiam habetur latè per Bar. in d.§ si liberi.& per Io.Baptistam in rep.d.c.j.parte.v.reg.vigesima. Decimoseptimò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur vnum aliud singulare, videlicet,quòd prçla
20 tus † ecclesiæ potest res ecclesiæ cõcedere in feudum, & in emphyteusin consanguineis suis, sicut extraneis, qñ sunt

res

res solitæ antiquitus infeudari, vel in emphyteusin dari: dũmodò ecclesia non oneretur per consanguineos, & dũmodo aliàs sint bonæ conditionis ac famæ, secùs si vellet aliquam rem de nouo facere feudalem vel emphyteuticã. Ita singulariter dicit Bald. in l. j. in xxv. q. ff. de rerum diuisione. & Bart. Bal. & doc. in auth. quibuscunque modis, C. de sacrosanc. ec. & Pet. de Ancha. Io. de Imo. Panor. & doc. cano. in c. vt super, de reb. ecc. non alie. & Panor. in consil. xlj. vol. j. incip. saluatoris, &c. videndum est in effectu, &c. & ita post omnes resoluendo concludit Iason in d. c. j. qui feu. dare pos. dicens hanc esse communem opinionem. & plenissimè hunc articulum quotidianum tractat Francisicinus in lib. feudorum parte ij. qõ. vij. & bene faciunt notata per Archidiaconum in c. episcopus, in fine x. q. ij. & notata per Federicum de Senis in consilio lij. incip. quidam prælatus exemptus, & ita est tenendũ, quicquid dicat glo. in c. vnico, qui success. teneantur, & gl. in c. vnico, si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur, quia dictæ glo. & doct. eas sequentes fundant se super d. Auth. quibuscunque modis. ad quam reperies multipliciter & sufficienter responsum per docto. in locis supra cõmemoratis. quod memoriteneas mente, quia est frequentissimũ in praxi. Decimooctauò ex ista æquiparatiõe feudi & emphyteusis inferri potest vnum aliud singulare, videlicet,
21 quod † si propter homicidium ex statuto publicentur bona delinquentis, & in bonis delinquentis reperiantur res feudales vel emphyteuticæ: quod in huiusmodi publicatiõe venient etiã bona feudalia, & emphyteutica quoad vtile dominium ad delinquentem pertinentia. Ita post longã disputationẽ reperio singulariter velle Spec. in d. ti. de feudis. §. quoniam, in ver. xl. & ibi Io. And. in additiõe magna idẽ firmat quoad bona emphyteutica, & latè Oldra. in consi. xvij hoc etiam videtur de mente gl. in l. si finita. §. si de vectigalibus, in fi. in verb. per longum tẽpus. si bñ aduertat. ff. de dã. infect. de hoc tamen vide latiùs per Bar. & oẽs ibidẽ, vbi etiã plenè reperies, maximè per Io. de Imo. Paul de cast. & Alex. An in causam iudicati & pro executiõe ei⁹ capi possint res feudales, & emphyteuticæ, qñ, & quomodò & quis tunc seruitiũ præstare, vel pensionem soluere debeat, vbi recurre, q. reperies in hac materia quotidiana

plura pulchra & singularia, quæ breuitatis gratia omitto. Decimonono ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis
22 potest etiam inferri singulariter, quod sicut † feudatarius secundus, qui capit rẽ feudalem in feudũ à primo vasallo, posset à domino ciuiliter possidẽte propria auctoritate expelli ob seruitiũ denegatũ: Ita etiã emphyteuta secũdus, qui accepit à primo emphyteuta, poterit à domino expelli ob non solutã pẽsionẽ. Ita reperio singulariter velle Frãcis. de Aretio in l. clã possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acq. poss. & tangitur per Cy. in d. l. ij. in ix. q. C. de iur. emphy. & per Salic. ibidem in xiij. q. & per Ias. ibid. super gl. in verb. repellere, ante finem. de quo articulo pulchro, subtili, & quotidiano, an scilicet ciuiliter possidens virtute suæ ciuilis possessionis possit propria actoritate expellere clandestinum possessorem, vel naturali possessioni vitiosè insistentem, vide per glo. & Bart. in l. prima. §. interdictũ. versi. vñ gl. dicit. ff. vti possidetis: & plenè per Alex. de Imo. l. quẽ admodũ, ff. de ac. poss. & plenissimè per Francis. de Aret. subtilitatum principem in d. §. qui ad nundinas. Vigesimò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur singu
23 lariter, quod sicut † feudatarius vel vasallus alienando feudum irrequisito domino, non euitat pœnã caducitatis, etiã si illud posteà recuperauerit. vt est tex. in c. j. in tit. quid iuris sit si post aliena. feudi vasal. id recu. in vsibus feud. limitando, vt ibi limitat Aluaro. & post eum Franciscin. in lib. feu. parte iiij. in versi. xiij. quæro quid si vasallus & Bal. in d. c. imperialem. post principium. Ita etiã emphyteuta non euitat hanc pœnam alienãdo, licet postea emphyteuticam rem recuperet redimendo eam, eadẽ ratione. & ita singulariter determinant Bar. & Io. de Imo. Pau. de Cast. & doct. in l. sequitur. §. itẽ Labeo. ff. de vsuca. Albe. de Rosa. & Sal. in d. l. fin. circa fi. C. de iure emphy. & Io. de Imo. in d. c. potuit, & Præpositus in d. c. j. quid iuris sit si post alienationẽ feudi vas. & est communis opinio & de iure verior, ac in practica seruanda secundum Ioan. de Imo. in dict. c. potuit. quicquid dicat Speculator in d. tit. de emphy. §. nũc aliqua, versic. xcvj, quod teneas mente, quia multum declarat d. l. fin. & dict. c. potuit. & hoc tene, quicquid dicat Ioan. Bap. in rep. d. ca. j. circa fi. Vigesimoprimò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis potest inferri, quòd

24 licet de rigore iuris hæres † vasalli vel emphyteutæ nõ p̄-
stãs id ad quod tenetur, posset priuari iure suo, vt in ti quæ
fuit prima cau. benefi. amit. §. sed nõ est alia iustior, & in d.
l. ij. C. de iure emphy. quia tamen in vtroq; casu hæres suc
cedit in locũ alterius, & habet iustam ignorantię causam,
põt per beneficiũ restitutionis ei succurri: Ita not. vult gl.
in verb. & ſm legẽ in d. l. ij. circa fi. & Dy. in reg. cũ quis, de
reg. iu. li. vj. & Io. And. ibid. in Mercurialibus, & Ro. in rep.
l. si vero. §. de viro, in ij. fall. & idem eadẽ rõne dici posset
in creditore vasalli, vel emphyteutæ, ob quorũ negligẽtiã
in nõ solutione canonis, res cecidisset in cõmissum: vt sci-
licet eidem creditori parato soluere canonẽ, succurratur
per beneficium restitutionis in integrum: cum verisimili
ter creditor si de negligentia sui debitoris certioratus fuis
set, de suo satisfecisset, vt pignoris ius conseruasset: & ita
reperio singulariter consuluisse Alex. de Imo. in consi. xlv.
v. vol. incipiente, in causa & lite: quod tene menti, quia est
quotidianum & in magna æquitate fundatum. Hodie ta-
men inter vasallum & emphyteutam, quo ad ius pignorã-
di vel obligãdi, est differentia, vt dicã infrà loco proximo
circa fi. vbi recurre. Vigesimosecundò ex ista æquiparatio
ne feudi, & emphyteusis infertur singulariter, quòd bona
25 † feudalia & emphyteutica, quæ transeũt in filiũ vt filium,
etiã si nõ sit hæres patris, nunquã cõputantur sibi in quar-
tã iure naturæ debitã, nec in trebellianicã vel falcidiam.
Ita singulariter dicunt Ang. & Pau. de Cast. in lectura Pa-
duana in l. si patroni filius. in prin. per glo. ibidẽ. in verb.
apud hæredẽ, in fi. ff. ad Trebell. quos refert & sequitur Ia-
son in l. illud, C. de collatio. & Hip. de Marsi. in sing. xxxij.
quod est nota. dignũ. De hoc tamen articulo quotidiano
vide latius per Alex. de Imo. in dict. l. si patroni filius. & per
Francis. in d. libel. feud. parte iiij. in versi. ij. potest decidi
dubitatio, & in versi. iij. potest decidi dubitatio, & in locis
per eum commemoratis. Vigesimotertiò ex ista æquipata-
26 tiõe feudi, & emphyteusis inferri põt sing. quòd sicut † in
feudis habet locũ ius repręsentationis, vt est tex. in c. j. §.
his vero de succes. frat. vel de grad. succe. in feud. & in d. c.
j. in prin. cum ibi not. per Bal. de succes. feud. & est gl. no-
tab. in c. j. de nat. succe. feud. & ibi Aluaro. & vult Ioan. Fab.
in §. cum filius, Instit. de succe. ab intesta. & declarat magi-

straliter Francis. de Aretio in consi. suo clxij. incipiente, diligenter & maturè discussis, &c. in primo dubio. & Franci. in d. lib. feu. part. iij. in versi. nono principaliter quęro: ita etiam in emphyteusi locum habet ius repræsentationis. Ita singulariter decidit Phi. Cor. in cōsi. xxiiij. ij. vo. per ea, quæ notantur per glo. Io. de Imo. & Pau. de Cast. in l. cum ita. §. in fideicommisso. in verb. nominati sunt. ff. de leg. ij. & dicit se sic consuluisse, & vidisse ab aliis egregiis doctoribus consultum. Vigesimoquartò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur singulariter, quòd si-
27 cut † feudo per patrem filio empto, habenda est consideratio quo ad ęstimationem feudi in diuisione hæreditatis paternæ inter fratres & sorores fienda: quā vulgo, *resloir* seu recompensam appellant: ita etiam in emphyteusi empta, quia eadem subest ratio in vtroque: & ita notabiliter vult Iason in d. l. illud, & idem sentiunt ibi Pau. de Cast. & Alex. de Imo. & faciunt notata per Bar. in l. j. §. nec castrē-se. ff. de coll. bo. & no. per Pau. de Cast. & doc. l. omnimodo. §. imputari, C. de inoffi. test. & pulchrè de hoc per Nicolaū de Vbaldis in Tract. successio. ab intest. in versi. vj. quęro. & ita fuit iudicatū in magno concilio Cæsaris: quod nota & tene menti. Vigesimoquintò istud facit ad hoc quod si-
28 cut vasallus † dolo, culpa vel negligētia patiendo in re feudali præscribi seruitutē, non præiudicat dominio directo, licet sibi præiudicet. d. c. j. §. quid ergo. in ti. de inuestitura de re aliena facta, ita nec emphyteuta. Et ita vult Bald. & post eū alij in d. §. quid ergo: & Bal. Pau. de Cast. Salice. & doct. in l. & in prouinciali, C. de seruitu. & aqua. & doc. variis locis. Vigesimosextò ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis infertur singulariter q ecclesia vel prælatus potest alicui dare rem in feudum, vel in emphyteusim cum pacto, quod non cadat in commissum propter inuestiturā non petitā, vel canonem non solutū. Ita singulariter dicit Pau. de ca. in feudo. in consi. clxij. incip. circa id. ita & in emphyteusi, in consilio cxxxix. incipiente. primo videndū est &c. sequitur Francisci. in d. libello feudorū parte ij. in versic. decimoseptimò principaliter quæro: & bene faciūt notata per Bar. & Ioan. de Platea in l. fundi. vers. itē, ibi neque, C. de fundis patrimonialibus li. xj. & nota. per Corsetum in singulari suo centesimo primo. Vigesimoseptimò

ex

ex ista æquiparatione feudi,& emphyteusis infertur singu
29 lariter, quod filius † institutus in re certa, æqualiter suc-
cedit in feudo, & emphyteusi cum fratre vniuersaliter in-
stituto. Ita notab. decidit Bar. in d. l. vt iurisiurandi. §. si li-
beri,& Bal. in d. auth. si quas ruinas,& idem Bal. in d. l. j. in
xlix. q. ff. de re. diui. & in d. l. liberti libertæque:& in d c. j. de
succes. feu. in ver. quæro vtrũ filius institutus in re certa.&
Aluaro. in d. ti. an agna. vel fil. agna. & idẽ Aluaro. in d. c. j.
§. & quia vidimus, in ti. qui feu. da. pos. de quo vide latè per
Pe. de Anc. in consi. cxxv. & in consi. cccxix. & latissimè per
Alex. de Imo. in consi. cxxviij. j. vol. incip. cõsideratis, & in
locis per eum cõmemoratis.& ita etiam concludit Franci.
in d. lib. feud. par. iij. in ver. v. principaliter quæro, an filius
institutus in re certa. & vide eundem in d. suo libe. parte
iiij. in vers. pe. quæro an & qñ vasallus possit de feudo te-
stari. Vigesimooctauò ex ista æquiparatione feudi, & em-
phyteusis infertur quòd sicut ascendentes non succedunt
in feudo descendenti in recta linea, d c. j. in prin. de natur.
succe. feud. Ita nec in emphyteusi ecclesiastica. & ita nota.
decidit Bal. in Auth. defuncto, in prin. C. ad Tert.& sequũ-
tur Vluaro.& Præpo. in d. c. j.& Franciscinus lib. feu. part.
iij. in vers. expedito primo tractatu successionis descendẽ-
tium, vbi vide. Vigesimononò ex ista æquiparatione feudi
30 & emphyteusis infertur, ꝙ † quemadmodũ in feudo præ-
scripto, seu per præscriptionem acquisito habet locum suc
cessio, sicut in verè acquisito, ita & in emphyteusi ecclesiæ
præscripta, vt in ea succedatur vsque ad tertiam generatio
nem, sicut succeditur in vera emphyteusi. Ita sing. decidit
Bal. in c. fi. in ti. de feu. da. in vic. leg. com.& dicit se de facto
ita respondisse:& idem volunt ibi Aluaro. Præpo.& alij, &
sequitur Francis. in d. suo sing. libe. feu. par. iij. in versi. po-
stremò pro perfecto. Trigesimò ex ista æquiparatione feu
di & emphyteusis infertur sing. quod sicut in feudo con-
cesso alicui pro se, suisque hæredibus, & cui dederit succe-
dunt extranei hæredes ab intestato c. j. de feudo non ha-
bente propriam naturam feudi,& c. feudum ea lege, si de
feudo fuerit controuersi. cum vtrobique notatis. Ita
etiam emphyteusis ecclesiastica concessa pro te, & hæ-
redibus tuis & cui dederis, transibit ad hæredes ex-
traneos, nedum ex testamento sed etiam ab intestato,

eadem

eadem ratione.& ita expresse tenēt Nicolaus de Neapoli, Aluaro.Præpo.& alij in d.c.feudum ea lege, & habetur latissimè per Francisci.in consi.iiij.incip. super cōtrouersia, vbi pro hac parte consuluit: ad quem remisisse sufficiat. Trigesimoprimò istud facit ad hoc, ꝙ sicut vasallus pōt
31 † subinfeudare feudum alteri æquali vel maiori sub eisdē pactis & conditionibus, etiā sine consensu domini: vt est tex.in c.j.§ similiter, de le. Cor. Ita etiam vasallus poterit feudum alteri dare in emphyteusin eadem ratione. & ita singulariter decidit Io.Fabri.d.§.adeò, post principium: quanquam contrarium teneat glo.in d.c. imperialem, in princi.in glo.ij.in fine.de cuius tamen articuli quotidiani veritate vide latiùs per Franciscinum in d.suo lib.feu. parte iiij.in versi. aggredior primā regulam principalem, & in ver.secundò principaliter quæro, vbi reperies satis plenè. Aduerte tamen, ꝙ licet emphyteuta priuati possit rē emphyteuticam alteri in emphyteusin dare domino directo saltē requisito: vt decidit gl.in d.§.adeò, & ibi Io. Fabri, in prin. qui plus dicit, videlicet, quòd de consuetudine emphyteuta aliū emphyteutam facit etiam domino directo non requisito, quem refert Franciscinus suprà: tamen emphyteuta non potest rem emphyteuticam dare alteri in feudum, nec dominus potest cogi recipere eum in vasallum, propter magnum præiudiciū, quod ei ex hoc possetgenerari: vt singulariter decidit Pet. Iacobi in practica in libe.de actione in rem pro re emphy. quæ cecidit in cōmissum. quod tene menti. Trigesimosecundò istud facit
32 ad hoc, quòd sicut † vasallus potest compromittere in arbitrum super re feudali sine consensu domini, d.c.j. §. si inter, & ibi Alua.& doct.de lege Corradi, & c.j.an apud iu. vel cur.do.cōtr.feudi ter.debeat. Ita etiā emphyteuta poterit de re emphyteutica in arbitrū compromittere sine cōsensu domini, * eadem ratione.& ita reperio velle Bald in l.fin.in fine.C.com.de leg.& sequitur Iason in l. iusiurādū quod ex conuentione.§.j. ff.de iureiuran. De quo tamen articulo quotidiano vide latiùs per Franciscinum libello feudorum, parte iiij. in ver. octauò principaliter quæ-
ro,

A D. * Domini Quia ꝗ cōpromittit, nō alienat Bal.in d.l.fi.

ro. Trigesimotertiò ex ista æquiparatione feudi, & em-
33 phyteusis infertur, quòd † nec vasallus, nec emphyteuta potest sine consensu domini directi aduersario iuramentum deferre super re feudali, vel emphyteutica: & ita determinat Guil. de Cuneo in d. l. iusiurandũ quod ex conuentione. §. j. de quo vide ibi latiùs per Iasonem, & per Franciscinum in d. lib. feud. parte iiij. in versi. decimò principaliter quæro. Trigesimoquartò istud facit ad hoc, quòd sicut va-
34 sallus † non priuatur feudo vendendo rem feudalem, nisi interueniat traditio: vt decidit Bal. in d. c. j. §. aut si liuellario, ante finem, quib. mod. feu. amit. & doct. sæpe alibi: Ita nec emphyteuta, eadem ratione. & ita decidit Specul. in d. tit. de emphy. §. nunc aliqua, in versi. xcv. & sequitur Sal. in d. l. fin. C. de iure emphyteu. & Alb. de Ros. in eadem l. fi. in fi. & Franciscinus post alios per eum relatos, in d. libe. feu. parte iiij. in versic. vigesimò quæro. Trigesimoquintò ex ista æquiparatione feudi & emphyteusis infertur singu-
35 lariter, quòd sicut feudo † concesso alicui pro se, & quib⁹ dederit, talis vasallus possit huiusmodi feudum. alienare, alia licentia domini non requisita: imò (quod plus est) ille, in quem erit facta talis alienatio, retinebit illam rem liberam, & tanquam allodialem, non autem iure feudi: vt est tex. in d. c. j. de feu. nõ hab. prop. feu. nat. & ibi not. p doct. feudistas: Ita etiam dicendum est in emphyteusi. & ita singulariter volunt Bal. & Ang. in l. cum essent. §. j. ff. de serui. rust. prædio. & Sal. in d. l. fi. C. de iure emphy. & Alb. de Ros. ibidẽ, & Roma. in singul. cccclxxij. inci. emphyteuta, &c. & licet variè circa hunc quotidianum articulum senserint doctores, ista tamen est communis, & vera opinio, quã sequitur Franciscinus post alios per eum relatos, in d. libel. feud. parte iiij. in versi. quinto quæro si inuestitura feudali, &c. & ad præmissa etiam faciunt sing. not. per Iaso. in l. j. §. nunciatio, ff. de no. op. nun. & nota. per Iasonem in prælud. feu. vbi recurre. Trigesimosextò ex ista æquiparatióe feudi, & emphyteusis infertur singulariter, quòd vasallus,
36 † vel emphyteuta plurium dominorum, alienans rem feudalem, vel emphyteuticam de consensu aliquorum, nõ requisito consensu aliorum, non cadit à toto, sed duntaxat à parte illius, cuius consensum non requisiuit: d. c. j. de vas. qui contra const. Lotha. feu. alic. & volunt sing. Guil. Bald.

Ang. Alex. & doct. in l. communis libertus. ff. de in ius vocan. & idem Guil. Alb. de Rof. & alij in l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiur. & Iason in dicta l. ij. C. de iure emphyt. & in d. l. fin. eodem tit. ad quos remisisse sufficiat. Trigesimoseptimò ista æquiparatio feudi & emphyteusis facit ad
37 hoc, quòd sicut † dominus directus recipiendo à vasallo cui pecuniam mutuauit feudum in pignus. potest absque vitio vsuræ non computare fructus feudi in sortem, quandiu à vasallo seruitium non recepit: vt est tex. in d. ca. j. de feudis, & in c. j. in fine, & in c. conquestus, de vsur. Ita etiã fit in domino recipiente ab emphyteuta cui pecuniam mutuauit, rem emphyteuticam in pignus, eadem ratione. Et ita per verbum forte vult Hosti. in sua summa de vsuris, in §. an aliquo in versi. quid si emphyteuta, refert tamen contrariam opinionẽ, & tandẽ dicit, Papã consulẽdum, quẽ aliquibus additis refert Io. de Anania in d. c. j. de vsur. de quo articulo quotidiano vide latiùs per Anto. de Butrio, & Io. de Imo. in d. c. j. de feudis, & per Laurentium de Rodulphis in suo tractatu de vsuris, q. l. Trigesimooctauo istud facit
38 ad hoc, quòd sicut † domino feudi admittente vasallum iam feudo priuatum ad obedientiam & seruitium, videtur eum rehabilitare, & pœnam caducitatis remittere: vt est gl. not. in c. j. in verb. & mensem. quo tempore miles: ita et dominus recipiendo pensionem ab emphyteuta, qui per biennium, vel triennium cessauit in solutione canonis, & sic potuit per dominum expelli, videtur remittere pœnam caducitatis, nec poterit eum expellere, eadem ratione. Ita not. dicit gl. in d. l. ij. & gl. in d. c. potuit, & vult Ludo. Roma. in d. consilio ciij. incip. viso propositæ. vers. his tamen non. & probantur præmissa in l. post diem. ff. de leg. cõmis. & in l. commissoria, C. de pact. inter emp. & vendi. de hoc tamen articulo frequenter occurrẽte vide latiùs per Pan. & doct. in d. c. potuit, & per Cy. & doct. in d. l. ij. Trigesimonono ex ista æquiparatione feudi, & emphyteusis inferri
39 potest singulariter, quòd sicut † in feudo nouo regulariter nõ habet locum ius accrescendi, c. j. cum ibi not. de duob. fratri. de nouo beneficio inuest. cum simil. ita nec in emphyteusi, & similiter in casibus in quib. est locus iuri accrescendi in feudo nouo vel antiquo, etiam erit locus iuri accrescendi in emphyteusi, eadẽ ratione. Ita notabiliter vult Bar. in d. l. si mihi

ſi mihi & Titio,ff.de verb. obli. & ibi ſimpliciter ſequitur Ang.Idẽ ẽt voluĩt Cy.& Alb.in l.j.in fi.C.quãdo nõ pe.par. pet.ac.de quo tamẽ articulo vide latius per Sali. in d.l.j.in xj.& xij.q.& per Pau.de Caſt.Alex. & nouiſſimos in d.l. ſi mihi,& Titio,& per Bal.in Aut.ſi quas ruinas,C.de ſac.ecc. & per Bal.in d.l.j.in xj.q.& per eundem in l.vnica.§. in pri mo,verſi.extra quæro,C.de ca.tol.Quadrageſimò per iſtã
40 æquiparationẽ inferri poteſt,ꝙ nec† vaſallus,nec emphyteuta põt incidere arbores fructiferas, licet vterq; habeat vtile dominiũ,cùm eadem ſit ratio in vtroq;. Ita ſingulariter decidunt Dy.Bar.& alij in l.in fraudẽ.§.cõductor, per illum tex.ff.de iure fiſci.& idem Bar.& alij in l. diuortio.§. ſi fundũ.verſ.quærit Dinus ff.ſo.ma. de quo articulo quotidiano vide pleniſſimè per Alex. de Imo.& nouiſſimos in d.§.ſi fundũ,& per eundẽ in d.§.conductor.in apoſtillis ad Bar.quod not.Quadrageſimoprimò ex iſtã æquiparatione
41 feudi,& emphyteuſis infertur ſingulariter,ꝙ ſicut† vaſall⁹, non petendo inueſtiturã intra annũ & diẽ, alio poſſidente, nõ cadit à feudo:ita nec emphyteuta à iure ſuo emphyteutico,non ſoluẽdo canonẽ,alio poſſidente & canonẽ ſoluẽte.Ita ſingulariter determinat Guil. de Cu. & poſt eũ Bal. Pau.de Ca.& Sal.in l.ſolẽnibus,C.de rei vend.per tex. in l. forma.§.ſi cũ ego.ff.de cenſib.idẽ ẽt tenet And.de Iſe.in ti. de cap.Cor.in prin.& ibi etiam hoc ſentit Bal. idem ẽt expreſſè tenet Aluar.in ti.quæ fuit pri cau. ben.amit.in prin. in verſi.quæro quid ſi vaſallus non poſſidebat feudũ. idẽ etiã tenet Card.in c.ij.in vij.q.de feudis,& Gui.Papæ deci. ſua clxv.qđ tene perpetuò menti;quia habui de facto, & ita fuit iudicatũ.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio à feudo ad emphyteuſin, ſed prædicta pro iuuenibus
42 abundè ſufficiunt.Nunc videndum reſtat,† quando hæc argumentatio procedit,& quando non:in quo articulo diuerſæ reperiũtur doctrinæ.nã aliqui dicunt,ꝙ argumentũ à feudo ad emphyteuſin tunc demũ procedit,quando talis æquiparatio reperitur facta à iure,alias ſecus.Ita dicit Alex. de Imo.in d.l.ſi mihi & Titio,& Io.de Imo.[illegible] poſuit, & idem Io.de Imo.& Ale.in l.quod dicitur.ff.de ver.obli.& Bal.in d.l.liberti libertæq;. ſed iſta doctrina eſt nimis ſcrupuloſa,vt ex infra dicendis patebit.Alij verò dicunt,ꝙ hæc argumẽtatio à feudo ad emphyteuſin tunc demũ procedit

quando

quando disposita vel statuta in feudo non sunt contra regulas iuris communis, alias secus. Ita notabiliter dicit Alex. de Imo. in consi. cvj. iiij. volu. inci. viso themate instrumenti concessionis in emphyteusin, &c. & idem Alex. in d. l. diuortio. §. si fundum, volunt Ant. de Butr. Io. de Imo. & mod. in d. c. j. de feu. & sentit Bar. in d. §. si liberi, & idē per omnia reperio velle Io. de Anania in d. c. j. de vsur. & hæc distinctio seu doctrina est bona, quam etiā approbat Franciscinus in d. libel. feu. part. j. in versic. tertiò principaliter quæro. Potest tamen pleniùs, & clariùs distingui, hoc mo-
43 do. Cum † quæritur, an & quādo licet arguere à feudo ad emphyteusin, vel ad aliam materiam: aut casus ille, de quo est quæstio, reperitur iure ciuili Romanorum decisus, aut non. Primo casu iura feudalia aliter disponentia in feudo ad illū casum in iure decisum allegari, vel adduci non pos-
44 sunt. quia iura † feudalia nihil valent in his quæ reperiūtur aliter decisa à iure ciuili in alia materia: gl. est not. iuncto tex. in d. c. j. de feu. cogn. & ibi Bal. eam multùm commendat, & post eum Io. Bap. in rep. eam multifariàm declarant. Secundo casu, quando sumus in his quæ non reperiuntur decisa à iure communi, tunc subdistingue, aut ius feudorum est inductum contra rationem naturalem, aut non. Primo casu non potest ex eo argumentari ad emphyteusin vel aliam materiam, l. quod non ratione, & l. quod verò contra. ff. de legibus, cum similibus. Secundo casu cū ius feudorum est fundatū in ratione naturali & iusta, tunc bene poterit allegari ad decisionem aliarum causarum nō decisarum à iure communi & tunc valida est argumentatatio à feudo ad emphyteusin, ita sing. sentit in cōsi. ccxxij. incip. quoad primum quo quæritur, in ij. dubio, & Iason in d. l. j. C. de iure emphy. Limita tamen hoc vltimum membrum, nisi subsit ratio diuersitatis quo casu non est valida argumentatio. Quod vt meliùs intelligas, subiiciam ali-
45 quot quotidiana exempla: vt in primis: licet † in feudis simpliciter receptis nō admittatur fœmina, vt suprà dixi, & si sit receptū pro se & hæredib. vel filiis suis masculis & fœminis, ita denuo admittatur fœmina, si non sint masculi d. c. j. §. filia verò, & §. quinimo, in titulo, episc. vel abba. tamen in emphyteusi simpliciter recepta æqualiter admittuntur filius & filia, nisi in concessione esset dictum

de mas

de masculis tantum. Et ratio diuersitatis est, quia feudum consistit in virili officio seruitij personalis, propter quod fœminæ in feudis regulariter non admittuntur, nisi deficientibus masculis: quæ ratio cessat in emphyteusi. Ita no. dicit Bar. in dict. §. si liberi, & sequitur Bald. in d. l. liberti libertæque, & Aluaro. in c. vnico, circa finem, de eo qui sibi & hæredibus suis mascu. & fœmi. & Sali. in d. l. ij. in xvij. q. C. de iure emphyt. & Alexã. de Imo. in dicta l. qui Romæ. §. duo fratres, & dixi suprà. Hinc etiam colligi potest ratio, quare Io. And. & docto. in c. in presentia, de proba. dixerũt feuda ex persona monachi regulariter non transire in monasterium: & tamen dicunt emphyteusin indistinctè transire. de quo articulo vide latissimè ibidem per Felin. in v. & vj. quæst. Hinc etiam est, quòd licet mulier superstes quæ aliàs ex statuto, pacto, vel consuetudine patriæ, lucratur tertiam vel quartam partem bonorum mariti prædefuncti, non lucretur tertiam vel quartam in feudis, vt est text. in d. c. j. §. fina. de inuest. de re ali. fa. & ibi doctor. & volunt Bal. Præpo. & alij in dicto cap. imperialem, in princi. In re tamen emphyteutica habebit tertiam, vel quartam secundum formam statuti, pacti, vel consuetudinis: Ita singu. dicit Rofredus in libel. actio. de vtili rei vendicatio. quæ datur emphyteutæ, & sequitur An. de Isernia, in dicto §. fi. & Ioan. Bap. in repe. dict. cap. j. de feu. cogni. Hinc etiam est, ꝙ licet dominus directus posset disponere de feudo pro anima in præiudiciũ vasalli: vt est tex. in c. j. §. ad hæc. in ti. de pa. iura. fir. in vsib. feud. Non tamen hoc potest dominus in præiudicium emphyteutæ. Ita singulariter dicit Bald. in dicto §. ad hæc, & ibi alij post eũ. & doct. alijs plerisque lo-
46 cis. Hinc etiam est, ꝙ licet † in pœna legali dominus, & vasallus, item dominus, & emphyteuta æquiparantur, vt in d. c. domino committente, cum similibus: non tamen equiparantur in pœna conuentionali, quia non est nostrum conuentionem extendere, l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. & ita sing. dicit Bal. in d. c. vnico, qualiter domi. proprie. feu. priue. & ibi eum sequũtur Aluaro. Præpo. & alij. Item differunt in alio, quia licet dominus directus teneatur consentire emphyteutæ vendenti, vel alienanti iuxta formam d. l. fin. C. de iure emphy. tamen dominus directus non tenetur nec cogitur consentire vasal-

lo vendenti vel alienanti feudum, quia hoc cautum lege non inuenitur. Ita sing. dicit Pet. Iac. in sua practica in rub. de eadem actione si agatur contra emptorem: licet in quibusdam locis ex quodam errore aliter obseruetur, secundum eum, de quo vide ibi latiùs per eum: & si pleniùs vis instrui, quando hæc argumentatio à feudo ad emphyteusin procedit, & quando non: vide Bap. de S. Blasio in tract. diffe. inter decisiones feudales ex vna parte, & decisiones
47 iuris canonici seu ciuilis ex alia. vbi reperies † clx. differentias inter feudum ab vna parte & emphyteusin seu allodium ex altera: vide etiam Aluarot. in prælud. feu. circa fi. & Bal. in rub. extra de iudic. & Io. Bap. in rep. d. ca. j. & hinc rectè dicit Bal. in d. c. j. an agna, vel fil. agn quòd similitudo feudi, & emphyteusis procedit secundum quid, & non simpliciter. Postremò, volo te non ignorare, quòd sex sunt
48 † contractus, ex quibus transfertur vtile dominium retento directo, quorum quilibet habet nomen diuersum: & differunt inter se saltem in aliquo. Primus est contractus superficiarius. Secundus est contractus locationis ad longũ tẽpus. Tertius est contractus emphyteuticus, Quartus est contract' libellarius, Quintus est contractus precariæ, &
49 Sextus est contractus feudalis. Contractus † autem superficiarius vel superficiei dicitur, cum in aliquo transfero superficiem, putà domum, molendinum, aut aliud ędificiũ in fundo meo positum, vt ex dicta superficie soluat mihi annuatim aliquid: vel cum transfero feudum in aliquem, vt possit ibi ponere superficiẽ soluendo annuatim aliquid, hoc acto quod post certum tempus redeat ad me: vtroque enim casu dominium directum remanet apd me, sed vtile dominium transit ad superficiarium. Ita loquitur l. j. §. j. iũcta gl. & l. fi. ff. de superfi. & l. in prouinciali. §. si ego superficiarius. ff. de ope. no. nun. & l. superficiario, cum l. seq. ff. de rei vendi. & iste superficiarius de consuetudine censetur quasi emphyteuta, seu emphyteuticarius, d. l. fin. ff. si ager vectiga. æquiparaturque emphyteutę in hoc, quod alienando superficiem irrequisito domino directo, cadit à superficie, sicut emphyteuta ab emphyteusi. Ita vult Bartol. in d. l. j. §. penul. ff. de superfi. & Ioan. de Imo. in dict. cap. potuit. vbi plenè reperies: & est iste cõtractus superficiarius illius naturæ, quòd destructa funditus domo, molendino, ædifi

ædificio, aut superficie, impetu aquarum, vel incendio, finitur contractus superficiei. Ita notab. dicit Bald. in rubri. C. de iure emphy. in Bono. lectura: quod est valde notabile pro oppido Middelburgẽsi, quod dicitur habere in portu suo de Arnemudis, & in omnibus domibus illic sitis, ius directi dominij, ita & taliter, quòd habitatoribus solum competat ius superficiei: & vtile dominium durante superficie. De hoc tamen, an destructa superficie, extinguatur ius superficiei: vide Bartol. aliter sentientem in d. l. fin. ff. de superficiebus. Contractus autem locationis
50 ad longum tempus dicitur, vbicunque locatio fit ad decem annos, vel vltrà: vt nota. per glo. in d. l. fin. ff. si ager vecti. & per Bar. in d. l. j. §. quod autem ait. ff. de superfic. & in clem. j. in fin. per glo. Car. & doct. de reb. ecc. non alie. Et iõ solet dari salubre consilium, vt non locetur res, nisi ad nouem annos: quia si locetur ad decem annos vel vltrà, transfertur vtile dominium in conductorem, vt volunt Car. & Io. de Imo. in d. cle. j. & Bar. in d. l. j. §. quod autẽ ait, & Bal. in c. querelam, in fine de iureiur. & Dy. Bar. & communiter docto. in l. codicillis. §. instituto, reprobata illic gloss. ff. de lega. ij. & hoc casu, quando fit locatio ad longum tempus, transfertur etiam in conductorem possessio naturalis: vt vult Bald. in d. cap. querelam, & est gloss. reputata singul. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff commo. Sed addo ei sociam in l. si quis ante. ff. de acquirẽ. poss. sicut dicimus in vsufructuario, qui minus ius habet, & tamen possidet* naturaliter, l. naturaliter, in princ. & ibi not. ff. de acquirend. possess. & vult notab. Paul. de Castr. in l. non solet. ff. loca. & ergo talis conductor ad longum tempus potest intenta rẽ interdictũ vti possidetis, si turbetur in sua naturali pos-
51 sessione: secus autem est in conductore ad modicũ tempus, ex quo nõ possidet ẽt naturaliter, sed solũ detinet: põt tñ cõductor ad modicũ tẽpus implorare officium iudicis, vt sibi restituatur detentatio ablata, vel vt in ea defendat. tex. est singularis in l. Attili⁹ Regul⁹, in fi. & ibi Pau. de Ca. not. ff. de do. quia vidi de facto in quadã ardua quæstione. Est

ADD. * Possidet. Text. ibi vtitur verbo, videtur, quod significat impropriationem vt ibi dicit gl. nam vsufructuarius non possidet. l. sciendum. §. j. ff. qui satis. cog.

Est etiam aliud speciale in conductore ad lõgum tempus:
52 quia emptor † vel singularis successor tenetur ei stare, nec potest eum expellere durante tempore locationis, licet se cus sit in simplici colono vel conductore, l. emptorem, C. loca. & ibi hoc sing. volunt Bal. & Salice. & Bartol. in dicta l.j.§.quod autem ait, & Rofredus in loco supra allegato. & idem est in colono fisci, vt emptor teneatur ei stare fauore fisci: vt est tex. fin. iuncta glo. in lege, cognouimus. C. de mancipijs colonis & patrimo. lib. xj. quod est not. Idem etiam dicendum est in colono municipij, vel reipublicæ, licet ad modicum temp' conduxit, qui efficitur vtilis dominus, & ei competit vtilis actio in rem: vt est tex. iuncta glo. in l.j. & ibi Barto. ff. de loco publico fruendo, & idem vult Barto. in d.l.j.§.quod autem ait, & Petr. Iacobi. in practi. in libel. de rei vendi. quæ cõpe. rat. vti. domi. & Ioan. de Imo. in l. cotem ferro, §. qui maximos. ff. de publica. & doctor. sæpe alibi: quod nota. & idem dicendum est in colono etiam priuati, qui conduxit ad modicum tempus, quãdo pro obseruatione contractus locator ei hypothecauit omnia bona sua: quia ex quo tunc ipse habet ius in re, non poterit expelli per emptorem. Ita singu. dicit Bart. in l. qui fundum. ff. loca. & idem Bar. in d.l.j.§. quod autem ait. & Panor. & Io. de Anania in c. fi. ne prælati vices suas. & doctor. alijs plerisque locis: quod tene menti, quia per præmissa habes multipliciter limitatam dictã l. emptorem, & dict. l. nõ solet. Et ex præmissis infertur etiam singulariter, quòd
53 † conductor ad longum tempus, vel conducens à fisco, vel republica, etiam ad modicum tempus, plantando vel inserendo arbores in re per eum conducta, efficitur earum dominus, & quòd ipse posset illas arbores ad sui vtilitatẽ putare & transferre, ex quo tempore plantationis fuit vtilis dominus, & imputet sibi verus dominus rei, quòd rem suam sic locauit, & sibi non prospexit. potest enim locator contra hæc sibi prospicere per pactum, adiiciẽdo, quod nõ intendit per hoc, ꝙ conductori acquiratur aliquod dominium ẽt vtile in re per eũ conducta. Ita singulariter dicit Bal. in d.§. instituto, & ibi eũ sequuntur Flo. de S. Pet. & Io. de Imo. & idẽ vult Bal. ĩ d.c.j. in ti. qui feu. dare pos. in ver. extra quæro quid de locationib. & idẽ Bald. in l. si domus. §. fi. ff. de leg. j. & ibi hoc sequũtur Io. de Imo. & Alex quod

tene

tene menti, quia vidi controuersiam de facto. Contractus
54 autem † emphyteuticus dicitur, quando interueniẽte scri
ptura res traditur alicui in perpetuum, vel ad longum tẽ-
pus fruenda, tenenda, & possidenda, hac lege, vt quamdiu
pensio soluatur non posset ab eo, vel ab habente ab eo cau
sam, auferri. vt ꝓbatur in d. §. adeò, & in d. l. j. ff. si ager ve-
ctiga. vel emphyteu. petat. & in prælleg. l. j. & ij. C. de iure
emphyteu. & in d. ca. potuit, & ibi plenè per Ioan de Imol.
qui magistraliter declarat, in quo iste contractus emphy-
teuticus differt à contractu locationis, & in quo differt à
contractu vẽditionis, & à plurib. alijs: & plenissimè de hoc
per Iasonem in d. l. j. C. de iu. emphy. de quo contractu em-
phyteutico infinita dici possent, vt amplissimè videri po-
test ꝑ Speculatorem in d. titu. de emphy. §. nunc aliqua, &
plenissime per Ias. sing. tractatu de iure emphy. quem suꝑ
tribus legibus, C. de iu. emphyteu. eleganter applicauit, sed
breuitatis gratia consultò omitto, cum ab omnibus habeã
55 tur. Contractus † autem libellarius dicitur secundum ve
ram opinionem, quando emphyteuta vel vasallus dat rem
emphyteuticam vel feudalem alteri in emphyteusin vel
feudũ: hoc ꝓbatur, in d. c. j. §. donare, & in c. j. §. fi. de prohi.
feu. alie. per Lotharium, & in d. c. j. §. aut si libellario, quib.
mo. feu. amit. in vsib. feu. & vult no. Bart. in d. l. si finita, §. si
de vectigalibus, in iij. q. & Bal. in d. l. j. & ibi Ias. C. de iu. em-
phy. idem Ias. in Auth. ingressi, C. de sac. ecc. hoc aũt olim
licuit, quando dabatur personæ æquali, & sub eadem lege,
seu conditione: vt est tex. in d. c. j. §. similiter, de l. Cor. Ho-
die aũt de hoc sunt opiniones: & videtur non licere, cum
omne alienationis genus vasallo sit interdictum. d. c. impe
rialem, in princ. & ibi hoc vult gloss. in verbo alienare, in
fine, & habetur plenè de hoc per Alex. in d. §. si de vectiga-
libus, super iij. quæst. Barto. Contrarium tamẽ tenet Al-
ua. & sequitur Præpo. in d. c. imperialem. §. illud quoque, ꝑ
illum tex. & Francisc. libello feu. parte iiij. in versic. aggre-
dior primam regulam principalem. Vbi hunc articulum
quotidianum plenè examinat, dicens, hanc esse commu-
56 nem. Contractus † autem precariæ dicitur, quando fit cõ-
cessio rei immobilis pro annua pensione de quinquennio
in quinquennium, vel de nouennio in nouennium reno-
uanda. Et de isto contractu loquitur capit. j. & ij. de preca.

& cap.precariæ,& ibi gloſſ.x.quæſtio. ij. & iſte contractus precariæ eſt quaſi eiuſdē naturæ,cuius eſt contractus emphyteuticus. hoc ſaluo, ꝙ in iſto contractu fit pactum de renouando de quinquennio in quinquennium, vel de nouennio in nouennium,quod non fit in contractu emphyteutico.Quare autem fiat hæc renouatio, ponunt notabiliter Io.An.& Ioannes de Imo.in dicto c.j. de precarijs. vbi dicunt, quòd iſtud fit ad cautelam, vt melis teneretur in memoria forma contractus:quos omnino vide.& de natura huius contractus vide etiam per Barr.in d.§ .ſi de vectigalibus,in iiij.q.& per glo.in d.c.precariæ, & per Bal.in d. §.aut ſi libellario,& aliquid per Odo.& Iaſo.in d.Auth.ingreſſi.De natura autem precarij vide quod dicam infrà, in

57 loco à commodato ad precarium.Contractus † autem feudalis dicitur,quando alicui datur res immobilis, vt ad eū, hæredéſque ſuos maſculos,& fœminas (ſi de his nominatim dictum fuerit)in perpetuum pertineat ob fidelitatem præſtandam & ſeruitia impendenda,vt colligitur ex c. j.in fine in ti.in quibus cau.feu.amit.quod declara, vt declarat Bald.in prælud.feud.De quo contractu feudali pleniſſimè habetur in lib.feu.per totum, & multa in eo ſunt ſingularia,ſeu ſpecialia,vt videri poteſt in dicto ſingulari tractatu differentiarum Bap.de.S.Blaſio,& in d. libello Iacobini, & in præfato ſingulari libello Franciſcini, ex quibus omnibus concluſiuè patet, ꝙ ſex ſunt contractus in quibus vtile dominium transfertur retento directo:quatuor tamen ex eis magnam habent ſimilitudinem inter ſe, vt contractus ſuperficiarius,libellarius,precariꝫ,& emphyteuticus, & ſæpe eis ꝓmiſcuè vtimur:de quo per Io.An.Io.de Imol. & doct.in d.c.j.de preca.& per Alua.Præpo.& alios in prælu.feu.& per Bar.Alex.& alios in d.§.ſi de vectigalib.& per Io.de Imo.in d.c.potuit,& per Bald.in d.rubr.C. de iu.emphy.in Bon.lectura,& pleniſſimè per Iaſ.in d.l.j.in viij. ix. x.xj.& xij.co.C.de iu.emphy.& per Io.Bap.in repe.d. c.j.& ſatis amplè per Pet.Iaco.in practica,in dicto libello de rei vendi.quæ competit ratione vtilis dominij.Vide quod dixi ſupra in loco à ſimili, & in loco à Liberto ad vaſallum, & quod dicam infrà loco proximo,& ſeq.

LOCVS

LOCVS AB EMPHYTEVSI ad feudum.

1 *Emphyteuta & vasallus in quibus conueniant. & num. seq. vsque ad fin.*
8 *Iure datoris resoluto, resoluitur ius acceptoris.*
9 *Argumentatio ab emphyteusi ad feudum quando procedat, & quando non.*

SVbsequitur nunc congruè locus ab emphyteusi ad feudum, à quo sumptum argumentũ est probabile, frequens, & multum vtile, fundatum in similitudine quam habent adinuicem emphyteusis & feudum, emphyteuta &
1 vasallus. Conueniunt enim in hoc ꝗ quòd vterque habet vtile dominium in re, & pro illo vtili dominio rei vendicationem vtilem. de primo est tex. iuncta gl. in l. j ff. si ager vectigalis, & l. possessores, in fine, cum ibi not. C. de fundis patri lib. xj & de secundo est tex. in c. j. §. rei autem, & in §. fi. in tit. de inuesti. de re alie. facta, in vsib. feudo. & ibi Bal. Aluaro. & doct. not. & not. per Bar. & doct. in l. si quis vi. §. differẽtia. ff. de acq. poss. & per Bar. ĩ l. j §. hic titulus. ff. de publica. Vterque etiã possidet naturaliter, & ratione illi⁹ naturalis possessionis competit vtrique interdictum vti possidetis contra turbantẽ, l. j. cũ ibi notatis, C. vti possidetis, & habetur & not. in l. iij. §. ex contrario. ff. de acq. poss. & in locis commemoratis suprà loco proximo. & hic arguendi modus facit ad multa: & in primis ad hoc, ꝙ sicut emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam sine consensu domini directi, aliàs cadit à iure suo. l. fi. C. de iure emph. & c. potuit, de locato, cum similibus. Ita etiam vasallus non potest alienare feudum, vel rem feudalem sine consensu domini directi. aliàs cadit à iure suo. c. j. de vasa. qui contra const. Lot. feu. alie. & c. imperialem, in principio, de prohibita feu. alie. per Federicum cum simil. Est tamẽ differentia inter eos in hoc, quia dñs directus tenetur cõsentire emphyteutæ vendenti, vel alienanti iuxta for-

mã.d.l.fi.sed dominus non tenetur nec cogitur consentire vasallo vendenti vel alienanti feudũ: quia hoc lege cautũ non reperitur, vt dixi suprà loco proximo, vbi reperies & alias differentias inter feudũ, & emphyteusin, quò recur-
2 re. Secundò facit ad hoc, quòd sicut † emphyteuta veniẽdo cõtra pacta nõ soluẽdo canonẽ, cadit iure suo, d. c potuit, & l. ij. C. de iure emphy. Ita etiã vasallo veniẽti cõtra pacta & recusanti præstare seruitium, põt auferri feudũ eadẽ ratione: & de hoc est tex. notabilis in c. j. §. sed nõ est alia iustior, & ibi pulchrè per Aluaro. in tit. quæ fuit prima cau. benefi. amittẽ. in vsib. feud. & sentit Bar. in l. eũ qui. ff. de in terd. & releg. & Bal. in prælu. feu. circa fi. & idẽ Bal. in l. vnica. §. ĩ primo, C. de cad. toll. & habetur pulchrè per Ias. in l. j. C. de iur. emp. Non intelligas tamen per hoc, quòd vasallus ob non solutionem census, quẽ singulis annis domino soluere promisit, cadat iure suo. Ita singulariter vult Specu. in tit. de emphyt. in §. nunc aliqua, versi. lxxxv. & Domini. in c. ad apostolicæ, in §. sed nec licet, in fin. de re iud. lib. vj. licet tex. ibi videatur sentire contrariũ, & Car. in d. c. potuit, in iiij. q. & Io. Bapti. de sancto Seuerino in rep. ca. j. de feud. cogni. & habetur latissimè per Iasonem in prę-ludiis feudorum, & per Iacobinum in libello feudorum super illis verbis, & cum pacto quòd dicti vasalli pręstent, &c. & exquisitissimè per Franciscinum in libello feudorũ parte iiij. in versi. trigesimanona causa priuationis, vbi reperies, quàm variè doctores senserint in hoc quotidiano articulo, ad quos remisisse sufficiat. Tertiò facit ad hoc, quòd
3 sicut † emphyteuta priuati non potest purgare moram, d. l. ij. C. de iure emph. licet in emphyteuta ecclesiæ sit secus, d. c. potuit. Ita etiam vasallus non petendo renouationem inuestituræ infra annum & diem: propter quod priuari potest feudo, iuxta capitulum primum, quo tempore miles. non poterit purgare moram. Ita singulariter decidit Bal. quem cæteri sequuntur, in dicto cap. j. plures adducens rationes. & de hoc habetur latè per Iacobinum in libello feudorum in illis verbis, qui quidem inuestiti, &c. & per Franciscinum in libello feudorum parte iiij. in versiculo, vigesimatertia causa priuationis. Quartò facit ad hoc
4 quòd quemadmodum † dominus emphyteusis non præfertur ementi meliorationes ab emphyteuta suo, post obla

blationen sibi factam, & recusationem subsecutam, lapsumque duorum mensium, iuxta dictam l.fi.C.de iure emphy. Nec posset in præiudiciũ emptoris eo casu cedere ius suum prælationis alteri, vt ibi. Ita dominus directus feudi debet præferri agnato retrahere volenti feudũ antiquum, vel paternum per vasallũ venditum: & de hoc videtur tex. in c.j.§.porrò, in tit. qualiter olim feudũ alienari poterat, in vsibus feudorũ: & multo minus poterit hoc ius prælationis in præiudiciũ agnati, alteri extraneo cedere: iuxta ea quæ habentur & notantur in simili per Cy. Bal & doc. in l.ad officiũ, C.com.diui. & per Alex. in l.j.§. vsufructuarius. ff.de no.op.nun. & hoc vult Nico. Boërius in titu. de consuetu. retractus. §. iij. in commẽ. consuet. Biturig. & Guido Papæ q. ccccxj. & hoc credo verum & in praxi seruandum: nisi aliud habeat specialis consuetudo, quæ seruãda esset, l.de quibus. ff.de legi.cum similibus. Quintò istud
5 facit ad hoc, quòd sicut † emphyteuta deteriorando rem emphyteuticam, potest priuari iure quod habet: vt est tex. in Auth. qui rem, C.de sacro.eccl. Ita etiam vasallus deteriorando rem feudalem, perdit illam. Ita notabiliter dicit Bal. in c.j.§.publici latrones, in versi. quicũque aduocatiã, per illum tex. de pace tenenda & eius violat. in vsibus feudorum. & Pau. de cast. Ias. & doct. in d. Aut. qui rem, & idem Iason in præludiis feudorum in xxv col. & Francisci. in d. suo singulari libello feudorum parte iiij. in ver. vigesimasecunda causa priuationis. Sextò istud facit ad hoc, quod
6 sicut † emphyteuta faciens alium emphyteutam, transfert in eum vtile dominium & possessionem naturalem, & nullam retinet: ita etiam est in vasallo seu feudatario, qui aliũ facit vasallum. de hoc sunt quatuor glossæ, vna est in l.si vt certo. §. si duobus vehiculum, circa medium. ff. commodati: alia est in dicta l.iij. §. ex contrario, circa finem, & tertia est in dicta. l. vnica, circa finem C. vti possidetis. & quarta est in l.licet, Cod. de acquirenda possessio. & vtrobique doc. & volunt Bal. Aluaro. & doc. in d. cap. imperialem. §. illud. Septimo ex ista æquiparatione emphyteusis & feu-
7 di inferri potest singulariter, quòd sicut † emphyteuta tenetur domino ostendere rem emphyteuticam, aliàs omnes res ipsius præsumuntur emphyteuticę: ita etiam vasallus tenetur domino ostendere rem feudalem & eius li-

q 5 mi

mites, denūbramentum vocanr, eadem ratione. Ita sing. determinat Spec. in d. tit de emphyteus. in. §. nunc aliqua: in versi. lx. & sequitur Iason in d. l. ij. C. de iu. emphy. in versi. xiij. quarto, vbi plenissimè reperies, & in locis per eū commemoratis: quod tene mēti, quia in vsu forensi quotidianum.
8 Octauò istud facit ad hoc, quòd sicut resoluto † iure datoris, resoluitur ius acceptoris, quando emphyteuta rē emphyteuticā obligauit, & ob non solutionē canonis res emphyteutica ad dominum reuertitur, vt est casus in l. lex vectigali. ff. de pig. ita etiam est in feudo, secundum gl. quę hoc argumento vtitur in d. l. lex vectigali, & est tex. in c. j. §. fi. in ti. si de inuestitu. feu. cōtrouer. fuerit, & in c. j. §. rursus, in ti. quibus mod. feu. amit. in vsib. feud. de hoc tamen vide omnino notata per Alex. de Imo. in d. l. lex vectigali, & id quod not. Bal. in c. j. per illum tex. de contro. inter vasallum & ali. de bene. & illic vide etiam per Aluarotum & Præpo. Hodie autem est differentia, quia per iura nouissima feudorum feudum nedū prohibetur alienari, sed etiā obligari seu pignorari, vt in d. c. imperialē, in principio, limitando vt singulariter limitat Francisci. in d libel. feud. parte iiij. in versi. sexto principaliter quarto, vbi ponit quatuor limitationes. Sed res emphyteutica licet non possit alienari, nisi seruata forma, d. l. fi. C. de iure emphy. potest tamen pignorari, vel in ea seruitus imponi, sed resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, d. l. lex vectigali, & vult Bal. in d. l. fi. & Petrns Iacobi. in practica, in libe. de actione in rem pro re emphyteu. quæ cecidit in com. & in libello de confessoria in seruitute personali vsusfructus, quod nota. Nonò per istam æquiparationem inferri pōt, quod tam emphyteuta quàm vasallus qui habent vtile dominium, habent directam actionem legis Aquiliæ, & directam actionem arborum furtim cæsarum. vt est tex. cū gl. in l. cædere, in fi. & ibi Bart. & Ange. ff. arb. furtim cæsarū: quod nota.
9 Et procedit hęc † argumentatio ab emphyteusi ad feudum: quando casus de quo est quæstio non reperitur expresse decisus in feudis, & quando eadem ratio militat in vtroque, aliàs secùs. Ita notabiliter dicit Iason in d. l. j C. de iur. emphy. & faciunt ea quæ latè dixi suprà in loco à simili, & supra loco proximo, quæ hic habeantur pro repetitis. & hinc eleganter dicit Bald. in cap. j in tit.
qui

qui feu.da.po.quòd quando non est eadem ratio prohibēdi, dispositio prohibitiua loquens in emphyteusi nō habet locum in feudo, decidens per hoc q. quotidianam: de qua tamen q. vide latiùs suprà loco proximo, in versicu. decimoseptimò ex ista æquiparatione, &c. poteris etiam videre alium casum quotidianum, in quo aliud est in feudo quàm in emphyteusi, in c. ad nostram, cum ibi not. per Io. de Imo. de reb. eccle. nō alie. iūcta Auth. perpetua, C. de sacro. eccle. de quo plenè per Alex. de Imo. in consi. lxxix. vol. j. incip. circa primum, & per Francisci. in libel. feud. parte ij. q. xvj.

LOCVS AB EMPHYTEVSI ad Censum.

1 *Locus ab Emphyteusi ad censum in quibus conueniat.*

2 *Censuals contractus ab emphyteutico contractu differt multis modis, & nu. seq.*

Censuals contractus cuius natura sit.

3 *Censum soluimus de re nostra, pensionem de aliena.*

4 *Iura spiritualia possunt dari in censum non in emphyteusin.*

5 *Tria singulariter notanda inter contractum censualem & emphyteuticum. num. seq.*

8 *Adiectio incontinenti facta nihil immutat circa prius disposita.*

9 *Error notarij potius præsumitur, quàm quòd contrahentes voluerint se incontinenti corrigere.*

10 *Substitutio non potest esse directa & fideicommissaria.*

11 *Duæ causæ contrariæ, & se non compatientes simul concurrere non possunt in eadem re, sed per secundam receditur à prima.*

12 *Pretium & mercedis quantitas facit in dubio discerni quis sit contractus.*

NOn incongruè subnectitur hic locus ab emphyteusi ad censum, seu à contractu emphyteutico ad contractum censualem. A quo sumptum argumentum prima facie est probabile, fundatum in

in similitudine, quam dicti contractus habēt adinuicem.
1 Conueniunt enim in hoc, quod † vterque tam emphyteuta, quàm censuarius soluit pensionem annuam pro re quā tenet in emphyteusin vel censum, & in vtrunque transfertur dominium & etiam possessio: Re vera tamen fragilis est hæc argumentatio, cum hi contractus multum inter se discrepent, vt not. gl. Car. Pet. de anc. Panor. & doc. in c. cōstitutus. de relig. do. & dicam latiùs infra: & ideo hunc locum in catalogo locorum legalium nō adscripsissem, nisi reperissem contractum verè censualem in d. c. cōstitutus, appellari emphyteuticum, & nisi comperissem Innocentium tertium Pontificem Maximum in d. c. cōstitutus. hoc argumento vsum. Arguit enim illic in versiculo, cum autem, prout ibi in xij. oppo. refert Cardi. hoc modo. licuit episcopo retinere pensionem in ecclesia, quam dedit monasterio: cum etiam nos & prædecessores nostri summi pō tifices ab ecclesiis quas eximimus recipimus censum. Nisi etiam reperissem, Roma. singulari 560. vsum argumento à censuario ad emphyteutam, sed (vt dixi) fragilis est hæc
2 argumentatio, quia hi contractus † multùm inter se discrepant, & in primis differunt in hoc, quòd in contractu censuali in recipientē transfertur omne dominium tam directum, quàm vtile, & omnis possessio tam ciuilis quàm naturalis, ita & taliter quòd nihil iuris in illa re remanet penes concedentem, sed duntaxat reseruatur sibi pensio, seu (vt verius loquar) census annuè soluendus: in contractu autem emphyteutico transfertur solum vtile dominiū in emphyteutam directo dominio remanente apud dominum, & solùm transfertur possessio naturalis, ciuili remanente apud dominum: vt dixi in duobus locis suprà proxi
3 mis. Et hinc vulgariter dicimus, quòd † censum soluim' de re nostra, sed pensionem de re aliena, & hoc vult gloss. sing. in verbo, iuxta ratam, in dicto c. constitutus, approbata illic per doct. & Bar. in l. j. §. hic titulus. ff. de publicanis, licet non ita clarè & apertè loquantur. Secundò differunt in hoc, ꝙ in contractu emphyteutico res cadit in commissum, si non soluitur pensio infrà biennium, si est emphyteuta ecclesiæ, c. potuit. de locato. & authen. qui rem, C. de sac. ecc. vel intra triennium, si est emphyteuta priuati. l. j. & ij. C. de iu. emphyt. sed in contractu censuali ex non solutione

lutione census, etiam si per mille annos cessauerit, res non cadit in commissum, vt est tex. not. iuncta gl. in d. ca. constitutus, & ibi Card Pe. de Ancha. Panor. & doc. ponunt rationem diuersitatis, quos omnino vide: & idem vult Iason in d l. j. C. de iure emphy. & Aluarot. post alios per eum relatos, in c. j. §. sed non est alia iustior, in ti. quæ fuit pri. cau. bene. amit. in vsib. feu. & Hip. de Marf. in sing. xcv. & Ioan. Fabri in §. adeò, Instit. de loca. circa finem. Ex quo sequitur, quòd vtilius est ecclesiæ, quod rem suam det in emphyteusin, quàm in censum. Tertiò differunt in hoc, quod

4 † iura spiritualia non possunt concedi in emphyteusin, quia viderentur quodammodo vendi: quod non licet, de simonia, per totũ, sed bene possunt dari ad censum, quia cẽsus retinetur non in recompensationem iuris cõcessi, sed potius in memoriam libertatis concessæ, seu in signũ prętеritę subiectionis & seruitutis, secundum Panor. & alios magistraliter loquentes, in d. c. constitutus. Vt autem ple-

5 niùs ĩ hac materia quotidiana instruaris, volo te tria † singulariter notare. Primò quòd si non apparet de contractu per instrumentum, sed probatur per testes, quòd pensio fuit soluta ratione certæ rei xl. annis & ampliùs, & sic vertitur in dubium, qui contractus sit, an censualis, vel emphyteuticus: quòd in dubio inspiciendum erit, quis ex dictis duobus contractibus magis frequentetur in prouincia: & si contractus emphyteuticus magis frequentetur, quàm censualis, iudicabitur esse contractus emphyteuticus. Si vero contrà, contractus censualis magis frequentetur, iudicabitur censualis & non emphyteuticus: argumento l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. si autem æquè frequentetur ambo contractus, vt in ducatu Brabantiæ, potiùs iudicabitur contractus emphyteuticus, quàm censualis. Ita singulariter vult Io. Fabri in breuiario, in d. l. j. circa princip. C. de iure emphy. & sequitur simpliciter Iason in l. ij. C. eo. tit. Contrarium tamen in hoc vltimo vult Alb. de Ro. in d. l. i j. & mouetur per gl. & Innoc. in d. c. constitutus, & idem reperio velle Hip. de Marf. in d. sing. xcv. Effectus autem istius decisionis est valde magnus, quia si hoc casu contractus iudicetur censualis, non poterit expelli, etiam si per mille annos cessauerit à solutione: sed duntaxat poterit contra eum agi, vt soluat: secùs si contra-

ctus

ctus iudicetur emphyteuticus per supradicta, non esset ergo in hoc casu si accideret de facto præcipitanda sententia propter contrarietatem opinionum: sed côueniret circumspecto iudici maturè super ea re deliberare & consulere peritiores & in dubio, vbi aliud non apparet ex actis, crederem non esse recedendum ab opinione Ioannis Fabri & Iasonis, propter præsumptionem iuris, de qua in l. cum de indebito. ff. de proba. Nô enim debemus præsumere, trãslatum esse omne dominium, & omnem possessionem per concedentẽ, vbi possumus præsumere, duntaxat esse trãslatum vtile dominium, & possessionem naturalem tãtùm, nisi aliud appareat, dict. l. cum de indebito, & l. si cum aurum. ff. de solu. cum simil. Nec obstat d. c. constitutus. cum ibi not. super quibus se fundare videtur Alb. quia ibi episcopus transtulit in monasterium, quicquid iuris habebat in illis ecclesiis. per quod clarè constat, quòd contractus de quo ibi, fuit censualis, & non emphytenticus: vt ibi benè declarant gl. Card. Pe. de Anch. Panor. & doct. & faciũt no. per Ioann. Fabri, in d. §. adeo, circa finem, sed nos loquimur in dubio casu, & vbi tale quid non est expressum. Vndè succedit regula, de qua in l. continuus. §. cùm ita, in fine. ff. de verb. obli. In incertis non in certis locus est cô-
6 iecturis: Secundò volo te scire, quòd si in † instrumento dicatur, concedo tibi talem rem in emphyteusin perpetuã & omne ius quod habeo in ea re: talis contractus iudicandus erit censualis & non emphyteuticus, ex quo expressè dixit, se trãsferre omne ius, quod non cadit in côtractu emphyteutico, vt suprà dixi. & illa verba, in emphyteusin, impropriantur. Ita singulariter dicit Io. de Imo. in c. ad audientiam, de reb. eccles. non alie. quem refert & sequitur Iason in d. l. j. C. de iure emphy. & est de mente Panor. in d. c. constitutus, vbi de hoc est tex. si bene ponderetur. & faciunt notata in simili quæst. per Oldr. consilio clix. incip. ex præsenti themate, in primo dubio, & notata per Albericum de Rosate in rubr. C. de donat. & nota. per Iaso. in prælud. feud. & not. per Ioan. Fab. in d. §. adeò, circa fin.
7 Tertiò volo te scire, quòd si instrumento † contineatur hoc modo, Talis dedit talem rem tali in emphyteusin, vel censum (prout sæpe ex imperitia notariorum, qui non intelligunt virtutem, & efficaciam verborum, scribi contingit

tingit)quod in dubio præsumitur contractus emphyteuticus & non censualis. Ita singulariter dicit Ioan. Fabri, maximus practicus in d,l.j.post princ.C.de iure emphy. & idē Io.Fabri in d.§.adeò. & sequitur Iason in d l.ij.in vers. octauò quæro: quod nunquam tradas obliuioni, quia vidi de facto magnam controuersiam in simili casu. Nam cō fectum erat instrumentum per quendam, qui reputabatur & in veritate erat valde expertus in officio notariatus, in quo cauebatur hoc modò, Titius vendidit vel in emphyteusin dedit Seio domum pro pensione xl. florenorum annuatim perpetuò soluēda eidem Titio, & hæredibus suis, &c.& valde dubitabatur, quis contractus esset propter cōtrouersiam inter contrahentes exortam, an propter bellū superueniens remittenda esset pēsio pro rata damni, necne: quia si erat contractus venditionis, non debebat remitti pensio, cùm omne periculum interitus & deteriorationis spectare debeat ad emptorem.§.cum autem emptio, cū sing.gl.Insti.de empti.& vendi. Si verò erat cōtractus emphyteuticus, tunc licet sint opiniones inter doct. an remittenda sit pensio emphyteutæ pro rata damni necne, propter bellum superueniens, tamen secundum opinionē pluriū doctorū multū æquā, faciēda est remissio, vt not. Pan. & doct.in d.c.potuit,& Cy.in d.l.j.in ix.q.C.de iure emph. sicut in locatione ēt ad longū tēpus, vt decidit sing. Franc. de Are.in cons.lv.incip.in cā.& dicebāt aduocati Titij, huiusmodi contractum ex mente contrahentiū debere censeri contractū venditionis, & nō cōtractū emphyteuticū, & sic soluēdā eē integrā pēsionē, nec aliq d debere remitti: pro quo allegabat̃,l.sed & si adiiciat̃.ff. pro socio, & l.species.
8 ff.de aur.& arg.leg.in quib.iurib.habetur, quod adiectio † incontinenti facta nihil immutat circa priùs disposita. Item allegabatur, quod potiùs præsumendū est, quod talis adiectio fa-
9 cta sit ex errore † notarij,(qui partib.cōtrahentib.obesse nō debet, l.si librari⁹.ff.de re.iu.& l.fi.& ibi Bal.notat, per illū tex.C.de fidei.) quā quod cōtrahentes incōtinenti se correxisse videantur, l.nō ad ea, cū gl.ff.de conditi. & demonstra. Allegabatur etiam pro hac parte doctrina Io.Fabri in d.§.adeo.in versi.sed qd dices, vbi in fortioribus terminis videtur pro hac parte determinare. Itē allegabat̃ tex.in l.recusare.§.Titi⁹.hæres, cū ibi no.p Bar.Io.de Imo.& doc.ff. ad treb.

ad Trebell.vbi præfati doct.sing.dicunt, ꝙ si in testamento dicatur, talis substituit talem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, prout sæpe ex imperitia notariorũ
10 contingit: quia non † potest simul & semel substitutio esse directa, & fideicommissaria seu obliqua, per hoc non vitiatur substitutio, sed est in electiõe substituti, ex qua substitutione velit hæreditatem habere. Ergo eodem modo in casu prætacto debuit esse in facultate dicti Titij declarare, quòd verè contractum venditionis celebrare intendebat, & non contractum emphyteuticum: In contrarium autem allegabatur auctoritas Ioan. Fab. & Iasonis in passibus suprà commemoratis, & notata per glo. & doct. in d. c. constitutus, & potissimè pro hac parte allegabatur, quòd ex tenore instrumenti nullibi clarè apparebat, quòd omne ius, siue dominium plenum fuerit translatum in Seium, vel quod pretium certum interuenit, sine quo non potest esse venditio, & verba conueniebant contractui emphyteutico, ergo & c. Allegabatur etiam l. si quis ante, in princi. ff.
11 de acq. poss. vbi habetur, quòd duę † causæ cõtrariæ & se non compatientes simul concurrere non possunt in eadẽ re, sed per secundam receditur à prima: venditio autem & emphyteusis se non compatiuntur, vt not. per gl. & doct. in d. §. adeò, ergo, &c. Item pro hac parte allegabatur etiam l. quicquid adstringendæ, in princip. ff. de verbo. obligat. vbi habetur quòd quando stipulatio est obscura, ita quòd potest interpretari pro actore & pro reo, statur interpretationi rei. Cùm ergo dictus Seius fuerit reus tractus in ius ob non solutionem pensionis, videbatur standum suæ interpretationi: imputet enim sibi dictus Titi⁹ actor, qui se fundat super huiusmodi literas in illis verbis vendidit, vel in emphyteusin dedit, quòd non apertiùs legem dixit, vnde contra eum videt̃ facienda interpretatio, l. veteribus ff. de pact. Inducebat etiam vterque pro se gl. in l. j. §. j. ff. de superficiebus, quæ singulariter dicit, ꝙ in dubio precium &
12 mercedis † quantitas facit discerni quis contractus sit: allegabantur etiam singulariter notata per Ioannem de Imo. in l. cotẽ ferro. §. q maximos. ff. de publicanis, & not. ꝑ Paul. de Cast. & Ias. in l. insulam. ff. de præscri. verbis, & propter dubiũ litis euentũ fuit causa per concordiã de vtriusque partis consensu sopita, & non expectata sententia.

LOC.

¶LOCVS A COMMODATO ad Precarium.

1 *Commodatum & precarium conueniunt tripliciter.*
2 *Precarium quid sit.*
3 *Commodatum & precarium differunt quintupliciter.& num. seq. vsque ad fi.*
4 *Possessio naturalis transfertur per precarium.*
5 *Possessio naturalis facit competere interdictum vti possidetis.*
6 *Constituens se alieno nomine possidere nullam retinet possessionem.*
7 *Constitutum & precarium quomodo differant:& de natura vtriusque.*

OFfert se nunc locus à commodato ad
precarium,à quo sumptũ argumentũ est
1 probabile,fundatum in similitudine,quã
habent ad inuicem:conueniunt † enĩ cõ-
modatum & precarium in multis.Primò
enim conueniunt in descriptione, l.j.ff.
2 de precario.Nã sicut precarium † est,q̃d
precib. petẽti vtendum conceditur tamdiu quãdiu is qui cõcessit patitur,d.l.j.in princ.Ita etiam commodatum. nã qui alteri cõmodat suam rem, sic cõmodat, vt non faciat rem accipientis,sed vt ei vti re commodata permittat. d.l. j.in fi.Cõueniunt ergo primò in hoc,ꝙ ex neutro transfertur dominiũ,sed vsus rei tantũ.Secundò cõueniunt in hoc ꝙ ex neutro transfertur vsus rei perpetuò,sed tantum ad tempus.Tertiò cõueniunt in hoc,ꝙ sicut precariũ cõsistit tam in re mobili,quã in re immobili,l.ij.§.fi.cum l.seq.& seq.ff.de preca.ita ẽt commodatum,l.j.ff.commo.& difficile discernitur vnum ab altero.quare de vno ad aliud videtur bona argumentatio,cum de simi.idem debeat esse iudicium,l.nõ possunt.l.nã,vt ait Pedius.& l.de quib.ff.de legibus.cum his quæ plenè dixi suprà in loco à simili. Si tamẽ

bene,& subtiliter perpendamus,fragilis est hæc argumẽta
3 tio,quia hi duo † contractus precarium, & commodatum multum inter se differunt. Et imprimis differunt in posses sionis trãslatione,quia per commodatum nulla trãsfertur possessio nec ciuilis,nec naturalis,tex.est in l.rei commo-
4 datæ.ff commo.sed per precarium † transfertur naturalis possessio,ciuili remanente penes concedentem precario. tex.est no.in l.& habet.§.penul.ff.de preca. quod est maxi-
5 mi effectus.quia possessio † naturalis facit cõpetere interdictum vti possidetis,vt vult Barto.in l.j.in princ.in penul. q.ff.de acq.pos.& idem Bart.in l.j.in prin.ff.vti possi.& Io. Fabr.in §.retinendæ,in prin.Insti.de interdictis,& Ang. in §.quadrupli,circa finem,Insti.de actio.& docto.frequẽter alibi.Ex quo sequitur,ꝙ si possidens precariò turbetur in sua naturali possessione,poterit contra turbantem intenta re interdictum vti possidetis:quod intellige sanè,s. contra tertium eum turbantem , non autem contra illum , à quo precario possidet,d.§.retinendæ,& præall.l.j.§.fin. cum l. seq. ff. vti possi. & l.qui precario,vbi vtrunque probatur. ff.de preca.Commodatarius autem,quia non possidet (vt dixi)interdictum non habet:quod nota.Volo te etiam scire vnum aliud singulare in hac materia , videlicet , ꝙ plus operatur simplex constitutum de per se,quàm si adiiciatur
6 precario,† quia si quis simpliciter cõstituat se alterius nomine possidere,transfert in illum omnem possessionem naturalem,& ciuilem:sed si adiiciatur precario.vt quia constituit se alterius nomine precario possidere , iam retinet naturalem,& transfert solũ ciuilem:secundum Bart.Paul. de Cast.Alex.& doct.in l.interdum.ff.de acq.poss.vbi plura singularia,& quotidiana dicta reperies,maximè p Alex. quæ breuitatis gratia omitto. Ergo malè faciunt imperiti notarij,qui post constitutum addunt hanc dictionem precario,credentes per illam adiectionem prodesse emptori, vel donatario,in cuius fauorem fit constitutum , & ei valde obsunt:Ita singul.dicit Ange.in §.actionum,Insti.de actio.vbi ponit plura pulchra de natura cõstituti,& precarij,quem omnino vide:Et sequitur Ias.in l.ab emptione,ff. de pact.quod nũquam tradas obliuioni,quia vidi aliquos turpiter in hoc errare.Ad vnum tñ effectum vtilius est creditori,ꝙ debitor cõstituat se nomine creditoris precario possidere

possidere, quàm si constituat se simpliciter nomine creditoris possidere. Quia primo casu si debitor tradat alteri rẽ suo creditori pignoratam, nõ priuatur creditor sua possessione ciuili, quia stat per se, & non cohæret naturali possessioni debitoris. Sed secundo casu, si debitor tradat alteri rẽ, vel expellatur per vim, priuatur creditor omni possessione. Ita singulariter dicit Bar. post Iaco. Butr. in repe. l. creditores, in vltima q. quarti art. princ. C. de pig. quẽ refert & sequitur Math. in no. cliij. & Alex. de Imo. in d. l. interdum, vbi addit aliũ effectum, in quo vtilius est creditori, ꝙ debitor constituat se nomine eius precario possidere, quàm simpliciter, vbi vide. Pro quo dicto allego gloss. sing. in l. j. §. non alij autem. ff. de vi & vi arma. quod est sing. not. Ex
7 præmissis infertur † etiã ad decisionem illius quotidianæ q. si res sit vendita, vel donata duobus successiuè diuersis temporib. præfertur ille, cui prius facta est traditio, vulga. l. quoties, C. de rei vẽ. modò vni primò facta est traditio per constitutum & sic fictè, & deinde alteri facta est realis traditio, quæritur quis debeat præferri? & respondetur quòd ille, cui factum fuit constitutũ: Ita singulariter decidit Io. An. in addi. ad Spe. in ti. de empt. & vend. in §. j. in addi. inci. hic dubitatur, & sequitur Bal. in rubrica. C. de contrah. empti. & vend. in xvj. q. & Panor. in c. ij. circa fi. de cõsue. & idem Panor. in consil. xcj. j. volumi. incipi. postulato Dei omnipotentis suffragio, quoad primum &c. & Ale. de Imo. in consi. xiiij. j. volu. incip. circa primum dubium, in fine, & in consi. xxv. iij. volu. incip. viso testamento, in fine, & Bald. in con. ccclxix. v. volu. inci. in Christi &c. venditor cõstituit &c. & Ange. in consil. cvj. incipi. quędam mulier, in fine, & Alber. de Ros. & Iason in d l. quoties, & meminit Hippo. de Marsi. sing. lxxxij & Philip. Decius in l. contractus. ff. de regu. iur. quod nunquam tradas obliuioni, quia
8 est frequentissimum in praxi. Secundò, dicti duo † contractus precarium, & commodatum differunt in præstatione culpæ, quia ille qui possidet precario, tenetur solùm de dolo, & lata culpa, nisi lite cum eo contestata differat restituere, l. quæsitum. §. eũ quoque, & §. si seruitute. ff. de precario. Sed commodatarius regulariter tenetur non dum de dolo, & lata culpa, sed ẽt de leui & leuissima, l. si vt certo. §. nunc videndũ. ff. commo & ratio diuersitatis ponitur

nitur per Io.de Imo, Panor.& canonistas in c. fi. de precarijs;& per Bar.in l.in commodato.§.ficut,ff.cōmodati, vbi recurre. Tertiò † differunt in reuocationis potestate,quia
9 commodatum non potest reuocari ante vsum expletum, vel ante expletum tempus, sed demum post,d.l.in cōmodato.§.ficut,& l.ij,C.eo.& c.vnico,extra.eo.ti.Sed precariū potest reuocari ad nutum concedentis,l.Lucius,ff.de don. ti.gen.& est ratio,quia precarium est contractus in patientia domini consistens,non in obligatione,sm Bal.in d.l.ij. & est pulcher tex.in l,cum precario. ff. de precar.vbi plus probatur,videlicet,ꝙ etiam si fiat pactum, quòd precariū nō posset reuocari,illo pacto tñ non obstāte poterit reuocari,vt ibi tex.no.Hoc tñ limita sing.vt per Pano.in d.c.fi. & p Iaso.in §.sequens illa diuisio,Insti.de acti.dummodo s. id fiat sine captione & magno alterius damno,quod tene menti.Quartò differunt in expiratione vel transmissione ad personā hæredis,quia precariū licet non finiatur morte concedentis,finitur tñ morte eius cui conceditur: tex. est in d.l.cum precario.§.fi.sed cōmodatum neutrius morte finitur,sed solum expleto vsu vel tempore,d. l.ij.& præalle.§.sicut.Hoc tamen est no.dignum,ꝙ si commodatari* impediatur vti re commodata infra tempus expressum vel tacitum,etiam casu fortuito , nihilominus poterit elapso tempore reuocari;Ita no.vult Bar.in d.§. sicut.& sequitur Io.de Imo.in d.c.vnico:& ratio est,quia ille casus fortuitus potius debet nocere cōmodatario, qui certat de lucro captando,quàm commodanti,qui certat de dāno vitādo.
10 quod tene menti.Quintò differunt in alio,quia † cōmodatum cōceditur ad certum vsum,& ad certum tēpus expressum vel tacitum. Exemplum de expresso , vt cōmodo tibi ancillam ad texendum vsque sex menses.Exēplum de tempore tacito,vt cōmodo tibi ancillam ad texendū vnā telā lanæ,nam ista textura habet naturaliter suum tempus,l.cōtinuus.§.cum ita ff.de verb.obli. Vel cōmodo tibi equum eq̄ eundi ad vineam, nam secundum spacium loci inest tēpus eundi & redeundi,arg §.loca,Insti.de ver.obl.cū simi. Precariū verò conceditur vt plurimū ad vsum incertum, vel incertum tempus.Exemplū.Concedo tibi hanc rē sine alia specificatione,nam intelligitur ad quemcūque vsum: vel concedo tibi hanc domū non præfixo certo tēpore,nā intel

intelligitur ad voluntatem meam, d. l. Lucius. nec est vis hoc casu an dicatur cōcedo tibi domū, an verò dicatur cō modo tibi domū, quia licet hoc vltimo casu videat sonare in cōmodatum, tñ erit precarium, ex quo non est determinatus vsus: nam potiùs debet attendi mens, quàm verba. Ita no. dicunt Cynus, Bal. Pau. Cast. & doct. in d. l. ij. & Ioā. de Imo. & canonistæ in d. c. vnico. Ex quo infero singulariter, q̄ si fiat concessio ad certum vsum, si tamen non fiat ad tempus determinatum expressè vel tacitè, erit precariū & non cōmodatum, d. l. Lucius, & ibi hoc vult Io. de Imol. & Bar. in d. §. sicut, & Cynus, Pau. Cast. & alij, in d. l. ij. & Ias. in l. ij. ff. si cer. pet. quem omnino vide, quia egregiè loquitur: secus, si certū tempus fuit expressum, vel tacitè intelligatur in cōcessione, vt supra dixi. Si verò certus vsus fuerit expressus, & tempus sit limitatum, sed adiectum sit q̄ concessio fiat precario, erit precarium & non commodatum, propter dictionem precario, ex qua voluntas concedentis colligitur, & sic poterit reuocari ante tempus, cum precarium concessum ad certum tēpus possit ante tempus reuocari, d. l. cū precario. & ita notabiliter volūt Ioan. de Imol. Panorm. & alij in d. c. vnico. De qua materia si plenius vis instrui, vide doct. in locis supra cōmemoratis, & gl. sing. in d. l. j. ff. de preca. & Philip. Dec. in d. l contractus, vbi multa bona dicit in materia nostra subiecta: ex quibus facilè cognoscere poteris, quando hæc argumentatio procedit, & quaando non.

¶LOCVS A LEGATIS AD Fideicommissa.

1 Exæquatio est diuersorum, & nullum simile est idem.

2 Directò an per fideicommissum libertas relinquatur, multum interest. & nu. seq. vbi qui inde sequuntur effectus.

3 Patronus ex propria persona plus iuris habet quàm patronus ex persona testatoris & qui inde resultent effectus, & nu. seq.

5 *Fratres minores sunt capaces relicti particularis non vniuersalis.*

6 *Legatum à fideicommisso quomodo in dubio dignoscatur.*

7 *Legatorum & fideicommissorum differentiā expedit scire pro intellectu iurium antiquorum.*

NVnc subnectamus locū à legatis ad fideicōmissa, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & vtile, fundatum in exæquatione facta per legē. Licet enim olim legata & fidei cōmissa habuerint se vt excedentia & excessa: hodie tamē habent se vt paria, l.j. cum ibi not. per glo. Bar. Bal. & doct. ff. de leg. j. & § sed non vsque. Insti. de leg. & l. ij. C. com. de leg. & licet formaliter, & denominatiuè possint dici diuer-
1 sa, cùm sint exæquata, d.l.j. Exæquatio † autē est diuersorum, cum nullum simile sit idem, ca. innotuit, & ibi Panor. de elect. cum similibus: tamen virtualiter habent eandem naturam, & virtutem. d.l.ij. & d.§. sed non vsque. & sic de vno ad aliud validè fit argumentatio. Ex quo sequitur primò, quòd quicunque potest testari vel legare, potest codicillari, & fideicōmittere: tex. est in l. ij. ff. de leg j. Sunt aūt aliqui, qui non possunt testari vel codicillari, & sic nec legata nec fideicommissa relinquere, quos vide per gl. notabilem & doct. in l. si quæramus. ff. de testa. & Insti. qui. non est perm. fac. testa. in fine. Ex isto etiam sequitur secundò, ꝙ cui potest legari, potest etiam per fideicommissum relinqui. Sunt autem aliqui, quibus non potest legari: quos vide per glo. not. & doct. in §. legari, Insti. de legatis, & per glo. & doct. in l. j. ff. de iure fisci. Et istis etiam non potest per fideicommissum relinqui. Ex isto etiam sequitur tertiò, ꝙ quæ res possunt legari, possunt etiam per fideicommissum relinqui: Sunt autem quædam res, quæ legari non possunt, vt videre poteris in l. apud Iulianum, aliàs, idē Iulianus. §. constat, cum l. seq. & seq. ff. de leg. j. cū simi. Itē ex isto sequitur quartò, ꝙ per quæ verba relinquuntur legata, relinquuntur & fideicommissa, d.l. ij. C. com. de leg. Ex isto etiā sequitur quintò, quòd omnes actiones, quę cōpetunt pro legato, competūt etiam pro fideicommisso l. j. & ij. C. communia de legatis, & Inst. de legatis. §. j. cū sua gl. Et isto argumento ad notabilem effectum vtitur Ludo.

Roma.

Roma.in sua aurea rep. Auth. similiter, in xx.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, C.ad leg.Fal. & Panor.in consi.xxxij.ij.vol.Hoc tamen quod dixi, recipit duas notabiles limitationes,multum in foro vtiles. Prima limitatio est,vt dicta regula procedat in legatis, & fideicōmissis particularibus seu singularibus, pecuniariū commodum concernentibus, in quibus nō est hodie differētia aliqua, vt supra dixi:Secus aūt est in legatis,& fideicōmissis particularibus,commodum pecuniarium non cōcernentibus:
2 de quorum numero est legatum & fideicōmissum libertatis,in quo adhuc hodie remanet differentia.nā quādo † seruo datur libertas directò, recta via trāsit in seruū libertas; l.directis,C.de testa.manu.sed si relinquitur seruo libertas per fideicommissum,vt quia grauo,vel rogo hæredē,vt eū manumittat, libertas nō transit directò,sed capitur à manu hæredis manumittentis eum. Et ergo talis est libertus heredis,& nō testatoris.vt est tex.in §.q̄ aūt, Insti. de singulis rebus per fideic.relict.cū similibus:quod est maximi
3 effectus. Nam multùm interest,an hæres † consequatur ius patronatus ex sua propria persona,an verò ex persona testatoris:quia hoc vltimo casu debilius est ius patronatus, quā primo casu,quoad multos notabiles effectus. Primò, quia patronus isto vltimo casu non potest manumisso operas imponere.Secūdò,q̄a nō potest libertū ingratum in seruitutē reuocare,quod vtique potest, q̄n ius patronatus sibi cōpetit ex sua ꝓpria persona,quia spōte vel volūtariè ipse seruū suū manumisit: vt de istis duobus notabilibus effectibus est tex.in l.ij.& iij.& in l.mater,& in l.si tuis nūmis,& ibi Bal.Pau.de Ca.& doct.notāt,C.de op.liber.& bonus tex.in l.j.C.de lib.& eor.lib.& in l.si filius, ¶ prin.iūcta glo.ff. de fideicō.libe. Et ex isto sequitur tertius notabilis effectus,quia si testator sit non soluendo,vel si datis libertatibus desiturus sit soluendo esse, & iubeat seruo dari libertatē per fideicōmissum,de manu hæredis, talis seruus nō cōsequetur libertatē: quia fideicōmissarius nihil vltra vires hereditarias tenetur præstare, & sufficit testatorem esse nō soluendo,l.si.iūcta sua no.gl.C.qui man.non pos. tamen secus est,quando ipse testator seruo dat libertatem directò,quia tunc vt impediatur libertas debent cōcurrere duo copulatiuè, scilicet ꝙ dans libertatem sit non sol-

uendo, vel datis libertatibus desiturus sit soluendo esse: & quòd habuit animum fraudandi creditores, vt est tex. in l. j. C. qui manumit. non poss. & habetur & notatur in §. in fraudem, Instit. qui & ex quibus caus. manu. non po. Itē ex isto sequitur alius & quartus notabilis effectus, quia quādo libertas datur directò, sub diuersis conditionibus separatim positis, attenditur conditio leuior, & illam sufficit adimpleri, l. quod traditū, iuncta gl. cum l. seq. & seq. ff. de conditio. & dem. quia hic modus relinquendi libertatem est nobilior, nam recta via trāsit libertas ab adita hæreditate, d. l. directis: sed quando libertas relinquitur per fideicommissum sub diuersis cōditionibus separatim positis, attenditur nouissima, tex. est in l. per fideicom. ff. de con. &
4 demon. Item ex isto sequitur alius † & quintus notabilis effectus, quia directa libertas non potest relinqui seruo alieno, etiam vt valeat in vim fideicōmissariæ. l. seruo tuo, C. de manum. testa. & l. si seruus legatus. §. si seruus alien. ff. de leg. j. sed per fideicommissum bene potest seruo alieno relinqui libertas. vt est tex. in §. libertas, Instit. de sing. reb. per fideicom. quod procedit ex eo, quia directa libertas debet transire ipso iure: sed isto casu transire nō potest ipso iure, quę ratio cessat in libertate fideicōmissaria, quæ capitur à manu hæredis, qui potest talem seruum alienū à vero domino redimere, & manumitterre, d. §. libertas: de quo articulo, si libet, videre poteris per Alcia. lib. Parad. j. c. v. & sic habes quinque notabiles effectus resultātes ex differētia inter libertatem directam & fideicōmissariam, qui effectus adhuc hodie durant, quicquid dicat gl. in d. l. ij. Cod. com. de lég. & gl in d. §. sed non vsque, quæ gl. in hoc ab omnibus reprehenduntur, & bene: qđ memori teneas mente, quia facit ad intellectum multorum iuriū. Secunda limitatio est, vt d. regula procedat in legatis & fidei commissis particularibus pecuniariū cōmodū cōcernentibus, in quibus est sublata differentia inter se, vt scilicet legata singularia seu particularia æquiparētur fideicōmissis singularibus, sed legata vel fideicōmissa particularia pecuniariū etiā commodum concernentia nō æquiparātur generaliter legatis vel fideicōmissis vniuersalibus: imò hodie remanet differētia in multis. Primò in hoc, ꝙ ad instātiā vniuersalis fideicōmissarij hæres institutus cogitur adire

dire hęreditatē,nō aūt ad instantiā particularis,vt est tex. expressus in l.si quis omissa. ff. si quis omissa cau. testa.cū similib.Ratio diuersitatis est,quia fideicōmissarius vniuersalis ideo cogit hæredē adire,quia sibi vniuersaliter restituitur:particularis vero ideo non cogit eum adire,quia sibi non debet vniuersaliter restitui,& esset iniquū,ꝙ hęres propter eū esset obligatus creditoribus hæreditariis, qđ lex nō vult,vt pulchrè inqnit text.in l.nā qđ.§.fin.& in l. Marcellus.§ Antistia.ff ad Treb.Itē secundò remansit differentia in alio,quia licet non valeat legatū vel fideicommissum particulare,quādo hæreditas non est soluendo, vt est tex,in l.si vniuersæ,in princ. C.de leg. quia legata non debentur,nisi deducto ære alieno,vt ibi,& in l. Papinian⁹. §.quoniam autem,ff.de inoffi.test.cum simi.vniuersale tñ fideicommissum valet,licet testator sit non soluēdo,vt est tex.rotundus in l.si hæres ab eo,in prin.ff.ad Trebel.Et est ratio,quia per hoc nō fit deterior conditio creditorum, cū fideicommissarius vniuersalis succedat loco hæredis, & posset conueniri à creditoribus hæreditariis.Sed si legata vel fideicommissa particularia valerēt,hæreditate existēte non soluēdo,fieret præiudiciū creditoribus, qui tātò minus acciperēt,si bona hæreditaria diuiderentur inter creditores & legatarios,quod esse non debet,quia creditores certant de damno vitando, legatarij verò de lucro captādo:ergo merito creditores sunt præferendi, cū fauorabilior sit causa eius qui certat de dāno vitando, quàm eius qui certat de lucro captādo, l. iuris ignorātia,& l.error.ff.
5 de iuris & facti igno.& l.fi.C.de codici Itē tertiò † remāsit differentia in alio,q̃a aliqui nō sunt capaces hæreditatis vel fideicōmissi vniuersalis,vt fratres minores,cle.exiui de paradiso.§.proinde,& ibi Card.& doct.not. de verb. signi.& tñ sunt capaces relicti vel fideicommissi particularis,nisi fiat in fraudē,vt ibi habetur.Itē quartò remāsit differentia in alio,quia hæres rogatus restituere hæreditatē, detrahit Trebellianicam:sed legatarius singularis rogatus alteri restituere,nō detrahit Trebellianicam, sed debetur fideicōmissum ab eo relictū,vsque ad modū legatorū sibi relictorū,vt de vtroque est tex.notabilis iuncta gl. in l.co hæredi.§.cùm filię.ff de vulg.& pupil.& ergo à fideicōmisso particulari ad vniuersale, vel cōtrà, non est licita argu-

mentatio, nisi quando eadem est ratio in vtroque, vt not. Ioan. de Imo. in d. §. cum filiæ, de quo vide latiùs per eundem Ioan. de Imo. & alios in dict. l. j. ff. de lega. j. & per Sa-
6 lice. in d. l. ij. C. commu. de lega. in quibus locis etiam reperies, quomodo † in dubio cognoscitur legatũ à fideicommisso: & placet mihi opinio Paul. de Cast. in dict. l. j. quẽ sequitur ibi Alex. videlicet, quòd in dubio debemus inspicere, ad quem dirigũtur verba, & si verba reperiũtur directa ad honoratum, est legatum: vt si dicatur, lego, vel relinquo Titio x. & idem in similibus. Si verò verba diriguntur ad grauatum, dicitur fideicommissum, vt si dicatur, grauo hæredẽ, vt det Titio x. vel rogo vt manumittat seruum: istud probatur in §. penul. & fi. Instit. de singulis reb.
7 per fideicom. relict. quod est vtile scire, quia † licet hæc differentia legatorum, & fideicommissorum, sit hodie sublata saluis modificationibus suprà commemoratis, tamen pro intellectu iurium antiquorum expedit, quòd iuuenes sciant, quid est vnum, & quid aliud, & quomodo in dubio vnum ab alio cognoscitur, ne paralogisentur, quod facilè fit ignoratis virtutibus vocabulorum, l. j. ff. de iusti. & iure. Ignoratis enim principiis, necesse est vt ignorentur principiata, l. j. & ibi Bal. ff. de orig. iur. Quæ omnia commenda memoriæ: & vide quod dixi suprà in loco à simili, & quod dicam infrà loco proximo.

LOCVS A FALCIDIA AD Trebellianicam.

1 *Falcidia & Trebellianica in quibus conueniant, & in quibus differant. num. seq. & per tot. locum.*

Congruenter nunc subsequitur locus à Falcidia ad Trebellianicã, A quo sũptũ argumẽtum est probabile, frequẽs, & valde vtile: quia
1 hæc † duo à iure æquiparãtur, l. Marcelli⁹, versic. quod autem. ff. ad Trebel. & appellatione Fal.

Falcidiæ Trebellianica * continetur, l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & l. pater filiam, in princi. & l. Titia testamẽto. ff. ad leg. Falc. & l. iubemus, C. ad Trebel. cum similib. & est bona glo. in Authen. vnde si parens, C. de inoffi. test. Et iste arguẽdi modus facit ad multa quotidie in foro occurrẽtia. Et gratia exẽpli pro instructio ne iuuenũ, istud primò facit ad hoc, ꝙ sicut de legatis ad pias causas hodie non detrahitur Falcidia, vt est text. in Authen. similiter, C. ad leg. Falci. & in corpore vndè sumitur: ita nec Trebellianica detrahitur de fideicommisso vniuersali ad pias causas relicto, vt fit quotidie in distributione pauperum, vel in ædificatione hospitalis: Ita singulariter dicit Barto. in d. l. Marcellus, & idem Barto. in d. Auth. similiter, & sequuntur ibidem Odofre Bald. & Salice. & vult Specu. in titu. de instr. editio. in §. compendiosè, in versi. sed cum deductio, vbi dicit ita fuisse iudicatum, & Angel. in §. si verò expressim, in Auth. de hæredi. & falci. & Bald. in l. id quod pauperibus, in xvij. q. C. de epis. & cle. vbi dicit, se infinitis vicibus pro hac parte consuluisse, & Panormi. in c. Raynaldus, de testa. vbi dicit, quòd ista est communis opinio doctorũ vtriusque iuris. & idem Panormi. in consil. xxxij. ij. vol. & idem vult Alber. de Ros. in l. si quis ad declinandã. in prin. C. de episcop. & cleri. & ita tenendum censeo, quicquid dicat gloss. in c. si pater, de testa. libro vj. Ad cuius rationes patet respõsio ex dictis Bar. & Alex. de Imo. in dicta l. Marcellus, & ex no. per Sal. in d. Auth. similiter, & per Ludouic. Rom in sua aurea rep. d. auth. similiter in xl. speciali piæ causę circa vltimas volũtates, vbi plenè reperies. ad quos breuitatis gratia te remitto: quia articulus iste est subtilis pulcher & quotidianus Secũdò istud facit ad hoc, ꝙ sicut
2 †cessat falcidia, quando hæres soluit vnũ legatũ integrũ, postquã subtiliter patrimoniũ agnouit, d. §. si verò expressim, & Auth. sed cum testator, C. ad legem Falcidiam: ita etiam hoc casu cessare debebit Trebellianica, quia eadem est ratio: & ita reperio expressè velle Angel. in dicto. §. si verò.

ADDIT. * Trebellianica. Intellige largè & impropriè. gloss. in auth. vnde si parens. C. de inoffici. testam. Iason in l. Marcellus, versicul. ego huic inductioni ff. ad S.C. Treb. Prateius.

si verò expressim.quod nota,quia non temerè reperies ali
3 bi. Tertiò istud facit ad hoc, † quòd sicuti testator hodie potest indistinctè prohibere Falcidiam,* vel detractionẽ Falcidiæ,d.Auth.sed cum testator, & in corpore vnde sumitur:ita etiam poterit prohibere Trebellianicam, & ita expressè tenet glos.in d.§.si verò expressim,& ibi hoc vult Bartol.& post eum Ang.Idem etiam tenet gl.in §.sed quia stipulationes,in verbo liceat,Insti.de fideicom.hære.Hoc etiam tenent Odof.Iacob.de Rau.Cy.Bar.Albe.de Ros.Io. Fabr. in breuiario, & Sal.in d.Authen.sed cùm testator,& Bar.Alexan.& alij in d.l.Marcellus. Contrarium tamen istius sentit Alciatus libro paradox.v.cap.xix.de quo articulo pulchro,subtili,& quotidiano,vide latius per docto. in locis suprà commemoratis:in iudicando tamen à communi opinione non recedas. Quartò istud facit ad hoc,
4 quòd sicut † cessat Falcidia,quando res legata, vel per fideicommissum relicta,prohibita est alienari, vt est tex.in §.penul.in Auth.vt spons.largi.& in Auth. sed in ea, C.ad leg.Falci.Ita etiam hoc casu cessabit Trebellianica, eadẽ ratione: & ita reperio velle Ang. in d. §. si verò expressim, & Bal.in d.Auth.sed in ea,& ibi idem vult Alex. de Imola in addi.ad Bal. quod tene menti, quia iste casus est valde notabilis & quotidianus, secundum Bal. loco prædicto.
5 Quintò istud facit ad hoc,† quòd sicut hæres non faciendo inuentarium perdit Falcidiam,l.fi. C. de iure delibe.& d.Auth.sed cùm testator, & in corpore vndè sumitur: Ita etiam non conficiendo inuentariũ perdit Trebellianicã: & ita tenent Cy. Albe.de Rosa.Bal.& Salice.in d. Auth. sed cũ testator: & ita consuluit Oldr. in consi. cxxxiiij. incip. satis credo,& Bar.in consi.ccxxxiiij.incipiente, Lena Mactarelli li.j.& vult Mathes.in no.157.& est æqua & rõnabilis opinio.Contrarium tamen tenet Bar.sibi contrarius in d.l.Marcellus,& in d.Auth.sed cum testator,& in §.si verò non

ADD. * Falcidiam. Hoc verum in hærede penitus extraneo gl.in §.si verò expressim.in auth.de hære.& Fal. fallit in suo & filio primi gradus: Iason in l.Marcellus.in prin.versi.nunc istam communem.ff.ad.S.C.Treb.Ph. Decius consi.lxxxj.Bal.in l.iubemus, per illum tex.C.ad Trebel.quæ limitatio habet æquitatem.

non fecerit, in Auth. de hæred. & Falci. Ang. in d. §. si verò expressim, & Io. de Imo. in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per leg. Fal. & Alc. de Imo. in d. l. Marcellus, vbi exactissimè hunc articulum subtilem & quotidianũ examinant, ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, sed prædicta pro iuuenibus sufficiant. Illud autem generaliter pro regula teneas, quòd in testamentis in quibus cessat Falcidia, cessat etiam Trebellianica, d. l. Marcellus, versi. quod autem, vbi hæc regula habetur secundum vnum intellectum. Itẽ teneas pro regula, quòd hæres de legatis particularibus regulariter detrahit Falcidiam: ab vniuersalibus antẽ legatis vel fideicommissis hæres regulariter detrahit Trebellianicam: vt in toto tit. ff. & C. ad legem Falci. & in toto tit. ff. & C. ad Treb. nisi ex aliqua causa impediatur vel priuetur, vt suprà tetigi. Non tamen credas, quòd in omnibus & per omnia, Falcidia & Trebellianica æquiparentur: imò
6 in multis † differunt. nam multa imputantur in quartam Trebellianicam, quæ non imputantur in Falcidiam: vt est tex. notabilis in l. in quartã. ff. ad leg. Fal. & habetur & notatur per gl. Panor. & cano. in c. Raynutius, & ibi Guliel. Bened. in repet. de test. vnde hæc argumentatio à Falcidia ad Trebellianicam tunc demum procedit, quando eadẽ subest ratio in vtroque, & quando contrarium non reperitur in iure expressè decisum: aliàs autem secus, quia diuersitas rationis diuersitatem iuris inducit, l. adigere, §. quamuis, cum ibi notatis. ff. de iure patro. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. ij. cum similibus: & expressum facit silere tacitum, l. fi. C. de pac. conu. cum concordantiis, & ita vult Io. de Imo. in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. Vide quod dixi suprà loco proximo, & in loco à Simili, & quod dicam infrà in loco à ratione legis larga, ampla seu generali, ad extensionem ipsius legis, in ij. casu principali.

LOCVS A MANDATO PROcuratoris ad lites, seu iudicia, ad mandatum iurisdictionis.

1 Mandati procuratoris, & mandati iurisdictionis proprietates: & in

& in quibus conueniant, & differant. & nume. seq. & per tot. locum.

2 *Mandati ad lites, ad negotia extraiudicialia, ad beneficia iurisdictionis inter se differentia & conuenientia.*

AB hoc loco sumptum argumẽtum est ꝓbabile frequẽs, & vtile, cũ † æquiparẽtur,
1 & sint similia ĩ multis, l. & quia, ibi, sicut in reliquis causis. ff. de iurisd. om. iu. & ibi Bal. & doct. qui eã legunt sub l. more maiorũ, id no. & eius meminit Soci. in cõsil. lxxxvij. incip. in præsenti cõsultatiõe, & doct. aliis locis. Et hic arguendi modus facit ad multa. Et primò ad hoc, q sicut mãdatũ ꝓcuratoris tacitè finit̃ morte mandantis re integra, l. mandatũ, cũ ibi notatis per Bal. C. mandati, & §. rectè, & quæ illic notat idẽ Bal. Inst. de mãdat. & l. nulla dubitatio. C. de procu. & d. l. & quia. in fi. ita ẽt mandatũ iurisdictionis seu (vt vocãt) delegatio morte mãdãtis seu delegantis re integra finitur, d. l. & quia, in versic. ideóq;, & c. gratũ. & c. relatũ, de offi. del. cũ simi. Fallit tñ in
2 casib. de quib. per Ang. in d. l. & quia. Secũdò ad hoc † quòd quemadmodũ procurator põt dari in diẽ & sub conditione, & ad lites futuras. l. iij. ff. de procuratorib. Ita ẽt poterit fieri delegatio ad lites futuras in diẽ & sub cõditione. eadẽ ratione: & ita expressè vult Inno. in c. cum olim Abbas, de offi. delega. quem referunt, & sequũtur Ang. Pau. de Ca. & doct. in d. l. & quia. Tertiò ad hoc, q sicut mandatũ procuratoris est stricti iuris, & in eo non veniunt nisi ea quæ expressa sunt, d. c. cùm olim Abbas, in fine, cum similib. Ita etiam mãdatũ iurisdictionis est stricti iuris, & in eo nõ veniunt nisi expressa. Vndè sequitur, q delegata iurisdictio non põt prorogari de persona ad personam, etiam de partium consensu: vt est tex. sing. in c. P. & G. de offi. delega. cũ simil. Ex isto etiam sequitur aliud, videlicet, quòd pluribus procuratoribus simpliciter constitutis vel pluribus iudicibus simpliciter datis, vnus sine alio viuente, vel mortuo nihil potest, c. si duo, de procur. lib. vj. & l. duo ex tribus. ff. de re iu. c. causam matrimonij, de offic. deleg. cum simil. & ita reperio velle Inn. in c. in nostra. de procura. per æquipa rationem, quam inter hæc duo mandata facit tex. in d. l. &

quia

quia, ibi eum sequuntur Alex. & Iason: circa quod etiã vide decis. Rotæ ccccxlv. in nouis. In multis tamen † differunt hæc duo mandata. Primò in hoc, quòd procurator post litẽ per eum contestatam non põt per dominũ expresse reuocari, nisi noua superueniente causa, l. post litem, cũ pluribus seq. ff. de procu. sed iudex delegatus potest quandocũque per delegantem reuocari, l. iudicium soluitur. in prin. cũ ibi no. per gl. ff. de iud. & tangitur per gl. & doct. in d. l. & quia. Secundò in hoc, quia in mãdato procuratoris, vt res desinat esse integra quoad reuocationem tacitã quę fit per mortem mandantis, requiritur litis contestatio. vt benè declarat Bar. in d. l. & quia, dum declarat, quando res dicitur desinere esse integra: sed in mandato iurisdictionis, quoad reuocationem tacitam per mortẽ delegãtis, res desinit esse integra per solam citationẽ, d. c. gratũ: & est vera, & communis opinio secundũ Iasonẽ in d. l. & quia. Tertiò differunt in hoc, quia ad petendum restitutionem in integrum procurator debet habere speciale mandatum, l. illud. ff. de mino. cũ similibus: sed in generali mandato iurisdictionis seu delegationis venit etiam cognitio restitutionis in integrum, l. fi. in fine, C. vbi & apud quos, quæ est hoc melior de iure secundũ Ale. & Iasonẽ in d. l. & quia. Si

4 tamen † plenius scire velis, in quibus conueniãt, & in quibus differant mandatum ad lites seu iudicia, mandatum ad negotia extraiudicialia, mandatum ad beneficia ecclesiastica, & mandatum iurisdictionis, vide Alberic. de Rosat. in d. l. mandatum, & in locis per eum commemoratis.

LOCVS * A CONTRACTIBVS ad vltimas voluntates, & contrà.

ADD. * Locus. De hoc loco & quando an non locum habeat, vide latissimè per Iasonem in l. quę de legato. ff. de leg. j. P. Prateius.

1 *Contractuum & vltimarum voluntatum eadem ratio.*
2 *Argumentum de contractibus ad vltimas volūtates & contrà, valet.*
3 *Contractuum & vltimarum voluntatum viginti differentiæ.*

HAbemus præterea in iure nostro, locum à cōtractibus ad vltimas voluntates, à quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed etiam frequens, & multùm forte, quādo † eadem est ratio in vtroque.tex.est not.in l.fin.& ibi id pulchrè notat Sal.C.de leg.&tex.Inst.de lege Fu.can. tol.& ibi per glo.Io.Fab.Ang.Are.& doct.& isto argumento vtitur Roma.in Auth.similiter.C.ad leg.Falci.in xij.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, & Io.And.in reg. quod semel, de reg.iuris lib.vj.in Mercu.& Barto.in l.j.§. si quis ita.ff.de verb.obliga.vbi per hoc dicit, quòd si quis interrogatus, an vellet relinquere tunicam suam tali, respōdet, cui alteri quàm sibi vellem relinquere? videtur reliquisse per illum text.quia si sic est in contractibus vt ibi, multò fortiùs idem erit in testamentis & vltimis volunta-
2 tibus: Sic † etiam contrà, bonum est argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus: text* est notabilis in l.pactum inter hæredem, & ibi Bar.not.ff.de pact. & in l. iure ciuili.ff.de condi.& demon.& in l.seruum filij. §. eum qui chirographum, & ibi per Dynum, Ray.& Io. de Imol. ff.de leg.j.& in l.si diuortio, & ibi Ang.no. ff.de verbor. obligat. & in l.quæ de legato. ff. de legat. primo, & traditur plenè per Bald.in l.vni C.de lege Fusia cani. tollen. vtitur & hoc argumenti genere Cy.in l.j.in fine, C.quan.non pe.par.pe. ac.& doct.aliis sæpe locis. Pro istius tamen quotidiani articuli clara resolutione dicas breuiter hoc modo. Aut cōtractus, & vltima volūtas conueniunt in rationis identitate, & tunc procedit argumentum de vnō ad aliud, vt in dictis iuribus: aut disconueniunt, & tunc si sit maior ratio in vltima voluntate, quàm in contractu, validè argumentamur ab vltima volūtate ad contractum negatiuè, per locum à maiori, l.obligationū §. placet.ff. de actio. & oblig. Et contrà, à contractu validè argumentamur ad vltimam voluntatem affirmatiuè, per locum à minori: & sic propriè loquitur d.l.fin.aut contrà, maior est ratio in contractu, quàm

quàm in vltima voluntate, & tunc procedit argumentum à contractu ad vltimam voluntatem negatiuè: & ab vltima voluntate ad contractum affirmatiuè, & sic loquitur d. l. pactum inter hæredem, cum simi. au sumus in dubio, & tunc quia in vltimis voluntatib. regulariter fit plenior interpretatio, quàm in contractibus, l. in testamentis. ff. de regu. iur. & ca. cùm dilecti, de dona. cum simi. à contractu ad vltimam voluntatem validè argumētamur affirmatiuè, & ab vltima voluntate ad contractum negatiuè: ita notabiliter dicit Sali. in d. l. fi. & Io. de Imo. in d. §. eū qui chirographum, & Ange de Aret. in d. ti. Insti. de lege fusia cani. tollē. & Ange. de Peru. in d. l. quæ de legato, quam legit sub l. si à substituto, & Alex. de Imo. in consilio lxj. volu. j. inci. super eo, &c. in quibus locis plenè de hoc reperies. Hoc tamen tene pro regula, quòd hæc argumentatio nunquam procedit ad derogationem legis, vel canonis, vbi aliud expressè dispositum est in vno quàm in alio: Ita notabiliter vult Cy. in l. ea lege, in iij. co. C. de cōdi. ob causam, & Bal. in d. l. vnica, & idem Bald. in c. inter cæteras, de rescri. & faciunt ea quæ dixi suprà in loco à simili, in prima fallentia. Cùm
3 †igitur plures sint notabiles differentiæ inter contractus ab vna parte, & vltimas voluntates ab altera, in quibus aliter in vno, quàm in alio dispositum est, certum est hanc argumentationem in illis casibus nō procedere. Et quia materia ista vtilis est, & valde quotidiana, statui ex mente Ias. in d. l. pactum inter hæredem, & ex mēte eiusdem Iasonis, in d. l. quæ de legato, in lectura quam fecit post reditum à legatione, & ex mente eiusdem Iasonis, in d. l. quæ de legato, in lectura quam fecit ante legationem, colligere viginti insignes differentias: quarum prima sit ista, quòd in vltimis voluntatib. conditio impossibilis habetur pro non adiecta l. j. ff. de condi. insti. & l. obtinuit. ff. de condit. & demon. In contractibus autem vitiat, l. impossibilis. ff. de ver. obli. Secunda sit ista, quò in vltimis voluntatibus, legatario seu creditore partem debiti ab altero hæredum petente, non censetur facta diuisio, l. si ex toto. §. j. ff. de lega. j. In contractibus autem per petitionem partis, censetur facta diuisio, vt est text. singularis in l. si creditores, C. de pactis. Tertia sit ista, quòd vltimæ voluntates postquam dies cessit, in pendenti esse non possunt, actus autem viuentium

s suspendi

suspendi possunt: vt de vtroque est tex. in l. fi. ff. com. praed. Quarta sit, quia in contractib. in arbitrium tertij commissis non receditur à persona, l. fi. C. de contr. emp. & l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obli. secus in vltimis voluntatib. l. fi. §. sed & si quis, C. commu. de leg. Quinta sit, quòd in vltimis voluntatibus habet locum cautio Mutiana conditionibus consistentibus in non faciendo l. Mutianę, cũ ibi no. ff. de condi. & demon. non sic in contractib. l. ita stipulatus, post principium. ff. de verb. obli. Sexta sit, quòd bona subiecta restitutioni ex vltima voluntate possunt alienari ex causa dotis, Auth. res quae. C. comm. de leg. secus si subiaceant restitutioni ex contractu inter viuos, glos. est sing. in l. nulla, & ibi Bar. Bal. & doct. eam commẽdant, C. de iu. dot. Septima sit, quòd minor xxv. annis habens curatorem non potest contrahere sine curatore, l. si curatorem habẽs. C. de in integ. resti. testari tamen, legare, & causa mortis donare potest, l. Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. quibus locis id quoque per doct. adnotatur. Octaua sit, quòd alienatione prohibita inter viuos nihilominus transfertur dominium, sed agitur ad interesse, d. l. ea lege, secus si prohibita sit alienatio in vltima voluntate: quia impeditur trãslatio dominij. l. filiusfamilias. §. diui, cum ibi no. ff. de leg. j. Nona sit, quòd in vltimis voluntatib. si pœna adiiciatur, si q d factum nõ fuerit, statim id fieri debet, alioquin incurritur pœna: gl. est singularis in l. j. & ibi Iason, C. de his, quibus vt indig. In contractibus autem non prius locus est pœnę, quàm declaratum fuerit, ampliùs fieri non posse. d. l. ita stipulatus. post prin. Decima sit, quòd in contractibus conditionalib. ante conditionis euentum si decedat stipulator, transmittitur spes in haeredem. §. ex conditionali, Instit. de verb. obli. Non sic in vltimis voluntatibus vel legatis conditionalib. l. j. §. fin autem aliquid sub cõditione. C. de cad. tol. Vndecima sit, q̃ super alimentis mihi ex vltima voluntate debitis transigere non possum sine decreto iudicis: secus autem est in alimentis ex cõtractu mihi debitis: vt de vtroque est tex. in l. cum hi, in prin. & in §. planè. ff. de transact. Duodecima differentia sit, quòd in contractibus & obligationib. alternatiuis electio est debitoris: regula, in alternatiuis, de reg. iur. li. vj. secus autẽ est in legato alternatiuo, quia non haeredis, sed legatarij est electio. l. Lucio, cũ gloss.

gloſſ.ff.de leg.ij.de quo dicam plenius infrà in loco à natura alternatiuorum. Decimatertia differētia eſt, quia latior & plenior fit interpretatio in vltimis voluntatibus, quàm in contractib.d.c.cum dilecti,& præal.l.in teſtamētis. Decima quarta notabilis differētia eſt,quia in vltimis voluntatib.maſculinum concipit fœmininum,l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.ij.& l.qui duos.ff.de leg.iij.ſecus autem eſt in contractib.Hinc eſt,quòd ſi quis acquirat emphyteuſin pro ſe & filiis,non veniunt filiæ fœminæ. Ita ſingulariter decidit Io.de Imo.in c.potuit.circa finem,de loca.& dicit ſe ſic cōſuluiſſe.& idem vult ipſe in d.l.ſi ita ſcriptum:ſi autem quis inſtituto hærede ſubſtitueret ei ſi ſine filijs decederet,intelligeretur nedum de filijs maſculis,ſed etiam de fœminis,c.Raynaldus,& ibi Io.AN.& canoniſtæ not.de teſta.Iaſ.in l.ſi quis id.ff.de iuriſd.om.iud.vbi vide.Decimaquinta notabilis differentia eſt,quia in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniunt nepotes, l.liberorum, ff.de verborum ſigni.ſecùs in contractib.& ideo ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſin pro ſe & filijs,non veniunt nepotes:Ita ſingulariter dicit Bar.in d.l.liberorum. Decimaſexta differentia eſt,quia in vltimis voluntatib.monaſterium habetur loco filij.§.ſed & hoc præſenti,in auth.de ſanct.epiſc.& c.in præſentia,de proba.ſecus aūt eſt in contractib. ſecundum ANT.de But.in d.c.in præſentia.& docto. alijs locis. Decimaſeptima differentia eſt, quia in vltimis voluntatibus vno cōceſſo videtur concedi aliud,ſine quo cōceſſum non haberet effectum,l.illud,& l.pro hærede.§.fin.cū glo.ff.de acq.hær.ſecus in contractibus,vt patet ex diſtinctione Bar.in l.j.ff.de ſerui.leg.vnde legata domo , aditus debetur,l teſtatrix.ff.ſi ſerui.ven.ſed vēdita domo,nō debet,l.in vendēdo.la ij.reſp.ij.ff.de cōtr.emp.Decimaoctaua dr̄ia eſt,quia in debito in diē vel ſub cōditione ex vltima volūtate indiſtinctè cauetur,toto ti.ff.vt leg.no.caue. ſed in cōtractib.nō,niſi noua cā ſuſpicionis ſuperuenerit, l.in omnib.ff.de iudi.& l.inter oēs.ff.qui ſatiſ.cog. Decimanona differentia eſt,quia in vltimis voluntatib. ſi teſtator legat ſimpliciter rem,in dubio in obligatione eſt rem tradi,non dari.d.l.ſi à ſubſtituto.§.fina.& tn̄ in contractibus eſt ſecus,l.ſi ita,in fi.ff.de contrahen.emp.de hoc tamen vide latius per Iaſ.& alios in d.l.ſi à ſubſtituto.§.fina. Vigeſima no

ma notabilis differentia est, quia vltima voluntas de iure communi habet executionem paratam, l.fi.C.de edic. diui Had.toll. secùs aũt est in contractib. qui de iure communi non habent executionem paratam, tex. est sing. in l. minor xxv. annis cui fideicõmissum. ff. de mino. In his ergo casib. & si qui sunt similes, non procedit hæc argumentatio.

LOCVS A CONTRACTIBVS AD quasi contractus.

1 *Argumentum à contractibus ad quasi contractus probabile, & vtile. & quomodo & quando procedat, nu. 2.*

3 *Dispositiones odiosa siue pœnales debent strictè & propriè intelligi,*

1 SVbsequitur nunc opportunè locus à cõtractibus, ad quasi contractus, à quo † sumptũ argumentũ est probabile, frequens, & vtile, tex. est notabilis in l. si pupilli, §. si quis ita. ff. de nego. gestis. & in l. apud Iulianum, § si, cum l. seq. ff. quib. ex cau. in poss. eat. & in l. ait prætor, in prin. iũcto §. non solũ, & seq. ff. de mino. hinc Bar. Bal. Ang. Sali. Ias. & doct. in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. sing. dicunt, ꝙ sicut contractus firmatur iuramento, ita etiã quasi contractus: & idem vult Bal. in rub. extra de iureiu. qui allegat gl. vnicam & singu. in iure in l. quid ergo, in princ. ff. de contra. & vtil. act. tut. & hoc idem firmat Ant. de Butr. in repe. c. fi. in prima fal. de cõsue, Hinc ẽt notabiliter dicit Bal. in rub. C. de pact. ꝙ si per statutum mulier ꝓhibeatur contrahere sine consensu ꝓpinquorum, quod intelligitur prohibita omnis cõuentio etiam ad liberandum. Hinc etiam est, quòd sicut ratione contractus sortitur quis forũ in loco contractus, & potest ibi conueniri, si ibi reperiatur, l. hęres absens. § proinde. ff. de iudi. c. fi. de for. compe. & c. Romana. §. cõtrahentes, illo eo ti. li. vj. ita ẽt ratione quasi cõtractus,

tractus,fortitur quis forum in loco quasi cõtractus, text. est singularis secundum vnum intellectum in l. qui certò loco,& ibi Angel.& Pau.de Cast.hoc no.ff.de condi. inde. & idem post longam disputationem concludit ibi Iason,& Anto.de But.in repe.d.c.fi.& Pet.de Anch.in d.§.cõtrahentes,in j.nõ.& probatur in d.l.hæres absens.§.si quis tutelã. Hinc etiam est,quòd extrauagans,prouidè,de sent.excommu.quæ loquitur in cõtractib. extenditur etiam ad quasi contractus,putà ad iudicia, in quibus quasi cõtrahitur, l. iij.§.idem scribit.ff.de pecu.ita sing.dicit gl.in d.extrauag. prouidè,super verbo,processib.& sentẽtijs.in ver.sed quæro ex delicto.

2 Validitas tamen † seu efficacia huius argumentationis non procedit ex vi,& proprietate verborum, sed per viam extensionis,quando omnimoda ratio militat in vtroque:vt bene declarat Rapha.Cum.in consil. clxxvj. incip. statuto Papien.&c.& Alex.de Imo.in l. siue apud. in princ.C.de transact.& maximè quando dispositio est fauorabilis,prout est d.auth sacramenta,secundum Alex.in loco prædicto,& dicta extra.prouidè.quando autem dispositio super contractu est odiosa vel pœnalis,tunc non extẽditur ad quasi contractum : quare tunc hæc argumentatio non procedit.Ita notabiliter volunt Bal.Ang.Ioã.de Imo. Alex.& doct.in l.more.ff.de acqui.hære.& Bar.in d l.apud Iulianum.§.si pupillus.,& habetur plenè per Bal.Ang. Ioã. de Imo.Alex.& doct.in l.mutum.ff.de acqui.hæred.& per Panor.in c.cum ecclesia,de immu.ecc.& per eundem in c. qua fronte,in prin.de appel.& per Ange.de Aret. Instit. de oblig.quæ ex quasi malefi.nasc.& per eundem Ang.in §.neque,Insti.de auctorit.tut.in quibus locis præfati doctores dicunt, quòd si statutum prohibet mulierem contrahere sine consensu propinquorum, vel sine alia solennitate requisita per statutum in contractu mulierum, poterit nihilominus mulier sine tali solennitate requisita per statutum hæreditatem adire, licet hæreditatem adeundo quasi contrahat, d. l.apud Iulianum.§.finali, cum l.sequenti,& § hæres,Insti.de obligatio.quæ ex quasi contractu.nascunt. & ista est magis communis opinio secundum Alexandrum in dicta l.siue apud acta,quam etiam tenet Albe.de Rosa.post Dynum in prima parte statutorum

q.c.& Mathes.in not.suo.clxvij. De hoc tamen articulo vide latiùs per Iasonem in dict.lege, siue apud,& per eundem Iasonem in §.] omnium Institut. de actionib. & per Barbatiam in d.cap.fin. vbi plura ad hunc locum facientia accumulantur,& per Pau. Cast. in d.l.mutum, & per Bart. in dict.l.more, & per Roma in cons.suo cccxciiij. incip. præsuppofito,quòd viua voce,&c. & aliquid habetur per eundem in consi.xij.incipiente, viso facto præsupposito. Non recedas tamen à communi opinione, quam insequendo potes eadem ratione dicere, quòd, non obstante dicto statuto, mulier poterit sine huiusmodi solennitate esse in iudicio, in quo quasi contrahitur, dicta l.iij.§.idem
3 scribit.Nec mirum,quia statuta † & dispositiones odiosæ, vel pœnales debent strictè,& propriè intelligi,l.iij.§.hæc verba.ff.de negotiis gestis,& cap.in nostra, de iniuriis: & ideo singulariter dicit Bartolus in l.j. §. hoc interdictũ.ff. de fonte, quòd si ex forma statuti mulier ob delationem margaritarum incurrat certam pœnam, id debet intelligi de deferẽte margaritas veras,& naturales,ergo mulier deferens margaritas fictitias,vel imitatitias nõ incurret dictam pœnam:quod memori teneas mente,quia potest frequenter accidere: & vide quod dicam infrà loco proximo.

LOCVS A QVASI CONtractibus ad contractus.

1 *Argumentatio à quasi contractibus ad contractus non procedit in materia pœnali, & quando agitur de nullitate actus, in odium alicuius.*

Est & locus à quasi cõtractibus ad contract⁹, à quo sumptum argumentum est probabile, vt bene colligitur per locum à speciali, in c. decet, iuncta gl.super verbo, processus, de im mu.ecc.lib.vj. Nam si in † materia pœnali, &
1 quando agitur de nullitate actus in odiũ alicuius, non licet arguere à quasi contractibus ad contractus, vt ibi est tex.

tex.iuncta glo.ergo regulariter aliàs valebit argumentatio per ea, quæ dicā infra in loco à speciali. Quod aūt non valeat arg. à quasi contractu ad contractum, quando dispositio concepta super quasi contractu est odiosa vel pœnalis, vult gl. sing. in d.ca.decet, super verbo processus, sic inducendo. nā in iudiciis quasi contrahitur, l.iij.§.idē scribit.ff.de pecu.& tamen pœna nullitatis iudicij, & sic quasi contractus in ecclesia celebrati non extenditur ad verum contractum: quod patet, quia verus contractus in ecclesia celebratus valet, & tenet, licèt contrahentes peccēt, vt dicit gl. illa sing. sicut celebratus die Dominico vel festiuo, l.fin C.de feriis, vbi est tex. not. quem ad hoc notat Bald. in c.j.de treuga & pa.& tamen iudicium ibi redditum, vel sententia illic lata per laicos, non valet: vt ibi est tex. cuius non est alia ratio, nisi quia dispositio d.c.decet, annullans actum iudicialem in ecclesia per laicos celebratum, in odium exercentis eum est pœnalis secundum Panor. in c.ij. de const.& Bald. in l.non dubium, C.de legib. Verba autem constitutionis pœnalis debent strictè, & propriè intelligi, l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest, & c.in nostra, de iniuriis. nimirum ergo, si argumentatio hoc casu à quasi contractu ad contractum non sit valida: quod nota, & vide quod dixi suprà loco proximo, & in loco à simili.

LOCVS A CONTRACTIBVS ad iudicia.

1 Authent. sacramenta puberum, habet locum etiam in iudiciis. idem de extrauag. prouidè. de sentent. excommun. c. numero 2.

Vltra supradicta inuenio, & specialiter alicubi fieri mentionē loci à contractibus ad iudicia, à quo sumptum argumentū probabile est, frequens, & vtile. gl. est de hoc notabilis ī
1 auth. sacramenta. C. si aduer. vend. quę singulariter dicit d. auth. sacramenta, q̄ loquitur in contractibus, etiā locū habere in iudiciis. & illā gl. sequūtur ibi Iacobus de Are. Bar. Bal. Ang. Salic. Iason, & communiter oēs docto.

& Anto. de Butrio in rep. cap. fi. in prima fallentia, de consuetu. & est similis glo. in §. item sacramenta, in tit. de pace iura. firmanda, in vsib. feud. approbata illic per Bal. Aluaro. & alios: istam opinionem etiam sequitur Ioan. de Imol. in rep. c. cum contingat, circa finem tertij casus principalis, de iureiuran. ex quo singulariter sequitur, ꝙ si minor xxv. annis, qui non potest esse in iudicio sine curatore, l. cùm & minores, iuncta glo. C. si aduer. rem iud. & toto tit. C. qui legit. perso. cõpareat in iudicio sine curatore, & iuret non contrauenire iudicio neque sententiæ, propter tale iuramentum validatur iudicium,* quod alias esset nullum ex defectu legitimæ ætatis sine curatore: ita notabiliter vult glo. in d. auth. sacramenta, & sequuntur doct. supra relati, & Bar. in l. minor, in fin. ff. de proc. & idem Bart. in l. minor xxv. annis omissam, in prin ff. de min. quod tene perpetuò menti, quia per hoc habes singularem limitationem ad d. l. cum & minores, & ad totum ti. C. qui legit. perso. stan. vel non: & id quod dixi, etiam tenet decisio Cap. Tolo. decisione xlv. xlix. & cvj. vbi plenè videas. Secundò ex isto infer-
2 tur singulariter †, ꝙ extrauagans, prouidè, de senten. exc. q̃ loquitur in contractibus, statuens interdictũ non ponendum in loco pro causa pecuniaria, extenditur etiã ad iudicia: ita singula. dicit gl. in d. extra. prouidè, super verbo, processibus & sentẽtiis, in versi. sed quæro ex delicto, quæ singulariter vult, dictam constitutionem prouidè, habere locum, etiam si quis sit condemnatus in summa pecuniaria ob delictũ. quod tene menti, quia potest quotidie vsu venire. Et ratio præmissorum est in promptu, quia in iudiciis quasi contrahitur, l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. & validum est argumentum à contractibus ad quasi contractus, vt declaraui supra in loco à contractibus ad quasi contractus, vbi vide, & ibi dicta hic habeas pro repetitis: ergo de primo ad vltimum validum est argumentũ à contractibus ad iudicia. Et licet Cy. in d. auth. sacramenta, in

xv. q.

ADD.* *Iudiciũ.* Contrarium puto verius: Nam iudicium cũ minore xxv. annis non dato curatore in litem, est nullum. l. in vniuersis. C. qui da. tut. pos. Nec mouet iuramẽtum: nam si iudicium non tenet, non ligat iusiurandum. l. *Iurisgen.* §. & generaliter. ff. de pact.

xv.q.& Albe.de Ros eum sequens cum paucis aliis teneãt contrarium,tu tamen non recedas à communi opinione, maximè cum rationibus Cy.&aliorum plenè respondeatur per doct.supra relatos.Pro vera tamẽ praxi d. auth. sacramenta,recurre ad Cæpo.caute.ccxix.circa finem,quem omnino vide.

LOCVS A IVDICIIS AD arbitria.

1 Arbitria in omnibus redacta sunt ad similitudinem iudiciorum: nisi specialiter contrarium statutum reperiatur. quod inducitur ad multa. num.2.cum seq.vsque ad nu.18.

5 Iudex & arbiter iudicare debent secundum allegata & probata.

6 Iudex laicus non potest ferre sententiam in ecclesia.

7 Arbiter malè arbitrando,aut negligendo facit litem suam.

8 Laudum arbitri continens expressum errorem iuris est ipso iure nullum.

9 Seruus non potest esse iudex aut arbiter.

11 Confessio extraiudicialis sine causa,non inducit probationem, nisi sit geminata.

12 Dominium per arbitrium,sicut per sententiam transfertur.

13 Consuetudo an induci possit ex sententiis arbitrorum, sicut per sententiam iudicis ordinarij.

14 Error potest reuocari etiam post sententiam,quæ trãsiit in rem iudicatam beneficio restitutionis in integrum.

15 Instantia coram arbitro an pereat triennio,& quid de compromisso.

16 Futura non veniunt in iudicijs,nec in compromissis.

17 Arbiter suam sententiam an possit interpretari.

18 Iudiciorum & arbitriorum inter se differentia.

19 Iudicis & arbitratoris differentia.

20 Arbitri & arbitratoris inter se differentia.

OFfert se nunc locus à iudiciis ad arbitria, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens,& vtile,quia æquiparantur. Reda-
1 cta † sunt enim arbitria ad similitudinẽ iudiciorum in omnibus, nisi specialiter repe-

riatur statutum contrarium,l.j.cum ibi not.per glo. Odo. Alber.de Rosa.& doct.ff.de arb. & vult Spec. in tit.de arbitro.§.differt.Quod induci potest ad multa quotidie in foro occurrentia.Et inter alia istud primò facit ad hoc, q̄ si-
2 cut corā iudice † offerri debet libellus, fieri litis contestatio,iurari de calumnia,ferri sententia in scriptis sedendo, non stando,seruari feriæ in honorem Dei introductæ. & generaliter seruari ordo iudiciarius, vt habetur in tit. de libelli oblatione,de litis contestatione,& seq.in c.fi. de re iud.lib.vj.& in l.ij.in fine,C.de sent.ex bre.reci.& in c. fin. de feriis, cū similibus: quæ etiam non possunt per partes remitti,vt est glo.notabilis in c.de causis, approbata illic per doct.de offi.de leg.Ita etiā corā arbitro offerri debet libellus,fieri litis contestatio, iurari de calumnia, ferri arbitrium seu laudum in scriptis sedendo non stando,seruari feriæ in honorē Dei introductæ, & generaliter seruari ordo iudiciarius,aliàs arbitrium seu laudum est nullum, per generalitatē regulæ d.l.j.& volunt Inno.Hostien.Ioā. And.Anto.de But.Pet.de Anc.Ioā.de Imo. Card. Panor. & doct.in c.Quintauallis,de iureiu.& idem Ioā. And.Io. de Imo.Panor.& do.in c.cū dilectus,de arbi.& Spe.in d.§. differt,& in §.excipitur,in versi.itē quod pronūciauit:& probatur in l.cū antea,in fine,& ibi Bal.C.de arbi.in l.ij.§. sed quia veremur,C.de iur.cal.in c.cùm ab vno,de re iud.lib. vj.in l.j.& ibi gl.C.de senten.ex bre.reci.in l. oēs, circa fin. C.de feriis,& in l.si feriatis.ff.eo.ti.& ibi Bar.& in l.Pōpo-
3 nius.§.fi.ff.de arb.cū simi.Secundò istud facit ad hoc, † q̄ sicut iudex debet ferre sententiā de die , & nō de nocte. §. sedebunt,in Auth.de iud.& ca.consuluit,de offi. deleg. ita & arbiter,per generalitatē regulæ d. l. j. Tertiò istud facit
4 ad hoc, † q̄ in casibus in quibus mulier iudicare pōt, potest etiam esse arbitrix:& contrà in casibus, in quibus nō potest esse iudex,esse etiam nō potest arbitrix, c. dilecti de arbitris,& l.fina.Cod.eod.tit.cum vtrobique notatis,& volunt Ioannes de Imo. Panor. & docto.in d. cap. quintauallis,& sæpe aliis locis. Quartò istud facit ad hoc, quòd sicut iudex potest denegare audientiā contumaci in omni sua causa,l.sed & si per prætorem. §. sed & si dum decreto. ff. ex quibus cau. ma. quem tex. ad hoc reputat singularem Antonius Corsetus in singulari lxv. Ita & arbiter,

per generalitatem regulæ d. l. j. & ita nota. vult Hostien. in summa in titulo de arb. in §. qualiter ad effectũ, in versi. sed nunquid potest, & Iason. in l. sancimus, in ij. not. C.
5 de iud. quod tene menti. Quintò istud facit ad hoc † quòd sicut iudex debet iudicare secundum allegata & probata, l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. & cap. iudicet, iij. q. vij. cum similib. Ita & arbiter, per generalitatem regulæ dict. l. j. Sextò istud facit ad hoc, quòd sicut iudex potest per totam diem, qua sententiam tulit circa accessoria, puta circa fructus & expensas, supplere, & statuere, tex. est. l. Paulus. ff. de re iud. & l. terminato, C. de fruct. & lit. exp. Ita & arbiter hoc poterit eodem die, glo. est sing. in l. quia arbiter. ff. de arbit. & ibi Bal. Alb. & doct. & meminit Roma. in singu. lxiiij. in ij. parte, quod & tradit Ioan. de Imol. in dicto cap. Quintaualis. Septimò istud facit ad hoc, quòd sicut iudex tenetur victum victori in expensis condemnare, nisi subsit ratio compensandi expensas, vel aliter statuendi, l. eum quem ff. de iudi. cap. finem. de do. & cont. & c. calumniam, de pœnis, cum simil. Ita & arbiter, per generalitatem regulæ, d. l. j. & hoc firmat Ias. in l. properandum, in §. sin autem alterutra, in prin. C. de iudiciis. Octauò istud facit ad hoc,
6 quòd sicut iudex laicus † non potest ferre sententiam in ecclesia, & si ibi ferat sententiam, illa est nulla, c. decet, de immu. ecclesi. lib. vj. Ita etiam dicendum est in arbitro per generalitatem regulæ, dict. l. j. & ita reperio expressè velle Io. de Imola, & Panormi. in d. cap. Quintaualis: & licet Panormit. illic dicat Ioannem Andr. hoc ibi velle, tamen Ioannes Andr. nihil de hoc ibi dicit, nec etiam in d. capitul. decet: & ita reperio etiam velle Lapum, Abbatem, & Petrum de Anchar. in d. capit. decet. Nonò istud facit ad hoc, quòd sicut sententia lata à iudice publicè excommunicato est ipso iure nulla, c. ad probandum, de re iudicata, cum similibus. Ita etiam arbitrium seu laudum arbitri publicè excommunicati est nullum, per generalitatem regulæ, dict. l. j. & vult expressè Ioannes Andreæ in regula, dolo facit, de regulis iuris lib. vj. in Mercurialibus, & Ioann. de Imola, Panormit. & doctor. in d. ca. Quintaualis, vbi plenè reperies de hoc per eos. Decimò istud facit ad hoc, quòd sicut iudex debet esse certus, capitu. ad hæc, de rescript. cum similibus: Ita & arbiter, l. item si vnus.

§. prin

§.principaliter.ff.de arbitris, & cap.innotuit, eodem titu. & not.glo.in c.ij.de electio.lib.vj. Hinc est, quòd non valet appellatio alternatiua, Appello ad illum vel ad illos, ad quem, vel quos de iure appellare possum: licèt communiter sic interponatur appellatio: de quo articulo vide plenè per Ioannem And. in reg. in alternatiuis, de regulis iuris lib. vj. in Mercurialibus: contrarium tamen tenet curia Romana, vt videre licet in decisiõe ccxiij. in nouis. Vndecimò istud facit ad hoc, quòd sicut
7 iudex malè iudicãdo, vel negligendo, facit litẽ suam, l.fi. ff. de variis & extraord. cogniti. & Instit. de oblig. quæ ex quasi malefi. nascun. in princip. Ita etiam arbiter malè arbitrando, vel negligẽdo facit litem suã. tex. est singularis in l. si quis in conscribendo, in fine, C. de pactis: quod est memoriæ cõmendandum secundũ Bar. Bal. Salice. Pau. de Cast. Alex. Iaso. & alios ibi dem: & vult Spe. d. §. differt, & Pau. de Cast in consi. lxxiij. incip. visis compromisso, laudo, &c. glo. in d. l. fi. in verb. de ea re. ff. de var. & ext. co. Duodecimò istud facit ad hoc, quòd
8 sicut sententia iudicis continens expressum errorem iuris, est ipso iure nulla, l. si expressim. ff. de appella. & cap. j. de re iudica. cum similibus. Ita etiam laudum seu arbitriũ arbitri continens expressum iuris errorem, est ipso iure nullum. Ita dicit glo. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. quam glo. ad hoc notat Mat. in no. clxxxij. & vult Ioan. de Imo. in d. ca. Quintauallis, quem omnino vide. & potest, imò debet talis sententia arbitri manifestè nulla per superiorem emendari: vt notat glo. singularis in ca. à iudicibus ij. q. vj. cuius meminit Fulg. in consilio clix. inci. Seius Aurelius, circa finem. Decimotertiò istud facit ad hoc, quòd sicut in iudiciis seruari debet æqualitas, cap. nouit. de iudiciis, cum similibus. Ita etiam in arbitriis, l. si cùm dies. §. penult. in fine, iuncta glo. ff. de arb. & l. sed interpellatur. §. fi. & ibi Alberi. eo. tit. & habetur pulchrè per Dyn. & alios in regula, in iudiciis, de reg. iur. li. vj. Decimoquartò istud facit ad hoc, quòd exceptio quæ non potest opponi corã iudice ordinario, vel delegato, non potest etiam opponi coram arbitrò, text. est singularis in d. l. si quis in conscribendo, in versi. omnes itaque, & ibi Salice. Iason, & docto. ad hoc notant illum text. quod tene menti. Decimoquintò istud facit ad hoc, quòd sicut nemo potest esse iudex in

cau

causa propria, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iu. & l. vnica, C. ne quis in sua cau. cum simi. ita nec arbiter, l. pen. ff. de arbit. cum simil. Decimosextò istud facit ad hoc, quòd
9 sicut † seruus non potest esse iudex, l. cùm prætor, circa finem. ff. de iudic. ita nec arbiter, l. Pedius. §. j. ff. de arbit. & idem dicunt ibidem glo. & Barto. in monacho: de quo articulo quotidiano vide latius per Albericum in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitr. & per Io. de Imo. Panor. & docto. in d. c. quintauallis. Decimoseptimò istud facit ad hoc, quòd sicut in iudiciis circa præparatoria stipulatio pœnalis non committitur, nisi intersit: ita nec in arbitriis, text. habes, in quo vtrumque probatur, in l. arbiter calendis, & ibi Alb. de Ros. not. ff. de arbit. Decimooctauò
10 istud facit ad hoc, quòd sicut † iudex suspectus potest recusari ex causa de nouo superueniente, vel ex causa priùs orta nunc nouiter detecta, c. insinuante, cum ibi no. de off. deleg. c. cum speciali, de appel. & c. quia suspecti. iij. q. v. cũ periculosum sit coram suspecto iudice litigare, cap. cũ inter, de exceptio. cum similib. Ita etiam arbiter suspectus potest recusari, d. l. non distinguemus §. cùm quidam, & volunt Ioan. de Imo. Panorm. & doct. in d. c. Quintauallis. An autem iudex ordinarius de iure ciuili recusari possit, sunt opiniones: de quibus videre poteris per gloss. in l. apertissimi, C. de iudic. & ibi per Salice. in ij. quæst. & in Auth. si verò contigerit, ibi posita, quam Bal. dicit de cõsuetudine non seruari. Decimononò istud facit ad hoc, quòd sicut confessio iudicialis facta coram iudice sine causa, inducit probationem: quia calor iudicij supplet defectum, vt notatur in l. vnica, C. de confe. & in cap. fin. eod. tit. Ita etiam confessio facta coram arbitro sine causa, inducit probationẽ: Ita dicit gloss. singula. in l. j. in fin. ff. de inter. actioni. & eius meminit Roma. singulari. cccxcviij. Non intelligas tamen, quòd confessio facta coram arbitro habeat per omnia effectum confessionis iudicialis, quia non infamat. Ita dicit not. glo. in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de infami. & sequitur Bald. in d. l. cum antea, in fine. Confessio
11 † autem extraiudicialis sine causa, non inducit probationem, nisi sit geminata, cap. si cautio, & ibi notatur per Panor. Felin. & docto. de fide instr. l. generaliter, C. de non nu. pe. & l. cùm de indebito. §. fina. ff. de prob. Vigesimò istud

facit

facit ad hoc, quòd quemadmodum in sententiis seu verbis iudicis masculinum concipit fœmininum, vt vult Archidi.in c.si quis suadente, xvij. q.iiij. Ita etiam in verbis arbitri masculinum cõcipit fœmininum,& ita reperio vel Alexand.de Imo.in consi.j.volu. & Philippum Decium in l.fœminæ.ff.de reg. iur. quos omnino vide. Vigesimoprimò istud facit ad hoc,quòd sicut vasallus potest de feudo experiri coram iudice,c.si vasallus de beneficio, in titu.si de feudo fuerit contr.& c.j.de cont.inter vas.& ali. de ben. ita etiam vasallus potest de feudo in arbitrum compromittere,c.j.§.si inter,& ibi Aluaro.& docto. de leg. Cor. & c. j. an apud iudi.vel dom.contr.feu.ter.deb. & per generalitatem regulę d.l.j.de quo articulo quotidiano vide latissimè per Francis.libel.feu.parte iiij.in versic.octauo principaliter quæro. Vigesimosecundò istud facit ad hoc, quòd sicut † per sententiam iudicis transfertur dominium,iuxta plenè nota per glo.& doct.in l.ex hoc iure.in verb. dominia distinct.in fi.ff.de iustitia & iure,& per gl.& Ang. in §. fin.in fine,Instit.de offi.iudicis, ita etiam per arbitriũ seu laudum arbitri transfertur dominium per generalitatem regulę d.l.j.quod etiam videtur approbare Franciscinus in d.versiculo,octauò principaliter quæro, circa finem:& licet in hoc vltimo Bal.videatur tenere contrarium in l.fi.§. fin.in fine,C.com.de lega.per c.Raynaldus,de testamen. tamen quòd per laudum arbitri transfertur dominium, sicut per sententiam iudicis,tenet Alex.in l. Pomponius. §. si iussu.ff.de acq.pos.& optimè respondet ad d.c.Raynald°. vt ibi videre poteris.& idem vult ipse Alex.in d.l.fi.§.fi.in apost ad Bal.Vigesimotertiò æquiparantur iudices delegati & arbitri in casu c. vno delegatorum, de offi.delega. iuncta d. l. item si vnus.§.item si plures, in hoc scilicet, quòd vno eorum mortuo,expirat potestas.De cuius articuli veritate,& an idem sit in iudice ordinario, vide pulchrè per Io.de Imo,in c.prudentiam,in prin.& in locis per eum cõmemoratis,de offi.deleg.& in d.c.vno delegatorum.Vigesimoquartò æquiparantur iudices, & arbitri in casu l.duo ex tribus.ff.de re iudica,iuncta l.si in tres,& l.seq.ff.de arb. in eo videlicet, quòd duo ex tribus iudicibus, vel arbitris simpliciter datis,absente tertio,iudicare nõ possunt, licet possent eo præsente:& contradicente: In arbitris tamẽ hoc casu

casu aliter ſtatutum eſt de iure canonico,vt patet in c.ij.de
arbitris lib.vj.ſed illud ius canonicum in foro ſeculari ſer
uandũ non eſt,vt ibi dicit gl.ſingularis memoriæ cõmen-
danda:quod tene menti, quia vidi controuerſiam in facto.
Vigeſimoquintò hæc argumentatio facit ad hoc, ꝙ coram
arbitro fit præſcriptiõis interruptio,ſicut corã iudice:tex.
eſt ſingularis,in quo vtrũque probatur,in d.l. cũ antea,cir
ca fi.verſ.plenius aũt. Vigeſimoſextò iſtud facit ad hoc, ꝙ
13 ſicut † per ſñias iudicũ ordinariorũ induci põt cõſuetu-
do,vt notatur,in c.fi.de conſue.& in l.de quib.ff.de legib.&
in l.j.&ij.C.quæ ſit lon.conſ.& in §.ex non ſcripto,Inſt.de
iure natura.gen.& ciuili:Ita etiam per ſñias arbitrorũ , cũ
arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorũ,d.l.j.&ita ſingulari
ter tenet Iaſon in rep.d.l.de quib. plus dicens, videlicet ꝙ
ẽt per ſñias arbitratorũ poteſt induci cõſuetudo: dummo-
dò tranſiuerint in veriſimilẽ notitiã populi.& adducit plu-
res doct.idem tenentes,ſubiungens tãdem hanc eſſe veri-
tatem;in qua perſiſtit,non obſtante quod contrariũ tenue
rint Io: An.in c. Abbate,de verb.ſign.& Bal.in c.j.de feu. co
gni.& Lu.Roma.in ſing.xliij.quos omnes citat. Tu autem
pro concordia opinionũ videre poteris Alb.de Roſ.in rep.
d.l.de quib.vbi tenet,quòd per ſententias arbitrorũ, quæ
non poſſunt executioni mandari,ſed eis metu pœnæ pare
tur,non inducitur conſuetudo: cùm enim ex talibus ſen-
tentiis non ligentur litigantes,multò minùs tales ſenten-
tiæ ligabũt alios tacitè,argu.l.qui ad certum.ff. locati, & l.
cum vnus.§.j.ff.de bo.aut.iud.poſ.&l.iij.§.qui habet.ff.de
ſer.ruſt.præ.ſi autem ſint tales ſententiæ,quæ poſſunt exe
cutioni mandari,vt ſententiæ arbitri electi ſine pœna ſub-
ſecuta homologatione; iuxta d.l. cum antea, tunc ex illis
poſſet induci conſuetudo.opus tamen eſt ſecundum eum,
quòd plures ſententiæ requirantur, quam in iudicibus:
cum iudex ſit perſona publica , & ex eius ſententiis faci-
lius colligitur tacitus conſenſus populi,quàm ex ſenten-
tiis arbitri. hoc tamen ſecundum qualitatem ſententia-
rum arbitrio iudicis dicit committendum. Et iſta fuit
opinio Guil.vt refert Anton. de Butrio in repetitione de
capit.fina.de conſuetu. vbi vide latius per eum. quod me-
mori teneas mente,quia poteſt quotidie vſuuenire. Vige-
ſimoſeptimò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut in confeſſione

facta in iudicio, sententia iudicis à qua non fuit appellatū imponit finem reuocationi erroris, l. error, C. de iur. & facti ig. cum similib. ita etiam videtur in laudo seu sententia arbitri, per generalitatem regulæ, d.l.j. contrarium tamen in hoc vltimo reperio velle Io. And. in add. ad Spe. in titu. de confes. §. nunc videndum, in versi c. quid de confessione coram arbitro: & mouetur, quia negotium non finitur per sententiam arbitri, nisi homologetur, & idem volunt Io. de Imo. & Panor. in d.c. Quintauallis. & faciunt not. per Cyn. in d.l. vnica, in v.q. & not. per Albe. ibidem in iiij.q. circa fi-
14 nem. Illud tamen nolo te ignorare, quòd etiam † post sententiam iudicis, à qua nō fuit appellatum, potest reuocari error beneficio restitutionis in integrum, tex. est de hoc singularis secundum verum intellectum in l. cum fideicōmissum, & ibi gl. in verb. remittere. Bar. Ang. & Pau. de Cas. no. ff. de confe. per quam l. singulariter limitatur d.l. error. vt post causam decisam error non reuocetur, scilicet ipso iure: sed bene per restitutionem in integrū: quod tene mēti, quia in foro frequentissimum est. Vigesimooctauò i-
15 stud facit ad hoc, quòd sicut † coram iudice instantia causæ ciuilis perit triennio, d.l. properandum, in principio. Ita etiam coram arbitro instantia perit lapsu triennij, per generalitatem regulæ, d.l.j. & quia contrarium non reperitur decisum iure per suprà dicta: & licet circa hoc sint multæ opiniones, vt uideri potest per gl. in d.l. item si vnus. §. si multo post. & per Spec. in d. §. differt. circa finem, & per Albe. de Rosa. in l. sed si compromissum. ff. de arbit. cōmunis tamen opinio est, quòd si coram arbitro originaliter lis est mota, instantia perit triennio: Ita notabiliter dicunt Ant. de But. Io. de Imo. Card. & Panor. in d.c. cum dilectus: vbi tamen hoc limitat Ioannes de Imol. procedere in instantia causę principalis: secus esse dicens in instantia causæ appellationis, ponens rationem diuersitatis, vt ibi videre poteris per eum. Aduerte tamen, quia secundum Ia. de Ra. quem refert, & sequitur Albe. de Ros. in d.l. sed si compromissum, licet instantia coram arbitro finiatur triennio sicut in iudicio, vt habet communis opinio: compromissum tamen & potestas arbitri non expirat, ita quòd etiam triennio elapso cognoscere, vel pronunciare non possit: imò durat, ita quod possit per perpetuò cognoscere, & pronunciare sicut

re,ſicut & iudex ordinarius non perdit iuriſdictionem finito triennio,ſed poteſt apud eum inſtantia renouari,d.l. properandum.& imputent ſibi partes, ꝙ in compromiſſo non præfixerunt certum tempus,vel ꝙ non petierunt arbitrum cogi pronũtiare,ſecundũ eos:& idem vult Bal.in rubri.extra de arbi.circa fi.Vigeſimononò iſtud facit ad hoc quòd ſicut iudex de iure non debet decernere citationem contra reum,niſi actor cauerit de proſequẽdo litem, & de reſarciendis expenſis,vt eſt tex. in Auth.generaliter,C. de epiſc.& cle.Ita etiam dicendum eſt in arbitrio,gloſ. eſt de hoc ſingularis in d.Auth generaliter,in fi.& illam ſequuntur ibi Ia.But.Sali.& plures alij,moti per generalitatem regulæ d.l. j. vbi vide. Trigeſimò iſtud facit ad hoc,quòd ſi-

16 cut † in iudicijs non veniunt futura,l.non poteſt,& l.non quemadmodum.ff.de iud.ita nec in compromiſſis etiã generaliter factis,tex.eſt no.in l.de his rebus,& ibi gl.Alb.& docto.not.ff.de arbitr.Trigeſimoprimò iſtud facit ad hoc quòd ſicut in iudicijs,ſententijs,vel verbis ſententiatum: locum habet argumentum à cõtrario ſenſu,l.Pomponius. §.ſed & is,qui in fi.ff.de procur.& l.ſi inter me, & te. ff. de excep.rei iud.& vult corſe.in ſingulari ſuo tertio, & doct. varijs locis:Ita ẽt in arbitrio, vel arbitramẽto habet locũ argumentũ à contrario ſenſu,eadem ratione:& ita reperio velle Bal.in conſilio cxlij.vo.ij.incip.quidam dominus Paſinus.Trigeſimoſecundò iſtud facit ad hoc,quòd ſicut iudex poteſt ſententiam ſuam interpretari, ſeu declarare etiam ex interuallo,l.ab executore,& ibi habetur plenè ꝑ glo.Bar.Io.de Imo.& doct.ff.de appel.& per Bal.in d.l.ij.C.

17 de ſent.ex bre.reci.ita & arbiter † poterit ſententiam ſuam ſeu laudum interpretari ſeu declarare : & ita videtur velle Bal.in l.ne in arbitris.circa finem,C.de arb.qui ad hoc quotidie allegatur,ſed iſtud nõ credo verum,& contrarium tenet expreſsè Spe.in ti.de arbitris.§.fi.in verſi.ſed nunquid verbum obſcurum.& Archid.in §.ex his.xij.q. j. & Henri. Boich,Petr.de anch.Card.& Panor.in c.cum olim,de arbitris: & bene faciunt notata per Bartol in l.quid tamen:in prin.ff.de arbitr.quod nota.Nec obſtat d.l.ab executore,& generalitas regulæ d.l.j.quia non omnis iudex poteſt ſuã ſententiam interpretari, ſed duntaxat iudices ordinarij maiores,vt habetur in d.l.ab executore,per glo.Bar.& do-

 ctor.

ctor.& per Bal.in d.l.ij.si ergo solis maioribus iudicibus id concedatur,& minoribus denegetur:non est mirum, si arbitris hoc non liceat:quia eorum potestas dependet ex cō promisso & voluntate partium, nec quicquam vltra possunt.d.l.non distinguemus.§.de officio.& d.c.cum dilect'. & si bene perpendatur Bal.in dict.l.ne in arbitris, non dicit,quòd arbiter,finito tempore compromissi, potest adiri vt interpretetur suum arbitrium seu laudum, vt vocāt:sed solùm dicit,quòd coram iudice de hoc cognoscēte,si oriatur obscuritas in verbis arbitrij,possunt arbitri, si sunt plures adhiberi vt testes super intellectu ipsorum, qualiter scilicet ipsi intelligunt suum laudum seu arbitrium. Imò idem Bal.in d.l.terminato,sentit contrarium:nam dicit,ꝙ arbiter qui condemnauit in expensis,nō poterit taxare expensas,finito tempore compromissi,sed taxabit magistratus:quia quod in compromisso non habetur,arbiter attentare non potest, secundum eum, & allegat d.§.de officio. Posset & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hæc argumentatio,vt videri potest per Bap.de S.Blasio in tracta.de arbit.& arbit.& per Ang.de Are.in §.omnium,Insti. de actio.Sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiunt.Et procedit hæc argumētatio multò fortiùs in arbitris iuris: Vnde sicuti iudici omnia commissa intelliguntur, quæ ad causam ipsam pertinent,l.ij.ff.de iurisd.om.iud.& c.præterea,de offi.deleg.cum simil.Ita etiam arbitris iuris. Et sicut à iudice appellatur,ita etiam ab arbitris iuris,capitulo,ab arbitris,in fine.de officio delegat.libro vj. vt hæc not. per gloss.Ioan.de Imol.Panor.& canonist.in c.suspitionis, de offi.deleg.De hoc vltimo tamē vide latius per Io.de Imo. in d.c.quintauallis,& in d.c.cum dilectus.Ex quo etiā colligere poteris aliquot differentias inter arbitros compromissarios,& arbitros iuris:de quo vide per Bar.& legistas in l.cum specialis,C.de iudic.& in d.l.apertissimi, & tetigi obiter supra in loco ab exceptione ad regulam. In multis
18 tamen †grandis est differentia inter iudicia,& arbitria:vt colligere poteris ex supradictis,& ex d.c.ij.de arbitris lib. vj.& ex c.fi.de re iud.in antiquis,& ex notatis per Spe.in d. §.differt,& ex notatis per glo.Ioan.And.Io.de Imo.& docto.in d.c.cum dilectus,& ex nota.per Odofred. Alberi.de Rosa.& alios in d.l.j.& per eundem Odofre.in l.j.C. de arbitris

bitris,& per Ang. in d.§.omnium:in quibus casibus & simi libus in iure expressis,vel decisis hanc argumentationem non procedere certum est: cùm in incertis, non in certis locus sit coniecturis,l.cōtinuus.§.cum ita,in fi.ff. de verb. oblig.Specialiter tamē volo te notare quatuor præcipuas differentias,inter quas prima est, q licet iudex per suam sententiam cum causæ cognitione latam,posset impedire dominij translationem,l.is,cui bonis.ff.de verb.obli.l.seruus hac lege.ff.de manu.& l.de pollicitationibus.in fi. ff. de pollicit.qui tex.est ad hoc singularis secundum Bald. in l.per diuersas,in ix.q.in fine,C.mand.tamen arbiter nō potest per suum arbitriū seu laudum impedire traslationē dominij,d.c.Raynaldus, cum ibi not. per glo. Inn. Panor. & doct.& vult Alex.in d.§.si iussu. & docto. aliis sæpe locis.Ex quo sequitur & illud singulare, videlicet quòd licet pendente lite corā iudice,super re aliqua,res illa tanquā litigiosa non possit alienari,l.fi.C.de liti.tamen secus est in re,super qua pendet lis coram arbitro,& ita singulariter dicit Bal.in l.fi.in fi.C.commu.diu.quem refert & sequitur Alex.de Imo.in l.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de leg.j.qđ tene menti. Alia & secunda differentia est, quòd licet iudex posset pronuntiare sententiam contra absentem contumacem legitimè citatum, d.l.properandum §.j.& ij.& l. ab eo,C.quomodo& quan:iu.cum simi. Arbiter tamen nō potest pronuntiare suum arbitrium seu laudum, nisi vtraque parte præsente,l.diem proferre.§.si quis litigatorum, & §.coràm.ff.de arbitris,& ita cōcludit gl.fin.in d.c. cū dilectus,quam gl.sequūtur ibi Io.de Imo.Pan.& doct.quos omnino vide. Aduerte tñ,q iudex nō potest ꝓcedere contra absentē ad sñīam,nisi fuerit citatus peremptoriè,& specialiter ad audiendū sñīam,in causis ordinē iudiciariū requirentib.& si aliter fiat,sñīa est nulla,l.j.§.item cū ex edicto.ff.q̄ sent.sine appel.resc.nec sufficeret partē citari ad audiendū voluntatē iudicis:Ita singul.decidit Rota decisio. cccxlv.in nouis,& meminit Rom.singulari ccclxxj.licet alium numerū assignet.& pro hac decisione est tex.cū sing. gl in cle.ſpe.in verb.sñīam verò diffinitiuā,in verb.ad id, & ī verbo,ꝑemptoriè,de ver.sig.qđ tene ꝑpetuò mēti.Alia & tertia dr̄ia est,quòd licet in iudicijs ante ꝓlationē sñīæ valeat pactum de nō appellādo,l fi.in fi.C.de tem.appe.nō

tamen valet pactum de non veniēdo contra arbitrium ante latum arbitrium, d.l.cum anteà,& ibi hoc volunt Bart. Bal.& doct.& Pan.in d.c.cum dilectus. Quarta singularis differentia est,quia maior xviij. annis potest de consensu partiū deputari iudex delegatus etiam ab inferiore à principe,c.cum vigesimum,de offi,delegati,& l.quidam consulebant.ff.de re iu.sed minor xx.annis non potest de cōsensu partium eligi arbiter,tex.est in l.cum lege,& ibi Albet. no.ff.de arbi.& ita dicit gl.in d.c.cum vigesimum, duplicē rationem diuersitatis assignans,quam gloss. sequuntur ibi Inn.Host,Io.And.Pet.de Anch.Io.de Imo,Card.Pan.Barb. Feli.& alij:id ipsum post longam disputationem sequitur etiam Io.de Imo.in d.l.quidam consulebant, & hoc etiam ibi vult Alex.& Spe.in d.ti.de arbi.§.ij.in versi.item si minor,cū ver.seq.vbi singu.plus dicit,videlicet φ etiam si,pēdente compromisso superueniat ætas xx.annorum, nihil operabitur:nisi de nouo in eum compromittatur: & hoc dictum referunt & sequuntur Car.Barba.& Feli.in d.c.cū vigesimum,& Alex.in d.l.quidam consulebant. Et hæc de conuenientijs,& differentiis inter iudices,& arbitros suf-

19 ficiant.Inter iudices autem † & arbitratores nulla est similitudo: quia arbitramenta redacta sunt ad instar contractuum,non iudiciorum,vt no.Inn.& alij post eum in d.ca. Quintauallis.hinc est,φ coram arbitratore non requiritur libellus,nec aliqua iudicij figura:& valet arbitramentum, licet arbitrator non sedeat pro tribunali,& etiam si feratur die dominico,secundum Inn.& omnes in d.Quintauallis, & Bal.in d.l.j.circa finem,C.de arbitris.Inter arbitrum au-

20 tem & † arbitratorem etiam plures sunt notabiles & singulares differentiæ,quas videre poteris per Inn.Host.Io.An. Ant.de But.Io.de Imo.Panor.& alios canon.in d.ca.Quintauallis.& per Bar.Sali,& legistas in l.societatem.§.arbitrorum.ff pro soci.& per Bap.de S.Blasio in d.tractatu de arb. & arbit. vbi centum reperies differentias inter arbitrum, & arbitratorem: sed quia dicta materia aliena est à materia nostra subiecta,idcirco eam non prosequor,sed remisisse sufficiat.

LOCVS

¶LOCVS A CONTRACTV ad distractum.

1 *Constitutio seu statutum loquens in contractu, habet locum in distractu, concurrente identitate rationis. & per totum locum.*
2 *Actio quando oritur ex cōtractu, in decisorijs attenditur consuetudo loci contractus, & non loci iudicij, idem in distracta.*
3 *Forum quis sortitur in loco contractus, si ibi reperiatur: ita & in distractu.*
3 *Aut. sacramenta puberum, habet locum in distractu sicut in cōtractu.*
5 *Dolus dans causam contractui, aut distractui bona fidei, reddit eos ipso iure nullos.*
6 *Destituere eius est, cuius est instituere.*
8 *Solennitas requisita in contractu, regulariter requiritur in distractu.*
9 *Necessaria in acquisitione vel constructione an requirantur in amissione vel destructione.*
10 *Tempus celebrati contractus, vel distractus, aut conditionis existentis an attendatur.*
11 *Argumentatio à contractu ad distractum procedit concurrente identitate rationis.*
12 *Reductio ad arbitrium boni viri in quo foro petenda sit.*
13 *Resolutio contractus non dicitur nouus contractus.*
14 *Gabella debetur fisco, licet de partium voluntate cōtractus cancelletur.*

AB hoc loco sumptū argumentū est probabile frequēs, & vtile, qñ eadem est ratio in vtroq;. Cōcurrente enim identitate rationis, cōsti-
1 tutio seu statutum loquēs in cōtractu, habet etiā locū in distractu, tex. est no. in l. item veniunt, in prin. iuncto, §. j. ff. de peti. hære. & bonus tex. in c. de illis, in princ. de despon. impu. iuncto c. vnico. §. idem quoque, eo, ti. li. vj. cū vtrobiq; no. & sentit gl. sing. in l. iij. §. cōtrarium. ff. de contr. & vt i. act. tu. & vult Bal. in sub. ex-

tra de iureiu.& idē Bal.in l.pactū,in xxj.q.C.de coll.& Bar. Bal.Ang.Sali.Iaſ.& doct.in auth.ſacramenta.C.ſi aduer.vē. & idē Iaſ. in l. ſi vnus.§.pact' ne peteret.ff.de pactis.& iſto argumēto tacitè vtitur gl.in l.de tutela,& ibi Pau. de Caſt. & doct.:no.C.de in inte.reſt.eo ēt vtit̄ Pau.de Ca.in l.actio ne,C.de tranſact.& idem Pau.de Caſt.in l.pen.& ibi etiam Bar.C.de dolo,& doct.alijs ſæpe locis.Hinc eſt,ꝙ ſi ſtatuto caueatur,ꝙ mulier nō poſſit obligari vel contrahere ſine cōſenſu duorū ꝓpinquorum.non poterit etiam debitorem liberare ſine cōſenſu duorū propinquorum,licet liberatio non ſit contractus,ſed diſtractus,ex quo vtrobiq; eadem eſt rō,vt ſ.conſulatur fragilitati ſexus. Ita ſing.dicunt Bartol.& Bald.in dict.§.pactus ne peteret. Hinc etiam eſt,
2 quòd ſicut in deciſorijs † quando actio oritur ex contractu, attenditur conſuetudo loci contractus,& non conſuetudo loci iudicij,vt eſt text.in lege,ſi fundus.ff.de euictio. & habetur plenè per Bartol. & omnes in l. cunctos populos,C.de ſum.Tri.& per Pan.& canoni.in c. quod clericis. de fo.compe.& per Pe.de Anch.in repet.reg.ea quæ fiunt. de reg.iur.li.vj.Ita etiam qñ actio oritur ex diſtractu,attēditur conſuetudo loci diſtractus,tex.eſt ſingularis in l. exigere.ff.de iudic.vbi attenditur conſuetudo loci diſtractus, puta domicilij viri,tempore ſoluti matrimonij,& nō conſuetudo loci iudicij vel contractus celebrati:de quo habetur plenè ꝑ doct.& maximè per Iaſon.& nouiſſimos,in d.l. cunctos populos, & per Ant.de But.Pan.Præpo.& cano.in c.j.de ſpon.quod tene menti,quia eſt frequentiſſimum in
3 praxi.Hinc etiam eſt,ꝙ ſicut ratione contractus † ſortitur quis forum in loco cōtractus,ſi ibi reperiatur,l.hæres abſens.§.j.ff.de iudicijs,c.ſi.de fo.cōp.& c.Romana.§.cōtrahētes,illo eo.ti.li.vj.Ita ēt ratione diſtractus ſortitur quis forū in loco diſtractus, tex.eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum in l.qui certo loco,& ibi Pau.de Ca.dicit, hāc eſſe cōem opinionem.ff.de condi.inde.& probatur ſecundum vnū intellectum in d.l.exigere,& ibi Pau.de Caſ. hoc firmat,& videtur de mente Ioan.de Imo.in l. Pomponius, §.ſi is qui.ff.de acqui.poſ.& de mente Ang.& Alex.in ead.l. præterea,& de mente Iaſonis in d.aut.ſacramenta. De hoc tū videre poteris latiùs per docto.in d.l.exigere dotem,& in d.l.qui certo loco,& in d.l.cunctos populos. Hinc etiā
eſt

4 est, † quòd d.auth.sacramenta,quę loquitur in contractu, etiam locum habet in distractu.Ita sentit glo.sing. quę loquitur in liberatione,& sic in distractu,in d.l.iij.§.contrarium,& glo. in §.item sacraméta.de pace iur. firmã.in vsib. feu.& Bar.Bal.Ang.& communiter doct. in d. auth. sacramenta pub.& Ange.& Alex in d.§.prætereà,& Io. de Imo. in d.§.si is qui,& Iaſ.in d.§.pactus ne peteret, & idẽ Iaſ. in d.auth.sacramenta,& Bald.in d.l.pactum, & idem Bald.in rub.C.de pactis, & Cępol.in cautela ccxix.& est communis opinio in iudiciis tenenda,licet Cynus & Albe.in dict. auth.sacramenta puberũ.teneant cõtrariũ:ad quorũ rationes plenè reperies responsum per docto.recentiores in d. cõstitutiõe, sacramenta puberũ,& p Alc. in d.§. prętereat

5 quod teneas mente. Hinc etiam est, † quòd sicut dolus dans causam contractui bonæ fidei reddit contractũ ipso iure nullum,l.& eleganter,in princ.ff.de dolo, cum sim.ita etiam dolus dans causam distractui seu resolutioni cõtractus bonæ fidei,reddit eũ ipso iure nullũ, d.l.de tutela, & ibi not. & affirmat Barto. in l.& ideo,circa principium, ff. de condictione furtiua, quia contractus, & distractus iudicatur eiusdem naturæ,secundum eam:quod nota, q̃a facit ad multa.Hinc etiam est,quod eo casu quo contract⁹ est bonæ fidei,eo casu distractus seu liberatio ab eo cõtractu est etiam bonæ fidei.tex.est notabilis in l. ab emptiõe, & ibi Bar.Bal.Ang.& doct.id notant.ff.de pactis, & bonus tex.in l.j.C.quando liceat ab emp.disce. & ibi Bal. & Paul. de Cast.dicunt q̃ vbi habitus est bonæ fidei, similiter eius priuatio: & istud est valde vtile, vt ibi videre poteris per eos,& per Iasonem in d.l.ab emptione. Hinc etiam est, q̃

6 eius † est destituere,cuius est instituere:ad eumque spectat destitutio,ad quẽ spectat institutio,tex. est notab.in c.cùm ex iniuncto,in fine,de hære.Hoc tamen intellige sanè,quãdo institutio competit de iure communi: Si autem alicui competat institutio de iure speciali,puta inferiori ab episcopo,ex cõsuetudine vel p̃scriptiõe,talis nõ poterit destituere,vel priuare quẽ beneficio, nisi id quoq; p̃scripsisset: q̃a prę̃scriptio in vno nõ extendit ad reliquũ, etiã si detur inter ea quędã cõmunio,c.cũ cõtingat, de decimis.Et ita singulariter voluit Host.Io.And.Panor.Fel.& doc.in d.c cũ ex iniũcto,& Panorm.in c.accepta,in fi.de rest spoliato.ad

quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Hinc etiam est, q̄ sicut prohibito contractu, prohibentur præambula eiusdem, l. oratio. ff. de spon. cum simi. Ita etiam prohibito distractu censentur etiam prohibita præambula distractus, l. si ad resoluendã, C. de prædiis mino. cũ similib Hinc etiã
7 est, quòd idem † operatur distractus, quod contractus ad inducendum, vel obtinendum titulum, qui requiritur in vsucapione, & longi temporis præscriptione, & quo ad cõtinuationem temporũ. d. l. Pomponius. §. prætereà, & § in dotẽ, & vtrobique Angel. quod nota pro intellectu l. nullo, C. de rei vendic. Hinc etiam est, q̄ habens potestatem condendi statuta, habet etiam potestatem reuocandi ea: quia auctor contractus vel statuti potest etiã esse auctor totius distractus ante pœnam commissam. Ita singulariter dicit Bal. in l. ij. C. si ser. expo. væn. quem refert & sequitur Cep. caut. ccxlvj. & volunt cano. in c. dilecto, de præb. & habetur latè per Bart. in rep. l. omnes populi, in iij. q. principali circa finem, ff. de iust. & iu. Hinc etiã est, q̄ solennitas
8 † requisita in contractu, regulariter requiritur etiã in distractu, l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. l. si vt proponis, C. de nuptiis, l. prout quisque. ff. de sol. & Auth. econtra, & ibi id notat Salice. C. de rep. Ex quo sequitur, q̄ vbi requiritur decretũ in cõtractu, requiritur etiã in distractu: & sic in transactione, vel refutatione facienda per minorẽ de re immobili, requiretur decretũ, d. l. si ad resoluendã, quæ ad hoc est nota. secundũ Bal. in l. præses, C. de transf. est etiam tex. in l. non solũ, C. de præd. min. & idem in remissione pignoris, vel hypothecę facienda per pupillũ vel adultũ: nã requiritur decretum iudicis, l. si consensit, in prin. iũcta gl. ff. quib. mod. pig. vel hy. sol. Ex isto etiã sequitur aliud, videlicet, quòd quemadmodum legatum ad pias causas põt relinqui coram duobus, vel tribus testibus, c. relatum j. de testa. Ita etiã coram duobus vel tribus testibus potest adimi, & reuocari: Ita sing. dicunt Card. & Ioã. de Imo. in d. ca. relatum, & idem vult Bald. in l. fi. C. de fideic. per glo. quã ipse & alij reputãt singularẽ in l. cũ ꝓponebatur. ff. de leg. ij. Hoc tamen nolo te ignorare, quòd si in testamento primo ad piam causam condito, fuerũt adhibiti plures testes quã fuit necessariũ de iure, putã adhibiti fuerunt septem, vbi sufficiunt duo vel tres, tunc si in secundo testamento

reuo-

reuocatorio,in quo instituitur pia causa, adhibeātur duo, vel tres testes,hoc sufficit, & prçualet tale secundū testamentū primo,in quo fuerunt adhibiti septē testes: ex quo illi in tāto numero non requirebātur.Ita singulariter decidit Pau.de Ca.in consi.ccclxiiij.inci.dubiū facit, in antiq. Et sequitur Alex.in cōsi.cxvj.ij.vo.incip.viso themate,&c. in fi.& Barb.in consi.xliij.tertij vol.incip.illud in mediū, &c.quod commenda memoriæ,quia est singulare,& quotidianum.
9 Sic etiam † necessaria in acquisitione seu in actu producendo vel conficiendo, sunt etiam necessaria in amissione seu in resoluendo vel destruendo.tex. est singularis in l.tria prædia,& ibi not.per gl.Bar.Ang.Paul.de Cast. & doct. ff.de ser. rust.præd.& facit l.quemadmodum.ff.de acquir.poss.Hoc tamen fallit, quando resoluendo vel destruendo,res ipsa reducitur ad primum statū,& ad ius cōmune primæuum,l.hac consultissima.§. si quis autem, C. de testa.& l.ij.ff.de iniusto rup.irri.test. vbi secundū testamentum minus legitimè factum tollit primum solenne, quando per illud secundum reditur ad ius commune:quia scilicet in eo sunt instituti venientes ab intestato:vt singulariter vult Bar.in rep.d.l.omnes populi,in iij.q.principali,in versi.iuxta prædicta quæro,quē refert & sequitur Ias. in d.l.si vnus.§.pactus ne peteret, in iiij.not.& Fel.in c.cū accessissent, de constit. & Franciscinus libello feudorum parte ij. q. v. Sic etiam econuerso, id quod non est necessarium in construendo,non est etiam necessarium regulariter in destruendo:quod facit ad duas pulchras & quotidianas q.vt videre poteris per Paul. de Cast.in l.vnica, C. de satisdando. Hoc tamen fallit in degradatione clerici, quia in eius degradatione requiritur præsentia plurium episcoporum, quàm in ordinatione eiusdem, capit. inter corporalia, & ibi Anto. de Butrio notat, de translatione episcopi, iuncto cap. degradatio, de pœnis lib. vj. cum similibus.Hinc etiam est,quòd qui habet auctoritatem legitimam in contractu,habet etiā in distractu, l.fi.& ibi Bal.& Sali.notant,C.pro socio.Præterea potest hic arguendi modus à contractu ad distractū adaptari ad aliud quiddam valde singulare, & quotidianum,videlicet, quod sicut
10 regulariter in contractibus cōditionalibus quo ad acquisitionē,nō inspicimus tēpus cōtractus,sed conditionis

existentis, quando conditio est potestatiua: secus aũt, qñ cõditio est casualis, vel mixta, quia tũc conditio trahitur retrò, & inspicitur tẽpus cõtractus, vt est tex. in l. quidã cũ filiũ. §. si. ff. de ver. ob. & in l. j. & ĩ l. q. balneũ, & in l. potior. ff. qui potio. in pig. ha. & in l. Titius. ff. q̃ res pig. obl. pos. & in l. si filiusfa. & ibi Bar. ff. de verb. obl. qui sunt tex. ad hoc notabiles, & singulares, decidentes casus quotidianos. Ita etiã in distractibus, vel liberationib' quo ad acquisitionẽ, inspicimus tẽpus celebrati distractus; quãdo debitor erat obligatus sub cõditione casuali vel mixta, & tẽpus existẽt cõditionis, qñ erat obligat' sub cõditiõe potestatiua; sicut in contractibus: tex. est iũcta sua notabili & singulari gl. in l. sub cõditionẽ. ff. de sol. vbi habes duo pulchra, & quotidiana exẽpla, & potes addere tertiũ, vt si creditor habẽs debitorẽ sibi obligatũ sub cõditiõe, liberauit eũ ante cõditionis euẽtũ, & deinde ante existentiã cõditionis publicã tur, vel cõfiscãt bona illius debitoris cõditionalis, quæritur an dicta liberatio creditoris noceat fisco vel nõ. & ex præmissis est distinguendũ, quia si cõditio, sub qua erat obligatus debitor erat casualis, vel mixta, liberatus est debitor, & nihil consequitur fiscus, quia illa cõditio trahitur retrò. si aũt conditio erat potestatiua residens in potestate creditoris, tũc nihil potuit facere creditor in p̃iudiciũ fisci, ad cuius vtilitatem bona sunt publicata, per iura supra allegata: & ita specificè decidit Ioã. de Imo. in d. l. si filiusfa. quod tene perpetuò menti, quia est singulare & quotidianũ seruiẽs ad multa, & posses faciliter decipi, si nõ perpenderes. Posset & ad multa alia pulchra, & quotidiana induci hęc argumẽtatio à cõtractu ad distractũ, quæ breuitatis gratia omitto, & studioso in rebus publicis nõ occupato

11 indagãda relinquo. Et p̃cedit hęc † argumẽtatio à cõtractu ad distractũ tũc demũ, qñ concurrit identitas rationis, vt dixi supra in prin. vbi eñ identitas rationis cõcurrit, etiã si res aliàs diuersissimæ sint, tñ ab vna ad aliã argumẽtãdo, p̃cedimus, l. nõ possũt, cũ l. seq. ff. de legi. Quid eñ magis dissidet, vel inter se pugnat, q̃ clericus, & asinus, & tñ de vno ad aliũ Alex. iij. summ' Põtifex argumẽtãdo procedit, ĩ c. ij. de treuga & pace, & ibi Abbas antiqu', Io. An. Anto. de Butrio, & Ioan. de Imo. notant casum, in quo æquè priuilegiatus est asinus, vt cleric', & facit auth. agricultores. C.

quæ res pig.obl.pos.vbi æquè punitur inuadens vel occupans personas agriculturæ deseruiẽtes,& inuadens boues aratorios: Sic ergo in proposito dicẽdũ est in contractu & distractu,& in similibus: quod nota, vbi autẽ non concurrit identitas rationis, tunc hæc argumẽtatio nõ procedit, & pro instructione iuuenũ potest poni exemplum in casu quotidiano relato per Ioan. and. in addi. ad Spec. in titu. de instr. editione. §. porro, in ver. itẽ nota, & per Sali. in l. sancimus, in prin. C. de donat. in quibus locis habetur, ꝙ licet in contractu donationis excedentis summã quingentorũ aureorũ requiratur insinuatio, & decretum iudicis, nõ tamen in remissione, quæ fit de mille aureis, & in pacto de non petendo, & sic in distractu, vt ibi latè per eos. Item potest poni exemplũ in alio casu quotidiano, relato per Bal. Pau. de Cast. & doct. in l. ij. C. vbi & apud quem, qui dicũt, quòd in terminis iuris communis † petens arbitrium seu
12 laudum, vt vocant, reduci ad arbitriũ boni viri; debet hoc petere in foro rei, non in loco contractus, quia ratione contractus non sortitur quis forum distractus vel rescisionis, d. l. ij. quæ est ad hoc notabilis & memoriæ commendanda, secundum eos: non poterit etiam hoc petere in foro arbitri, vel arbitratoris, ea. exposita, cum ibi notatis, de arbitris. & ratio præmissorum est, quia contractus, & distractus sunt diuersa, l. fin. & ibi Baldus not. C. si tutor vel cura. inter. qñ ergo non concurrit identitas rationis, non potest de vno ad aliud validè inferri: quia separatorum separata est ratio, & de vno ad aliud non fit recta illatio positiuè vel remotiuè, l. permisceri. in principio. & ibi Ioan. de Imol. not. ff. de acq. poss. l. naturaliter. §. nihil cõmune, illo eod. tit. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. si maritus. j. C. de dona. inter vir. & vxo. & l. fi. in fi. & ibi Bart. & Paul. de Cast. no. ff. de calum. nec probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de prob. & l. non hoc. Cod. vnde cognati, cum simi. Postremò volo te scire, ꝙ resolutio † cõ
13 tractus, quam vocamus distractum, non dicitur nouus cõtractus: & ergo stante statuto ꝙ de omni contractu soluatur gabella, non erit soluenda gabella de ista resolutione siue distractu. Ita not. dicit Paul. de Cast. in d. l. j. quando liceat ab emp. disce. post gloss. & idem vult Paul. de Cast. in l. j. C. de pact. inter empto. & ven. Idem etiam vult Bald. in d. l.

d.l.ab emptione, circa fin. vbi etiam inter alias singul. dicit
14 quòd gabella † debetur fisco, licet contractus de partium voluntate cancelletur. De quo vide per Io. Fabri Instit. de empt. & ven. in prin. & per Fran. de Aret. in d.l. Ponponius. §.in dotem, & in §.prætcrea, quem legit sub. §. cum, vbi sanè egregiè loquitur in hac materia resolutionis cõtract⁹.

LOCVS A CONTRACTIBVS ad Delicta.

1 *Contractus & delicta parificantur à iure, & nu. 2.*
3 *Argumentatio à contractibus ad delicta quando procedat.*
4 *Contractuum & delictorum æquiparatio in quibus habeat locum.*
5 *Remissio in contractibus quando fiat.*
6 *Differentia inter contractus & delicta, & nu. 7.*

OFfert se nunc locus à contractibus ad delicta, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile: quia † con-
1 tractus & delicta parificantur à iure, l. omnem. ff. de iudic. Auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi. op. & c. fi. de fo. compe. cum simili. Et isto argumento à contractibus ad delicta, vtitur Gãdinus in libel. maleficiorum in titu. de pœnis reorũ, vbi per hoc singu. dicit, quod quemadmodum iudex in decisoriis tenetur seruare cõsuetudinẽ, vel statutum loci, vbi celebratus est cõtractus, vt est casus in l. si fundus. ff. de euictio. & notatur per Bar. & doct. in l. cunctos populos, C. de sum. Tri. & aliis locis: Ita etiam dicendum est in delictis, vt consuetudo loci commissi delicti attendatur & pœna per consuetudinem, vel statutũ imposita imponatur: licet de iure communi pro illo delicto alia sit pœna imposita, de quo vide latiùs per Cy. Bar. Sal. & Ias. & doct. in d.l. cunctos populos, & in locis per eos com-

2 memoratis. Hinc etiam est, quòd sicut† in cõtractibus inspicitur initium cõtractus, l. Pomponius. ij. ff. de neg. gest. Ita etiam in delictis inspicitur tempus delicti ad illũ effectũ, vt si tempore commissi delicti alia pœna sit imposita per statutum pro delicto, quàm tempore inquisitionis vel sententiæ, imponetur pœna quæ erat tempore commissi delicti, l. j. in princ. ff. de pœnis: quia tunc erat obligatus, arguendo à contractu ad delictũ: & ita sing. decidit Gandin* loco prædicto, versi. Pone me accusasse Titium: & de hoc loco commemorat etiam Bal. in l. eũ qui, C. arb. tut. & Pet. de Anch. in rep. reg. accessorium, in vij. oppo. de reg. iu. lib. vj. & doct. aliis sæpe locis. Et ad multa alia induci posset hæc argumentatio, sed prædicta pro gustu iuuenibus dan-
3 do sufficiunt. Hoc tamen volo te scire, quòd à † contractibus ad delicta tunc est argumentatio bona, quando eadem est ratio in vtroque, nec contrarium reperitur expressè decisum, aliàs secùs: Ita not. dicit Sal. in l. vnica, C. vbi de poss. aga. & est de mente Cy. ibidem. Hinc est, quòd licèt in loco destinatæ solutionis quis ritè conueniatur, l. contraxisse, ff. de actio. & oblig. & non in loco contractus, quando ibi alia ratione non sortitur forum, l. iij. cum sua glo. ff. de bo. au. iud. poss. & vult Bar. in l. quæro, ff. de solut. & idem Bart. Pau. de Cast. & doc. in l. j. ff. de eo quod cer. loco: quod & firmat Panor. in d. c. fi. super glo. ij. & Iason in §. plus autem, Insti. de actio. Tamen ratione violentiæ commissæ potest quis conueniri nedum in loco vbi sita est possessio, sed et vbi violencia est cõmissa, d. l. vnica, & ibi no. per gl. & doct. rationem autem diuersitatis vide ibi per Cy. Sal. & alios: quod commenda memoriæ: quia est vtile & quotidianum. Hinc etiam rectè dicit glo. in l. hæres absens. §. j. super ver
4 bo debebit. ff. de iudiciis, quòd † æquiparatio quæ fit inter contractus & delicta locum habet quantum ad obligationem inducendam, d. l. omnem, & quantum ad sortiendum forum, vt scilicet quemadmodum quis in loco contractus possit conueniri, si ibi reperiatur, d. l. hæres absens. §. j. c. dilecti, de foro comp. & c. Rom. §. contrahentes, vbi est text. clarissi. eo. ti. lib. vj. ita & in loco delicti, d. Auth. qua in prouincia, & d. c. fi. non aũt habet locũ dicta æquiparatio quãtum ad actum remissionis: quia in delictis de iure regulariter debet fieri remissio ad locum commissi delicti, vt est

text.

tex.in Auth.si verò,C.de adulter.& in §.si quis verò com prehensorum,in Aut.vt nulli iud & in cle. pastoralis, cum
5 ibi not.per glo.& docto.de re iudi.In contractibus † autẽ regulariter non fit remissio ad locum cõtractus,vt est text. in d.c.Romana.§.contrahentes,& ibi habetur per cano. & præcipuè per Franc.& in d.cle.pastoralis,& in c.j. de rapt. præcipuè per Io.Calde.in rep.& ibidem per Panorm.& Io. de Anania,& per legistas ĩ d.l.hæres absens.§.j.& pulchrè per Ludo.Roman.in singul. cclxxxiij. incip. regula est.& per Barb.& Feli.in d.c.fi. vbi reperies plures singulares limitationes,in quibus haber locum remissio in contractibus:ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat.Reperitur
6 etiam differentia inter † contractum ,& delictum quoad tractionem in ius vel citationem.nã licet iudex cõtractus posset verbaliter citare contrahentem, extra territorium suum existentem,absque requisitione iudicis territorij, vt est tex.in d.§.contrahentes.iudex tamen loci in quo delictũ cõmissum est,non põt delinquentẽ intra territoriũ citare verbaliter extra teritoriũ, absq; requisitione iudicis domicilij. d.cle. pastoralis: & ita singulariter decidit Io. An.in d.§.contrahentes,in no.quod nota.De hoc tamẽ vide latius ibidẽ per Philip. & per Anto. de Butrio, Io. de Imo.& recentiores in d. c. fi. & per Bal.in l. omnes. §. ap-
7 paritor.C.de epis.& cle.Reperitur † quoque differentia inter contractum,& delictum , quoad sortiendũ forum in quodam singulari casu, puta cùm delictum est inchoatum in vno territorio,& consummatum in altero:nam vterque iudex potest punire,& locus est præuentioni:secùs autem est,quando contractus cœpit initium in vno territorio ,& perfectionẽ in altero, quia hoc casu solus ille est iudex cõpetens,in cuius territorio contractus cœpit perfectionem: Ita sing.decidit Io.An.in regula,in obscuris,de reg.iu.lib. vj.in Merc.Reperitur etiam alia differentia inter contractum,& delictum in casu singulari,l.senatusconsulto.ff.de offic.præsid.& rationem diuersitatis videre poteris ibi per Bar. Alberi.de Ros.& alios: quod tene menti.& vide quod dixi suprà in loco à simili.

¶ LOCVS A DELICTIS AD Contractus.

1 *Delicta & contractus parificantur à iure.*

2 *Administratoris factum quando obliget ciuitatem, ecclesiam, minorem vel alium.*

Congruenter subnectitur nunc locus à delictis ad contractus, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens & vtile: quia † delicta & contractus parificantur à iure, l. omnem. ff. de iudi. & c. fi. de fo. comp. cum simil. Vnde sicut ratione delicti quis potest conueniri & puniri in loco delicti, si ibi reperiatur, d. c. fi. & cle. pastoralis, de re iud. non obstante etiã quocunque generali priuilegio exemptionis, Auth. quã in prouincia, C. vbi de cri. agi op. & c. j. de priuil. lib. vj. Ita etiam ratione contractus poterit conueniri in loco cõtractus, si ibi reperiatur, d. c. fi. & ca. Romana. §. contrahentes, eo. ti. lib. vj. & l. hæres absens. §. j. cum ibi no. ff. de iud. Hinc etiam est, quòd sicut ciuitas obligatur ex delicto, l. metum la. iij. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. Ita etiam obligatur ex contractu mutui, l. ciuitas. ff. si cer. peta. & ibi per Bar. qui vtitur hoc argumento à delictis ad cõtractus.

2 Quòd si pleniùs videre † velis, quando ciuitas, ecclesia, minor, vel alius obligatur ex facto sui administratoris, vide latissimè per Inn. Hosti. Io. And. Ant. de Butrio, Card. Petr. de Ancha. Io. de Imo. & Panor. in c. pen. de fideiusso. & per Bal. Sal. & doct. in auth. hoc ius porrectum, C. de sac. eec. & per Bar. Ias. & alios in d. l. ciuitas, vbi recurre: & vide quod dixi suprà loco proximo.

LOCVS A TESTAMENTIS ad iudicia.

1 *Argumentum à testamentis ad iudicia procedit affirmatiuè.*

A loco

A Loco à testamentis ad iudicia, seu à testatore ad iudicē sumptū argumētū est probabile, frequens & vtile: qn † formatur affirmatiuè. Quod enim potest testator, potest & iudex: procedūt enim à pari potentia. Ita arguit Vlpianus, l. non est mirū, & ibi not. per Bar. Albe. de Ros. Salic. Pau. de Cast. & doct. ff. de pign. act. & Vlpianus in l. solent. & ibi gl. in verb. diuisisset. & Bar. no. ff. de alimen. & ciba. leg. & Paulus iurisc. l. seruus hac l. ff. de manu. tit. ge. in quib. locis habes pulchra exempla: Ita etiam arguit Bar. in pulchra quæst. in l. centesimis. §. fi. ff de verb. oblig. vbi vide. Hinc etiam est, ꝙ sicut testator pōt prohibere alienationem, & si contrà fiat, non valet, nec transfertur dominium, l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. j. & l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. cum simil. ita & iudex. textus est notabilis in l. de pollicitationibus, in fine. ff. de pollicit. qui textus ad hoc est sing. secundum Bal. in l. per diuersas. in ix. q. in fi. C. man. De quo articulo vide plenè per Bar. Alex. & alios in d. §. diui. & in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. & per Panor. & cano. in ca. Raynaldus, de testa. vbi recurre.

¶LOCVS A IVDICIIS AD Testamenta.

1 *Argumentum à iudiciis ad testamenta procedit negatiuè.*

Contra autem à iudiciis ad testamenta, seu à iudice ad testatorem sumptum argumentū etiam probabile, frequens, & vtile est: quādo † formatur negatiuè hoc modo. Qui nō potest esse testis in iudiciis, nec etiam testamētis: Ita arguit Vlpianus iurisc. in l. qui testamento. §. eum, qui, & ibi Bar. Bal. Ange. Pau. de Cast. & Io. de Imo. not. ff. de testam. Affirmatiuè autem non procedit argumentatio à iu

à iudicijs ad testamenta: mulier enim potest esse testis in iudicio,& tamen non potest esse testis in testaméto: Ita arguit idem Vlpianus in d.l.qui testamento.§.mulier, & habetur per Ang.Aret.& alios in §.testes,Insti. de testa. ordi. æquiparantur tamen in multis iudex & testator,vt videre poteris in iuribus suprà loco proximo allegatis,& est tex. in l.ij.C.de diuid.tutel.& à pari potentia procedunt,in quibus casibus bene procedit argumentatio etiam affirmatiuè à iudice ad testatorem: quod nota, quia potest induci ad multa.& vide quod dixi suprà loco proximo, & in loco à simili, & quod dicam infrà in loco à sententia ad testamentum.

LOCVS A LEGE AD testatorem.

1 *Lex & testator æquiparantur à iure,& per totum locum.*
2 *Lege permittente quod fit,pœnam non meretur.*
3 *Obligatus ad factū ex dispositione legis,vel testatoris,potest præcise compelli ad factum,nec liberatur soluendo interesse.*
4 *Prohibitio alienationis facta à lege,vel à testatore impedit dominij translationem.*
5 *Argumentatio à lege ad testatorem quando procedat vel non procedat.*

Locus à lege ad testatorem,seu à verbis legis ad verba testatoris,seu(vt alij volunt)à dispositione legali ad interpretationē vltimæ voluntatis in iure frequens est:& ab illo sumptum argumentum est forte & efficax: † quia æquiparantur à iure,tex.est no.in l.si ita fuerit seruis duobus,§.fin.versic.conditionem autem.vbi Vlpianus iurisc. sic arguit,& ibi hoc not.Bar. Alb.Rof.& Benedi.de Plum. ff.de manu.test. Ita ét arguit Marcellus iurisc.in l. si quis legauerit Titio.ff.de leg.j.& hoc argumēto vtitur etiam Iustinianus in l.cū quidam,in vers.quemadmodum enim,iūcto princip.l.C.de verb.sig.Eo etiam vtitur Bal.in l.maxi-

mum vitium, in prin. C. de lib. praete. & idem Bal. in cõsi. ij. j. par. & Iason in auth. res quae, in v. no. circa finem, in subtili qõne. C. com. de leg. & doct. in plurib. alijs locis. Reperitur enim sanctio legis, vt in l. sanctio. ff. de poenis, & sanctio testatoris, vt in l filium quem habentem, ibi, sanxit testator, C. fami. ercis. & equiparatur sanctio testatoris legi, vt est tex. in §. disponat, in auth. de nuptijs. Quod facit ad

2 multa. Et in primis ad hoc, ꝙ sicut † contrahentes secũdas nuptias lege permittente, poenam non incurrunt: quia qđ lege permittente fit, poenam non meretur, l. Gracchus, C. de adulte. & c. qui peccat. xxiij. q. iiij. Ita etiam mulier post annum luctus secundò nubens de cõsensu mariti hoc permittentis in suo testamento, non incidit in poenam secundarum nuptiarum, tex. est in d. §. disponat. iuncto. §. praecedenti: quod nota, quia vidi de facto in marito sene, & lõgo tempore languente, qui ita disposuit in fauorem suae vxoris iuuenis: & dum postea per haeredes defuncti vẽdicarentur ab ea bona sibi per maritum legata: eo ꝙ cõuolando ad secunda vota dicebatur ea perdidisse, saltẽ quoad proprietatem, iuxta l j. & l. foeminae, C. de secundis nuptijs. ipsa se defendebat allegando dictam dispositionem primi sui mariti, & obtinuit, per d. §. disponat, iuncto §. praecedenti, in fine, cũ sua gl. & ita sing. decidit Bal. in d. l. filium quem habentem, & idem Bal. in d. l. j. in Bono. lectura, vbi dicit se sic consuluisse: Idem etiam vult Roma. in sing. cclj. & in consi. ccxix. inci. ex themate, in primo dubio. & sequitur Ias. in d. l. filium quem habẽtem. Iuuabatur etiam dicta mulier alio capite, quia erat minor xxv. annis, argumento eorum quae habentur & no. per gl. sing. in l. ij. C. si aduer. delict. quod te-

3 ne mẽti. Secundò facit ad hoc, ꝙ † sicut obligatus ad factũ ex dispositione legali potest praecisè compelli ad factum, nec liberatur soluendo interesse, vt est text. in l. stipulatio. §. siue, iuncta glo. ff. de no. ope. nun. & in l. sed & hae. §. praeter satisdationem, ff. de procu. Ita etiam obligatus ad factũ ex dispositione testatoris, vt est tex. singu. in l. fideicõmissa §. fi. ff. de legat. iij. iuncto d. §. disponat, & vult Barto. in l. stipulationes non diuiduntur, in viij. q. ff. de verb. oblig. & Paul. de Cast. in l. haereditatem, circa finem. ff. de donatio. & Iason in §. actionum. Insti de actio. & doctor. alijs locis, quod teneas mente. Tertiò istud facit ad hoc, quod sicut prohibi

4 † prohibitio alienationis facta à lege impedit dominij translationem, Insti. quibus alie. licet vel non, in prin. cum simil. Ita etiam prohibitio testatoris, l. filiusfa. §. diui. ij. ff. de lega. j. l. cùm pater. §. libertis, & l. peto. §. fi. ff. de legatis ij. & l. pater filium. §. quindecim. ff. de legatis iij. cum simil. Quartò istud facit ad hoc quòd sicut vbi à lege prohibetur alienatio, prohibetur etiam vsucapio, vt est glo. notab. in l. vbi lex. ff. de vsuca. & tex. iuncta glo. in l. alienationis verbum. ff. de verb. signi. & in l. fundum. ff. de fundo dota, & in l. cum spõsus. §. si res, & ibi Ange. ff. de publicia. Ita etiã vbi prohibetur alienatio per testatorem in testamento, vel vltima voluntate, prohibetur etiam vsucapio, tex. est not. iuncta glo. in l. ij. C. de vsucap. pro emp. & notat Bart. & valde exclamat in d. l. vbi lex, & Iason in d. auth. res quæ, in prin. & habetur pulchrè per Panor. in c. cùm non liceat, de præscrip. & per Io. de Imo. in d l. vbi lex, & per Alex. in d §. diui. Quintò istud facit ad hoc, quod vbicunque datur curator à lege, põt ẽt dari curator in testamento vel vltima voluntate, licet regulariter curator in testamento non detur, ita sing. dicunt Bal. & Pau. de Cast. in l. curatorem tibi, in fi. C. de neg. gest. quod commẽda memoriȩ pro ampliatione l. de creationibus, C. de episc. audi. & vide quod dicam infra in loco à minoribus ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes. Sextò istud facit ad hoc, quòd sicut lex debet esse iusta, rationabilis, & possibilis, c. erit autem lex, iiij. dist. & l. j. cum seq. ff. de leg. Ita etiam vltima voluntas testatoris. §. fi. Institu. de leg. & l. quidam in suo. ff. de condi. insti. cum similibus: & faciunt not. per Bald. Roma. & Iaso. in locis supra cõmemoratis. Septimò istud facit ad hoc quòd sicut ratio restringit & limitat dispositionem legis, l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. ij. & l. hæc actio, cum ibi notatis. ff. de calum. Ita etiam ratio restringit & limitat dispositionem testatoris, l. in fideicommissi. §. cum Pollidius: & ibi Sali. not. ff. de vsur. Ratio enim adiecta in testamento declarat animum, & voluntatem testatoris, text. est singu. in l. fi. ff. de hære. institu. & vult Ange. in d. §. cum Pollidius, quod nota, quia seruit ad multa. Posset & ad multa alia adduci hæc argumẽtatio, sed præmissa pro iuuenibus
5 abundè sufficiunt. Intellige † tamen procedere hanc argu-

mentationem,quando aliter nõ reperitur dispositũ in vno quàm in alio:vbi autem aliter reperitur dispositum in vno quàm in alio,non procedit.Exempli gratia, appellatione filij in dispositione legis veniunt nepotes,l. filium habeo. ff.ad Maced.&l.senatusconsulto.ff.de ritu nup.secus autẽ est in dispositione testatoris etiam fauorabili:nam si testator filijs tutorem dederit,non censebitur nepotibus dedisse,l.quod si nepotes,& ibi Alberi.de Rosate.ff. de testa.tut. & §.fi.Institu.qui dari tut. poss.Item indefinita in dispositione legis prolata,semper æquipollet vniuersali:ita decidit Bar.in l.si pluribus.ff.de legatis ij.secus tamen est,quãdo indefinita profertur in dispositione testatoris, secundũ eundem Bar.in d.l si plurib.de qua materia etiam habetur per Dy.in rub.de regu.iur.lib. vj.& per gl.in ca.vt circa,in principio,de ele.lib.vj Item in dispositione legis,appellatione curatoris venit tutor:ista est decisio glo.in auth.minoris,C.qui da.tut.pos.Aliud tñ est in dispositione testatoris:quia si testator dixerit se impuberi curatorem dare,nihil agit, nec per hæc verba tutor datus intelligitur, vt est tex.in l.tutores.§.j.& ibi Barto. ff.de admi.tut.Item in dispositione legis,appellatione diœcesis venit ciuitas,l.vnica,C.de priua.carce.& c.j.de offi.ord.secus tamen est in dispositione hominis,tex.est in c.Rodulphus,de rescri.Item in dispositione legis cum sit mẽtio de actione,intelligitur generaliter de pœnali & de qualibet alia.l.j.§.quod autẽ, iuncta gl.ff.de alea.secus autem est in dispositione hominis,vt notabiliter decidit Bar.in l.hoc legatum.ff. de lega. iij.Item cape aliud singulare exemplum. Verba generalia & geminata,prolata à lege vel statuto,recipiunt interpretationem restrictiuam de habilitate:secus autẽ est in verbis generalib.& geminatis,prolatis ab homine : Ita singulariter dicit Bal.in l.fi.C.sine cẽsu vel reliq.quem refert & sequitur Ias.in prælu.feu.in quotidiana quęstione, & idẽ Ias.in l.j.§. nunciatio,ff.de no.ope.nun. quẽ omnino vide.& idem dicendum est in similib.casibus,quod nota.

LOCVS

LOCVS AB VLTIMA VOLVNTATE ad legem, & ſtatutum, vel conſuetudinem.

Offert ſe nunc locus ab vltima voluntate ad legem, ſtatutum, vel cõſuetudinem, cuius meminit Bal. in conſi. ij. j. par. & cy. poſt Pet. in l. ij. in ver. quartò quæritur, C. quæ ſit long. conſue. vbi per hoc concludit Cyn. quòd error in cauſa impulſiua non impedit introduci conſuetudinem præter legem, ſicut non vitiat legatum: arguẽdo ab vltima voluntate ad legẽ: cui æquiparatur. §. diſponat, in authẽ. de nup. per l. cum tale §. falſam cauſam. ff. de condi. & demon. & idem vult Io. Fab. in §. ex non ſcripto, Inſti. de iure natu rali gen. & ciuili, & Lamber. de Ramp. in l. quod non ratione. ff. de legib. licet ſecus ſit, ſi erretur in cauſa finali conſuetudinis, ſecundum eos, argumento d. l. cum tale, §. fi. cũ ſimilibus. Ad hunc etiam locum pertinet, ꝙ ſicut teſtator poteſt facere, ꝙ legata quæ ex teſtamento nullo vel minus ſolenni aliàs non deberentur, valeant & ſortianturefſectũ repetendo ea ab inteſtato, vel ponẽdo in teſtamento clauſulam codicillarem, iuxta ea quæ habentur & notantur in l. eam, quam, C. de fideicom. & in l. j. ff. de iu. codi. ita etiam lex poteſt conſeruare legata aliàs inualida, vt puta in teſtamento nullo, inualido, vel inefficaci relicta: vt videre licet in auth. ſi captiui, C. de epiſco. & cle. & in auth. liberi furioſi. C. epiſc. audi & in auth. ex cauſa, & ibi Albe. de Roſ. & alij id notant, C. de lib. præte. quod tene menti.

LOCVS A LIBELLO AD ſententiam.

1 *Iudicis poteſtas non poteſt excedere vltra id quod in iudicium deductum eſt.*

2 *Sententia in quibus debeat esse conformis libello.*
3 *Libellus ineptus an validetur ex probatione apta.*
4 *Confeßio iudicialis super libello etiam inepto preiudicat.*

HAbemus quoque in iure locum à libello ad sententiam, à quo sumptum argumentum est forte, frequens, & vtile, quia procedũt à pari, quod patet, quia sententia debet esse conformis libello seu petitioni: l. vt fundus. ff. com. diuid. & nisi sit conformis libello, est nulla, capit. licet Heli, de simonia, & c. qualiter & quando ij. de accusatio. Vltra em̃ id, † quod in iudicium deductum est, excedere
1 potestas iudicis non potest d. l. vt fundus. ff. commu. diui. Imò fatuus est iudex, qui pronuntiat super non petitis, l. fin. C. de fideicom. liberta. Et hinc singulariter dicunt Cõpost. & Io. And. in c. mandatum, de rescrip. & sequitur Panor. in ca. ij de confe. quòd inferior à Papa nihil potest in pronunciando facere extra libellum, & ergo si in causa beneficiali reus confiteatur se ius non habere, & actor nihil probat de iure suo, inferior à papa non poterit super illa instantia procedere contra reum confitentem ad priuationem, & multò minùs ad adiudicationem actori fiendam: sed inchoando nouam instantiam per viam inquisitionis poterit ad priuationem rei procedere, licèt secùs sit in papa, & principe, vt ibi per eos, & per Ang. & Iasonem in §. curare, Instit. de actio. Hinc etiam est, quòd sententia dubia declaratur ex crimine proposito, & sic ex libello, tex. habes & exemplum in l. si præses. ff. de pœnis. Hinc etiam sing. dicit Bald. in l. j. C. si plures vna sententia condemnati
2 fuerint, quòd sententia debet † esse conformis libello in tribus, scilicet in re, in causa, & in actione. Primum probatur in d. l. fi. & in d. l. vt fundus. Secundum in l habebat. ff. de instit. actio. Et tertiũ in l. edita, C. de edẽdo. Imò (quod fortius est,) non sufficit sententiam condemnatoriam esse conformem libello, nisi etiam sit conformis actis & probatis. Vndè vt secundum actorem pronuncietur, tria debẽt esse cõformia, libellus, probatio, & sentẽtia: alioqui ꝓbatione nõ cõueniente cũ libello, sequi debet absolutio. Ita sing. dicit Bald. in d. l. j. in fin. & idem est de mente eius in d. l. fin. vbi plura bona dicit. Hinc etiam est, quòd sentẽtia lata super inepto libello, est ipso iure nulla, glo. est singula

gularis, Instit. de oblig. in prin. in verbo, secundum, in fi. & ibi Ang. de Aretio, & vult Bald. in l. actori, C. de rebus credi. & idem Bald. in l. ius pluribus, in principio. ff. de iusti. & iure. & Mathesi. no. suo x. & Ang. de Perusio i l. j. ff. de assess. & Iason in §. omnium, Instit. de actio. & de isto est text. si bene ponderetur, in ca. cùm dilecti. de emptione & vendi. qui singulariter probat, quòd de ineptitudine libelli põt semper opponi, etiam post sententiam, ad eam inualidandam: & illum tex. ad hoc notant ibidem Pet. de Anch. Ioã. de Imo. & Panor. & Pet. de Ancha. in cle. cũ à repulsiõe, de appellatio. & Felin. in cap. quoniam cõtra falsam, de prob. & Ang. & Ias. in d. l. j. de assessoribus, & idẽ Ias. in d. §. omnium, & Hip. de Marsi. singulari cxix. & Ias. in l. j. C. de iu. & fact. ign. Et quia sermo habitus est de ineptitudine libelli, volo te scire & memoriæ commendare, quòd libellus
3 † penitus ineptus non validatur ex probatione apta. Ita reperio velle Spec. in tit. de offi. iudicis. §. deseruit, in versic. quid si libellus, & Ioã. An. in c. examinata, in fi. de iudiciis, & Bal. in l. j. in fine, ff. de iurisdict. om. iud. & eundem Bald. in d. l. edita, in rep. Paduana, in ix. col & in l. certi cõdictio, ff. si cer. peta. & Ias. in d. l. j. ff. de offi. assess. vbi plenissimè, & meliùs quàm aliquis alius, hunc articulum quotidianum examinat: ad quẽ, cum ab omnibus habeatur, remisisse sufficiat. Illud etiam memoriæ commendandum volo te scire, quòd licet libellus penitus ineptus non validetur ex
4 probatione apta, cõfessio † tamen iudicialis super libello inepto bene præiudicat, quia confessus non potest opponere de ineptitudine libelli, nec de alio ordine iudiciario non seruato. Ita singulariter dicit Bal. in l. ij. in fine, C de re iud. Bar. & Alex. in l. si cõfessus. ff. de cust. reo. Phi. Franc. in cap. j. de accus. lib. vj. & Panor. post alios cano. in c. Pisanis, in vlt. not. per illum tex. qui optimè probat, de rest. spo. limitans tamen hoc singulariter, nisi inualiditas vel nullitas processus æquè bene concerneret confessionem vt acta, vt in exemplis per eum illic positis. Et hinc quotidie dicimus in iudiciis, quòd confessio ad sui validitatem non exigit telam iudicij: & est verbum singulare Innocentij in d. c. qualiter, & quando ij. & probatur optimè in d. c. j. & ij. de accus. lib. vj. quæ omnia commenda memoriæ tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & in foro quotidie occurrentia.

¶ LOCVS A SENTENTIA ad libellum.

1 *Sententia & libellus procedunt à pari.*
2 *Iudex non debet impartiri officium suum non postulatus.*

1 COngruenter subsequitur nunc locus à sentẽtia ad libellum, à quo sumptum argumentũ probabile, forte, frequens, & vtile, quia† procedunt à pari. Sententia enim debet esse cõformis libello: & nisi sit cóformis libello, est nulla. cap. licet Heli, de simonia, & cap. qualiter & quando, ij. de accusatio. & vltra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest, l. vt fundus, ff. com. diu. imò fatuus est iudex, qui pronũciat super non petitis,
2 l. fina. C. de fideic. lib. nec debet † iudex impartiri officium suum non postulatus, l. iiij. §. hoc autem iudicium, & ibi habetur pulchrè per Barto. ff. de dã. infect. Et hinc singu. dicit Bald. in repet. l. edita, C. de edendo, quòd omnes leges loquentes de sententia, possunt trahi ad libellum, quia debent esse conformes: Hinc etiam dicit gloss. singul. in cap. dudum, in fine, de deci. quòd talis præsumitur libellus, qualis est sententia, & ibi singu. dicit Panorm quòd quando non apparet de libello vel petitione, quia fortè acta propter antiquitatem sunt deperdita, tunc ex verbis sententiæ debemus præsumere qualitatem libelli seu petitionis: quod tene menti, & plura alia ad hanc materiam pertinentia videre poteris per Ioan. de Ana. & Felin. in d. cap. licet Heli. & per Alexan. & Ias. in l. vinum. ff. si certum petatur, & per Georgium Nattam in repetitione clemen. sæpe, in versicul. non sic tamen, de verborum significatio. & per Angelum & Iasonem in §. curare, Insti. de actionibus, ad quos remisisse sufficiat, cum ab omnibus habeantur: & vide quod dixi supra loco proximo.

LOCVS

LOCVS A SENTENTIA ad probationem.

1 *Sententiæ quæ lata est pro libertate standum est.*
2 *Proniores esse debemus ad absoluendum, quàm ad condemnandum.*

VIdendum est de loco à sententia ad probationem, à quo sumptum argumentum probabile est & vtile: vt bene probatur in l. lege Iunia Petronia. ff. de manu. titu. gene. quem text. ad hoc ponderant & reputant valde singularem Bal. & Præpo. in tit. hic finitur lex, deinde consuetu. regni incipiũt. §. j. in vsibus feudorum. & Ro. in rep. Auth. similiter, C. ad legem Falcid. in primo speciali piæ causæ circa iudicia, & Felinus in capit. in nostra, in j. colum. de testibus. Et hinc est, quòd sicut fauore libertatis diuersis sententiis latis per plures iudices ordinarios, non dispari numero, vna pro libertate, & alia contra libertatem, illi
1 † sententiæ standum est, quæ lata est pro libertate: vt est text. in l. inter pares. ff. de re iudicata, & in c fin. eo. tit. & in d. l. lege Iunia, in principio. Ita etiam quando aliqui testes deponunt pro libertate, & aliqui testes non dispari numero deponunt contra libertatem, cæteris paribus standum erit illis probationibus, quæ faciunt pro libertate, per d. l. lege Iunia, in fin Et idem crederem in pia causa, & in aliis causis fauorabilibus, vt sunt causæ matrimonij, dotis, testamenti, & similes, eadem ratione: de quo vide quod dicam infrà in loco à libertate ad piam causam: extra autem causas fauorabiles sicuti staretur sententiæ latæ pro reo, quando essent latæ contrariæ sententiæ per plures iudices ordinarios non dispari numero, d. l. inter pares, & d. ca. fi. Ita etiam quando testes non dispari numero contraria
2 deponerent, pronuntiandum esset pro reo, quia † proniores esse debemus ad absolueudum, quàm ad condemnandum, l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & l. absenté, in principi. ff. de pœnis, & vult Feli. loco prædicto.

LOCVS A SENTENTIA ad transactionem.

1 *Sententia & transactio in quibus conueniant, & in quibus differant.* 2.

A Sententia etiam ad transactionem sumptũ argumentum est probabile, frequẽs, & vtile: quia
1 † æquiparantur in iure, l. non minorem, C. de transac. cũ simil. de quibus infrà: quod facit ad multa, & inter alia primò ad hoc, ꝙ sicut exceptio sententiæ, quæ in rem transiuit iudicatam, impedit processum & litis ingressum, & ob id rectè dicitur exceptio litis finitæ: ita & exceptio transactionis. vt de vtroque est tex. in ca. j. de litis contestatio. li. vj. & probatur in l. elegãter. §. si quis post. ff. de cond. indeb. & in l. fratris, C. de transac. cum sim. Secundò ad hoc quia vtrumque est efficacissimum remediũ expediendarũ, litiũ l. j ff. de re iudi. & d. l. fratris, iũcta d. l. nõ minorem, cum vtrobique not. Tertiò ad hoc, quòd sicut sententia contra minorem lata, fauore minoris ętatis retractari potest per remedium restitutionis in integrum, vt toto tit. C. si aduer. rem iud. Ita transactio cum eo inita, toto tit. C. si aduer. transact. cum vtrobique not. Quartò ad hoc, quòd sicut sentenria regulariter non retractatur prætextu instrumentorum de nouo repertorum, & in certis casibus specialibus retractatur, l. sub specie, cum ibi not. C. de re iud. & l. imperatores, cum ibi not. ff. eo. titu Ita etiam est in transactione, l. sub prætextu j. C. de transac. & ibi notatur. quod procedit nedũ quando sententia diffinitiua lata est in causa ciuili, sed etiam quando lata est in causa criminali, quia nec illa potest retractari per iudicem qui tulit sententiã. propter probationes de nouo repertas super innocentia condẽnati, sed id dependet ex gratia & beneficio principis. tex. est aureis literis scribendus in l. diui fratres, in princip. & ibi Bart. notat & exclamat. ff. de pœnis, & est similis tex. in l. j in fi. ff. de quęst. & ita no. volunt Ale. & Ia. in d. l. sub prætextu, & Alex. in d. l. imperatores, circa prin. debet tamen iudex qui tulit sententiam, hoc casu supersedere ab executione, alioqui frustra dixisset Vlp. iurisconsul.

iii

in d.l.j.ĩ fine,iudicē oportere pĩcipi scribere, quod nota. Quintò istud facit ad hoc, ꝙ sicut contra sententiam, quæ in rem transiuit iudicatã,in maiore xxv.annis ratione læsionis,non est dare remedium: Imputandum enim est ei quare non appellauit,l.ab eo, C.quo. & quan.iudex,& c. quod ad consultationem,de re iudica.Ita nec contra transactionem ratione læsionis cessante consi.fraudis,quia æquiparantur,vt supra:& quia prætextu indebiti sententia nō retractatur,l.j.C.de condict.inde.& l.cùm putarē.ff.facercis.ergo nec transactio cũ maiore inita ob læsionē, etiã vltra dimidiã veri debiti,retractari debet,eadem ratiōe.& pro hoc est tex.iuncta sua sing.gl.in l.Lucius.§.fi.ff.ad Trebel & ita concludit Bal.ĩ l.ij.C.de rescin.ven.in viij.oppositione,& Salice.ibidem in iij.q.& Io.de Imo in c.Quintauallis,de iureiur.& est cōmunis opinio,vt ibi videre poteris,quod teneo menti.Sextò istud facit ad hoc, ꝙ sicut sentẽtia lata prætextu iuramenti necessarij falsi,pōt retractari prætextu instrumentorũ de nouo repertorũ, vt est tex.ĩ l.admonendi,in prin ff.de iureiuran Ita etiã trãsactio.Ita singulariter vult gl.in l.si ex falsis, in verbo, præcipimus, circa fi.C.de transa.quam ad hoc reputat singularē Alexã. de Imo.in d.l.admonendi,in ij.not.& Ias.in d.l.sub prætextu.Septimò istud facit ad hoc,quòd sicut sententia ex falsis instrumentis lata,remedio restitutionis in integrũ retractatur,l.diuus.ff.de re iud.secundum cōmunem opinionem,& secundum opinionem Zasij etiam sine vlla restitutione.Ita etiam erit in transactione ex falsis instrumentis inita.De quo videre poteris latiùs in d.l.diuus, & per Zasium in lib.singul. Respons. cap. 13. Posset & ad multa alia induci hęc argumentatio à sententia ad transactionē, sed ꝓdicta ꝓ iuuenib⁹ abundè sufficiũt. Et quia adduxi septē vtilitates resultantes ex cōuenientia inter sentẽtiã & trãsactionē,nō erit inutile adducere aliquot differẽtias, vt sic oppositis iuxta se oppositis materia hęc clariùs elucescat.

2 Et in primis sententia,& transactio differũt in hoc† ꝙ sententia facit ingenuum,l.ingenuũ. ff. de sta. ho.& l.si iurauero,in fi.ff.de iure patro. Pactio autem seu transactio nō facit ingenuum,l.ingenui,C.de ingenuis manu. cũ similibus.Secundò in hoc,quia ex sententia oritur actio,l.actori, Cod.de reb. credi. non sic ex transactione, nisi fuerit stipu

ſtipulatione vallata, licet bene oriatˀ exceptio, tex. eſt nota bilis in l. ſiue apud acta, C. de trãſacti. Tertiò in hoc, quia ꝑ ſententiã non tollitur naturalis obligatio, l. Iulianus verũ debitorem. ff. de condi. inde. per tranſactionẽ aũt tollitur naturalis obligatio, propter cõſenſum qui in ea adeſt, l. Sti chũ, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de ſolutio. Quartò in hoc, quia licet non valeat tranſactio de vel ſuper his controuerſiis quæ ex teſtamento proficiſcuntur, niſi inſpectis cognitiſq; verbis teſtamenti, l. de his. ff. de tranſactio. & l. j. in prin. ff. queãd. teſta. aper. qui ſunt tex. ad hoc ſingulares: tamẽ valet ſnĩa ſuper dependentibus ex teſtamento: nõ inſpectis, cognitiſq; verbis teſtamenti, nec venit retractanda propter inſtrumentũ teſtamenti poſtea repertũ. Ita vult gl. not. in l. iij. §. item ſi ipſe, in verbo, euicerit. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falc. lic. & ibi eam valde cõmendant Ang. & Io. de Imol. eam ẽt magnifacit Ale. de Imo. in d. l. ſub prætextu, & in d. l. imperatores, circa prin. & Iaſ. in d. l. nõ mino rem: per quod ſing. ampliatur. d. l. ſub ſpecie. & l. imperatores, quod nota. Quintò differunt in alio, quia ſententia lata contra ſententiã, quæ in rem tranſiuit iudicatam, nõ valet, l. j. C. qũan. prou. non eſt nec. l. j. C. ſent. reſcin. non poſſe, & c. inter monaſteriũ, de re iudica. vt valeat in vim ſententiæ, ẽt ſi ſecunda ſnĩa feratur de conſenſu vtriuſq; partis, vt eſt gl. ſin. in l. ſi diuerſa, & ibi Bar. Bal. Pau. de Ca. Ale. Iaſ. & doct. C. de tranſact. licet bene valeat in vim cõtractꝰ vel pacti, vt eſt gl. quæ ad hoc ſemper allegatˀ in l. ij. C. cõ. vtriuſ. iud. tamen poſt primã tranſactionẽ bene valet ſecũda tranſactio contraria primæ, de conſenſu partium: d. l. ſi diuerſa, & ibi vide rationẽ diuerſitatis, per gl. & doctores. valet etiam ſententia contra tranſactionem, dicta l. elegãter. §. ſi quis poſt, cum ſimilibus. Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, & quotidiana. & vide quod dixi ſupra in loco à ſimili.

¶LOCVS A SENTENTIA AD Teſtamentum.

1 *Teſtatoris & iuditis facta an parificentur. nu. 1.*

Ocurrit

OCcurrit nunc locus à sententia ad testamentum: à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & vtile: quia æquiparantur à iure, l. seruus hac lege. ff. de manu. tit. gene. Præterea testamentum est sententia, l. hac consultissima. §. at cùm natura, C. qui testa. facere poss. iun-
1 cta l. j. ff. de testament. Vndè sicut † per sententiam iudicis, cum causæ cognitióe latam, potest impediri alienatio & translatio dominij. d. l. seruus hac lege, l. is, cui bonis ff. de verb. obli. & l. de pollicitationibus, in fin. ff. de polli. qui tex. est ad hoc sing. secundum Bal. in l. per diuersas, in ix. q. in fi. C. mand. licet aliud sit in laudo seu arbitrio, c. Raynaldus, cum ibi not. per glo. Inno. Panor. & docto. de testa. Ita etiã potest impediri alienatio per testatorem in testamento, l. filiusfamiliàs. §. diui, & ibi habetur p docto. ff. de leg. j. Imò plus volunt ibi Io. de Imol. & Alexan. videlicet, quòd licet regulariter simplex prohibitio alienationis, facta p testatorem sine causa, non teneat. d. §. diui. tamen si fiat ꝑpter minorem industriã personæ, alia causa non expressa, tenet prohibitio: per tex. in l. Titio centum. ij. resp. ff. dé cond. & demon. Sicut prohibitio alienationis facta per iudicem propter prodigalitatẽ tenet, & impeditur alienatio. d. l. is cui bonis. arguẽdo à facto iudicis ad factũ testatoris: Sicut alibi factũ iudicis & factum partis parificantur. l. si ob causam. C. de euict. quod nota. Plus tamen videtur operari inhibitio iudicis, quã testatoris: quia prima valet sine causa, secundum glossam, in l. si ab eod. ff. de vsucap. secunda non, dict. §. diui. de hoc tamen vide latiùs per Paul. Castr. in d. l. si ab eo, & per Bartol. & omnes in d. l. is, cui bonis, & per Ioan. de Imol. & Ale. in d. §. diui. & per Paul. de Cast. & Io. de Imol. in d. l. Titio centum, & per Henric. Boich in dicto ca. Raynaldus: In casu tamẽ, certum est
2 plus valere iussum iudicis, quàm testatoris: quia licèt † testatot possit remittere confectionem inuentarij, l. fi. C. arbi. tute. si tamen appareat confectionem inuentarij esse cõtra vtilitatem pupilli, iudex non debet sequi voluntatem testatoris: & idem est in casu conuerso, eadem ratione: pro hoc tex. optimus in l. fin. confirmando. & in l. vtilitatem. ff. de confir. tut. & ita not. decidit Bar. post Mart. Sili. in dict. l. in confirmando, & idem Bar. in l. nemo potest. ff. de lega. j. &

j.& sequit Fran. de Are. ĩ cons. xxij. quod tene menti, quia potest seruire ad multa similia. Secundo hæc argumentatio facit ad aliud, videlicet, quòd quẽadmodũ scriptura, quam habet iudex ante formare vel concipere, & posteà in mundum redigere, non est sententia, sed quædam præuia dispositio ad sententiam vt est text. no. in l. ij. C. de senten. ex bre. rec. Ita etiã dispositio præuia ad testandum, seu nuda verborum enunciatio in testamentum postea redigenda, non est testamentum: Ita singulariter dicit Oldra. in consi. cxix. incip. Titius condidit testamentum: & ita etiam reperio sentire Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de instru. editio. §. compendiosè. in versic. quid si prius, in addit. quæ incipit, Si primum testamentum, post medium. & idem vult Paul. Cast. in consi. ccclxv. incip. in Christi nomine amen, visa dicta facti narratione, &c. circa finem in antiquis: & faciunt notata per Panor. & cano. in c. j. de success. ab intesta. & nota. per legist. in l. si is qui, & in l. ex ea scriptura. in princ. vbi sunt tex. ad hoc not. ff. de testa. quod nota & memoriæ commenda, quia est quotidianum, & habui in facto: & vide quod dixi suprà in loco à lege ad testatorem, & quod dicam infra loco proximo.

¶LOCVS A TESTAMENTO ad Sententiam.

HAbemus prætereà locum à testamento ad sententiam: à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, l. seruus hac lege. ff. de manumis. testa. gene. Vbi æquiparantur prohibitio testatoris & iudicis, cum simil. Et hinc est, quòd sicut schedis, protocollis, seu imbreuiaturis (vt vocant) notariorum, in testamentis non creditur, nisi constet, quòd sint lectæ, vel lecta coram testibus & testatore: vt est text. singularis, iuncta gloss. in l. fideicommissa. §. j. & ibi Bartol. Bald. & doctor. ff. de legat. iij. Ita

iij. Ita etiam est in sententia, vt licet appareat eam scriptam manu notarij publici, si tamen non appareat quòd fuerit lecta, lata, & promulgata, ei non stabitur. Et ideo videmus quotidie in fine sententiarum poni illa verba, lecta, lata, & in scriptis promulgata, &c. Ita singulariter dicit Bal. in d. l. fideicommissa. §. j. & sequuntur ibi Floria. de sancto Petro, & Alberi. de Rosate: quod nota. Hoc tamen limita, vt dicam infra in loco à milite ad ecclesiam vel piã causam, quò recurre.

¶LOCVS A CAVSA INTESTATI AD CAUSAM TESTATI.

1 *Argumentum à causa intestati ad causam testati quando procedat. & per totum.*

2 *Dispositio testatoris in dubio recipit interpretationem à iure cõmuni, vel municipali.*

3 *Regula intestati regulat viam rumpendi.*

Habemus etiam in iure locum à causa intestati ad causam testati, seu à legitima hæreditate ad testamentariam: à quo sumptum argumentum est probabile. text. est notabilis in l. causa cognita. ff. de vulga. & ibi hoc not. Io. de Imo. Fran. Are. & ẽt Ale. licet sit corruptus: & bonus tex. in l. pater insti. §. si mortuo, in fi. & ibi Zasius no. ff. de capt.
1 & postli. reuers. quod vtique † verum est, quando eadẽ est rõ in vtroq;: vt in iurib. supra alleg. & notat Io. de Imol. in d. l. cã cognita, & doct. aliis locis: alioqui aũt secus, l. ꝙ si filius. in prin. & ibi hoc notat Zasius. ff. de capt. & postli. Sic ecõtrà illud quod disponitur in cã testati, propter eãdem rõnem æquitatis, habet ẽt locũ in cã intestati, l. precib. & ibi Bal. & doc. C. de inof. do. Nec mireris, si à cã intestati ad cãm testati ꝓcedat argm̃, ẽt si res diuersissimę sint, qñ identitas vel similitudo rationis in eis cõcurrit. ꝓ hoc,

l. non

l. non possunt. cum l. seq. ff. de legib. Præterea nihil magis dissidet, quàm clericus & asinus, & tamen subsistente identitate rationis, à clerico ad asinum procedit argumentatio, vt est tex. in cap. ij. de treuga & pace, & ibi Abbas antiquus, Io. And. Anto. de Butrio, & Io. de Imol. notant casum, quo æquè priuilegiatus est asin', vt clericus. Et est alius casus, in quo ita priuilegiatur asinus vel bos, vt dominus asini, in Auth. agricultores, C. quæ res pig. oblig. poss.
2 quod not. Et tanto minùs mirari debes, quia dispositio † testatoris in dubio recipit intellectum, vt videatur voluisse id, quod ab intestato ex dispositione iuris communis vel municipalis seruandum erat, l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. & c. quanto, & ibi notatur de iureiur. & arg. ca. causam quæ, de rescrip. Et hinc singulariter dixit Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. quem illic sequuntur Ange. Raphael, & Pau. de Castr. in lectura Padu. & doct. aliis sæpe locis, quòd in casu d. §. cum ita, neptis substituta non admitteretur, si in loco extaret statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant ab intestato. Tunc enim nepos ex filio masculo ex præsumpta voluntate defuncti excluderet neptem substitutam. Quia verba testatoris in dubio recipiunt intellectum & interpretationem à dispositione iuris communis, vel statuti, loquẽtis ab intestato, secundum eos: de quo vide ibi plenissimè per Ale. de Imo. & in locis per eum commemoratis. Optimè etiam ad præmissa faciunt singulariter notata per Feli. in ca. ius generale, in versic. v j. dist. Bene etiam faciunt ea, quæ habentur per Pau. Cast. in consi. ccccvj. in nouis, incip. casus iste frequenter contingit: & not. per Iasonem in l. tres fratres, maximè in versic. sextò limita. ff. de pactis. Et ad istud propositum etiam faciunt singulariter notata per Bar. Bal. Ang. Pau. de Cast. Io. de Imo. Alexan. Sozinum, & alios in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. qui omnes in hoc conueniunt, quòd qui non admittitur ad successionem ab intestato, ille præteritus non habet ius rumpendi:
3 quia † regula intestati regulat viam rumpendi. Ex quo infertur primò, quòd filio emancipato instituto in legitima, nepote autem ex eo in potestate retento præterito, & extraneo hærede vniuersali instituto, nepos præteritus non admittitur ad rumpendum: quia non admittitur ab in

ab intestato, ex quo alius eum præcedit. Et ita ibidem cõcludunt Bart. Bald. & Paul. de Cast. Ex isto etiam infertur secundò, quòd stante statuto, per quod filia dotata repellitur à successione paterna, si per patrem conditum sit testamentum, & ipsa in illo præterita, non habebit ius rũpendi, ex quo repellitur ab intestato. Et ita ibidem concludunt Bar. Bal. Ange. Pau. de Cast. Ioan. de Imo. Alex. So. & nouissimi. vt ibidem latissimè videre poteris per eos. & idem vult Bart. in l. fi. ad Tert. & Georgius Nata in repetitione cap. quamuis. de pactis, lib. vj. Quod tene perpetuò menti. Hinc etiam singulariter dicit Sali. in auth. hoc amplius. C. de fideic. quòd licet post nominatos in testamento in casu dictæ auth. vocetur extraneus, siue ille sit veniens ab intestato, siue penitus extraneus, vt ibi dicit glo. concurrentibus tamen veniente ab intestato, & penitus extraneo, veniens ab intestato præferetur penitus extraneo, quia ille præferretur ab intestato. Ergo similiter cõdito testamento per hunc locum, & est bonum & æquum dictum. quæ omnia tene menti, quia possunt applicari ad multa quotidie occurrentia in practica.

¶LOCVS A DISPOSITIONE vltimarum voluntatum ad rescriptum motu proprio concessum.

1 *Dispositio vltimarum voluntatum & rescriptum motu proprio concessum, æquiparantur à iure.*

INsuper habemus in iure locum à dispositione vltimatum voluntatum ad rescriptum motu proprio concessum: à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile: quia† æquiparantur à iure: text. est nota-
1 bilis in cap. j. & in c. auctoritate de concess. præb. lib. vj. vbi sic arguit summus pontifex. nec mirum, quia rescripta vel gratiæ motu proprio concessa vel concessæ, ita fa-

uorabilem ac plenissimam interpretationem accipiunt, sicut vltimæ voluntates, c. si plurib. & c. si motu proprio. de præbē. li. vj. Et hinc sing. dicit Rom. in cōsi. ccclxxxviij. incip. Omnipotentis Dei postulato suffragio, in casu propositi thematis, &c. quòd sicut ille cui in testamento relicta sunt alimenta, potest intentare actionem hypothecariā cōtra possessores bonorum obligatorum, quando personalis actio contra nominatim obligatum frustra intētaretur: vt est tex. singularis in l. libertis quos. §. ab hæred. iuncta glo. super verbo peruenerūt. ff. de ali. & ciba. lega. Ita ēt ille, cui est per sedē Apost. reseruata pensio, super fructib. seu reditibus certi beneficij, poterit agere actione hypothecaria contra possessores fructuū seu redituum sibi obligatorū, qñ personalis actio cōtra nominatim obligatū frustrà intentaretur, arguendo à dispositione vltimarum voluntatū ad gratiā motu ꝓprio cōcessam primo. & idē reperio velle Fel. in c. ad audientiā ij. de rescri. quod cōmenda memoriæ, quia est quotidianū, & habui pluries de facto. Ne tñ. decipiaris, volo te scire, ꝙ nō procedit argumentū ab vltimis voluntatib. ad materiā beneficialem seu gratiam sine dicta clausula motu proprio expeditam, capiendo terminū beneficium, prout capitur in ti. de præbē. & in ti. sequenti. Sed capiēdo terminum beneficium propriè, prout capitur in l. pen. ff. de consti. prin. validū est argumentū ab vltimis voluntatib. ad beneficia, fundatum in loco à minori: Ita nota dicit glos. in d. c. j. §. econtrà in verbo vltimis, & probatur in c. cum dilecti, in fi. de dona. quod nota: quia facit ad multa. & vide quod singulariter notat per Io. And. Ant. de But. & Panor. in c. olim tibi, de verb. signi. & no. per legistas in d. l. fi. & per Io. de Platea in l. si quando j. C. de bo. va. lib. x.

¶LOCVS A MILITE ARMATÆ MILITIÆ, AD MILITEM CÆLESTIS MILITIÆ.

1 *Priuilegia omnia concessa à iure militibus armatæ militiæ adaptabilia*

ptabilia militib. cœlestis militia extēduntur ad illos. fallit nu. 17.

2 *Aequiparatio militum, & doctorum seu aduocatorum cum nu. seq. vsque ad nu. 16.*

3 *Clausula statuti, non obstante omni priuilegio, non intelligitur de priuilegio in corpore iuris clauso.*

4 *Milites armatæ & cœlestis militiæ de iure non possunt torqueri, vel suspendi.*

5 *Filiusfamilias miles testari potest de peculio castrensi. doctor autem, aduocatus, notarius, clericus de quasi castrensi.*

7 *Stipendia militum, clericorum &c. non sunt capienda pro executione sententiæ nisi in subsidium, deficientibus alijs bonis.*

9 *Legatum relictum per militem, clericum, &c. concubinæ non valet.*

10 *Idem in donatione inter viuos.*

12 *Disciplina militaris, & disciplina legalis exerceri possunt diebus festiuis.*

13 *Miles armatæ, vel cœlestis militiæ non potest esse procurator ad lites.*

Officium procuratoris & notariatus vile est. fallit in procuratoribus principum.

14 *Clerici quibus casibus subiaceant foro seculari. 15. 16.*

15 *Canones dicentes reges & principes subesse episcopis & sacerdotibus, intelliguntur in concernentibus animam.*

16 *Priuilegium fori concessum clericis an sit de iure diuino.*

DIcendū præterea est de loco à milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ, qualis est clericus, sacerdos, episcopus: A quo sumptum argumentū est ꝑbabile, frequens & vtile. Omnia em̄
1 †priuilegia cōcessa à iure militib. armatæ militiæ, ex quibus multa numerātur per Bar. in l. neque. § deportati. ff. de milit. testa. & per Bal. in l. milites, C. eod. ti. adaptabilia seu applicabilia militib. cœlestis militiæ, extenduntur ad illos & nedum ad illos, sed ēt ad milites iustitiæ, quales sunt doctores & aduocati. Ita dicit gl. valde no. in l. miles, in prin. & ibi Bar. Ang. & doct. ff. de re iu. Et probātur hæc in l. sacrosanctæ, & in auth. presbyteros, C. de epi. & cler. & in l. fori, & ī l. aduocati, C. de aduo. di. iud. Hinc nō min⁹ verè ꝗ eleganter dicit Valerius maxi. lib. iij. ca. de fortitudine, cā-

dem laudem mereri fortitudinem foro, atque castris editam: & idem Valerius lib. j. de censoria nota, in princ. eadē æquiparans dicit, nihil prodesse foris esse strenuum, si domi malè viuitur. & subdit, Expugnentur licet vrbes, corripiantur gentes, regnis manus inijciantur, nisi foro & curię officium ac verecundia sua constiterit, partarum rerū cœlo cumulus æquatus, sedem stabilē non habebit: & ad idē tendit illud Ciceronianum, Nihil prosunt arma foris, nisi sit consilium domi: istorum etenim alterum alterius auxilio semper egnit, & tam militaris res legibus in toto collocata est, quàm ipsæ leges armorum præsidio seruatæ sunt, l. vnica, in prin. C. de Iusti. C. confir. Et isto argumento vtitur summ⁹ pōtifex in c. degradatio, de pœnis li. vj. & gl. in l. milites, C. loca. & gl. in l. j. §. est & alius. ff. si quis à pa. fue. ma. & Io. And. ad multiplicem effectum in reg. sine culpa, de reg. iur. lib. vj. in Mercuri. & Alex. de Imo. in repe. l. centurio, ff. de vulg. & doct. alijs multis locis. Et gratia exempli pro instructione iuuenum ista argumentatio primò
2 facit ad hoc, ꝙ sicut † miles armatæ militiæ non cogitur cedere bonis, nec posset incarcerari pro debito, sed habet priuilegium ne conueniatur vltra quàm facere potest, deducto ne egeat, d. l. miles, in prin. cum similibus: Ita nec miles cœlestis militiæ, vel miles iustitiæ, vt doctor cogitur cedere bonis, vel posset incarcerari pro debito, sed habet priuilegium, de quo suprà: ita singulariter decidit gl. in d. l. miles, in prin. in verbo, facere potest. & eam sequūtur illic & alijs plerisque locis communiter omnes docto. pro quo etiam est tex. secundum vnam lecturam in c. Odoardus. de solutio. De quo articulo vide latè per Pet. de Anch. Ioā. de Imo. Panor. & cano. in d. c. Odoardus, & per Io. de Imo. in l. si verò. §. de viro, ff. solu. mat. & in d. l. miles, & ibi latè per Alex. & per eundem Alex. in d. l. centurio. Dicit tamē Pau. de Cast. in d. l. miles, se credere, quòd opinio gl. non seruaretur in praxi: & plus dicit ibi Alberic. de Rosa. videlicet, quòd non credit eam veram: in iudicando tamen non esset facile recedendum ab opinione gl. quàm sequuntur cōmuniter doct. vt dixi iuxta no. per Bart. in l. fi. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. & no. per Io. And. & cano. in c. j. & in ca. ne innitaris, de constitu. Imò plus dicit Raphael multum singu. in dicta l. miles. & sequitur ibi Alexand. videlicet quod etiam

3 etiam si statuto caueatur, quòd debitor † posset capi, reiecto omni priuilegio: tamen miles, vel doctor non poterit capi, quia illa verba intelliguntur de priuilegio non clauso in corpore iuris, iuxta no. per glo. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi opor. & in l. ij. §. legatis. ff. de iudic. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, non obstantibus, circa fi. quod tene menti. Secundò facit ad hoc,
4 quod sicut miles † armatæ militiæ de iure non potest torqueri, vel suspendi, l. desertorem. §. j. cum no. glo. in verbo torquentur. ff. de re mili. & l. milites, C. de quæst. ita nec miles cœlestis militiæ, vt est clericus, sacerdos, vel episcopus: de quo vide latiùs per Cy. & doct. in l. nullus, C. ad leg. Iul. maie. & per canon. in c. j. de deposito: & idem dici potest de doctoribus & aduocatis, qui sunt milites iustitiæ secundũ Cy. in d. l. milites, C. de quæstio. & glo. in d. l. miles. Sed si atrocitas delicti exposcat, doctor, vel aduocat' debet decapitari, non suspendi, secundum Alex. de Imo. in d. l. desertorem, in prin. Imò non valet consuetudo vel statutum disponens ꝙ milites, doctores, vel decuriones possint torqueri: Ita singu. dicunt Bart. & Io. de Platea in l. omnes iudices, per illum tex. C. de decur. lib. x. & vult Roma. singu. cccccxcij. incip. milites docto. & decuriones &c. de quo articulo tamen vide latius per Cæpolam in consi. xl. in j. dubio, & dicam aliquid infrà. Tertio facit ad hoc, ꝙ sicut substitutio compendiosa facta à milite filio impuberi per verba directa intra pupillarem ætatem valet iure directæ pupillaris communi iure, & ad omnia patris & impuberis bona trahitur: post verò pupillarem ætatem valet ex priuilegio militis iure directo vt militaris, & ad bona testatoris tantum cum fructibus in hæreditate inuentis trahitur, vt est tex. singularis d. l. centurio: Ita etiam diendum erit in milite cœlestis militiæ, vt est clericus, & in milite iustitiæ vt est doctor & aduocatus: & ita post longam disputationem decidit Alex. de Imo. in d. l. centurio, ad quẽ remisisse sufficiat. de hoc tamẽ vide latiùs ibidẽ p Socin. Quar
5 tò facit ad hoc quòd sicut filiusfamilias † miles testari potest de peculio castrensi, Insti. quib. non est permis. face. testam. in prin. cum simi. Ita ẽt filiusfamiliàs doctor, aduocatus, notarius, vel cleric', potest testari de quasi castrẽsi peculio: tex. est in l. fi. C. de inof. test. & in d. l. sacrosanctæ, & in

d.auth.p̄byteros, & in d.l.fori,cũ si.Et sicuti castrẽse peculiũ est,si filiofamiliàs eunti ad castra,data fuerint arma vel equi à patre vel alio: ita etiãsi filiofamilias eunti ad studium generale dati fuerint libri legales. cẽsebitur eo ipso quasi castrense peculiũ.Aequiparãtur em̃ milites,& scholares,& arma & libri, vt est gl.sing.in l. nepos Proculo.in verb.dignitate ff. de verb.sig. & habetur satis latè per Pet. Iacobi.in sua practica in libello de in int. rest vt possit agi rescissoria personali actione.Imò(quod plus est) poterant olim de illo peculio quasi castrẽsi disponere ad libitum,etiã excluso patre: nec tale testamentũ olim subiacebat q̃relę,sicut nec testamẽtũ militis.d.l.fi.& l.cũ lege,C.de epi.& cle.cũ similibus.Hodie aũt debet per eos patri relinqui legitima,d.Aut.presbyteros, & in corpore vndè sumitur: alioqui subuenitur patri per querelã secundũ vnã opinionẽ,vel per cõdictionẽ ex lege secundũ aliã opinionẽ:vt notatur per gl.& doct.in dictis iuribus,& præcipuè per Bald.& Sali.in d.Aut.prebyteros,vbi vide. Quintò facit ad hoc, ꝙ sicut de iure Digestorum filiofamiliàs milite condente testamentũ,pater non habebat cõtra tabulas, d. l.j. §.est & alius.Ita etiam illo iure dicendum erat in filiofamilias doctore,aduocato,vel clerico testante,eadẽ ratione:& ita singulariter dicit gl.in d.l.j.§.est & alius,in verbo,militare cœperit.quã sequũtur ibi Bar.& Albe.de Rosate & Alex.in d.l.miles.hoc tamen hodie non procedit, vt vult Bart.& bñ, in d.§.est & alius,licèt sit corruptus. Sextò facit ad hoc ꝙ
6 sicut miles armatę militię obligatur iuramẽto mortẽ nõ euitare ꝓ repu.l.pe.cũ ibi notatis.ff.ex qui.cau.ma.cũ similib⁹.Ita etiã miles cœlestis militię nõ debet effugere mortẽ ꝓ bono vel vtilitate ecclesiæ,& maximè ꝓ ecclesiæ vnitate,exẽplo redẽptoris nostri Iesu Christi, ꝗ animã suam posuit ꝓ ouibus suis:ita singulariter decidit Pet. de Anch. in cõsi.cclxxxj.incip.in Christi &c.in auxiliũ veritatis &c.
7 circa mediũ.Septimò facit ad hoc,ꝙ sicut stipẽdia militũ nõ sunt capiẽda pro executiõe sentẽtiæ,nisi in subsidiũ deficientibus aliis bonis,ita nec etiã stipendia clericorũ: de hoc est text. iuncta gloss. in l. stipendia , Cod. de exe. rei iud.& in l.cõmodis,iuncta glo.ff.de re iudi.& facit tex.iũcta sua not.glo.in d.l. nepos Proculo,in fi.per quã glo.plus dixit Salic.in l.j.in xiij.q.C.qui bo.ce.po.videlicet ꝙ scholari

lari, militi, vel clerico, qui cessit bonis, si veniat ad pinguiorẽ fortunã, & emat sibi libros, vel arma, nõ poterit eis auferri, quod nota. De prædicto articulo tamen vide latiùs per canonistas in c. peruenit, de pignorib. & latè per Pano. in rep. c. cũ esses, in iiij. q. principali. de testa. & per Bar. & legistas in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno inf. Octauò facit ad hoc quòd sicut miles armatæ militiæ est
8 priuilegiatus. vt emptũ ex pecunia sua efficiatur ipsius, licet alius nomine suo emerit, de pecunia tñ militis, vt est casus in l. si vt proponis & ibi gl. in verb. non negabit, C. de rei vend. ita etiã erit in milite cœlestis militiæ: arg. no. per gl. & doct. in d. l. miles: & ita reperio sentire Panor. in c. inquirendũ, de pec. cle. & Panor. in cõsi. suo xciiij. ij. vo. incip. Christi & c. in quæstiõe & c. Ita etiã decidit Corse. in sing. cxiij. De hoc articulo tñ vide quod dicã infra loco proximo: quia non est sine magno dubio, an emptũ ex pecunia ecclesię, efficiatur ipsius ecclesiæ, vt ibi videbis: fortiùs ergo dubiũ est in clerico. sed de hoc pro nũc satis. Nonò fa-
9 cit ad hoc, ꝙ sicut non valet legatũ relictũ cõcubinæ per militem, vt est tex. notabilis in l. miles ita. §. mulier. ff. de test. mil. Ita etiam non valet legatum relictum per clericũ vel sacerdotem concubinæ suæ, eadẽ ratione. & ita notabiliter dicit Bar. & post eum doct. in d. §. mulier, & idẽ Bar. in l. mulierem. ff. de his quib. vt indig. & facit in argumentũ l. Claudius Seleucas, illo eo. ti. Decimò facit ad hoc, ꝙ sicut
10 nõ valet donatio inter viuos facta cõcubinę, vel focarię, vt vocãt, p militẽ armatæ militiæ, l. ij. C de dona. inter vir. & vxo. Ita nec donatio facta concubinę, per clericũ, qui est miles cœlestis, & honorabilior q̃ miles armatæ militiæ, ea. duo sunt. xcvj. dist. & c. solitæ, de maio. & obed. & ita disputando tenuit Ric. Malumbre, & sequuntur Bar. & Ang. in l. affectionis. ff. de donatio. & notant Cynus & Sali. in d. l. ij. & idẽ vult Io. An. in c. de his, de sepulturis, & Alex. de Imo. in d. l. miles, & in d. l. centurio, & Io. de Imo. Panor. & doct. in c. j. de cle. ægrotante, & idem eadem ratione dici potest in doctore vel aduocato: & ita specificè reperio tenere Hostien. in summa in tit. de donatio. in § & cui. & Batto. & Alexan. in dicta l. miles, & Præpo. in rubrica de dona. inter virum & vxorem: quod nota. & ad infringendum donationes factas concubinis per militem, sacerdotem, doctorẽ,

vel aduocatum. limita tamen, nisi donatio sit remuneratoria ob merita, & merita probentur. quia tũc valet. Ita sing. dicit Pet. de Anch. in consi. ccxlvij. & Panor. in rub. de donat. Item limita secundò, nisi donatio esset iurata, quia tũc etiam valet. Ita singulariter dicit Roma. in consi. xliij. inci. ad primum; in quarto dubio: quod tene menti. Vndecimò
11 facit ad hoc, quòd sicut † filiusfamiliàs miles in dubio pſumitur capere, & expendere mutuum in causis castrensibus, sic quòd cessat senatusconsultum Macedonianum vt est tex. singularis in l. fi. in fine, Cod. ad Mace. ita etiã filius familias scholaris accipiendo pecuniam mutuã præsumitur in dubio eam cepisse & expendisse in causas scholasticas necessarias. Ita singulariter dicit Bart. in d. l. fi. & est de mente Bal. Ang. & Pau. de Ca. ibidem: hoc tñ non est sine dubio, quia Cy. in d. l. fi. tenet cõtrariũ, & etiã Albe. de Ros. in l. Macedoniani, eo. ti. Duodecimò facit ad hoc, quòd si-
12 cut disciplina † militaris potest exerceri diebus festiuis, l. diuus. ff. de feriis, Ita etiam disciplina legalis, cũ æquiparentur, d. l. aduocati, cũ similibus suprà cõmemoratis, & sic licitũ est studere & legere dictis diebus, secundũ gl. in d. l. diuus, & idẽ vult glo. in l. omnes iudices, in verb. & cũctarum C. de fer. de quo arti. vide plenissimè per Panor. in c. j. de feriis, & per Aluarot. in prælud. feu. An aũt in bello sint seruandę feriæ, vide per glo. & doct. in c. j. de treuga, & pace. Decimotertiò facit ad hoc quod sicut miles armatæ militiæ ob delictum exauctoratur, degradatur, seu honore & priuilegio militiæ priuatur, l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. Ita etiã cleric⁹, seu miles cœlestis militię, d. c. degradatio, & notatur in d. §. ignominiæ. Decimoquar
13 tò facit ad hoc, ꝙ sicut † miles armatæ militię regulariter non potest esse procurator ad lites, l. militem, C. de procu. & l. filiusfamiliàs. §. veterani. ff. eo. ti. Ita nec miles cœlestis militiæ. §. Deo autem. versi. alium aũt, cum ibi notatis in Aut. de sanctiss. epis. & extra de postu. per totum: & idem in doctore & aduocato, quia non debent suscipere vile officium, quale est officium procurationis & notariatus, l. vniuersos, & l. si quis procurationem, & ibi hoc notant Andreas de Barulo, Ioan. de Platea, & Pirrhus, C. de decurio. li. x. Scias tamẽ, quòd notarij qui sunt in aula principis vel papæ gerunt officium cum dignitate: vt singu. notat Bald.

in d.

in d.l.fori,& Io.de plat.Pirrhus & alij in d. l. vniuersos, & similiter procuratores regum, vel episcoporum, vt vult Bal.in l.Cassius.ff.de senato.quod tene mēti.Decimoquintò facit ad hoc, ꝙ sicut salariū publicū,quod præstatur militibus,sequestrari non potest, nisi de debito constet per publicum instrumentum,vt est tex.in l.iubemus,ver.super his verò,& ibi Bar.no.C.de ero.mili.an.li.xij. Ita etiam dicendum est in salario quod præstatur de publico doctoribus legentib.arguendo à milite armatæ militiæ ad militē cœlestis militiæ:& ita reperio velle Ias.in l.si fideiussor. §. fi.ff.qui satisda.cogantur, vbi vide. Decimosextò facit ad hoc, ꝙ sicut miles deputatus ad loci custodiam sortitur ibi domicilium,l.municeps.§.fi.ff.ad munic.ita etiam cleric⁹ promotus ad beneficium,sortitur ibi domicilium,ca.cum nullus.in fi.princ. de tempo.ordi.lib.vj.& vult Bar.in l.j.ff. ad municip.Decimoseptimò facit ad hoc, ꝙ sicut miles armatæ militiæ falsum deponens coram iudice non suo,vel aliàs aures eius offendens,potest non obstante priuilegio fori quod habet,puniri ab eo:Ita etiam miles cælestis militiæ,vt clericus:tex.est cum glo.in l.nullum,& ibi Cy.Bal. & Pau.de Ca.no.C.de testib.de quo tñ vide latius p Pet.de Anc.in repe.regulæ,ea quæ fiunt à iudice,xxj.q.de reg. iu. lib.vj. Decimooctauò facit ad hoc, ꝙ sicut miles armatæ militiæ nō potest habere duas militias diuersi generis seu sibi repugnātes eodē tēpore:vt est text. in l.his quidem,& ibi Bar.C.qui mil.non pos.li.xij. Ita ēt clericus plura bñficia incōpatibilia habere non potest:Ita notab.dicit gl.in d. l.his quidem.de quo articulo vide ibi latius per Io. de Platea,per gl.& doct.in c.gratia,de rescri.li. vj. Decimononò facit ad hoc, ꝙ sicut miles armatæ militæ potest testari de annona ciuili,seu stipēdio sibi à principe cōcessa,vel cōcesso,vt est tex.in l.j.C.de an.ciui.li.xj.Ita etiam cleric⁹ qui est miles cælestis militiæ de prebēda vel fructib.beneficij sui testari potest:ita dicit gl.in d.l.j.De quo articulo quotidiano vide latissimè per Pan.in repe.c.cum esses,in iij.q. prin. de test.Vigesimò facit ad hoc,quòd sicut ordo armatæ militiæ hoc habet,quòd antiquior præfertur iuniori,& is gradus cæteros antecedat, quem stipendia meliora vel labor prolixior fecerit anteire:vt est tex.in l.j.C.de agen.in reb. li.xij.& in l.nemo,C.de offi.magi.offi.Ita etiā est in militia

 inermi

inermi seu spirituali,ĩ ecclesiis,vbi cõsuetudo optandi habet locũ:nam antiquiores canonici gradatim si voluerint possũt optare prebẽdas vacãtes vel domos quę sunt meliores,nõ obstãte mãdato apostolico:vt est tex.fin.ĩ c.fi.de cõsue:.li.vj.& sic in vtraq; militia armata & nõ armata antiqor pręfertur minori:quod nota. Vigesimoprimò facit ad hoc ꝙ sicut ĩ milite armatę militiæ nõ est licita manuũ ĩiectio per rectorẽ prouinciæ,sed suo iudici relĩquitur,l.ij.cũ sua gl.C.vbi quis de curi.vel coh.Itẽ nec in militẽ cęlestis militiæ qualis est clericus,l.j.& ibi Ang.& Bal. illo eo. Parificãtur em̃ istę duę militiæ quoad vocationẽ in ius,l.ij.cũ sua gl.ff.de in ius vo & istud erat nõ paruũ priuilegiũ olim.quia tẽpore Codicis,cleric⁹ quo ad forũ suberat ꝓfecto prætorio tã in causis ciuilibus,q̃ in criminalibus,l.cùm clericis,l.omnes, & l.iubemus,C.de episc.& cle.& l.ij.C.vt nemo pri.cum similibus; & obseruatur adhuc hodie in Frisia.Deinde iure authenticorum in causa pecuniaria clerici conueniendi erãt corã episcopo,nisi natura causæ vel alia ratio suaderet contrariũ:in crimine verò ciuili remãserũt clerici de foro iudicis secularis. Auth.clericus, C.de epis.& cle.& in corpore vndè sumitur. De iure verò
14 nouissimo clericus† quo ad forũ maximè est priuilegiat⁹, & neminẽ laicũ iudicẽ recognoscit,nec quo ad ꝑsonã,nec etiã quo ad bona in causa ciuili,vel criminali,fretus auth. statuimus, C.de episc. & cle. In certis tñ casibus clericus adhuc hodie subest iudici seculari: quos videre poteris ꝑ gl.xj.q.j.in summa,& per gl.in c.clericũ nullus, eadẽ causa & q.& per gl.in c.principes xxiij.q.v.& per gl.Pan.& alios in c tua,de deci.& latissimè per Petrũ de Ancha. in d. rep. regulæ, Ea quæ fiunt:& per Aufr.in rep.cle.j.de offi. ord.& per Cardi.in repeti.c.perpendimus,de senten.excommun. & per Petrum de Ancha.& Ioã.de Anania in c.j. de aposta. & per Panor.in c.at si clerici,de iudi.& per Cæpolã in cõsi. suo xj.& per Alex.in consi. viij. j.vo.& per Albe.de Ros.in dict. const. statuimus, & per Hierony.de Tort.in consilio incip.in nomine patris,&c.Domine Deus meus,&c.& per Franc.de Aret.consilio clxv.incl.in christi,&c.Sicut Ioannes dicit,&c. & aliquid per Dominicum in capit.pro humani,circa finem de homici.lib.vj.& per Inno,Pet.de Anchara.Panor.& alios in cap.postulasti,de foro competen,

Hodie autem temporibus nostris, abusibus clericorum exigentibus, priuilegium huiusmodi quoad clericos existentes sub districtu Cæs.maiest.in his prouinciis restrictũ est quoad forũ, per expressum diploma Leonis papæ x.si delinquãt & habitum clericalem per mensem ante deprehensionem non detulerint. vt tunc eo priuilegio non gaudeant: quod certè æquissimum est. Nec me mouet, quòd aliquos audio susurrãtes, dictum diploma viribus nõ posse subsistere, attento quòd priuilegium fori cõcessum clericis sit de iure diuino, vt dicit glo.reputata sing.in c.si imperator, in verbo discuti xcvj. dist. cum qua communiter transeunt doct. ergo papa Leo illud tollere nõ potuit, quia vltra hoc, quòd sic asserentes grauiter iniuriantur summo Pontifici, qui huiusmodi diploma ex certa scientia concessit, de eius potestate disputantes, quod non longè abest à sacrilegio, ca. nemini xvij.q.iiij.& l.ij.C.de crimi.sacri. Potest dici, quòd dicta theorica super qua se fundant, redditur dubia. Primò per ea quæ dicta sunt supra: quia tempore C. clerici erant sub præfecto prætorio. Secundò, quia de ea dubitando Bella mera in d.c.si imp. desiderabat sibi pro ea dari solidũ fundamentũ. Tertiò, quia contra dictã theoricã expresse tenet Laurentius antiquus doctor in c. ij.de maio.& obed. motus per ea quæ habentur & no.in c. continua lege xj.q.j.quod & sentit Alberic.de Ro.in l. bene à Zenone, C.de qua d.præscr.& Inno.in d.ca.ij.si vltimã opinionem ibi positam dicamus esse suam, vt dicendum docet Hostien.in c.j.de pœnis lib.vj.& Io.Andr.in ca.j.de sent.excom.eo.lib.in nouella. Et quartò contra dictã theoricam videtur tex. Matthæi xx. Marci. x. Lucæ xxij. ad Romanos xiij. ad Titũ iij.& j. Petri ij. & in Epistola Iudæ. & eo mõ tollitur illud psalmi ciiij.& j. Paralepomenõ xvj. nolite tangere christos meos, per quod gl.in Aut.de non alie. post prin.in verbo de generi, dicit, ꝙ genꝰ clericorũ debet esse audax, quia defendit illa lege Dei, nolite tãgere Christos meos: quia respondetur vt suprà. Et specialiter ad hoc vltimũ põt dici, ꝙ non obstat, si dicamus christos reges, & minus si dicamus christos oẽs vnctos: cũ nedum clerici, verùm ẽt oẽs baptisati dicãtur christi, id est, vncti in baptismo, & christiani à christo, c. vnico de sac.vnct. & canones

15 †dicẽtes reges & prĩcipes subesse epis & sacerdotib. intelliguntur

guntur in spiritualibus & in concernentibus animã, vt in eis notatur, licet in aliquibus casibus superior sit ecclesiastica potestas. de quo exquisitissimè per Pe. de Anch. in eleganti repet. sua c. canonum statuta, in prima oppositiõe de constitu. per Panor. & alios in c. nouit, de iud. per Innoc. & canonistas in c. licet ex suscepto, de fo. comp. per Hosti. in summa qui filij sunt legi. in §. qualiter & à quo, & in extrauaganti Bonif. viij. vnam sanctam, de maio. & obe. Præmissis tamen non insistendo, & dato, posito, seu concesso, ꝙ dicta theorica quæ est communis, esset vera, scilicet, quòd
16 priuilegium fori † est de iure diuino, de quo amplè per Rotam decisione octingentesimaquadragesima in antiquis, & per Fel. in c. ecclesia sanctę Mariæ, de const. & per doct. aliis locis: nihilominus ad eam patet responsio ex singul. not. per Card. in d. repe. c. perpendimus, & ex not. per Feli. in d. ca. ij. & in c. fi. de maio. & obe. vbi reperies, quòd licèt Papa nõ possit tollere dictum priuilegium fori in totum, & vniuersaliter quo ad omnes clericos, potest tamen quo ad aliquos, & potest etiam subiicere vnum clericum alicui principi seculari, secundum Feli. vbi suprà: quem omnino vide. ad quod etiam faciunt notata per gl. singularem cõmuniter approbatam in c. à nobis, de decimis. & notata per gl. singularem & do. in c. ꝑ principalem ix. q. iij. faciũt etiam ad præmissa not. per cano. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & notata per legistas in l. fi. C. si cont. ius vel vti. pub. vbi reperies quòd licet Papa, vel Imperator non posset tollere ius naturale vel diuinum, potest tamen illud interpretari, limitare, & declarare: quod teneas mente, pro defensiõe diplomatis Papæ: subiicio tamen me in hoc, & in aliis iudicio & determinationi sanctæ matris ecclesiæ.
17 Id autẽ quod suprà dixi, priuilegia † tributa militibus armatæ militiæ extendi ad milites cœlestis militiæ, & ad milites iustitiæ, qñ ad eos adaptari vel applicari possunt: debet limitari, vt procedat, vbi eadem subest ratio, nec contrarium reperitur dispositum in iure, aliàs secùs. Ergo licet militi armatæ militiæ non imputetur simplicitas vel præsumpta ignorantia iuris, vt in casu l. j. C. de iur. & fact. igno. & in testando sine iuris solennitate, Instit. de milita. testa. in prin. cum similibus: militi tamen cælestis militiæ, vel iustitiæ non parceretur in hoc. ita limitat Panor. in

in d.c.j.de cleri.ęgro,& doct.in d.l.j.C.de iuris & facti ign. & Alex.de Imo.post alios in d.l.miles , & in d.l.centurio, & Fel.in ca.cùm ex officij,post princip.de præscrip.& Dominic.in c.præcepta. lv.distin. Et est ratio , quia in eis non præsumitur iuris ignorantia . Turpe enim est doctori vel aduocato,ignorare ius in quo versatur.l.ij.§.Seruius autē Sulpitius.ff.de orig.iur.& idem in clerico, vt est gloss.in l. repetita,in verbo peritos,C.de episco.& cleri. Hinc etiam est,quòd doctor minor xxv.annis non auditur petens restituti.in integrum propter lęsionem. Professio enim & desiderium hoc casu inter se discrepant:Ita dicit glo. singularis in l.professio,C.de mun.patri.lib.x.quam ad hoc multùm commēdat Ang.in l.j.§.pueritiam.ff. de postu. de hoc articulo tamen vide latius per Pe.Cy.Bal.Paul.de Cast.Salice.& doct.in l.j.C.qui & aduer.quos,& per Mathesi.not. lxij.vbi plenè reperies. Qui autem censendi sint milites ad effectum vt gaudeant priuilegiis militibus concessis.vide per Cynum & Salice.in d.l.j.C. de iuris & facti ignor.& per Bal.in l.in testamēto,in xii.q.C.de mili.test.& per Ang. de Aretio in §.planè,ante finem.Instit.de mili.testa.& per Alex,de Imo.& Soci.in d. l. centurio.& per Ludo.Roma. in d. consil. xliiii. & per decisionem Capellæ Tolos. cxlj. vbi plenè de hoc reperies:quæ omnia commenda memoriæ tanquā pulchra,vtilia,singularia,& quotidiana:& vide quod dixi supra in loco à simili,& quod dicam infra loco proximo,& in loco à speciali,& in loco à rōne legis larga, ampla,seu generali ad extensionem ipsius legis, in ij. casu principali.

LOCVS A MILITE AD ecclesiam vel piam causam.

1 *Miles & ecclesia & pia causa in multis parificantur in iure. nume. seq.*

3 *Verba enunciatiua principaliter propter aliud prolata quando probent.*

4 *Pactum futuræ successionis quando valeat in vim vltimæ voluntatis.*

6 *Miles potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, idem in pagano instituente piam causam.*

7 *Testamentum validum de iure speciali eandem vim habet ad tollendum primum, quantam validum de iure communi.*

8 *Solum quando cedat ædificato.*

9 *Prædonis locatio quando domino pariat actionem sine cessione.*

10 *Argumentatio à milite ad ecclesiam, vel piam causam quando procedat.*

ADiungendus hic est locus à milite ad ecclesiam, vel piam causam: à quo sumptũ argumentum est probabile, frequens, & vtile, fundatum in eo, quòd parificantur † à iure in multis. Parificantur enim

1 inter alia in hoc, quòd tam in testamento militis quàm in testamento ad pias causas condito, sufficit communis probatio voluntatis testantis, videlicet per duos vel tres testes: vt est text. in l. Lucius j. in fine. princip. iuncta glo. ibi in verb. probationibus. ff. de test. mil. iũcto c. relatum j. de test. Item in hoc, quòd falcidia cessat tã in test. militis, quàm in testamẽto ad pias causas, vt est tex. in l. in testamento. C. ad leg. Falci. iuncta Auth. similiter, illo eod. tit. & in pluribus aliis, vt infrà parebit. Vndè videtur bonum argumentum à milite ad ecclesiam, vel piam causam, quando eadem ratio militat in vtroque, & quando contrarium non reperitur expressè decisum in iure, & vbi priuilegium competens militi, congruit etiam ecclesiæ vel piæ causæ: arg. l. illud, ff. ad legem Aqui. & c. translato. de constit. cum simil. Et in confirmatione istius, hoc argumento à milite ad ecclesiam, vel piam causam vtitur gl. ad notabilem effectum in l. si vt proponis, C. de rei vend. & gl. in c. inquirendum, de peculio clerico. & gl. in c. apostolicos. in verb. construisse. in fin. xij. q. ij. & Bal. in l. fi. C. de pactis, & Panor. in cons. suo xciiij. ij. vol. incip. Christi &c. in quæstione &c. & doct. aliis sæpe locis. Et quia multa sunt priuilegia militum magistraliter collecta per Bar. & doct. in l. neque enim. §. deportati. ff. de testa. mili. & per Bal. in l.

mili

milites, C. eo. tit. idcirco ad multa induci potest hæc argumentatio. Et gratia exempli pro instructione iuuenum, colligendo ex multis pauca, istud primò facit ad hoc, quòd
2 sicut † fauore militis valet testamentum, quod tabellio scripsit in imbreuiatura seu (vt vocant) schæda, seu protocollo, licet antea decedat testator, quàm tabellio illud legat coram testibus & in publicam formam redigat: dummodo tamen de voluntate eius constet per duos, vel tres testes: vt est text. singularis in d. l. Lucius, in princ. licet secùs sit in pagano, vt est tex. clarus iuncta gl. in l. fideicommissa. §. j. in verb. quoties, & ibi Bart. Bal. & doct. ff. de lega. iij. Ita etiam erit in pia causa eadem ratione: & ita singulariter determinat Dy. in d. l. Lucius, & hoc dictum reputat pulchrum & singulare Ludoui. Roma. in aurea sua reperit. d. auth. similiter, in xiij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Secundò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore militis valet testamentum conscriptũ per notas, seu cifras inusitatas & incognitas: dum tamen de voluntate testatoris constare possit saltem per duos testes, vt est text. singularis in d. l. Lucius, quem ibi Dy. Ang. & alij ad hoc notãt. Ita etiam erit in pia causa eadem ratione: & ita subtiliter notat Dyn. in d. l. Lucius, quem sequitur & multum commendat Ludo. Roma. in d. rep. auth. similiter. in xvij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Tertiò istud facit ad hoc, ꝙ sicut fauore militis legata per eum in vltima voluntate relicta debentur, licet eius non sit adita hæreditas, vt est tex. not. in d. l. neque enim §. fin. & in l. Antoninus. ff. de fidei. libert. Ita etiam legata pia debentur hæreditate non adita. Ita dicit gl. fin. in l. eam quam, in verb. traditur. & ibi Bart. & doct. C. de fideicom. & Bald. in auth. si qua mulier, circa fi. C. de sac. eccle. & idem Bal. in consilio xxxix. v. vol. Hoc etiam firmant Bald. Florianus de sancto Petro, & alij in l. j. in fi. ff. de lega. j. & habetur plenissimè per Roma. in d. rep. auth. similiter, in xx. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, & per Ias. in d. l. eam quam, & per eundem in l. j. in vtraque lectura, C. de sacrosf. eccle. & per Salic. ibidem, in xiij. q. & dicam infra loco proximo, vbi recurre. Quartò istud facit ad hoc, ꝙ sicut verba † enũtiatiua principaliter propter aliud prolata fauore militis disponunt, & probant: licet in pagano sit secùs, vt de vtroque est text. in l. ex

his

his verbis.C.de testa.mili./ta etiam verba enunciatiua ꝑpter aliud prolata fauore piæ causæ disponunt & probāt: Ita sing.dicit Bar.in repetitione d.l.j.C.de sac.eccle. in versic.secundò quæritur, quem refert & sequitur Panor. in c. fina.vbi est tex.singularis de successio.ab intest. & ibi etiā alij canon.hoc notant: ita etiam cõsulendo decidit Panor. in consilio suo xj.j. vol. incip. in causa quæ vertitur inter hospitale,&c./ta etiam tenet /ason in d.l.ex his verbis, in quinta limitatione,& dicam infra loco proximo. Quintò
4 istud facit ad hoc,quòd sicut † fauore militis pactum futuræ successionis deferendæ digreditur ad speciem vltimę voluntatis,& valet in vim vltimæ voluntatis licet non valeat in vim pacti,vt est tex.sing.in l.licet.* C.de pactis,/ta etiam erit in pia causa eadem ratione, vt tale pactum etiā à pagano factum interpretetur vt valeat in vim vltimę voluntatis:& ita singulariter determinat Bal.in l.fi.C.de pact. & eum sequitur Alex.de /mo.in l.pactum quòd dotali.C. de pactis,& Philip.Franc.in ca.ij.de pactis libr. vj. idem ét vult Alex.de /mo.in consilio suo clij.vj.vol.incip.in causa & lite:hoc etiam videtur tenere /ason,licet vacillet, in d.l. licet Et quamuis contrarium istius teneat Ludoui. Roma. in d.rep.auth.similiter,in vij.speciali piæ causæ circa contractus:mihi tamen plus placet prima opinio per rationes Alex.in d.l.pactum quod dotali,& in d.consilio clij. quem oīno vide, quia articulus iste pulcher est & quotidianus.
5 Sextò istud facit ad hoc, quod sicut † fauore militis nominat⁹,seu appellatus per eum hæres in actu inter viuos, per talem appellationem censetur institutus hæres, d.l.licèt:/ta etiam erit in pia causa , si per aliquem in actu inter viuos appelletur hæres:/ta sin.decidit Bar.in l. tale pactū. §.fi.ff.de pactis,per tex.in d.c.fin. de success.ab intesta.pro quo etiam facit tex.in l.fin.C.fam.erciſc.vbi nominatio filij,vt hæredis, per patrem in actu inter viuos facta sufficit,vt hæreditatem illi dedisse videatur, & hoc dictū Bart. [illegible] sequi

ADDIT. * Licèt. /n ea. l.licet, est vltima voluntas quæ neque testamentum est, neque codicillus, neque donatio causa mortis,neque contractus,vt not.glos. in verb. compendium in d.l.licet.quam sing.dicit Ang.in l.iij. §.generā.ff.de acq.posseſ.

sequitur Alex.in d.consi.clij.& in d.l.licet,& idem videtur ibidem tenere Iason,licet vacillet:& licet contrarium expressè teneat.Lud. Ro.in d.repe.auth.similiter, in vj.spāli piæ causæ circa contractus,& Ang.& Paul.de Ca.in d.l.tale pactum.§.fi.mihi tmen plus placet prima opinio,per rationes Alex.in d.l.licet,circa finem,quem omnino vide.Se
6 ptimò istud facit ad hoc, quod sicut†miles potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, l. si miles vnum, & l. miles ita.§.j.ff.de testa.mil.Ita etiam paganus instituendo piam causam fauore piæ causæ potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus:Ita singulariter dicit Bar.in repe.dict.l.j.in versi.quintò quæro, an ea, quæ supradicta, C.de sacro.eccle.& sequitur Pe.de Anch.in c.cum esses,in v.q.de testa.& idem vult ibi Io.de Imo.Idem etiā vult Panor.in consi.xxxij.ij,vol.incip.circa duo.& Alex. de Imo. in consi.cv.iiij.vol.circa fi.quod teneas mēte,quicquid dicat Bal.in repe.d.l.j.& Sali.ibidem circa fin.& etiam Bald. in lectura eiusdem l.j.Octauò istud facit ad hoc, quòd sicut testamentum militis factum iure militari reuocat primum solenne iure communi factum,l.militis codicillis.§. fin.ff.de test.milita.l.eius militis, §. militia missus, in fine eod.tit.& l.ij.ff.de iniusto rupto irri.testa. Ita etiam testamentum solenniter cōditum,etiam si in eo sit instituta pia causa,reuocatur per secundum conditum coram duobus, vel tribus testibus,in quo pia causa est instituta:ita singulariter decidit Pau.de Ca. in consilio ccclxiiij.in antiquis, incip.in Christi,&c.dubium facit,&c.& sequitur Alexand. de Imo.in con.cxlvj.ij.vol.incip.redemptoris,&c. viso thémate,&c.circa finem,& Barba.in consilio xliij.iij.volu.incipiente,illud in medium,&c.Ratio est, quia in primo testamento ad eius validitatem non requirebantur nisi duo vel tres testes,d.c.relatum j.& quod superabundat non at-
7 tenditur,l.testamentum,C.de testamen.& quia eandē†ac tantam vim habet testamentum validum de iure speciali ad tollendum primum,quantam validum de iure communi,iuribus præallega.& facit l.cum ex oratione; in princi. ff.de excusa.tutor. Vbi tantùm operatur dignitas adepta per priuilegium,quantùm dignitas adepta de iure communi.Nonò istud facit ad hoc,quòd sicut fauore militis emptum ex pecunia militis efficitur ipsius,dicta l.si vt propo-

nis,licet aliud sit in priuato,l.si ex ea pecunia.C.de rei vendi.cum concord.de quibus ibi in gl.Ita etiam emptum ex pecunia ecclesiæ, vel piæ causæ efficitur ecclesiæ vel piæ causæ eadem ratione,& ita concludit glo.in d.l.si vt proponis,& glo.in l. si tutor.in verbo,vtitur actio. ff. quando ex facto tutoris,& glo.in l.si patruus,C.com.vtriusque iud.& glo.in d.c.inquirendum. & gl. in præallegato ca.apostoli-
8 cos,quæ plus dicit,videlicet q̀ si clericus † ex pecunia ecclesiæ ædificet in suo solo,ædificium non cedit solo, prout regulariter contingit.§.cum in suo solo,Insti.de rer. diui.cum simi.sed fauore ecclesiæ solum cedit ædificio.& ad hoc illa gl.allegatur pro singulari per Panor.in d.consilio xciiij.De hoc tñ articulo pulchro & quotidiano vide lati⁹ per Io.de Fantutijs,Achidi.& Domini.in d.c. apostolicos. qui videntur in hoc tenere contrarium,& respondent iuribus & motiuis per d.gl.adductis. & per Host.Io.An.& docto.in d.c.inquirẽdum,& per Lud.Rom.in d.repe.auth. similiter,in x.& xj.speciali piæ causæ circa cõtractus. & per Io.An.in additio.ad Spe.in tit.de emptio.& vend.in §.tertio loco,in vers.quid si clericus,& per eundem Io.Andr.in regula,qui prior,de reg.iur.lib.vj.in Mercurialibus. & per Bal.in l.in tantum,in prin.ff.de re.diui.& per Cy.Bart. Bal. & doct.in d.l.si vt proponis,in quib⁹ locis reperies de hoc satis plenè,& tetigi supra loco proximo. Decimò ex ista æquiparatione militis & piæ causæ infertur singulariter
9 & illud,q̀ licet † in priuatis personis ex locatione prædonis non acquiratur vero domino actio sine cessione, tamẽ fauore militis,& piæ causæ ex locatione facta per intrusum,vel prædonem,acquiritur actio vero domino seu prælato ecclesiæ contra conductorem sine cessione ante solutionem:Ita singulariter determinant Bar.Fulgosius, Paul. de Cast.& Ias.in l.si vrbana.ff.de condi.inde. & idem sentit Bal.duobus verbis in d.l.eam quam,in versi.extra quæritur,in fine,quod nota.Aduerte tamen,quia hoc argumen-
10 tum à milite † ad ecclesiam,vel piam causam non procedit quando priuilegium competens militi non congruit ecclesiæ,vel piæ causæ,vel quando non est eadem ratio in vtroque,vel quando contrarium reperitur aliquo iure expressè decisum,quia in incertis,non in certis locus est coniecturis,l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.& expressum

sum facit silere tacitum,l.fin.C.de pact.conuẽ.cum sim.Et hinc est,quòd licet voluntas militis captatoria nõ valeat, l.captatorias,C.de testa.milit.& similiter voluntas pagani captatoria,l.illa institutio.ff.de hæredi.instit.cum similib. tamen voluntas captatoria ad pias causas valida est, vt est tex.sing.secundum vnum intellectum in c.cum tibi, & ibi notatur per canonistas de testa.& in l.fideicommissaria libertas ita dari.ff.de fideicom.liber.& ita nota.vult Bart.in d.repe.l.j.in iij.quæst.v.q.principalis.De quo articulo pulchro,subtili & quotidiano , videre poteris plenissimè per Io.de Imo.& canonistas in d.c.cum tibi.& vide quod dicã infra loco proximo.Hinc etiam credo, malè dicere Rom. in d.repe.auth.similiter.in xj.speciali piæ causæ circa vltimas voluntátes,dum arguendo à milite ad piã causam dicit,ꝙ sicut in testamento militis testantis in tentorio,non dico in conflictu belli,testes debẽt esse rogati, vt est text. in l.diuus.ff.de testa.milit.& in §.planè,Insti.eo.ti. Ita etiã in testamento ad pias causas condito,testes debent esse rogati,secundum eum:sed errat, quia contra eum est text.in d.c.relatum j.si subtiliter ponderetur in parte sua dispositiua:vult enim vltimam voluntatem ad pias causas decidi secundum canones & legem euangelicam, secundum quã non requiritur,quòd testes sint rogati:nec illud esset fauorabile ecclesiæ vel piæ causæ,sed dispendiosum & onerosum:quod tollere voluit canon in d.c.relatum,vt ibi videre poteris per Io.de Imo. & alios.& ita communiter tenetur per legistas in d.l.j.C.de sacr.eccl.& per cano.in d.c.relatum.Et hæc pro iuuenibus sufficiant. Quæ omnia commenda memoriæ tãquam singularia,vtilia, & quotidiana: & vide quod dixi supra loco proximo,& in loco à simili,& quod dicam infra in loco à speciali,& in loco à ratione legis larga,ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in secundo casu principali.

¶LOCVS A LIBERTATE AD piam causam.

1 *Libertas & pia causa æquiparantur.*

2 *Mulier fideiubens pro seruo fauore libertatis, vel pro pia causa, non iuuatur Velleiano.*

3 *Mandatum re integra non finitur morte mandantis fauore libertatis aut piæ causæ.*

4 *Probationi vel sententiæ quæ est pro libertate, vel pia causa statur.*

5 *Legatum libertatis debetur, etiam si reperiatur cancellatum. idem in legato relicto ad pias causas.*

6 *Conditio fauore libertatis, vel piæ causæ non reijcitur, quæ aliàs reijceretur.*

7 *Intellectus l. si ita fuerit libertas relicta ff. de manumiss. testa.*

9 *Legatum libertatis debetur hæreditate non adita. idem in legato pio.*

10 *Legatum fauore libertatis, & legatum pium per redemptionem subsecutam censetur resuscitatum.*

11 *Legatum libertatis sub conditione negatiua non exigit cautionem mutianam, nec in dubio extinguitur.*

13 *Verba adulatoria ad honoratum directa fauore libertatis inducunt dispositionem.*

14 *Conditio negatiua trahitur retro in legatis libertatis, vel piæ causæ fauore.*

16 *Tempora interpellata coniunguntur libertatis fauore.*

17 *Conditio iurisiuradi adscripta legato libertatis non reijcitur. Limitatio ad l. quæ sub conditione ff. de conditionibus institutio.*

18 *Conditione mixta adscripta libertati deficiente per casum fortuitum, & non facto eius cui relicta est libertas, legatum libertatis debetur. Idem in legato pio.*

19 *Fideicommissum libertatis, vel ad piam causam non est nullum, licet legatum sit nullum.*

22 *Scientia absque contradictione fauore libertatis, & piæ causæ habetur pro consensu: & operatur remissionem pignoris.*

23 *Sententia lata pro mortuo valet fauore libertatis & piæ causa.*

24 *Legatum rei alienæ relictum piæ causæ valet quoad æstimationem.*

Intellectus ca. filius. de testamen.

25 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis valet fauore libertatis: & quid quoad pias causas, 31. 32.*

26 *Legatum libertatis eius fauore potest committi in liberam voluntatem tertij.*

28 *Verba enuntiatiua propter aliud prolata fauore libertatis, & piæ causæ disponunt.*

29 *Pretium seruorum quos testator emi iussit, & manumitti, habetur loco æris alieni.*

30 *Res fieri sacra vel religiosa per pactum potest impediri.*

33 *Mora re ipsa absque aliqua interpellatione contrahitur fauore libertatis & piæ causæ.*

35 *Fauere ita debemus ecclesiis, viduis, & aliis miserabilibus personis, ne aliis iniuriam faciamus.*

36 *Argumentatio à libertate ad piam causam quando procedat.*

37 *Legatum quando dicatur pium, remissiue.*

ESt & locus à libertate ad piam causam, à quo
sumptũ argumentum est probabile, frequen
tissimum & vtilissimum. Vbicunq; enim lex
aliquid statuit vel disponit in fauorẽ liberta
tis, illa lex etiã locũ habet in pia causa, quia ad
eam applicabilis est, & quando eadem ratio militat in v-
troque, nec contrarium reperitur à iure dispositum, quia
1 † libertas & pia causa æquiparantur, vt vult Bal. in l. ij. circa
prin. C. de fideic. lib. & idem Bal. in l. si iure, C. de ma. tes. &
Bar. in l. si vnus, C. de testa. & idẽ Bar. in l. Titio vsusfruct⁹.
§. fi. ff. de condi. & demon. & idem Bar. & *Io.* de Imo. in l. p-
xime, in fi. ff. de his quæ in testa. delen. & Alex. de *Imo.* in l.
cẽturio, ff. de vulg. & ponit pro regula Mathes. in no. cxiiij.
pro quo etiam facit, quia dare libertatem seruo, est actus
pietatis, l. j. circa finẽ, & ibi Bal. not. C. de com. ser. manu. &
l. veterum, C. ad Velleia. quod induci potest ad multa pul-
chra, & singularia dicta, quotidie in foro occurrentia, ex
quibus pro instructione iuuenum referam primo x. & vij.
posita per Ro. in rep. auth. similiter, C. ad leg. Fal. Et deinde

subnectam decem & septem alia pulchra, singularia, & nõ minus vtilia, pro nunc occurrentia, ex hac argumẽtatione resultãtia. Et in primis istud facit ad hoc, quòd sicut fauore
2 †libertatis mulier fideiubẽs pro setuo, vt consequatur libertatem, nõ iuuatur beneficio Velleiani, vt est tex. nota. in d.l. veterum: ita etiam mulier non iuuabitur beneficio Velleiani, quando fideiubet pro pia causa, eadem ratione: & ita singulariter dicit Lud. Ro. in dicta repetitione, auth. similiter, in tertio speciali piæ causæ circa cõtractus: quod an verum sit, pendet ab illo, an ratio d.l. veterum, militet in pia causa: quod si sic, debebit & in pia causa locum habere dispositio d.l. veterum, secundum Salice. ibidem. Secundò
3 istud facit ad hoc, quòd sicut fauore libertatis †mandatum re integra non finitur morte mandantis: vt est tex. no. iuncta glo. in l. si pater filio, in principio. ff. de manu. vindicta. Ita etiam mandatum non finitur re integra morte mandãtis fauore piæ causæ, eadem ratione: & ita sing. Lud. Rom. in d. repe. auth. similiter, in xvij. speciali piæ causæ circa cõtractus. & Bal. in l. mandatum, C. mand. per l. si ego. §. j. hoc decidens in dote. ff. de iure do. quam ad hoc reputat sing. & idem vult Bal. in auth si qua mulier, circa finem, C. de sacr. eccl. & Hippo. de Marsi. sing. xliiij. & Fran. de Crema in singu. cxliij. & dictam, l. si ego. §. j. etiam ad hoc not. Benedict. de Plumb. in d.l. si pater filio. & eius meminit glos. ibidem. quod tene menti. Tertiò istud facit ad hoc, quòd sicut fa-
4 uore libertatis †pluribus probationibus vel sentẽtijs hinc inde repugnantibus & contrarijs, illi probationi vel sentẽtiæ statur, quæ est pro libertate, vt est tex. notab. vnicus & sing. in l. lege Iulia, & Papia. ff. de manumissio. Ita etiam erit fauore piç causæ, eadem ratione. Et ita singulariter vult Ro. in d. repet. authẽ. similiter, in primo speciali piæ causæ circa iudicia: & Corset. in sing. ccxxxj. Nec mirum, quia Papiniano teste, summa est ratio quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fu. Quartò istud facit ad
5 hoc, quòd †sicut legatũ libertatis debetur, licet reperiatur cancellatũ: quia iuris prçsumptione cẽsetur cancellatũ incõsultè citra intẽtionẽ testatoris, nisi cõtrarium probetur: vt est tex singularis in d.l. proximè, in fi. Ita etiã erit in legato relicto ad pias causas, eadem rõne: & ita decidũt Barto. &

to.& Ioannes de Imo.in d.l.proximè.& idem Barto. in d.l. si vnus,vbi dicit se sic consuluisse.& ibi Iason & nouiss.Ro. in d.rep.Auth.similiter, in primo speciali piæ causæ circa vltimas voluntates.& Corsetus in singulari lxviij. Quin-
6 tò istud facit ad hoc, quòd sicut † non reiicitur conditio fauore libertatis:quæ aliàs reiiceretur: vt est text. in d.l. Titio vsusfructus.§. fin. Ita etiam non reiicitur conditio aliàs reiicienda,fauore piç causç,eadē ratione.& per istud dicunt Guil.& Albericus in dict.l.Titio vsusfructus.§.fin. quòd si legato virgini relicto apponitur conditio, quòd non nubat,vel quòd nubat de consensu tertij,& si secus fecerit,quòd bona eidem legata applicentur alicui pio loco: hoc casu non reiicitur conditio,ex quo causa in quam facta est translatio est priuilegiata.& hoc dictum refert & sequitur Ludoui.Roma.in dicta repetitione Auth.similiter, in ij.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates:quod est notabile pro limitatione Aut.cui relictum,& totius tituli, C.de indicta viduita.& hoc notat Iason in dict. Auth. cui relictum,& in l.j.eiusdem tit.Sextò istud facit ad hoc,ꝙ si-
7 cut † fauore libertatis libertas relicta per verba notantia temporis lapsum,puta anno duodecimo, peti potest in initio anni duodecimi:vt est tex.notabilis l.si ita fuerit libertas.ff.de manu.testa.Ita etiam legatum tali modo relictum ad pias causas,peti poterit in ipsius anni vel temporis initio eadem ratione. & ita singulariter vult Roma. in dicta repetitione Authen.similiter,in quinto speciali piæ causæ circa vltimas voluntates:& idem repetit ipse in xxxj.speciali.De intellectu tamen d.l.si ita fuerit libertas,vide plenè ibidem per Benedictum de Plumbino, & per Ioan.de Imo.& Alexand.in l.qui hoc anno,ff.de verborum oblig.& per Barto.Ioan.de Imo.& Alex.in l.si cui legetur.ff.de leg. j.& per Salice.in.l.j.C.quando dies lega.cedit.& per Ange. in l.ex his,eod.titu. Septimò istud facit ad hoc quòd sicut
8 † fauore libertatis libertas relicta seruo,cū Titius ad certam ætatem peruenerit,peti potest die veniente, licet Titius ad ætatem per testatorem determinatam morte præuentus non peruenerit:vt est text.notabilis in l. si ita scriptum fuerit.ff.de manumiss.testamēt.& in l. si seruus liber sit.ff.de statu lib.Ita etiam legatū tali modo relictū ad pias causas peti poterit die veniēte,licet ille Titius morte præ

uentus ad ætatem determinatam per testatorem non peruenerit: eadem ratione. & ita singulariter vult Ludoui. Ro.in d.rep. auth.similiter, in sexto speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Octauò istud facit ad hoc, quòd sicut † fauore libertatis, legatum libertatis debetur hæreditate non adita: vt est textus pulcher in l.neque §.fi.& in l. tractabatur.ff.de test.mili.& in l.Antoninus. ff. de fideico. liber. Ita etiam debetur legatum pium hæreditate nō adita: eadem ratione. Et ita tenet gl.singu.in l.eā quam, & ibi Barto.& docto.C.de fideicommiss.& Bal.in d. auth. si qua mulier, circa finē, & idem Bal.& Florianus de sancto Petro in l.j.ff.de lega.j.& Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de instru. editio. §.nunc verò aliqua, in versi.sed pone quòd ex eo testamento non est adita hæreditas, & Petr. de Anchara.in consi.cxliiij.& Panormita.in consilio xxxij.secundi voluminis, & Bald.in consi.xxxix.quinti voluminis, & Ludoui. Roma in consi. ccccvxxiij.& Matthæus Mathesilanus in notabili clxij.de quo articulo, tamen pulchro, disputabili & quotidiano, vide latissimè per Ludoui. Roma.in d. dict. rep. Authenti.similiter, in xx.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates: vbi cum distinctiōe quadam idem tenet, & per Iasonem in dicta l.eam quam, & per eundem in l. prima.in j.lectura in versiculo extra gloss. C. de sacrosan. eccle.& per eundem in ij. lectura dictę l.primę, & per Salice.in repetitione eiusdem l.j.in xiij.quæstiōe, & per Benedictum de Plumbino in dicta l.Antoninus, vbi plenè reperies: ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat, in quibus locis etiam reperies, quòd sicut fauore libertatū conseruandarum, nemine adeunte hæreditatem, serui possunt petere sibi addici bona, iuxta constitutionem diui Marci, de qua in l.fina.C.de manumiss. testam. & instit.de eo cui libertatis cau.bo.addicuntur, per totum: Ita & legatarij ad pias causas possunt petere sibi addici bona, eadem ratiōe, & ante eum hoc voluit Bartol.in dicta l.eam quam, quod
10 est nota. Nonò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore † libertatis si rei legatæ & voluntariè postea alienatæ sequatur redemptio, resultat eiusdem legati resuscitatio: vt est tex.not.in l.verum.ff.de manumiss.testamen. quem tex.ad hoc notant Bald.Angel.& Salice.in l.qui post.C.de leg. Ita etiam legatum pium per redemptionem subsecutam, cēsebitur

bitur resuscitatum; eadem ratione.& ita singulariter vult Roma in d.rep.Auth.similiter,in xxiij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Sic etiam fauore piæ causæ, si testator iubeat construi hospitale in domibus suis, & illud instituat, postea autem domos illas alienet & alias emat, valet & tenet institutio,& construendum erit hospitale in domibus nouiter emptis. Ita singulariter decidit Barto. in consi.suo xxvj.incip. in Christi nomine amen. testator in testamento disposuit,&c.& idem voluit Bar.Bald.Ange.& doct.in l.placet,ff.de lib.& post.quód tene menti. Decimò
11 istud facit ad hoc, quod sicut † fauore libertatis relictæ sub cõditione negatiua non requiritur pro impleméto conditionis cautio Mutiana,nec extinguitur in dubio legatũ libertatis sub cõditione negatiua,puta si non ascenderis capitoliũ,relictum,licet legatarius ex interuallo cõtraueniat:cũ sufficiat quod cum primùm potuit contrauenire nõ cõtrauenerit,vt est tex.singularis in l. libertas. §. hæc autem. ff. de manu.testa.qué tex.ad hoc sing. not.gl.in l. Titio fundus, ff.de cond.& de. Ita etiam erit in legato pio:eadem ratiõe.& ita singulariter vult Roma.in dicta repetitione Authen. similiter,in xxiiij.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates:quod est nota.dignum,quia quilibet prima facie diceret contrarium. Vndecimò istud facit ad hoc,quòd sicut
12 fauore libertatis legatũ † relictũ sub conditione,& per mortem ciuilẽ legatarij iã extinctum reuiuiscit,si pẽdẽte conditiõe legatarius restituat,vt est casus singularis in l. Aristo. ff.de manu.testa. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione.& ita vult Ludoui. Roma in dicta rep. Authen. similiter, in xxv.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates.
13 Duodecimò istud facit ad hoc,quod sicut fauore libertatis † verba adulatoria ad honoratum directa inducunt dispositionem:vt est casus singularis in l.Paulus.§.j.ff.de fidei com.liberta. Ita etiã erit in legato pio: eadẽ ratione.& ita vult Ludoui. Roma in dicta repe. Auth. similiter,in xxvj. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Decimotertiò istud facit ad hoc,quòd sicut fauore libertatis conditio ne-
14 gatiua † existens trahitur retro in legatis:vt est tex.notabilis in l.Neratius.ff.de manumiss. testamen. Ita etiã erit in legato pio:eadẽ ratione.& ita vult Roma.in dicta repetit. Auth.similiter,in xxviij. speciali piæ causæ circa vltimas

volũtates. Decimoquartò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore libertatis pluribus cõditionibus disiunctim in diuersis testaméti partibus legato libertatis adscriptis, sufficiat leuiorẽ pro complemento libertatis impleri: vt est tex. in l. sub diuersis, in principio. ff. de cond. & demonstra. & in l. in libertatibus, & in l. quod vulgò. ff. de ma. testa. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione. & ita vult Ludo. Roma. in dicta rep. Auth. similiter, in xxix. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates: cui adde, quod dixi supra in loco à legatis ad fideicõmissa. Decimoquintò istud facit ad hoc
15 quòd sicut libertatis fauore libertas † relicta à substituto vulgari debetur etiã hęrede instituto adeũte hęreditatem, quia iuris præsumptione & libertatis fauore ab vtroque gradu legatum relictum videtur: vt est casus singularis, in l. ij. ff. de manumis. testamen. Ita etiam erit in legato pio: eadem ratione. & ita vult Roma. in dicta repetitione Auth. similiter, in xxx. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, vbi dicit hoc esse mirabile, & quòd quilibet diceret cõtrarium qui ignoraret illam legem: & verum dicit. Decimosextò istud facit ad hoc, ꝙ sicut fauore libertatis tem-
16 pora † interpellata coniunguntur, etiam contra expressam voluntatem testatoris: vt est tex. not. in l. fideicommissaria libertas j. §. fina. ff. de fidei. lib. & l. seruus qui test. circa fin. ff. de stat. liberis. Ita etiam erit in legato pio: eadem ratione. & ità nota. vult Roma. in dicta rep. Auth. similiter, in xxxij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates: vbi per hoc dicit, quòd si piæ causæ relinquantur prædia sub conditione, si continuis annis certum quid fiat, si ex pluribus temporibus separatim ad inuicem coniunctis, resultat perfectum tempus à testatore præfixum, licet illud nõ sit cõtinuum, pia causa consequetur nihilominus legatũ. quod est nota. dignũ. Decimoseptimò istud facit ad hoc, quòd
17 sicut fauore libertatis † non reiicitur cõditio iurisiurandi adscripta legato libertatis, licet remittatur id quod fuit in ea conditione positum: vt est tex. in l. si quis ita §. qui ita. ff. de statu liberis, & in l. si quis libertatem, & ibi pulchrè Benedict. de Plum. ff. de manu. test. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione. & ita vult Roma. in rep. Auth. similiter, in xxxvj. speciali piæ causę circa vltimas voluntates: quod nota, quia ex hoc habes magnam limitationem ad l. quæ
sub

ſub conditione.ff. de conditio.inſtitu. & hæc quidem po nuntur & pro veris adſtruuntur per Roma. in dicta repet. Authen ſimiliter, per hunc locum à libertate ad piá cauſam. Sed vltra prædicta iſte arguendi modus facit decimo-
18 octauò ad hoc, quòd ſicut fauore libertatis † conditione mixta adſcripta libertati: deficiente per caſum fortuitũ & non facto eius cui relicta eſt libertas, legatũ libertatis debetur: vt eſt textus in l. libertate, iuncta gl. ff. de manumiſ. teſtamen. & in l. ſi peculium. §. is cui ſeruus. ff. de ſtat. lib. & in l. cum ita datur. ff. de cond. & demonſt. & text. in l. cum quidam, C. de conditio. inſertis, & ibi gl. Bar. Bal. Ang. Pau. de Caſt. Sali. & doct. & volunt Pau. de Caſt. & Ioã. de Imo. in l. in teſtamento ij. ff. de cond. & demon. niſi de mente teſtantis expreſsè conſtet, quòd nolit competere libertatem niſi conditione verè impleta, l. fin. in fine, iuncta glo. ff. de manu. teſta. & vult Bened. de Plũ. in d. l. libertate, & Angel. in d. l. cùm quidam, qui plus dicit; videlicet idem debere cenſeri, quando veriſimile eſt teſtatorem noluiſſe cõpetere libertatẽ, niſi conditione verè impleta: & alleg. d. l. libertate, in fine, quæ hoc bene probat iuncta gloſſ. quam etiam ſequitur ibi Benedictus de Plumbino. Ita etiam erit in legato pio, vt conditione mixta adiecta legato deficiente per caſum fortuitũ, debeatur nihilominus legatum, eadem ratione: & ita ſingulariter reperio velle Roma. ſingulari cclxxxiiij. incipiente, Tu habes quòd quando conditio mixta, &c. quod tene menti, quia non memini me in ſpecie legiſſe alibi. Et per hoc ſingulariter limitatur, l. legatũ. C. de conditio. inſertis, & d. l. in teſtamento, & l. ij. C. de inſtituti. & ſubſtitu. in quibus locis reperies per gloſſ. & doctor. de materia conditionis mixtæ ad ſaturitatem: vbi vide. Decimononò iſtud facit ad hoc, quòd ſicut olim iure Digeſtorum, teſtamento exiſtente inualido, ex cauſa præteritionis, nõ debebãtur libertates, l. filio præterito. ff. de iniu. rup. teſta. Ita nec debebantur legata ad pias cauſas. Ita reperio velle Ioan. de Imo. in d. l. filio præterito, in primo no. Hodie autem hoc caſu debentur legata, etiam non pia: vt eſt tex. in Authen. ex cauſa, C. de liberis præteritis. De quo vide pleniſſimè per Ioan. de Imo. in d. l. filio præterito: ad quem breuitatis gratia te remitto. Vigeſimò iſtud facit ad
19 hoc, quòd ſicut fauore libertatis † fideicommiſſum libertatis non

non est nullum, sed debetur ab hærede, licet legatum serui sit nullum & pro non scripto, vt est tex. in l. cum verò. §. si pro non scripto. ff. de fideicommiss. liber. Ita etiam fideicõmissum relictum ad piam causam non erit nullum, licet legatum sit nullum: Ita sing. dicit Paul. de Cast. in l. j. §. in primo, circa prin. C. de cad. tol. & Bar. in l. alio, ff. de ali. lega. Ex quo sequitur, quòd si lego mille Titio, qui non est in rerũ natura, & mando vt distribuat illa inter pauperes, valet fideicommissum, licet non valeat legatũ, & tenebuntur hoc facere illi, apud quos remanet legatum: quod memori teneas mente. & vide quod dicam infra loco proximo. Vige-
20 simoprimò istud facit ad hoc, quòd quemadmodũ † legatum libertatis relictũ in testamento condito inter liberos scripto manu patris sine testibus, non debetur, licet testamentum valeat quoad liberos: vt est tex. iuncta gl. in verbo, inter filios, in Auth. de testamen. imperfect. in prin. Ita nec legatum ad pias causas valebit, arguendo à libertate ad piam causam. & ita singulariter decidit Alex. de Imo. in consi. suo lxxvj. iij. volu. incip. redemptoris, &c. ponderatis his de quibus in themate, &c. & hoc dictum refert & sequitur Iasõ in Auth. quod sine, C. de test. Nec obstat text. in d. Auth. quod sine, in fine, qui præmissis videtur refragari: quia debet intelligi & suppleri per text. in corpore vnde sumitur, qui clarè hoc decidit: quod imis reponas sensibus, quia est quotidianum, & habui de facto, & faciliter errares si non perpenderes. Vigesimo secundò istud facit ad hoc, quòd
21 sicut † fideicommissum libertatis relictum ab vno ex hæredibus inuicem substitutis, illo abstinente ab hæreditate debetur à cohærede substituto, nec contradictio fideicommissarij potest eam impedire, ex quo non est hæres: vt est tex. singularissimus in l. Lutius j. ff. de fidei. liber. Ita etiam erit in legato pio eadem ratione. quod memori teneas mente, quia cum casus occurrisset de facto, ita consului per d. l. Lucius, & per l. ij. ff. de manu. testa. supra allegatam, & per l. iiij. §. Lucius, cum ibi notatis per Bart. ff. de alim. legat. licet neminem repererim specificè hoc attingẽtem. Vigesimotertiò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore liber-
22 tatis † scientia absque contradictione habetur pro cõsensu, & operatur remissionem pignoris: vt est tex. in l. j. C. de remiss. pig. Ita et fauore piæ causæ scientia, & patientia haberi

beri debet pro consensu, & operari remissionem pignoris. & ergo si debitor rem mihi pignoratam me præsente & non contradicente donaret pio loco, vel ecclesiæ, valeret donatio, & censeretur remissum pignus hoc casu fauore libertatis: Ita sin. dicit Bal. in d. l. j. C. de remis. pi. & sequūtur Roma. & Alex. de Imol. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. & probatur in Auth. si seruus sciente, C. de episc. & cler. quod est notat. dignum: & idem comperimus in fisco eius fauore: vt est tex. no. in l. si hypothecas, iuncta sua gl. C. de remi. pign. quod tene menti, quia est quotidianum. Vigesimo-
23 quartò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore libertatis † valet sententia lata pro mortuo: vt est tex. in l. cum quasi, in princip. ff. de fideicom. liberta. Ita etiam erit, vbi agitur de fauore ecclesiæ vel piæ causę, eadem ratione. & ita sing. dicit Bal. in d. l. vnica. §. in primo, circa finem, vbi dicit, Romæ in consistorio Papæ decisam esse talem quæst. A, litigauit aduersus B, super quodam beneficio, tandem auditor pronuntiauit pro dicto A, credens eum viuere, cū esset mortuus: pòst, quidam C, obtinuit se subrogari in locū dicti A, & petiuit sententiam latam pro dicto A, mandari executioni contra dictum B, qui B, obiecit, dictam sentētiam esse nullam, ex quo lata fuit pro dicto A, mortuo: l. eius qui in prouincia, & ibi Paul. de Cast. eam ad hoc notat. ff. si cert. pet. sicut si lata fuisset contra mortuum, l. penul. ff. quæ sent. sine ap. resc. sed hoc non obstante dicit Bal. fuisse decisum, dictam sententiam valere, & executioni mandādam esse contra dictum B, fauore ecclesiæ, sicut in d. l. cum quasi. in princi. dispositū est fauore libertatis, arguendo à libertate ad ecclesiam, vel piam causam, quod est validum secundum eum: & hoc dictum tanquam pulchrum & singulare refert & sequitur Alex. de Imo. in d. l. eius qui, quod teneas mente, q̃a est quotidianū. Vigesimoquintò istud fa
24 cit ad hoc, q̃ sicut legatū libertatis † validum est, & debitum per hæredē, licet testator errauerit credēs seruos illos quibus per fideicommissum libertatem dedit, esse suos: vt est tex. in d. l. Paulus, in prin. & in l. quidam ita §. si quis filium. ff. ad Trebel. Ita etiam valet legatum rei alienæ relictum piæ causæ quoad æstimationem, eadem ratione. & ita singulariter volunt Sali. Alex. Ias. & doct. in l. cum alienam, C. de lega. & Ang. in §. non solùm, Instit. de legatis, &

gl. in

gl.in c.filius,de testa.& Ro.in consil.ccxxxv. incip. quo ad primum quo quæritur,in iiij.dubio.& doct. sæpe aliis locis. In contrarium tamen videtur esse tex. ad literam in d. cap.filius.de cuius c. intellectu vide ibi latissimè per canonistas,maximè per Cardi.Io.de Imo. Panor.Barba.& mod. qui varios illic tradunt intellectus,& latè per Panor.in repetitione ca.cum esses.de testa. in j.q.& amplè per Roma. in rep.Auth.similiter,in x.speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. vbi post longam disputationem sentire videtur,legatũ rei alienæ relictũ piæ causæ valere de iure ciuili,& inter subditos imperii:secus autem de iure canonico & inter subditos Papæ vel ecclesiæ:sed cõis opinio habet, vt dixi,quòd legatum rei alienæ ad pias causas valet vtroque iure quo ad æstimationem.& ad d.cap.filius,patet responsio ex no. per docto.in locis supra cõmemoratis. quod tene menti. Vigesimosextò istud facit ad hoc,ꝙ sicut fauo
25 re libertatis testamentũ † imperfectũ ratione voluntatis est validum:vt est tex.no.in.in testaméto. ff. de fid. lib. Ita etiã testamentum imperfectum ratione voluntatis ad pias causas erit validũ quo ad disposita: ita notabiliter dicunt Bar.& Bened.de Plũ.in d.l.in testaméto.vbi Bar.dicit se sic consuluisse.Contrariũ tñ in hoc pulchro & quotidiano articulo tenet Ro.in d.rep.Auth.similiter, in xviij. speciali piæ causę circa vltimas voluntates,vbi plenè de hoc reperies,& per Bar.& doct.in l.si is qui.& in l. ex ea scriptura. ff.de test.& per Panor.& canonistas in c.j.de succes.ab inte
26 sta. Vigesimoseptimò istud facit ad hoc,quòd sicut † legatum libertatis eius fauore potest committi in liberam voluntaté tertij, vt est tex.in l.fideic.libertas ita dari,in versic.sed & si ita.ff.de fideicom.liber.quem tex.ad hoc notat gl.in l.captatoriæ.ff.de leg.j.& in l.captatorias, C.de testa. mi.& alibi.Ita etiam legatũ ad pias causas eius fauore potest committi in voluntatem tertij.& sic licet captatoria voluntas regulariter non valeat,l.illa institutio.ff. de hær. instituend.cum similibus, de quibus ibi in glos. in legatis tamen ad pias causas valet, c.cũ tibi,vbi est tex. singularis secundum vnum intellectũ,de testam.& istud expressè volunt Bart.Bald.& doct.in l.j.ff.de lega.ij. & idẽ Bart. Bald. & Paulus de Cas.in d.l.captatoriæ.& Bar.in d.l.j.C. de sac. eccl.& Bened.de Plũ.ĩ d.l. fideicõmissaria libertas.& doct.

alijs

aliis sæpe locis. de quo articu. pulchro & quotidiano vide latissimè per Pet. de Ancha. Io. de Imo. Barbatiã & nouissimos ĩ d. c. cũ tibi. & per Bar. Ang. Sali. Bal. Alex. Ias. & doct. in d. l. captatorias, & ꝑ Io. de Imo. in d. l. captatoriæ. & per mod. in d. l. j. C. de sacrosf. eccles. Vigesimooctauò istud facit ad hoc, quòd sicut † fauore libertatis hæres creditor inuitus cogitur recipere à seruo particularẽ solutionẽ. vt est text. in l. cum hæres. §. item si x. ff. de statu libe. Ita etiã dicendũ erit in creditore piæ causæ, vt teneatur recipere particularem solutionem, eadẽ ratione. & ita reperio singulariter velle Lud. Rom. & Alex. de Imo. in l. quidã existimauerunt. ff. si certum petat. Vigesimononò ex ista æquiparatione libertatis & piæ causæ inferri potest vnum aliud singulare, videlicet quòd sicut † verba enunciatiua propter aliud prolata fauore libertatis disponunt, l. vnica. §. similique modo, C. de latina liber. toll. & §. fin. Inst. de adop. Ita etiam fauore piæ causæ disponent: eadem ratione. & ita reperio velle Ias. in l. ex his verbis, post alios per eũ relatos, C. de test. mi. & de hoc est text. sing. secundum vnum intellectum in c. cùm dilectus. & ibi plenè per Panor. & alios canonistas, de successi. ab intest. & dixi supra loco proximo. quod memori teneas mente, quia est quotidianum & seruit ad multa. Trigesimò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore † libertatis pretium seruorum, quos testator emi iussit & manumitti, habetur loco æris alieni. & sic ex consequenti sit priuilegiatum, et antè deducatur, l. æris alieni. ff. ad l. Falci. & l. si quis setuum. §. fina. ff. de leg. ij. Ita etiam legatum ad pias causas, quod sortitur fauorem libertatis, si hæreditas aliis legatis non piis solutis, futura sit nõ soluẽdo, deducetur ante legata nõ pia, tanquã æs alienũ: Ita singulariter reperio dicere Paul. de Castr. in d. l. si quis seruũ. §. final. in lect. Pad. & sentit tacitè ibi Barto. & idem apertè decidit ipse Paulus de Cast. in l. eius serui. in lect. Padu. ff. ad le. Fal. pro qua decisione facit, licet ipse non alleget. l. j. C. de bonis aucto. iudic. possi. vbi illi, qui debent habere legata ab hærede præferuntur aliis, quibus ipse hæres nunc defunctus legata reliquit: & ponitur illic in tex. ratio, quia illa prima legata censentur tanquàm æs alienum, quantũ ad bona eius à quo relicta sunt. Hæc tamen decisio Pauli de Castro redditur dubia propter auctoritatẽ pluriũ doctorum

(margin numbers: 27, 28, 29 at lines beginning "cit ad hoc", "gulare", "re †libertatis")

ctorum tenentium contrarium, vt videre poteris per glos. Bar. & docto. in d. Auth. similiter, & per Alex. de Imola, in l. sed si non seruus. §. si incertum. ff. ad legem Falci. & in locis per eum commemoratis, quò recurre: sed quis iustius induit arma, cum casus iste qui quotidianus est, occurrerit æquo iudici dispiciendũ relinquo. Trigesimoprimò istud
30 facit ad hoc, quòd sicut † per pactum impeditur dari libertas, quę semel data difficulter reuocatur, l. ea quidem, C. si mancipium ita fuerit alienatum: Ita etiam per pactum impeditur res fieri sacra vel religiosa, eadem ratione. Ita notabiliter volunt Bartol. Ange. & doctor. in l. ea lege, C. de condict. ob cau. & probatur in l. fina. C. de pact. int. emp. & vendi. de hoc tamen vide latius per Salicetum in dicta l. ea lege, quò recurre. Trigesimosecundò ex ista æquiparatione libertatis & pię causæ inferri potest & aliud quiddam
31 singulare, videlicet, quòd sicut † libertas relicta in testamento, quod posteà pronunciatur falsum, & præstita per legatarium bona fide, non retractatur ob id quod testamẽtum posteà pronunciatur falsum: vt est text. in d. l. ij. C. de fideicom. libet. Ita etiam est hoc casu in legato † ad pias
32 causas relicto, & ergo si ex testamento falso autoritate episcopi sit constructa capella, vel hospitale, non poterit destrui. Ita singula. decidit Bal. in d. l. ij. & ibi Alex. in apostillis ad Bal. id notat, & eius meminit Iason in l. ij. in §. si quid ex testamento. ff. de condict. indebiti. Trigesimotertiò ex ista æquiparatione libertatis & piæ causæ inferri potest aliud etiam singulare, videlicet quòd sicut fauore liberta-
33 tis † mora contrahitur re ipsa absque aliqua interpellatione, vt est tex. in d. l. cũ verò. §. apparet igitur, & notatur per gl. in l. mora. ff. de vsuris: Ita etiam fauore piæ causæ contrahitur mora re ipsa absque interpellatione, quam doctores vocant irregularem: vt singulariter vult Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicomm. & dicam latiùs infrà in loco à minoribus ad ecclesiam vel piam causam, in princ. quò recurre. Trigesimoquartò ex ista æquiparatione libertatis & piæ causæ inferri potest & illud notabile, quòd
34 sicut quis interdum cogitur † carere re propria, recepto iusto pretio fauore libertatis, l. ij. iij. & iiij. C. pro quib. cau. serui pro præ. lib. Ita ẽt fauore ecclesiæ, religionis, vel piæ causæ, eadẽ ratione. & ita determinant Inno. Io. An. Cardi.

& Pe.

Pe.de Anch.in c.quod super his,de voto:vbi per hoc decidunt,ꝙ infidelis habens temporale dominium alicuius loci,populo sibi subdito conuerso ad fidem,propter periculum fidei vel fidelium potest compelli ad recipiendũ pretium vel commutationem,licet nõ posset precisè cogi ad fidem:& idem eadem ratione dici posset in habente domũ iuxta ecclesiam vel monasterium,vt cogatur vẽdere & pretium iustum recipere,exigente necessitate vel magna vtilitate ecclesiæ:& ita apertissimè tenent Guil.& Flo.in l.si qs sepulchrum,in princi.per illum tex.ff.de religio. & sumpt. funerum.Bal.& Angel.in l.j.ff.sol.mã.& idem Bal.in d.l.j. C.de com.ser.manumisso,& Ias.in l.nec emere, C. de iure delibet.& Cæpola in suo eleganti libello seruitutum vrbanarum,vbi dicit se sic obtinuisse Veronæ,& sequitur Feli. in j.distin.c.omnes leges.Summè tñ cauendum est , ne sub prætextu religionis grauentur aut fraudentur pauperes

35 subditi Cæsaris:quia ita † debemus fauere piæ causæ. viduis,& alijs miserabilib.personis,vt alijs iniuriam non faciamus,c.ex tenore, de foro compe.& habetur originaliter Exodi xxiij. ibi , pauperis non misereberis in iudicio, intellige in causa iniusta:vt ibi dicit glo.Posset & ad multa alia,ex præmissis & alijs iuribus colligibilia , induci hæc æquiparatio libertatis & piæ causæ, sed prædicta pro gustu iuuenib.dando sufficiunt.Et procedit hęc argumẽtatio

36 à libertate ad piam causam,† quando lex loquens in libertate applicabilis est ad piam causam,& quando eadem ratio militat in vtroque , nec cõtrarium reperitur decisum in iure,aliàs secus:quia expressum facit silere tacitum.l.si. C.de pact.con.& diuersitas rationis diuersitatem iuris & dispositionis inducit,l.adigere.§.quamuis, cum ibi not.ff. de iu.pat.& l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.cum simi

37 lib.Quando autem legatum † dicatur piũ,seu ad pias causas,vide per glo.& doct.in l.si quis Titio.ff.de leg.ij.& per glo.& doct.in l.illud,C.de sacr.eccle.& per Pan.in rub.extra de testa.& per Ias.in d.l.j.in prima lectura,C.de sacr.eccle.& per Bar.Bal.& doct.in d.auth similiter,in quibus locis reperies,ꝙ legatũ relictum pro anima,item pauperib' etiam amicis,ecclesijs,hospitalib.vel alijs xenodochijs,dicitur pium seu ad pias causas:& talia legata pia sunt multũ priuilegiata,vt patet ex prędictis,& ex his quæ dixi supra

loco proxim,& patebit latissimè infrà in plurib. locis proximè sequentibus:& videre poteris per canonistas, in c. relatum j. de test.& per legistas maximè per Bar.& Bal. in repe. d.l.j.C. de sacr. ecc.& plenissimè per Ro. in d. repe. auth. similiter:& attingit obiter Francisc. de Crema in singulari suo ix. Quæ omnia commenda memoriæ,& vide quod dicam infra loco proximo & sequentib.& in loco à speciali, & quod dixi suprà in loco à simili.

¶LOCVS AB ALIMENTIS AD piam causam.

1 *Causa alimentorum pia est & fauorabilis.*

2 *Alimentorum,& piæ causa fauore legatum incertum debetur.*

3 *Feriat? die inducto ob vtilitatem hominum procedi potest in cã alimentorum & pia causa.*

6 *Deminutio eorum quæ relicta sunt in testamento factum in codicillis per verba generalia, non extenditur ad ea quæ relicta sunt pro alimentis.*

7 *Legata relicta nominatim ab hærede alimentorum & piæ causæ fauore, à substituto censentur tacitè repetita.*

9 *Res ex qua solui debet legatum, alimentorum fauore censetur pro legato obligata & hypothecata: idem in legato pio.*

10 *Actio personalis an aliquo casu detur contra singularem successorem, vel colonum rei obligatæ:& nu seq.*

11 *Colonus non sibi, sed alij possidet.*

12 *Argumentatio ab alimentis ad piam causam quando procedat.*

CONgruè subnectitur nunc locus ab alimentis ad piam causam: à quo sumptum argumentũ est ꝓbabile, frequẽtissimum,& vtilissimum. Vbicunq; enim lex aliquid statuit vel disponit fauore alimentorum, illa lex etiam locum habet in pia causa, quando ad eam applicabilis est,& quando eadem ratio militat in vtroque, nec aliter repetitur dispositum in iure: quia † cũ alimen

alimentorum de se est pia & fauorabilis,l.Mela.ibi, pietatis intuitu,cũ ibi no.per gl. Bar.& docto. ff.de alimen.& ciba.leg.Multa aũt specialiter statuta sunt à iure fauore alimentorum,quę diligẽter collegit Bar.in d.l.Mela.& doct. alijs locis,ex quibus subsistente identitate rõnis qñ aliter nõ reperitur dispositum à iure,& casus est applicabilis ad piam cãm,& ex ab alimẽtis argui potest ad piã causam: & ex hoc maxima resultat vtilitas huius loci. Et in primis
2 istud facit ad hoc,ꝙ sicut fauore alimentorum † legatum incertum rõne summæ est validum,& debetur inspecta patrimonij legantis facultate & personæ legatarij qualitate seu dignitate:vt est tex.no.in l.si cui.ff.de annuis leg. Ita ẽt erit in legato pio seu ad pias causas relicto,eadem rõne.& ita notabiliter vult gl.quæ hoc argumento vtitur in d. l. si cui, & sequitur Lud.Ro.in repe.auth.similiter, C.ad leg. falcid.in xxvij.speciali piæ causæ circa vltimas volũtates.
3 Secundò istud facit ad hoc,ꝙ sicut † in cã alimentorum ꝓcedi põt die feriato inducto ob vtilitatem hominum, l. ij. ff.de ferijs,& vult Bar.in d.l.Mela.Ita ẽt illo tẽpore procedi poterit in cã pia,eadem rõne.& istud est de mẽte Spe.in ti.de ferijs.§.sequitur,circa prin.& sequitur Lud. Ro.in d. sua repetitione auth.similiter,in viij.spãli piæ causæ circa
4 iudicia.Tertiò istud facit ad hoc,quòd sicut † fideicõmissum à legato pro non scripto dependens, fauore alimentorum debetur ab hærede vel ab eo apud quẽ remanet:vt volunt Bar.Alex.& doct.in l.alio,in j.col.per illũ text. secundum vnam lecturam.ff.de ali.& ciba.leg.& idem Bart. in l. si.ff.de his quæ pro non scrip.ha.& idem Bar.Alex.Flor.de S.Petro,& doct.in l.pater filium.§.Tusculanus.ff.de leg.iij. & Pet.de Anch.in cle.ij.de religio.domibus,licet aliàs legatum pro non scripto regulariter remaneat apud hæredẽ substitutum vel coniũctum sine onere,l.vnica.§. in primo, C.de cad.tol.Ita etiam fideicommissum ad pias causas dependens à legato pro nõ scripto debetur ab hærede vel ab illo apud quem remanet legatum , sit substitutus vel coniunctus.Ita notabiliter volunt Bar. Alex.Floria. de sancto Petro,& Pet.de Anch.in locis supra cõmemoratis,& Pau. de Ca.in d.§.in primo,& dixi supra loco ꝓximo. Quartò
5 istud facit ad hoc,ꝙ sicut fauore † alimentorum relictorũ in vltima volũtate minus solenni,præstatio triẽnalis ope-

ratur

ratur & inducit necessariam præstationem in futurum, ac si relicta fuissent in testamento solenni: vt est tex: singularis in l.j. C. de fideicom. Ita etiam hoc idem operabitur prę statio triennalis in relictis ad pias causas in vltima voluntate, licet minus solenni, eadem ratione. & ita singul. decidunt Bar. Bal. Ang. Ale. & Ias. in l. si certis annis, C. de pact. & idem Alex. & Ias. in d. l. j. quod est sing. notandum, quia quotidianum. Quintò istud facit ad hoc, quod sicut fauore ali
6 mentorum † diminutio eorum quæ relicta sunt in testamẽto, facta in codicillis per verba generalia, non extenditur ad ea quæ relicta sunt pro alimentis: vt est tex. singularis in l. libertis. ij. § posthumis. ff. de alimen. & ciba. lega. & vult Bart. in d. l. Mela. Ita etiam per verba generalia posita in codicillis non minuitur legatum in testamento relictum ad pias causas: eadem ratione. & ita singulariter vult Lud. Ro. in d. repe. auth. similiter, in iiij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. & idem Ludo. in repe. l. si verò. §. de viro, in xxiiij. fallentia. ff. sol. mat. Vbi ad hoc allegat tex. singularem in c. si propter tua debita, de rescrip. libr. vj. quod est bene notãdum, quia est singulare & quotidianum. Sextò
7 istud facit ad hoc, quòd sicut fauore alimentorum † legata relicta nominatim ab hærede vel ab hæredibus debentur à substituto vel à coniunctis, à quibus alimentorum fauore censentur tacitè repetita: vt est casus sing. in l. iiij. §. Lucius, secundum vnam lecturam gl. quam sequitur ibi Bart. ff. de alimen. & cibar. lega. & vult Bar. in d. l. Mela. & Rom. in consilio ccclxxxviij. Ita etiam erit in legato pio, eadem ratione. & ita singulariter vult in dict. repetitione authen. similiter, in xv. speciali pię causę circa vltimas voluntates. & faciunt quę dixi supra loco proximo, quod est no. dignũ & perpetuò memoriæ commendandum. Septimò istud facit ad hoc, quòd sicut fauore alimentorum conditione
8 † mixta ad scripta legato deficiente ob casum interueniẽtem in personam eius cui debet impleri, nõ deficit legatũ: vt est tex. not. in l. illis libertis, secundum lecturam Bar. ff. de condi. & demon. & in l. j. C. de leg. cum limi. Ita etiã erit in legato pio, eadem ratione. & ita singulariter vult Rom. in dicta repe. auth. similiter, in xxxvij. spãli piæ causæ circa vltimas voluntates, & Fran. de Aret. in consi. xciij. & faciunt quæ dixi supra loco proximo. Octauò istud facit ad hoc,

hoc, quòd sicut fauore alimentorum, relictum pro alimẽtis ab eo qui non est institutus vel honoratus, deputatus tamen executor, valet: vt est tex. in d. l. alio, secundum primam lecturam glo. quam sequitur ibi Bart. Ita etiam hoc casu valebit legatum ad pias causas, eadem ratione: quod & sentit Bar. in d. l. alio, & Alex. ibidem in apostil. ad Bar. & clarius Io. de Imo. in l. centurio, ff. de vulg. & pup. substitu. quod teno menti. Nonò istud facit ad hoc, quòd sicut fauo
9 re alimentorum res ex qua solui debet legatum † cẽsetur pro legato tacitè obligata & hypothecata, etiã iure. ff. vt est glo. not. in l. Lucius. ff. de alimen. & cibarijs leg. & gloss. in l. Caius. ff. de annuis leg. & glo. in l. fi. ff. de contrahen. em ptio. & vend. & est de mente Bar. & aliorum in l. cum hi. §. si vni. ff. de trãsact. licet glo. ibi vacillet, & probatur in l. ij. in fi. ff. de alimen. & cibar. leg. & ponit pro constanti Rom. in dict. consi. ccclxxxviij. Ita etiã erit in legato pio: eadem rõne. Et ita reperio expressè velle Rom. in singul. cccxxj. in fine, vbi per hoc singulariter dicit, ꝙ si testator in eadem orõne posuerit legatum pium, & rem ex qua voluit legatũ pium persolui; licet postea rem illam alienauerit, non censetur tale legatum per huiusmodi alienationem extinctũ, ex quo dicta res censetur pro legato pio obligata & hypothecata, & non præcisè posita, vt ex illa legatũ soluatur: & dicit se hoc habuisse de facto Romæ, & iudicasse pro ecclesia sancti Pauli de vrbe, cum domino Ioanne Milis, & domino Ioãne de Roma præstãtissimis doctoribus, quod commenda memoriæ, quia est quotidianum, & mirabiliter declarat, l. quidã testamento, in prin. ff. de leg. j. & l. Lucius, j. & l. Lucius ij. §. ciuibus. ff. de leg. ij. cũ simi. Decimò istud facit ad hoc, ꝙ sicut fauore alimentorum prædio ob alimẽta præstãda alicui donato, alimentis non præstitis donatori nedum datur actio præscriptis verbis vt impleatur promissa, verum etiã condictio ob cãm ad repetendum prædium ob causam alimentorum donatum, cã non sequuta: & quod fortius est, rei vendicatio: vt est tex singularis in l. j. C. de donatio. quæ sub modo. Ita etiã erit in pia cã, cui aliquid loco alimentorum relictum fuerit ex re alteri cũ tali onere legata facta per testatorem in piã cãm cessione omnis iuris sibi quomodolibet competentis: eadem ratione. & ita consului pro Zellarensibus Mechliniensibus
 contra

contra abbatem Vlirbacensem, qui non destitit, nisi postquàm per tres sentétias conformes succubuit. Imò (quod fortius est,) si prædium donatum, vt aliquis alimentetur, pereat chasmate, debentur nihilominus alimenta: vt decidunt Cy. Alber. Bal. Ang. & alij in l. j. C. de iure emphy. Vndecimò istud facit ad hoc, quòd sicut
10 † actio personalis fauore alimentorum datur contra fundi possessorem, d. l. iiij. §. Lucius, secundum intellectum gloss. & Barto. quem text. ad hoc reputat singularem Roma. in dict. consi. ccclxxxviij. Ita etiam videtur dicendum in pia causa vel ecclesia, eadem ratione: & ita reperio dicere Guidonem papæ decisione sua cccccclxxvj. Vbi plus dicit, videlicet quod cognitio talis causæ spectat ad iudicem ecclesiasticum, vt ibi latiùs per eum, & in additione illic posita: quòd est benè notandum pro consuetudine quæ in diœcesibus Leodiensi, & Cameracensi obseruata dicitur, vigore cuius pia loca, collegia, & ecclesiæ, coram episcopo vel officiali suo passim & indistinctè conueniunt colonos, tãquã destructuatores bonorum ecclesiæ vel piæ causæ cõpetentium, vel ei pro annuo censu vel redditu hypothecatorũ; quamuis cum eis non contraxerint. Sed aduerte, quia vbi cõsuetudo iam introducta est, nullum videtur dubiũ, quia consuetudo inducit actionem, sicut statutum: arg. l. j. ff. de condictio. ex lege, & tribuit iurisdictionem, l. j. C. de emancipa. libero. & cap. cum contingat, de foro compe. cũ similibus. Sed vbi non esset consuetudo introducta, posset dici omnino contrarium, per regulam l. j. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebell. vbi habes, quòd actio personalis nõ sequitur fundum, vel fundi possessorem: & ad supra adducta in contrarium facilis est responsio. & primò non obstat d. l. iiij. §. Lucius, iuncta glo. quia vt ibi dicit Alb. de Rosate post Dyn. glo. ibi somniauit, & dato quòd lectura glo. quam sequitur ibi Bart. esset vera, prout etiam sentit Alber. ibidẽ, tñ non plus habetur ex ea, quã quòd vniuersaliter succedens hęredi obligato vt est substitutus vel coniunctus, tenetur actione personali ad soluendũ id, ad quod obligatus fuit hæres institutus: quod non est mirũ, quia est successor vniuersalis defuncti, & sic eadẽ persona cũ defuncto, in auth. de iureiu. à morien. præsti. in princi. colla. v. iuncta l. licet imperator, cũ sua materia. ff. de legatis j. sed

quòd

ꝙ singularis successor teneatur actione personali ad solu͂ dũ id, in quo is à quo causam habet actione personali est obligatus, nõ habetur ibi, imò cõtrariũ habetur in l. ob causam, C. de actio. & obl. & in l. Solutum. §. solutã, & ibi gl. & doct. ff. de pig. act. & quia iste est debitor debitoris, qui nõ conuenitur nisi confiteatur debitum, & nisi principalis debitor sit condemnatus & non soluẽdo, l. si causa, l. si debitũ, & l. non prius, C. quãdo fis. vel pri. deb. & l. si is qui, C. depo.

11 nec est verum † quòd colonus defructuat, qui non sibi sed alij possidet, l. malè agitur, C. de pscrip. xxx. vel xl. annorũ, & ille possidet cuius nomine possidetur, non qui est in possessione, l. quod meo, in prin. ff. de acq. pos. & Inst. de inter. §. retinendæ, circa finem: & si sequamur cõmunem & verũ intellectum, quem ad dictum. §. Lucius, dant Dyn. Albet. de Ros. & alij, tũc adhuc minus obstat d. §. Lucius: quia tũc nihil aliud habetur ibi, quã quòd legatum alimentorũ simpliciter sine aliqua conditione relictum liberto, debetur eidem, etiam si non habitauerit in eadem domo cum hærede patroni: quod memori teneas mente, quia vidi in ardua q. multũ de hoc certari, & obtinuit quod dixi, nõ obstãte auctoritate Ludo. & Guidonis: nec mirum, quia si bene cõsideres, Ludoui. in consilio videtur vacillare, & ab eo ꝙ priùs dixit recedere, & lex super qua se fundat, nihil probat: vt suprà ostendi. Guido etiam nihil validi pro se adducit, vt videre poteris per eum. In duobus tamen casibus admitti posset, quem conueniri actione personali ratione defructuationis primo, quando quis nomine proprio fructus colligeret ex re hypothecata ecclesiæ, pro annuo reditu ecclesiæ relicto pro alimentis seruitorum ecclesiæ: & secundo qñ quis nomine proprio colligeret fructus ex re ecclesiæ eidẽ relictæ pro seruitio diuino & alimentandis seruitoribus ecclesię: iuxta notata in simili per Bar. in l. in summa. §. & ſic. ff. de condi. inde. & faciunt ea quæ habẽtur & notantur in l. si me, & Titium. ff. si cer. pe. quia cũ præstatiões in his duobus casibus sint fauorabiles, posset admitti cõpetere actionẽ personalẽ cõtra defructuatorẽ, vt dicimus, in tributis, l. imperatores. ff. de publicanis. & in decimis s͂m Host. & alios in c. pastochianos, de decimis: de quo tñ sunt opiniones, vt videri potest per gl. & doct. in c. moderamine, xvj. q. j. & per gl. Pano. & doct. in c. tua nobis, ĩ c.

cōmissum,& in ca.cum homines,de decimis. Tenendo tñ quod decimæ debentur & peti possunt cōdictiōe ex lege, procedere posset quod dixi:in nullo tamē casuum prædictorū videtur cognitio spectare posse ad iudicē ecclesiasticū,vbi defructuator esset laicus:nisi dicamus hoc cōtingere propter quasi sacrilegiū commissum per talē defructuatorē, qui rem ecclesiæ vel eidem hypothecatā contrectat inuita ecclesia, vel saltem eā inscia:quo casu præsumere debet eā inuita fieri,l.qui vas,§.vetare.ff de furt.iunctis nōt.per gl.auth.item nulla cōmunitas,C.de episc.& cle.& in c.cum sit generale,& in c.conquestus , de fo. comp. sed licet hoc procedere posset,quando quis defructuaret rem ecclesiæ sine titulo,tamen non potest habere locū in casu,quo quis defructuat rem suam propriam,ecclesiæ pro reditu annuo hypothecatā:cùm hoc casu rem propriā non ecclesiæ cōtrectet,& sufficiat eum corā iudice suo laico actione personali & hypothecaria cōueniri posse.Tene menti prædicta,quia noua sunt ista & inaudita,vera tamen ni fallor:& hæc pro gustu iuuenibus dando sufficiant, licet ad multa alia induci posset hæc argumentatio ab alimentis ad piā

12 causam.Quę argumentatio † tunc procedit,vt dixi,quādo casus est adaptabilis , nec reperitur decisum contrarium, & quando eadem ratio militat in vtroque : aliàs secus. Hinc est,quòd licet in causa alimentorum nō admittatur appellatio,l.fi.ff.de ap.reci:& vult Bar.in d.l.Mela. in causa tamen pia admittiē appellatio,quia non est eadem ratio vtrobique:nam in causa alimentorū ideo non admittitur appellatio,quia ipsa alimēta re ipsa non recipiunt dilationē:non mirum ergo,si nō admittitur appellatio,iuxta regulam traditam in d.l.fi.q ratio cessat in causa pia.& ita expressè reperio velle Rō.in d.repetit. Auth. similiter, in vj. speciali piæ causæ circa iudicia,& Alex.in d.l.Mela.in apostillis ad Bar.quod nota.& vide quod dixi supra loco proximo & in loco à simili, & qđ dicā infra in loco à speciali.

¶LOCVS A DOTE AD piam causam.

1 *Dos in se pietatem habet.*

2 *Dotis priuilegia multa: & qua, remißiuè.*
3 *Arguere à dote ad piam causam quando liceat.*
4 *Mandatum re integra non finitur morte mandantis dotis & pia causa fauore.*
5 *Pœnitentia re integra non admittitur in contractu innominato fauore dotis, & pia causa.*
6 *Res empta per maritum de pecunia vel dote mulieris, potest vendicari per mulierem.*
7 *In causa dotis potest procedi summariè & de plano. idem in pia causa.*

OCcurrit nunc locus à dote ad piam causam, à
quo sumptum argumentum est probabile,
frequentissimum, & vtilissimum: quia dos &
pia causa æquiparantur à iure, tex. est notabi
lis in c. j. §. donare, in tit. qua. olim feud. pote-
1 rat ali. in vsibus feudorum: & dos † in se pietatem habet, l.
cùm is §. si mulier. ff. de cond. inde. & vult Bald. in l. sicut, in
fi. C. de act. & ob. & idem Bald. in l. mandatum, C. mand. &
est de mente Bart in l. ij. §. fi. in prin. ff. de dona. & in l. si e-
go. ff. de iure dotium, & de mente Alex. d. l. cùm is. §. si mu-
2 lier. & quia † multa sunt priuilegia dotis collecta per Spe-
cu. in tit. de dote post diuor. restituen. in §. formatis, in fi.
& per glo. Bart. Bal. Pau. de Cast. Roma, Ioan. de Imo. Alex.
& docto. in l. j. ff. sol. ma. & per Bal. & Salice. in rub. C. de pri
uilegio dotis, & plenissimè per Bap. de S. Blasio in suo sin-
gulari libello de priuile. dot. vbi ponit c c l v j. priui-
legia dotalia, & amplissimè per Bal. Nouellum in suo sin-
gulari tractatu de dotibus, in vj. vij. viij. ix. x. xj. & xij. parti
3 bus: ex quibus † subsistente identitate rationis, vbi contra-
rium non reperitur expressè decisum in iure, & casus est
applicabilis ad piam causam, validè argui potest ad piá cau
sam: patet luculēter, quòd iste locus à dote ad piá causam
est vtilissimus, & ad infinita induci posset: paucis tamē gra-
tia exempli pro instructione iuuenum contentus ero. Et
in primis hæc argumentatio facit ad hoc, quòd sicut fauo
4 re dotis † mandatum re integra morte mandantis non fini
tur, vt est tex. singularis secundum vnum intellectum in d.
l. si ego. §. j. licet regulariter mandatum finiatur morte mā
dantis re integra, d. l. mandatum, cum similibus. Ita etiam

fauore piæ causæ morte mandantis re integra non finietur mandatum, eadem ratione. & ita singulariter vult Bald. in d.l. mandatum, & sequitur Roma, licet occasionem quærat impugnandi in repetitione Aut. similiter, C. ad legem Falci. in xvij. speciali piæ causæ circa contractus, & Hippo. de Marsiliis in singulari suo xliiij. & Franciscus de Crema singulari. cxliij. Secundò facit ad hoc, quòd sicut fauore do-
5 tis † in contractu innominato non admittitur pœnitentia re integra, quin hæres cogatur adimplere votū defuncti: vt est tex. singularis secundum alium intellectum in d. l. si ego. §. j. licet regulariter in contractu innominato admittatur pœnitentia re integra, l. si pecuniam, in prin. ff. de condict. cau. da. Ita etiam fauore piæ causæ in contractu innominato re integra non admittetur pœnitentia: eadem ratione. Et ita singulariter vult Bald. in d. l. sicut. in fine: & idem Bald. in d. l. mandatum. & sequitur Roma. in dict. repetitione Auth. similiter, in xviij. speciali piæ causæ circa contractus, vbi de hoc latè per eum. Tertiò facit ad hoc, quòd sicut fauore dotis mulier creditrix cui animo compensandi relictum est legatum ab vno ex hæredibus, potest, repudiato legato, pro debito suo vsque ad quantitatem legati conuenire illum hæredem solum & insolidum etiam inuitum, vt est textus singularis in l. cum ab vno, & ibi Barto. & docto. not. ff. de lega. ij. quem tex. etiam ad hoc ponderat & valde exclamat Paul. de Cast. in l. debitorum, C. de pact. & gl. Cyn. & docto. in l. pro hæreditariis, C. de hered. actio. Ita etiam erit hoc casu in pia causa, eadem ratione: & ita vidi iudicari in fauorem cuiusdam loci pij Mechliniensis contra dominum de Neuele. Quartò facit
6 ad hoc, quòd sicut res empta † per maritū de pecunia vel dote mulieris potest vendicari per mulierem, l. vxor marito. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Ita etiam res empta per prælatum ecclesiæ de pecunia ecclesiæ vel piæ causæ, potest per ecclesiam vendicari, eadem ratione. & ita singulariter decidit glo. in dicta l. vxor marito, & gloss. in l. si ve proponis, Co. de rei vendica. & vtrobique Salicetus & docto. aliis sæpe locis. Quintò per hunc arguendi modum dixit Roma. in dicta repetitione Auth. similiter, in nono speciali piæ causæ circa iudicia, quòd sicut in causa do-
7 tis † potest procedi summariè & de plano, vt est tex-

tus notabilis secundum eum in cle.dispendiosam, de iudiciis. Ita etiam erit in pia causa, secundum eum. De hoc tamen, an in causa dotis possit procedi summariè, & de plano, sunt opiniones inter doctores: & quòd in causa dotis possit procedi summariè & de plano, tenet Cardina. in dicta clem.dispendiosam, in xxx.quæst. Sed contrarium volunt Bartolus. Bald. Ang. & Paul. de Castr. in dicta l.j.ff.solut. Petrus autem de Anchar. in d.cle. dispendiosam, distinguit in hoc quotidiano articulo, & credo eum dicere meram veritatem. Ioannes autem de Imo. & Alex. plenè hunc articulum quotidianum examinant in dicta l.j. Posset & ad infinita alia pulchra & quotidiana induci hæc argumentatio dotis & piæ causæ, sed prædicta pro iuuenib⁹ abundè sufficiunt. Reliqua videat, & applicet studiosus cũ otiũ superfuerit. & pmissis adde quod dicã infra in loco à fisco ad dotem, & in loco ab alimentis ad dotem, & in loco à dote ad alimenta: & in loco à speciali, & quod dixi supra in loco à simili. †

¶LOCVS A FISCO AD ECclesiam, vel piam causam.

1 *Fiscus & ecclesia æquiparantur à iure. & n.4. cũ multis seque.*
2 *Fisci priuilegia quæ sunt, cum nu.seq. & per totum locum.*
3 *Fiscus superueniens ad defensionem emptoris trahit actorem ad suum iudicem. idem in ecclesia. nu.10.*
4 *Executor ad pias causas non potest alienare, nec dominium trãsferre, nisi præsente pecunia. sicut nec procurator fisci.*
5 *Sententia lata contra fiscum, ecclesiam, & piam causam inde fensus propter absentiam suorum aduocatorum & procuratorum, est ipso iure nulla.*
8 *Reus tenetur edere sua instrumenta fisco & ecclesiæ ad fundandam eorum intentionem.*
9 *In causis fiscalibus & pia causa proceditur die feriato ob vtilitatem hominum inducto.*
11 *Fiscus non tenetur conficere inuentarium, nec tenetur vltra vires hæreditarias. idem in ecclesia.*

12 *Scientia absque contradictione fauore fisci habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris. idem fauore ecclesiæ.*

14 *Fiscus succedens priuato vtitur iure priuati pro tempore præterito: pro futuro autem iure fisci. idem in ecclesia.*

16 *Fisco & ecclesiæ fit mora re ipsa sine interpellatione.*

17 *Fiscus habens rem communem cum priuato potest ratione partis totam vendere.*

18 *Argumentatio à fisco ad ecclesiam vel piam causam quando procedat.*

19 *Consequentia valet, ita est in fisco, ergo idem erit in priuato, & contrà: nisi ratio specialitatis in fisco subsit, vel nisi contrarium sit specialiter in iure decisum.*

20 *Intellectus l. non puto ff. de iure fisc.*

OFFERT se nunc locus à fisco ad ecclesiam vel piam causam, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens & valde vtile: quia † æquiparantur à iure. l. fi. C. de sac. eccle. & §. finimus, iuncta glo. in Auth. de non alie. aut permu. reb. eccle. & c. quid ergo, iuncta glos. xxiij. q. iiij. & est bona glo. in c. auditis, & ibi Panormi. notat de in

1

2 integ. restitut. & quia † multa sunt priuilegia fisci subtiliter collecta per Bald. in l. j. C. de hæ. actio. & per Salic. & Pau. de Cast. in l. fi. C. de priuilegio fisci, & per Azonem in summa, C. illo eod. tit. Ad infinita adduci poterit hæc argumentatio, arguendo à decisis in fisco ad ecclesiam vel piã causam, subsistente identitate rationis, vbi contrarium nõ reperitur expresse decisum in iure, & quando casus est applicabilis ad eccle. vel piam causam. Quod vt euidentius appareat, addo vltra priuilegia fisci posita per Azo. loco prædicto, per Bal. in d. l. j. & per Sali. & Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de priuileg. fis. septem alia pulchra & singularia priuilegia fisci: quorum primum est, quòd repudians hæreditatem debitoris fiscalis occasione tributorum, priuatur omnib9 bonis quæ accepit ab ipso debitore fisci, quocunque titulo, etiam inter viuos: casus est singularis iuncta glo. in l. hæredes, C. de omn. agro deserto. lib. xj. quem tex. ad hoc ibi ponderant Barto. & Ioan. de Platea, & Roma. sua repetitione Authen. similiter, C. ad leg. Falci. in xiiij. speciali piæ causæ

causæ circa contractus, & Corsetus in sing. cxxxv. Secundũ est, quod reus cogitur fisco edere instrumẽta ad fundandũ eius intentionẽ: casus est singularis & vulgaris in l. ne quis quã. ff. de edend. Tertium est, quod fiscus potest species suas vetustate corruptas, quas per se sine magno damno vendere non potest, nisi illas cum bonis misceat, licitè immiscere: text. est sing. in l. j. C. de con. in pub. hor. lib. x. quẽ tex. ad hoc ponderat Ang. in l. annonam. ff. de extraordin. criminib. & Roma. in sua rep. l. si verò. §. de viro, in x. fal. ff. so. ma. Quartũ est, quod securitas alicui data à principe nõ extenditur ad debitum fiscale, nisi id expresse dicatur: text. est notabilis in §. publicorũ, in Auth. de manda. principũ, colla. iiij. & vult Martinus Laudẽsis in libello suo de priuilegio rescripto, conclusione xliij. & in libello suo de bello, con-
3 clusione cxciiij. Quintum est, quod fiscus † superueniens ad defensionem emptoris trahit actorem ad suũ iudicẽ, s. coram procuratore Cæsaris: tex. est singularis secundum vnam lecturam in l. si minori. & ibi Io. de Platea notat. C. de iure fisci. lib. x. Sextũ est, quod scientia creditoris absque contradictione fauore fisci habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris. tex. est notabilis in d. gl. in l. si hypothecas. C. de remis. pigno. Septimum est, quòd fiscus succedens priuato, licet non vtatur iure suo, sed iure priuati pro tempore preterito, pro tempore tamen futuro postquàm res, obligatio, vel actio ad eum peruenit, vtitur iure & priuilegio suo. tex. est singularis, mira dexteritate declarans hanc materiam in l. fiscus. ff. de iure fisci. Vnde deducendo vtilitatem ex hac argumentatione à fisco ad ecclesiam vel piam causam resultantẽ ad vsum fori, referã pro instructione iuuenũ ex multis pauca, pulchra, & quotidiana exẽpla. & in primis hoc argumẽto vtitur gloss. ad notabilẽ effectũ in l. si procurator. §. fi. ff. de iure fisci, & eã sequitur & cõmendat Panorm. in c. ij. in fine de precariis, & Barto. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudica. vbi
4 per hoc concluditur, quod executor † ad pias causas non potest alienare, vel dominiũ in aliũ transferre, nisi presente pecunia, & sic nõ potest habere fidẽ de precio, sicut nec procurator fisci. d. l. si procurator, in fine; & ibi hoc firmat Alberi. de Rosa. & decreto & solennitatibus interuenientib. secundũ eũ quod nota. Secundò hoc argumẽto vtitur gl. in l.

vnica,

vnica, C. de sent. aduer. fiscum latis retra. lib. x. ad illum ef-
5 fectum ꝙ sicut sententia † lata contra fiscum indefensum propter absentiam sui aduocati, est ipso iure nulla, vt ibi dicit gloss. & idem si feratur procuratore eius absente: vt notat gl. in l. iij. §. diuus. ff. de iure fisci: quas gloss. refert & sequitur Io. de platea, & post eum Pirrhus in d. l. vnica. Ita etiam sententia lata contra ecclesiam, vel piam causam indefensam propter absentiam sui aduocati vel procuratoris, est ipso iure nulla: cum ecclesia, & pia causa gaudeat eodem fauore, quo fiscus: iuribus supra in principio allegatis. & ita expressè reperio velle Paul. de Castr. in l. velamẽto, C. de postu. & Pirrhũ in d. l. vnica: & ꝙ sententia lata cõtra ecclesiam indefensam est ipso iure nulla, vult glos. not. in l. si præses, & ibi eã sequuntur Bald. Salic. & doc. C. quomodo, & quando index. & est text. vt arbitror in cap. j. de reb. ecclesię nõ alie. lib. vj. qui non consueuit ad hoc allegari. Tertiò isto argumento vtitur glo. in l. imperatores. ff. de
6 re iudicata. ad illum effectum, quod sicut respublica † vel fiscus aduersus sententiam contra se latam ex speciali priuilegio restituitur in integrum, prætextu instrumentorũ de nouo repertorũ: vt ibi est text. licet secùs sit in priuato, vt est tex. in l. sub specie, C. de re iud. Ita etiã ecclesia, cum gaudeat eodẽ fauore quo fiscus: & hoc sequit̃ Bart. & doct. in d. l. Imperatores, & Io. de platea in d. l. vnica, & glos. Salic. e. Paul. de Cast. & doc. in d. l. sub specie: vbi vide. Quartò isto argumento vtitur Bald. in l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. vbi per hanc æquiparationẽ dicit, ꝙ sententia lata contra fiscũ, vel ecclesiã per falsas probationes contra absentẽ scienter factas, est ipso iure nulla. & allegat notata in dicta l. vnica, & l. si prætor, §. Marcellus. ff. de iudic. & cũ eo trãsit Io. de platea in d. l. vnica. Quintò per istã æquiparationẽ fisci, & ecclesiæ seu piæ causæ infertur singulari-
7 ter, ꝙ si sunt duo † testamenta, & nescitur quod est prius & quod posterius, quia sunt confecta eadẽ die vel hora, licet regulariter ambo se confundant, & neutrũ valeat. iuxta notata per glo. not. in l. j. §. nõ autem, & ibi per Barto. ff. de bono. pos. secun. tabu. & not. per glo. & docto. in l. fina. C. de edicto diui Adria. toll. & notata per glo. & canonistas in c. duobus, de rescrip. lib. vj. tamen sicut fauore fisci in dubio temporis præsumitur pro fisco, vt est casus singularis secun-

dum vnam lecturam in l. j. C. de iure fisci lib. x. & vult Bal. in d. l. j. C. de hæred. vel actio. vend. & Salice. & Pau. de Cast. in d. l. fin. Ita etiã fauore piæ causæ in dubio temporis præsumitur pro pia causa. Ex quo sequitur, q in dubio temporis illud test. t. præsumitur esse posterius, in quo pia cã est instituta, vel piç causç est aliqd relictũ: qa hoc expedit piç causæ. & ita singulariter notauit Barbatia in c. relatum j. de testa. & idem ante eum reperio velle Roma. in d. repe. Auth. similiter, in xij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates. Idem etiam reperio velle Iasonem in d. l. final. C. de edi. diu. Adr. tol. vbi dicit se sic consuluisse Brixiæ in causa hospitalis magni. Sextò ex ista æquiparatione fisci, & piæ causæ inferri potest aliud singulare, videlicet quòd si non constet donationem factã priuato præcessisse obligationem bonorum generalem seu hypothecam, quam habet ecclesia, vel pia cã in bonis donatoris, in dubio p̃sumitur talis donatio facta priuato secuta generalẽ obligationem bonorum factam ecclesiæ, vel piæ causæ: ergo talis donatarius si vult triumphare contra ecclesiam vel piam cãm agentẽ actione hypothecaria, debet ꝓbare donationẽ præcessisse hypothecam, licet regulariter aliud sit, l. de rebus, C. de do. ante nup. cùm enim hoc reperiatur in fisco, pro quo in dubio temporis præsumitur: vt est casus singularis in d. l. j. secundum vnam lecturam, C. de iure fisci, lib. x. & vult Bal. in l. si debitor, C. de priuil. fiscl. & idem Bal. in d. l. j. C. de hæredita. vel actio. vendita. Salic. & Pau. de Cast. in d. l. fina. & Ange. in §. illud. ij. in Auth. de trien. & semisse. & Lud. Rom. in suis sing. singulari clx. & Corsetus in singulari xiij. Ergo etiam idẽ erit in pia causa, quæ fisco çquiparatur, iuribus suprà in principio allegatis: & ita singulariter determinat Roma. in d. repetitione Authent. similiter, in xiij. speciali piæ causæ circa contractus: & est de mente Barto. in l. j. in principio. ff. solu. matri. & vult expressè Ioan. de Platea in d. l. j. C. de iure fisci lib. x. & faciunt notata per Frãciscum de Crema in singulari xxv. quod est singulariter notandum, quia multùm limitat d. l. de rebus. Septimò ex ista æquiparatione fisci & piæ causæ in-
8 ferri potest & hoc singulare, quòd sicut fauore fisci reus tenetur ei edere sua instrumenta ad fundandum ipsius intentionem, vt est textus singularis in dict. l. nec quisquã:

Ita

Ita etiam pia causa agente reus cogetur sibi edere instrumēta sua eadem ratione.& ita singulariter determinat Butri.in c.j.de probatio.& sequitur ibi Felyn.& Ludouicus Roma.in d.repetitione Authen.similiter,in v.speciali piæ causæ circa iudicia:quod cōmenda memoriæ, qa est quotidianū.Octauò ex ista æquparatione fisci & piæ causę inferri potest aliud singulare, videlicet quòd sicut in causis
9 fiscalib† † proceditur die feriato ob vtilitatem hominum inducto,vt est text.in l.publicas,C.de feri: Ita etiā poterit procedi dictis diebus feriatis in causis ecclesiæ & piorum locorū:eadē ratione.& ita notabiliter determinat Specul.in tit.de feriis.§.sequitur,in principio.& sequitur Roma.in d.rep.Authē.similiter, in viij.speciali piæ causæ circa iudicia:& idē firmāt & valde exclamant Panor. & Feli. in c.fina.de iudiciis:quod memori teneas mente.Nonò ex ista æquiparatione fisci & ecclesiæ vel piæ causæ inferri
10 potest & illud singulare,quòd sicut fiscus † superueniens ad defensionem emptoris,trahit actorem ad suū iudicē,scilicet corā procuratore Cæsaris:vt est tex.singularis secundū vnā lecturā in d.l.si minori,& ibi Io.de Platea notat:Ita ēt est in ecclesia,vel pia causa:eadem ratione. & ita decidit glo.sing.in c.clericū nullus præsumat,xj.q.j.licet secus sit in priuato.l.venditor.ff.de iudic.& l j.C.vbi in rē actio. & istud expressè firmat Io.de Platea in d.l.si minori,& idē Io.de platea in l.ij.C.de suariis lib.xj.Contrariū tñ istius determinat Panormi.in cap.fi.de emp.& vend.quę omnino vide.Decimò ista ęquiparatio fisci,& ecclesiæ,seu piæ
11 causæ facit ad hoc,quòd sicut fiscus † non tenetur conficere inuentatiū,nec tenetur vltra vires hæreditarias.l.j.§. an bona.& ibi glo.& Bart.ff.de iure fisci,& l.non possunt, eod.tit.licet secùs sit in priuato,l.fin.C.de iure delibe. Ita etiam ecclesia,& pia causa gaudebit eodem priuilegio eadem ratione.& ita notabiliter dicit Bald in Auth.sicut alię natio,C.de sacro.eccle.& sequitur Pau.de Castr.in l.si seru† plurium.§.si ante.ff.de legat.j.& idem Pau.de Cast.in Authen.ingressi,in iij.colum.C.de sacros.eccles.quod est memoriæ commendandum, quia quotidianum. Vndecimò ex ista æquiparatione potest inferri aliud singulare, videli
12 cet quòd sicut fauore fisci scientia † absq; contradictione habetur pro consensu,& operatur remissionē pignoris.vt est

est tex.notabilis iūcta sua glo.in d.l.si hypothecas. Ita etiā fauore ecclesiæ vel piæ causæ scientia & patientia habebitur pro consensu, & operabitur remissionem pignoris: & ergo si debitor rē mihi pignoratam me præsente, sciente, & non contradicente, donaret ecclesiæ vel pio loco, valeret donatio, & censeretur remissum pignus fauore ecclesię seu piæ causæ: eadem ratione qua censetur remissum pignus hoc casu fauore fisci: & ita reperio sentire Bal. in l. j. per illum tex. loquentem in libertate, C. de remissio. pign. & volunt Roma. & Alex. de Imo. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Duodecimò ista æquiparatio facit ad hoc, quòd quemad-
13 modum fauore fisci instrumento subtracto statur depositionibus testium deponentium de tenore instrumenti, licet non sint adeò periti, vt sciant cognoscere defectus instrumentorū, vbi aliàs hoc requireretur l. ij. §. diuus, & ibi notatur per Bar. ff. de iure fis. & per docto. in l. si de possessione, C. de prob. & per gl. Panor. & canoni. in c. cum olim, de priuil. Ita etiā erit in ecclesia vel pia causa, q̄ gaudet beneficio & priuilegio fisci, iuribus supra in prinс. alle. cum vtrobique notatis per gloss. & doct. & ita in specie decidit Præp. in c. quis nesciat, ix. dist. Decimotertiò ex ista æquiparatione fisci & eccl. seu piæ causæ inferri potest & illud singulare, q̄ sicut fiscus potest dare rē suam in emphyteusim cū pacto, quòd non cadat in commissum ob canonem non solutum, vt est tex. in l. fundi, C. de fund. patri. li. xj. Ita etiam eccl. sia, vel eius prælatus poterit rem dare in emphyteusim cum illo pacto, eadem ratione. & ita sing. reperio velle Bar. & Ioan. de platea in d. l. fundi. & sequitur Frāciscinus in suo singulari libello feudorum parte ij. q. xvij. quem omnino vide, quia citat alios idem tenentes. Decimoquartò ista æquiparatio fisci & ecclesiæ vel piæ causæ facit ad hoc, quòd sicut ex diutina vel decennali præstatione præsumitur præsumptione iuris contracta obligatio allegata, nedum contra priuatum, sed etiam contra fiscum, vt est tex. fin. in l. eum de in rem verso. ff. de vsu. Ita etiam erit in ecclesia vel pia causa, vt contra eam præsumatur contracta obligatio allegata ex diutina præstatione, licet contra eam non præscribatur, nisi spatio xl. annorum, cap. de quarta, de præscrip. & authen. quas actiones, C. de sacro. eccles. & ita singulariter reperio decidere Bal. in d. l.

A cum

cum de in rem verso:& idem ibi volunt alij scribentes, & Panormitanus in capitulo peruenit, de censibus, ꝙ imis re ponas sensibus, quia est vtile & singulare. Decimoquintò ista æquiparatio fisci & ecclesiæ seu piæ causæ facit ad hoc
14 quòd † sicut fiscus succedens priuato non vtitur iure suo, sed iure priuati pro tempore præterito, pro futuro autem tempore postquam res, obligatio, vel actio ad eum peruenit, vtitur iure & priuilegio suo: vt est tex. singularis in d.l. fiscus. Ita etiam dicendum erit in ecclesia vel pia causa, ea dem ratione. Et ergo si tu incepisti præscribere rem Titij, qui erat præsens in eadem prouincia & continuasti vsque ad dimidium præscriptionis possidendo ipsam per quinquennium, deinde dominium peruenit ad ecclesiam vel piam causam, vt puta quia d. Titius eã legauit ecclesiæ vel piæ causæ, pro complendo aliam dimidiam non sufficiet possidere eam per aliud quinquennium, sed requirentur xx. anni, quia illi faciunt dimidiam præscriptionis xl. annorum: quæ requiritur contra ecclesiam vel piam causam: dict. cap. de quarta. & præal. auth. quas actiones, & sic præscribes illam rem, possidendo eam bona fide & iusto titulo per xxv. annos: nam ecclesia de prima dimidia completa contra priuatum illis v. annis habebit acquiescere, & pro residuo tempore vtetur iure suo: Ita notabiliter vult glo. in d. auth. quas actiones per d.l. fiscus. & ibi hoc firmãt Cyn. Bar. Bal. Pau. de Ca. & alij. quod no. quia est singulare & notabile. Caue tamen, quia dict. l. fiscus, super qua se fundant gl. Cy. Bar. Bal. Pau. de Cast. & alij, nõ loquitur in præscriptione, sed in obligatione, in qua fiscus successit priuato: glo. tamen in l. apud Iulianum. ver. Marcellus. ff. ex quibus cau. in possess. eatur, extendit eam in successione præscriptionis, & etiam gl. in d. auth. quas actiones: Quare de hoc articulo præscriptionis pulchro & quotidiano vide latius per Cy. Bal. & doct. in d. auth. quas actiones, vbi de hoc reperies satis plenè. Decimosextò ista æquiparatio fisci, &
15 ecclesiæ, seu piæ causæ facit ad hoc, ꝙ sicut fiscus † contrahendo cum aliquo priuato præfertur in bonis post suam obligationem quæsitis priuato etiam anteriori in tẽpore, habenti omnia bona secũ cõtrahentis præsentia, & futura obligata: vt est tex. sing. in l. si is, qui. ff. de iure fisci: Ita etiã fit in ecclesia vel pia cã, eadem rõne per supradicta. Et licet

neminem

neminem repererim hoc dicentem, credo tñ hoc verũ, q̄a idem fauor debetur ecclesiæ quæ fisco. & magna est ratio, quæ pro religione facit, l. sunt psonæ. ff. de religi. & sump. fune. cum sim. quod nota. Cogita tñ, quia in hoc casu repe rio gl. tenere contrarium in dote, in l. assiduis, C. qui poti. in pig. ha. Sed Sali. ibidem in iij. q. tenet contra d. gl. cōcludēdo idem esse in dote, quod in fisco. Decimoseptimò ista
16 æquiparatio fisci & ecclesiæ facit ad hoc, ꝙ sicut fisco fit mora re ipsa sine interpellatione: vt est gl. reputata singularis in l. cũ quidã. §. fiscus. ff. de vsuris: Ita etiã ecclesiæ fit mora re ipsa, vt est gl. sing. in §. itē mixta, in verbo, iudiciũ, Insti. de actio. & volunt Bal. Alex. & Ias. in l. j. C. de his quibus vt indig. & doct. alijs locis: vt latè declarabo infra in loco à minorib. ad fiscum, vbi vide. Decimooctauò istud fa-
17 cit ad hoc, quòd sicut fiscus habens rem cōem cum priuato, potest rõne partis totam vendere: vt est text. in l. vnica, C. de ven. rer. fisca. cum priua. commu. lib. x. Ita etiam ecclesia habens rem communem cũ priuato, potest ratione partis totam vendere, eadem ratione. Ita notabiliter volunt Io. de platea, & Pirrhus in d. l. vnica: quod no. Decimonono istud facit ad hoc, quòd sicut fiscus vendens rem tanquam pertinentem ad vnam stationem, quæ ad illam stationem nõ pertinebat, sed ad aliã, non possit reuocare eandem venditionem sub prætextu, ꝙ ad illam stationē non pertinebat, vt est tex. in l. j. C. ne fisc. rem quã vend. Ita etiã est in ecclesia, eadem rõne. Et ergo si abbas habens plures conuentus sub se, vendat solēniter rem vnius tanquã alterius, non poterit prætextu huiusmodi erroris reuocare dictam venditionem: Ita not. dicit gl. in d. l. j. & sequũtur ibi Bar. Io. de Plat. & Pirrhus: de quo vide ibi latius p eos. Posset & ad multa alia pulchra, & quotidiana induci hęc ęquiparatio fisci & ecclesiæ vel piæ causæ, sed prædicta ꝓ iuuenibus abundè sufficiant. Dummodò tñ meminerint, tunc
18 bonã esse argumentationē à fisco ad ecclesiã, vel piã cãm: & priuilegia cōpetentia fisco tũc obseruari in ecclesia, vel pia causa, qñ eadē ratio militat in vtroq;, & quando cōtrarium non reperitur expressè decisum in iure, & qñ priuilegia fisci sunt talia, ꝙ congruũt ecclesiæ vel piæ causæ, & ad ea applicabilia sunt, aliàs sec⁹: vt dixi supra in simili in lo-

co à milite armatæ militiæ ad militem cælestis militię,ci r ca finem,& sæpe alibi. Dummodò etiam meminerint,non valere hanc consequentiam,lex loquitur in fisco, ergo nō
19 habet locū in priuato: Imò † econtra valet consequentia: ita est in fisco,ergo idem erit in priuato,& econtra:nisi appareat cā vel rō specialitatis in fisco,vel nisi cōtrarium sit specialiter decisum in iure,tex.est notabilis in l. item veniunt.§.aptanda,in ver.in priuatorum,& ibi gl.Pau.de Ca. & doct.no.ff.de peti.hæred.& in l.j.& ibi etiam gl.Pau.Ca. & docto.C.eo.ti.& vult Odofre. in l.iustum, C. de eden.& est tex.cum glo.in l.iustas,& ibi Io.de Plat.notat,C.de iur. fis.lib.x.& tex.cum glo.in l.ij.& ibi etiam Io.de platea not. C.de pascuis publi.vel priua,lib.xj & bona glo. in l, si fundum,& ibi Sali.no.C.qui potio.in pigno.hab.& vult Ias.in §.in bonæ fidei,Institu.de actio. Et de isto possent dari infinita exempla,sed tria proposuisse cōtentus ero. Primum si incarceratus pro debito eximatur,tenetur eximens creditori soluere de proprio,quasi fideiussor exempti;tex. est singularis in l.quotiens,C.de exacto.tribu.lib. x. quod nedum locum habet in eximente debitorem fisci,.sed etiam in eximente debitorem priuati,secundum Bartol. And.de Baru.& alios in d.l.quoties,quamuis tex.loquatur in eximente debitorem fisci,& licet aliud senserit ibi gl. & ita ēt tenet Bal.in l,addictos,circa fin.C.de epis.audi.& Io.Fabri in §.itē aduersus,circa finem,Insti.de act.Imò plus singulariter voluit Sali.in l.in bonæ fidei, C de rebus credi. videlicet,quòd eximens incarceratum pro debito , tenetur soluere creditori,ēt si talis exemptus denuò incarceretur: quod dictū refert & sequitur Ias.in l.j.§.quod prætor, circa finem,ff.ne quis eum qui in ius vo.est vi exi.Secundum sit hoc,qui ostendit se tribus annis proximis soluisse,præsumitur pro præteritis præcedentib.annis soluisse:tex. est sing.in l.quicunque,C.de apo.pub.li,x,qui tex.licet loquatur in fisco,habet tamen locum in priuato,puta in emphyteuta:gl.est no.in l.ij.C.de iu.emphy.quā ibi sequitur Salicc.in ij.q.dicens Dynum sic consuluisse,& se de facto ita obtinuisse:& idem vult Sali.ibidem in viij. q. circa finem, & Ias.illic dicens,d.gl.not.& approbari per omnes:& idem vult Sali.in d.l.cùm de in rem verso. Item sit tertium,quòd priuata scriptura non facit fidem pro scribente , l. exēplo,

& l.

& l.rationes,C.de proba.qui tex.licet loquantur in priuato,habent tamen locum etiam in fisco.tex.est singularis in l.inter chartulas,C.de cõue.fis.debi.lib.x.& idem in infinitis alijs casibus,quos commemorare magis esset laboriosum,quàm subtile.Nec præmissis, quatenus dixi fiscũ mul
10 tum esse priuilegiatum†obstat l.non puto.ff. de iure fisci, quæ singulariter vult,quòd in dubio iudicandum est pro priuato contra fiscum:quia dico,quòd d.l.non puto,debet intelligi,quando fiscus tractat de lucro,& priuatus de dãno.quia tunc in dubijs quæstionib.iudicandum est contra fiscum:Secus autem,si fiscus veniat ex contractu suo, vel alterius cui successit,quia tũc fiscus est magis fauorabilis, & priuilegiatus:& in dubio pro eo,& non contra eum sententia fereda est:Ita sing.dicit Ias.in l.de die.ff.qui satisda. cogan.& Alex.de Imo.in d.l.j.ff solu.mat.& idem Alex. in d.l.non puto,in apostillis ad Bar.vbi refert hoc voluisse Iacobum de Bel.in l.vnica,in fi.C.de cad.tol.& idẽ vult Iaso, in §.si quis agens,Insti.de acti.idẽ et vult Ang.in §. si,Insti. quib.mo.testa.infir.referens hoc voluisse Raphaelem in d. l.non puto.& doct.sæpe alibi.quæ omnia commenda memoriæ tanquàm pulchra,vtilia,singularia,& quotidiana, & vide quod dicam infra loco proximo,& in loco à republica ad ecclesiam vel piam causam.

¶LOCVS A FISCO AD dotem.

1 *Fiscus & dos in quibus conueniant.nu.1.3.4.& in quibus differant.nu.5.cum seq.*
6 *Fiscus in delictis an habeat tacitam hypothecam.*

Ccurrit nũc cõmodissimè locus à fisco ad dotem,à quo sumptũ argumentum est probabile,frequens, & vtile,quia parib. passibus ambulant,l.dotis tuæ,& ibi no. C. de iure dot.& l.ij.cum glo.C de priui.fisci.Et isto argumento vtitur Iustinianus Imperator in authent. vt exactio.

1 instant. dot.§.j.Cōueniunt†enim in hoc fiscus & dos,se & mulier ratione suæ dotis,ꝙ vterque habet tacitā hypothecam ex cōtractu secū inito:de fisco est tex.in l.aufertur. §. fiscus.ff.de iure fisci,& in l.ij.C.in qui.cau.pig.tac.contra. & de muliere est tex.in l.vnica.§.j.C.de rei vxoriæ action. in l.fin.C.de pact.conuentis,in §.fuerat,Instit.de actio. in l.assiduis,C.qui pot.in pig.hab.& in cap.ex literis, de pig. Vnde si concurrant inuicem , præfertur qui prior est tempore,d.l.do tis tuæ,& præal l.l.ij.C.de priuile.fisci.Hæc ergo æquiparatio fisci, & dotis facit ad multa: Et inter alia

2 primò ad hoc,quòd†sicut fiscus ratione suæ tacitæ hypothecæ non præfertur priuato anteriorem expressam hypothecam habenti,l.si fundum,C.qui pot.in pig.hab.& l.si pignus.ff.eo.tit.Ita nec mulier in dote ratione suæ tacitę hypothecæ præfertur creditoribus anteriorē expressam hypothecam habentibus,secundum opinionem gl.& cōmunem:de qua in d.§.fuerat,& in d.l.assiduis,& ibi Sali.in ij. qō.Secundò ista æquiparatio fisci & dotis facit ad hoc, ꝙ

3 sicut fiscus†ratione suæ tacitæ hypothecæ præfertur omnibus creditoribus generalem expressam hypothecam , etiam anteriorem tempore habentibus, in posteà quæsitis, vt est tex.sing.in l.si is,qui.ff.de iure fisci,& adminiculatur l.iij.C.de priuile.fisci.Ita etiam dicendū erit in dote : quia in dubiis fauendum est doti,l.in ambiguis,pro dotib.ff.de reg.iur.& ita post multa concludit Salic.& dicit summè notandū in d.l.assiduis,in iij.q.licet gl.ibi velit contrariū.Sali.tamē de hoc dubitauit in d.l.ij.C.de priuile.fisci.Tertiò

4 ista æquiparatio facit ad hoc,ꝙ sicut†in dubio qn̄ ignoratur, an obligatio fisci præcesserit obligationē priuati , vel econtrà:fauetur fisco, & obligatio fisci præsumitur prior, vt est tex.sing.secundum vnam lecturam in l.j.Co. de iure fisci lib.x.Ita etiam dicendum erit in muliere agente pro sua dote:cùm paribus passibus ambulent , iuribus supra in princip.alleg.& ita tenet Sali.in dict.l.assiduis , in iij. q.in fine,dicens hoc summè notandum. Circa hoc autem cadit pulchra,& dubitabilis quæstio,quid si fiscus & mulier inter se disceptent contra tertiū,& non appareat quis fuerit prior in hypotheca tacita,quia eadem die cōtraxerunt, qs præfertur?de qua quæstione vide per Bald.in d.l.dotis tuę, quem sequitur Iason in d.§.fuerat,& pleniùs per Saliçe.in

d.l.

d.l.ij.C.de priuileg.fiſ.qui inter ſe variant:probabilior tamen,& æquior videtur opinio Salic.diſtinguens caſus per rationes ſuas.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio,ſed prædicta pro iuuenibus ſufficiunt. Animaduerte tamen circa præmiſſa, quia fiſcus & mulier ratione ſuæ dotis in multis ambulant diſparibus paſſibus. Primò, in
5 † cauſa primipilari, in qua fiſcus eſt potior,l.vtilitas,C de primipilo li.xij.& l.ſatis,C.ĩ quib.cau.pig. vel hyp.tac.cõtra.Secundò in alio,quia mulier ratione ſuæ tacitæ hypothecæ præfertur priuato habenti etiam tacitam hypothecam anteriorem tempore,d.l.aſſiduis:& eſt concluſio Sali. in auth.quo iure, vbi hunc articulum quotidianum latè examinat,C.qui potio.in pigno habeantur: ſed non ſic eſt in fiſco,l.vnica,C.rem alienam gerentibus,& præall.l.ſi pign'.& ſic in hoc mulier eſt priuilegiatiór fiſco:& ita reperio expreſsè velle Sali.in dicta l.aſſiduis, in ij. q. circa finem,& eſt de mẽte Ioan.de Platea,in l.vnica, C.pœnis fiſ. cred.præfer.lib.x.& idem vult Dyn.in regula,qui prior, de reg. iur. libro vj. Tertiò non ambulant paribus paſſibus, quãdo fiſcus prætendit ius ad bona alicuius ex maleficio, quia illo caſu etiam dos præfertur fiſco, licèt ſit poſterior tẽpore:ita ſentit Bal.in d.l.dotis tuę,in noua lectura, licet in antiqua lectura aliud velit,& non bene:& ratio eſt euidens,quia in delictis fiſcus non habet tacitam hypothecã, vt notatur per gloſſ.in l.reſcriptum,in princ ff.de pactis,& in d.l.aufertur. §. fiſcus.de hoc tamen articulo quotidia-
6 no † an in delictis vel maleficiis fiſcus habeat tacitam hypothecam,vel non,vide latiùs per Cy. Salice.& docto.in l. ſi quis poſthac, C.de bonis proſcripto.& per gloſſ.Ioan.de Platea,& doct.in dict l.vnica,& pleniſſimè per Bal.Alex.& alios in dict.l.reſcriptum. Et generaliter quis cui ex creditoribus præferatur,vide per gloſſ.& doct.in l.priuilegia. ff.de priuile.credito.& per gl.& docto.in d.l ſi is qui.& per Io.de platea in d.l.vnica,& accuratiſſimè ac pleniſſimè per Dyn.in d.regula,qui prior:ex quibus patet, quòd fiſcus & dos regulariter ſe habent vt paria,in aliquibus autẽ vt excedentia,& exceſſa. Ex quo vlteriùs patet quando hæc argumentatio procedit, & quando non: Illud tamen nõ eſt om ttendũ,quod ſi fiſcus ſit creditor ex maleficio,& etiam p riuatus,vt q̃a propter homicidiũ fiſco debetur çerta quã

titas ex bonis delinquentis,& certa quantitas etiam debetur hæredibus occisi,hoc casu quia ambo sunt creditores eiusdem tituli,id est,ex maleficio,fiscus præfertur* hæredibus occisi in executione. Ita singulariter dicit Bal.in d.l. rescriptum.quod est summè notandum,quia limitat & restringit multum d.l.vnicam, nec memini me alibi legisse: sed licet magna sit authoritas Bal.nõ tamen credo hoc dictum indistinctè verum. quid enim si aliqui furto vel vi subtracta sint mille, quæ æquitas suadebit fiscũ præferri furtum vel vim passo aut eius hæredi:si vtrique ex integro non potest satisfieri? certè meo iudicio nulla. Vndè credo distinguendum,Aut priuato quid abest, ita quod certat de damno vitando,fiscus verò de lucro captando:& tunc credo priuatum debere præferri fisco,& sic procedit d.l. vnica,& l.non puto.ff.de iure fis. Aut priuato vel eius hæredi nihil abest ,sed vterque certat de lucro captando non de damno vitando, vt in casu Bal.& tunc credo decisionem Bal.veram. Aut fiscus prosequitur rem familiarem,vt quia agit pro damno dato in fundo fiscali,& priuatus similiter, & tunc etiam credo decisionem Bal.veram:quam hoc modo videtur intelligere Alex.de Imo.in d.l. rescriptũ. quod commenda memoriæ,quia potest frequenter contingere: & vide quod dixi supra loco proximo.

AD. Præfertur.* Vide tamen l.j. C. pœnis fiscal.cred. præfer.& ibi glo.Bart.& Ioan.de Plat.

¶LOCVS A FISCO AD minores.

1 *Fiscus & minores æquiparantur:& per totum.*

NVnc subnectemus locum à fisco ad minores, à quo sumptum argumentũ est probabile,frequẽs
1 & vtile,quia✝æquiparantur:gl.est not.in l.si procurator.§.fi.ff.de iure fisci,quæ relata ad tex. singulariter decidit,quòd habens potestatem vendendi rem minoris,non põt habere fidem de pretio,sicut nec habens pote

potestatē vendendi rem fisci. Ex quo sequitur, ꝙ non trāsfert dominium, nisi sit solutum pretium: & hoc ibi tenet & commendat Barto. & alij post eum. idem etiam vult Bart. & alij post eum in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iu. & idem dicendum est in prælato ecclesiæ vendente rē ecclesiæ, vt non possit habere fidem de pretio, nec trāsferre dominium pretio non soluto, vt vult gloss. in d. §. fi. & Bar. in locis suprà commemoratis, & Pano. in c. ij. circa finē. de preca. & frequenter alibi: quod nota. Secundò hæc æquiparatio fisci & minoris facit ad aliud, videlicet, ꝙ sicut sentētia contra fiscum vel rempublicam lata, potest ex speciali priuilegio retractari, instrumentis de nouo repertis: vt est tex. in l. imperatores. ff. de re iud. Ita etiam dicendum est in minori maximè pupillo, eadem ratione: cum gaudeat eodem priuilegio. & ita dicit gl. no. in dict. l. imperatores, quā sequuntur ibi Bar. & docto. & idem vult glo. & doctor. in l. sub specie, C. de re iud. & Io. de Pla. in l. vnica, C. de senten. aduer. fiscum latis. lib. x. quod no. Tertiò ex ista æquiparatione fisci & minoris infertur & aliud, videlicet, ꝙ sicut sententia lata contra fiscum per falsas probationes, cōtra absentem scienter factas, est ipso iure nulla: Ita etiam est in minore. ita notabiliter dicit Bal. in l. qui testamēto. ff. de excusa. tutor. & allegat notata in d. l. vnica, & l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iud. quod not. Quartò per hunc arguendi modum inferri potest, quòd quia fiscus succedens priuato pro tempore præterito vtitur iure priuati, & pro tempore futuro iure proprio, l. fiscus. ff. de iure fisci: sicut si inchoetur præscriptio contra priuatum, & perficiatur seu cōpleatur contra fiscum succedentem priuato, alia tempora seruantur contra fiscum, quàm contra priuatum: Ita etiam dicendum sit, si pupillus succedat priuato, contra quem inchoata fuit præscriptio: Ita singulariter vult glos. in l. apud Iulianum, ver. Marcellus, ff. ex quibus cau. in poss. ea. & ibi illam glo. no. Albe. de Rosatē: & idem est in ecclesia, vt dixi supra in loco à fisco ad ecclesiam vel piam causam, & in loco à toto ad partem: pro cuius pleniori intelligentia videnda sunt notata per glo. Bal. Sali. Pau. de Cast. & doct. in l. vnica, C. si aduer. vsuca. & no. per Cy. Albe. & doct. in l. fin. C. in quibus cau. in integ. resti. non sit necess. & notata per eundem Cy. & alios doct. post glo. in authen. quas actiones, C.

de sacro, eccle. quod tene menti, quia potest in foro quoti die in vsu venire. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, cum multa sint priuilegia fisci diligenter collecta per Bal. in l. j. C. de hære. vend. & per Sali. & Pau de Ca. in l. fi. C. de priu. fis. quæ concurrente identitate rationis, vbi contrarium non reperiretur expressè decisum, adaptari seu applicari possent ad minores maximè pupillos: sed prædicta pro gustu iuuenibus dando sufficiant.

¶LOCVS A MINORIBVS ad fiscum.

1 *Argumentum à minoribus ad fiscum est probabile, & vtile.*
2 *Fiscus, minor, & ecclesia æquiparantur.*

Contra verò à minoribus ad fiscum sumptū †argumentum etiam probabile est, frequens,
1 & vtile, quia æquiparantũr, vt habes glo. notabilem in l. si procurator. §. fi. ff. de iur. fis. & dixi supra loco proximo. Vndè sicut sententia lata pro minore indefenso est valida, vt est textus notabilis in l. non eo minus, C. de proc. Ita etiam sententia lata p fisco indefenso est valida: licet secus sit econtra, qñ fertur contra minorem vel fiscum indefensum: ita dicit glo. notabilis in l. iij. §. diuus. ff. de iure fis. & sequitur Io. de Platea in l. vnica, C. de sen. aduer. fiscum latis retractan. lib. x. Et idem est in ecclesia, vt volunt legistæ in d. l. non eo minus, & gl. Bald. Salice. & docto. in l. si præses, C. quo. & quan. iud. & Panor. & cano. in c. causam, j. de iud. Item sicut minori fit mora re ipsa absque vlla interpellatione, vt est text. in l. in minorum, C. in quibus causis in integrum restitu. non est necessa. & in l. Titia, Seio. §. vsuras. ff. de legatis ij. Ita etiam fisco fit mora re ipsa absque aliqua interpellatione, Ita dicit gloss. singularis in l. cum quidam. §. fiscus, in verbo, inferunt, ff. de vsuris. & vult Bald. & post eum Iason in l. prima, Cod. de his quibus vt indignis, & ibi Alexander in apostillis ad Baldum refert idem tenere Roma

ma.in l.si ex legati causa. ff.de verbor.obligat. per d.gloss. & idem refert Iason in §. item mixta.quem legit sub §.ex maleficiis, Institu.de actio.per d.gloss.quam reputat singularem:& idem dicendum est in ecclesia & pia causa, vt eis fiat mora re ipsa:vt est glo.singularis approbata per docto.in d.§.item mixta.Tertiò istud facit,ad hoc, quod sicut minori succurritur per in integrum restitutionē, si per suos curatores vel procuratores damnum patiatur, & illi non sint soluendo,vt est tex.in l.properandum,in fine,C.de iudi.Ita etiam hoc casu fisco succurritur,eadē ratione:& ita punctaliter vult Pirrhus in l.iustas,in fin.ver.C.de iure fisci lib.x. & pari ratione etiam succurritur ecclesiæ,vt vult Card.in cl.vnica.in x.q.de in inte.rest.& Salice.Alexā.& Iason in d.l.properandum,in fine:quod nota.Hæc enim tria

2 † minor,fiscus,& ecclesia,æquiparantur:de quo vt nunc memoriæ occurrit,sunt quinq; glo.notabiles,vna est in d.l.si procurator.§.fina.secunda in l.sub specie.C.de re iudi. tertia in d.l.vnica,quarta in l.imperatores.ff.de re iudicata.& quinta in c.auditis,de in inte.rest.quod commēda memoriæ,quia potest induci ad multa alia.& vide quod dixi supra loco proximo, & in loco à fisco ad eclesiam vel piā causam:& quod dicam,j.in loco à republica ad ecclesiam vel piam causam,& in loco à minoribus ad ecclesiam vel piam causam.

¶LOCVS AB ECCLEsia ad fiscum.

1 *Ecclesia quibus priuilegijs gaudeat.*
2 *Argumentatio ab ecclesia ad fiscum non procedit in criminalibus.*

OCCVRRIT nunc locus ab ecclesia ad fiscum,à quo sumptum argumentum est probabile,frequens,& vtile:quia æquiparantur à iure,l.fina.C.de sacrosan.eccl.& §. finimus iūcta glo.in Authen.de nō alienan. aut permutan.reb. eccle.colla.ij.& c.quid ergo,xxiiij.q.iij.& est

bona

bona glo. in c. auditis, & ibi Panor. not. de in integrum re-
1 stitu. Vndè cum multa sint † priuilegia ecclesiæ accuratè collecta per Ludo. Ro. in aurea sua repetitione Aut. similiter C. ad leg. Falci. per Bar. Bal. & doct. in l. j. C. de sa. eccle. & per cano. in c. relatum j. de test. Ad infinita trahi poterit hæc argumentatio, quando eadem ratio militat in vtroque, nec contrarium reperitur expressè decisum in iure: & qñ priuilegia cōpetētia ecclesię sunt talia, ꝙ cōgruūt fisco: vt dixi in casu conuerso supra in loco à fisco ad ecclesiā vel piā causam, & in loco à milite armatę militiæ ad militem cælestis militiæ, & sępe alibi. Et gratia exempli inter alia istud facit ad hoc, ꝙ sicut acquisita per episcopū, prælatum, vel administratorem ecclesiæ post adeptam administrationem: præsumuntur acquisita intuitu & ex bonis ecclesiæ, Aut. licentiam, C. de episco. & cleri. & §. interdicimus, in Aut. de eccle. titulis, colla. ix. & toto titu. de peculio cle. cum illic not. per Panor. maximè in ca. vt vnusquisque. Ita etiam acquisita per officiarium fisci, præsumūtur acquisita intuitu & ex bonis fisci. Ita decidit glo. reputata sing. in l. defensionis facultas, in fine, C. de iure fisci li. x. de quo tamen articulo quotidiano vide latius per doctores, singulariter per Ioan. de Platea in d. l. defensionis facultas, & per Bald. in l. cum oportet, in versi. quæro quid in administratore reipub. Cod. de bonis quæ liberis, ad
2 quos remisisse sufficiat. Hæc tamen argumentatio † non ꝓcedit in pœnalibus. Ita dicit gl. singularis in §. itē mixta. Instit. de actio. cum qua transeunt ibi communiter omnes doctores, excepto solo Angelo, qui per plura probabilia media tenet contra d. glo. quem omninò vide: & ibidem latè per Iasonem. De hoc tamen quotidiano articulo, an & quando in pœnalibus licita sit extensio, vide infra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in tertio casu principali, vbi reperies de hoc satis plenè.

¶LOCVS A PVPILLO AD rempublicam.

1 *Pupillus & respublica æquiparantur, & nu. seq.*

2 Con

2 *Conuentio quòd de damnis & intereße stetur dicto partis an valeat.*

HABEMVS etiam in iure locum à pupillo ad rempublicam, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, quando eadē est ratio in vtroque: quia † quiparantur à iu-
1 re, l. rempublicam, cum ibi notatis C. de iure reipub. lib. xj. l. qui solidum. §. etiam, & ibi Io. de Imo. notat ff. de leg. ij. l. respublica. C. ex qui. cau. maiores, & l. j. iuncta glo. C. de offi. eius qui vicem alicuius iudicis obtinet: cum similibus. Et in primis per hanc æquiparationem pupilli & reipublicæ, dixi semel in quæstione in facto occurren-
2 te: quòd conuentio † facta per gubernatores reipublicæ Louaniensis, qua cauebatur, quód de damnis & interesse ftaretur simplici vel soli dicto creditoris, nō valebat: quia similis conuentio facta per tutorem, vel per pupillum cum authoritate tutoris, non valet. L. iurisiurandi gratiam, cum gl. & ibi hoc expresse notat Bar. ff. de iureiuran. & habetur plenissimè per Iasonem in l. iusiurandum quod ex conuentione, illo eodem titu. ergo etiam non debet valere talis conuentio facta per gubernatores oppidorū vel reipublicæ: iuribus supra allegatis, & ita fuit iudicatū. An aūt talis conuentio valeat, & quid operetur, qñ fit per priuatū maiorē xxv. annis, vide pulchrè per Bar. Io. de Imo. & do. in l. fi. ff. de preto. stipula. & per Cyn. & doct. in l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cler. ad quos breuitatis gratia te remitto. Secundò istud facit ad hoc, quòd sicut sententia diffinitiua lata contra pupillum, vel quod fortius est contra minorem indefensum est ipso iure nulla: vt est tex. cum sua singulari glo. in l. cum & minores. C. si aduer. rem iudica. Ita etiam sententia lata contra rempublicam alicuius ciuitatis indefensam, est ipso iure nulla vt est tex. cum gl. in l. j. & ibi Bar. & Io. de platea notant, C. de iure reipub. lib. xj. Tertiò istud facit ad hoc, quòd sicut debitor pupilli vel adulti repellitur à tutela vel cura. Auth. minoris debitor, C. qui da. tuto. poss. & in corpore vnde sumitur: Ita etiā debitor reipublicæ repellitur ab honoribus & administratione honorem habēte annexum, nisi prius soluat debitum. l. j. C. de debito. ciuitatum lib. xj. & l. rescripto. §. debitores.

ff. de

ff.de mune.Posset & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hęc argumentatio à pupillo ad rempublicã,sed prę dicta pro iuuenibus sufficiunt.Reliqua autem studiosus vi dere poterit per Io.de platea in d. l.rempublicam, & in l. seq.& in l.j.& ij.C.de administra.reip.lib.xj. ad quę remisisse sufficiat cum ab omnibus habeatur,& egregiè loquatur:& vide quod dixi supra in loco à minoribus ad fiscũ, & quod dicam infra in loco à pupillo ad ecclesiam vel piã causam.

¶LOCVS A REPVBLICA ad pupillum.

1 *Sententia rescinditur fauore Reipub. & pupilli pratextu instrumentorum de nouo repertorum licet secus sit in priuato.*

E Contrario etiam à republica ad pupillum sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, quando eadem est ratio in vtroque: quia æquiparantur à iure. l. rempublicam,cum ibi no.C.de iu.reipu.li.xj.& l. qui solidum. §. etiam, & ibi Ioann. de Imol. notat. ff. de
1 leg.ij.cum similibus. Et hinc est quòd sicut fauore † reipublicæ prætextu instrumentorum de nouo repertorũ re scinditur senté tia,licet secus sit in priuato.l.imperatores, vbi de vtroque est text.ff.de re iudica.& l. sub specie. cum ibi notatis C.eo.ti.Ita etiã fauore pupilli prætextu instru métorum de nouo repertorum rescindetur sentẽtia:& ita decidit gl.in l.sub prętextu,j.& ibi Bar.Bal.& doc.C.de trãsactio.per d.l.rẽpublicã.& idẽ decidit gl.in d. l.imperatores,& ibi Bar.Io.de Imo. Alex.& docto.& idẽ sentit glo.in l.vnica.C.de sent.ad.fis.la.ret.lib.x.Posset & ad multa alia pulchra & quotidiana induci hæc argumẽtatio à republica ad pupillũ,vt pulchrè declarat Io.de platea in d.l.rẽpu. & in l.seq.& in l.j.& ij.C.de admi.rerũ pu.lib.xj.ad quẽ remisisse sufficiat,cum ab omnibus habeatur. Et vide quod dixi supra loco proximo, & qd dicã infra loco sequenti.

LOC.

LOCVS A PVPILLO AD ECclesiam vel piam causam.

1 *Ecclesia loco pupilli est.*
2 *Mandato generali non venit delictum.*
3 *Pupillus etiam authoritate tutoris non potest vendere rem immobilē, nisi vrgente debito, & interueniente decreto iudicis.*
4 *Pupillus tenetur de eo quod ad eum peruenit, & in quo factus est locupletior. idem in ecclesia.*
5 *Res immobilis pupilli non est alienanda, vt alia ematur: ita nec res ecclesiæ.*
6 *Tutor tenetur pupillo de eo quod ei acquirere potuit, & dolo vel culpa non acquisiuit.*
7 *Ecclesia an puniatur propter delictum prælati.*
8 *Res empta ex pecunia pupilli, licet non eius nomine, efficitur ipsius pupilli.*

FRequens etiam in iure nostro est locus à pupillo ad ecclesiam vel piam causam, à quo sumptum argumentū probabile est & vtile,
1 quia † ecclesia loco pupilli est: vt dicit gl. in l. libertos. & ibi Sal. in o. C. de excusatio. tu. & gl. in l. respublica, in fine, & ibi Bar. Ang. & doct. not. C. ex quib cau. maiores. & istas duas gl. ad hoc ponderat Ias. in §. item mixta, quem legit sub. §. ex maleficiis, Insti. de actionib. & est alia gl. notabilis in l. non est ignotū. C. de administ. tut. quæ singulariter dicit, ꝙ sicut tutor, vel curator nō habēs iustā causam litigandi & litigans, debet proprio nomine condēnari in expensis, & illas soluere de bursa sua, nec potest eas cōputare pupillo vel adulto in reddenda ratione: Ita etiam prælatus ecclesiæ hoc casu tenetur ecclesiā conseruare indemnem de suo proprio patrimonio: & illā gl. sequūtur ibi Cy. Bal. Ang. Salic. & doct. & idē eadē ratione dicendū est de rectoribus hospitalium, magistris fabricæ prouisoribus mensæ sancti spiritus, & similibus habentib⁹ administrationē piorū locorū: & ita sæpius obseruaui, cum erā officialis recolendæ memoriæ domini Henrici de Bergis episcopi Cameracēsis dignissimi. Imò ꝙ for

tius

tius est,idem dicendum est in procuratore generali nõ habẽte speciale mandatum ad intentandum certam actionẽ calumniosam: Ita singulariter dicit Salicetus in d.l.non est
2 ignotum:& ratio est,quia in † generali mãdato non venit delictũ,l.si procurator,circa finem.ff.de condictione inde biti,cum similibus. Hinc etiã est,quòd sicut tutor pupilli nõ potest repudiare fundum legatum pupillo,etiam antequàm legatum sit agnitũ,vt est text.in l.magis puto.§.fundum.ff.de rebus eorum:Ita nec prælatus,qui debet esse bonus tutor ecclesię. Ita singulariter dicit Bal.in l.contra iuris. §.si curator.ff.de pactis,quem refert & sequitur Fran: Crem.in singulari suo cxxiiij.& idem vult Bal.in d.l. magis puto.§.fundum.per illũ textũ,quod nota.Hinc etiã est,
3 quòd sicut † pupillus non potest vendere rem immobilẽ, etiam cum authoritate tutoris:nisi vrgente debito,& interueniente decreto iudicis,d.l.magis puto.§.ne passim.& l.j. eo.ti. Ita etiã est in ecclesia & pia causa.Auth.hoc ius porrectum,C.de sac.ecclesi.& cap.sine exceptione,xij.q.ij.cũ
4 simi.Hinc etiam est,quòd sicut pupillus † tenetur de eo quod ad eũ puenit,licet absque tutoris authoritate nõ obligetur,l.iij.§.si seru⁹.ff.de tributo.actio.l.j.§.j.ff.de au.tut. & l.fi.C.de vsucap.pro emptore,cum similibus: Ita etiã est in ecclesia vel pia causa,quæ tenetur de eo in quo facta est locupletior:Et ergo si vendidit rẽ immobilem,non interueniente solennitate requisita de iure, licet venditio seu alienatio sit nulla:si tamen velit vendicare rem alienã, tenetur restituere pecuniam receptam,& in vtilitatem ecclesiæ conuersam bonæ fidei emptori : Ita decidunt glo. Barto.Bald.& docto.in Authen.qui res, C.de sacr. ecclesi. Bald.in l.iubemus.§.sanè,in princ.illo eodẽ tit.& idẽ Bald. in l.si prædium,in princ.C.de prædiis mino.sine decre.nõ alien.& idẽ Bald.in l.si fundus.§.quanquàm,per illũ text. ff.de reb.eorum,& Panor.& docto.in cap.si quis presbyterorum,circa finẽ,de reb.eccl.nõ alienan.& Alex.de Imo. in consilio iiij.tertij voluminis, in cipiente, redemptoris &c.Viso processu.&c.in j.colum.& Barb.in consilio xl.primi voluminis incipiente,præclarè scribitur &c.in x.colũ. quod memori teneas mente.quia est quotidianũ,& in casu de facto occurrente, vidi de hoc fieri magnã altercationem,sed tandem obtinuit quod dixi.& etiam est, quòd sicut

cut in pupillum competit actio ex pecunia mutuò sumpta per tutorem, si in pupilli vtilitatem pecunia sit conuersa: vt est tex. in l. iij. C. quan. ex facto tu. Ita etiam in ecclesiam vel piam causam hoc casu dabitur actio. Ita decidit glo. singularis in d. l. iij. cum qua indifferenter ibi transeũt docto. & eam specialiter notat Ioan. de Imo. in repetitione l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. quod nota. Hinc etiam
5 est, quòd sicut † res immobilis pupilli non est alienanda, etiam ex permissu prætoris, vt alia ematur. d. l. magis puto. §. si æs alienum: Ita nec res ecclesiæ secundũ Bald. in d. §. si æs. alienum: quod tene menti. Hinc etiam est, quòd sicut libertus non excusatur à tutela vel cura liberorum patroni vel patronæ, d. l. libertos, Ita nec clericus habens beneficium ab ecclesia potest se excusare ab onere sibi iniuncto, cum ecclesia loco pupilli sit. Ita formaliter dicit gloss. singularis, in d. l. libertos, cum qua ibi transeunt doct. Hinc
6 etiam est, quòd sicut † tutor tenetur pupillo de eo quod ei acquirere potuit, & dolo vel culpa sua nõ acquisiuit: l. quicquid, cum sua notabili glo. C. arbi. tute. Ita etiam prælatus ecclesiæ tenetur ecclesiæ de suo proprio patrimonio resarcire damnum, si ecclesię non acquisiuit quod acquirere potuit. Ita dicit glo. notabilis in c. ij. xij. q. iiij. & gl. elegans in c. fi. xvj. q. vj. quas glo. sequitur & valde commendat Panor. in c. j. de in integ. restitu. & in c. j. de dolo & contumacia, & frequenter alibi: & idẽ si prælatus per negligentiã suã patiatur præscribi contra ecclesiam. Ita decidit gl. singularis in c. placuit, ij. xvj. quæst. iij. quam ad hoc notat Panormit. & valde commendat in locis supra proximè commemoratis. Hinc etiam est, quòd quemadmodum tutor pupilli inuadens rem pupilli ab alio possessam sua temeritate, tenetur illico restituere possessionem ei à quo ablata est, saluo iure pupilli; & ipse tutor pro sua temeritate punitur: vt est tex. in l. meminerint, in fine, C. vndè vi. Ita etiam dicendũ est hoc casu in prælato ecclesiæ: Ita dicit gloss. in d. l. meminerint, in fine. cum qua ibi transeunt doctor. An autem
7 † propter delictum prælati puniatur ecclesia, quia non seruit proposito, & materia est longa, remitto te ad glo. & doctor. in regula delictum, de regulis iur. libro vj. & ad gloss. Sali. & docto. in l. iubemus nullam nauem, C. de sacrosan. ecclesijs, & ad Panor. & canonistas in d. c. j. de dolo & con-

B tuma.

tuma & ad singulariter notat. per glo. Antoni. de But. Pan. & Io. de Anania, qui cæteris clarius loquitur in ca, de hoc, de simonia: vbi reperies de hoc ad satietatem. Hinc etiam est, quòd quemadmodum tutor pupilli vel curator adulti patitur pœnam deserti officij. l. ij. C. de fun. patri. lib. xj. Ita etiam prælatus vel rector ecclesiæ, vt dicit gl. in d. l. ij. quã ibi notat & multum commendat Io. de Platea. Hinc etiam
8 est, quòd sicut † res empta ex pecunia pupilli, licet non eius nomine, est ipsius pupilli, si velit: vt est tex. in l. curator, C. arbitrium tutelæ, cum sim. Ita etiam res empta ex pecunia ecclesiæ est ipsius eccle. Ita notat glo. in l. si vt proponis, & ibi Albert. C. de rei vend. & Ang. in l. idemque, quam legit sub l. interdum. ff. qui po. in pi. habe. Hinc etiam est, quòd sicut in re empta per debitorem de pecunia pupilli, pupillus præfertur antiquiori creditori hypothecam expressam habenti, quatenus de pecunia eius solutio facta est: vt est tex. singularis in d. l. idemque, secundum verum intellectum, 4
& ibi habetur per gl. Bar. Sali. & doct. Ita etiam dici poterit in ecclesia, eadem ratione: quod intelligo verum, quando nolunt habere rem ex pecunia sua emptam. & ita reperio expressè velle Albericum de Rosate in d. l. si vt proponis. Posset ad multa alia induci hæc argumentatio à pupillo ad ecclesiam vel piam causam, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt. Quæ commenda memoriæ tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dicã infrà in loco à minoribus ad ecclesiam vel piam causam.

¶LOCVS A REPVBLICA AD ECclesiam seu piam causam.

1 *Respublica, ecclesia seu pia causa æquiparantur.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò competit Reipub. & ecclesiæ.*

Commodè subsequitur nunc locus à republica ad ecclesiam vel piam causam, à quo sumptũ argumentum est probabile, frequens, & vtile, quia
1 † æquiparantur, l. fi. C. de sacro. eccl. & §. finimus, in

in auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. colla. ij & notat gl. in l. rēpublicam, in fine. C. de iure reipublicæ lib. xj. & gl. in l. respublica. C. ex quib. cau. maio. & isto argu. vtitur gl. in l. imperatores. ff. de re iu. & Io. An. in puchra q. ī regula, plus semper, de reg. iur. li. vj. in Mercuria. & pōt induci ad multa, vt videri potest per Io. de platea in d. l. rempublicā, & in l. seq. ad quem remisisse sufficiat, cum ab omnibus hā beatur. Vltra tamen notata per eum istud facit ad hoc, ꝙ si-
2 cut ✝ exceptio non numeratæ pecuniæ quæ hodie non potest per priuatos opponi post bienniū, Insti. de litera. obli. per totum, & l. in contractibus, in prin. C. de non num. pec. competit reipublicæ vel ciuitati perpetuò, l. ciuitas, & ibi id notat Bal. ff. si cer. peta. Ita etiam erit in ecclesia vel pia causa: & ita decidit Bal. in d. l. ciuitas, & in l. ij. §. fi. illo cod. tit. & in auth. hoc ius porrectum, in iiij. col. C. de sacr. eccl. & Host. & Io. And. in c. fi. de solutio. & Corse. in sing. cxiiij. & Ro. in repet. auth. similiter, in vij. speciali piæ causæ circa iudicia, C. ad leg. Falci. de hoc tamen articulo quotidiano, disputabili tamen & dubio, vide latius per Ant. de But. Io. de Imo. Panor. & recentiores in d. c. fi. & per Ias. in d. l. ciuitas, vbi reperies de hoc satis plenè. Item facit ad aliud, videlicet, ꝙ licet iure caueatur, quòd emphyteuta ecclesiæ non possit expelli, nisi cesset à solutione canonis per biennium, auth. qui rem, C. de sacro. ecc. & c. potuit, de loca. tamen si ecclesia fecerit vocari emphyteutā suum, vt veniat ad soluendum canonem, & post hoc cessauerit à solutione canonis per sex menses, poterit priuari: quia sic est in emphy. reipublicæ, l. locorum. C. de om. agr. deserto, lib. xj. Ergo idem erit in emphy. ecclesiæ, per supradicta: & ita in specie singulariter decidit Ang. in d. l. locorum, cum quo ibi transit Alex. de Imo. & hoc dictum refert & sequitur Corse. in repetione rubricæ de iureiu. in xj. priuilegio: quod tene menti, quia multum limitat d. auth. qui rem, & d. ca. potuit. & vide qđ dixi supra in loco à simili, & in loco à fisco ad ecclesiam vel piam causam, & quod dicam infra in loco à speciali.

¶LOCVS AB ALIMENTIS AD DOT.

1 *Dos & alimenta æquiparantur, & quando argumentū ab vno ad*

ad aliud procedat. & per totum locum.

2 *Alimentorum priuilegia.*

3 *Alimenta & dos possunt denegari filijs ingratis.*

5 *Mater diues tenetur alere filiam inopem in subsidium quando pater est inops.*

6 *Pater naturalis tenetur alere filium inopem: frater fratrem* 7.

8 *Donatio in dubio præsumitur, si sint præstita à coniuncta persona.*

Habemus præterea in iure locũ ab alimentis ad dotem, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, qñ eadem est rõ in vtroque; & quando contrarium non reperitur expresse dispositum in iure, fundatum

1 in eo, ꝙ dos † & alimenta æquiparantur: vt vult gl. in l. ob æs, C. de prædijs minorum, quam ad hoc no. Salicetus in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarũ. & Ale. de Imo. in l. cum is. §. si mulier. ff. de cõditione indebiti, & idem Ale. in d. l. ob æs, in apostillis ad Bar. imò maior est rõ dotis, quã alimentorum, vt dicit Cy. in l. ij, C. de alen. lib. & in l. non omni, C. de admi. tut. & idem Cy. in l. fi. C. de dotis promiss. & Panor. in c. peruenit, in ij. notabili, de arbitris, & Cy. Bal. & Sali. in l. neque mater, C. de iure dotium, & pluribus alijs locis. Et quòd istud argumentum ab alimentis ad dotem est efficax & validũ, firmat Alex. de Imo. in l. centurio, in ij. col. ff. de vulg. & pupill. substit. allegans ad hoc authoritatem Bar. in diuersis locis, vt videre poteris per eum: & eo vtuntur doctores in pluribus locis, vt infra patebit. Et quia multa

2 † sunt priuilegia alimentorum, diligenter collecta per Bar. in l. Mela. ff. de ali. & ciba. leg. iunctis his quæ dixi suprà in loco ab alimentis ad piam causam: Idcirco ad multa induci potest hæc argumentatio ab alimentis ad dotem. Et gratia exempli pro instructione iuuenum istud primò facit ad

3 hoc, quòd sicut † alimenta possunt denegari filijs ingratis, & generaliter ex omni cã ex qua possent exhæredari, vt est tex. cum gl. in l. si quis à liberis. §. idem iudex, & ibi Bar. ff. de lib. agno. & tex. cũm gl. & ibi etiam Bar. in l. fi. C. de alen. lib. & ponũt pro constanti Io. An. Pan. & doct. in c. quintauallis, de iurei. Ita ẽt filię ingratæ & dignæ exhæredari, potest pa

test pater dotem denegare, arguendo ab alimentis ad dotẽ: & ita notabiliter dicit Bal. in d.l.fi.C.de dot.promiss. & Alex. de Imo. in d.§.idem iudex, & doct. alijs sæpe locis. Secũdò
4 istud facit ad hoc, ꝙ sicut pater † potest & tenetur hodie de iure canonico relinquere filio suo spurio vel filiæ spuriæ alimenta, vt est tex. singularis mitigans rigorem iuris ciuilis in c.cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulterium: Ita etiam debet pater hodie filiæ spuriæ dare vel relinquere dotem: arguendo ab alimentis ad dotem: & ita singulariter dicit Bar. in authẽ. ex complexu, C.de ince.nup. & idem Bar. in l.fi. ff. de his quibus vt indignis, in quibus locis dicit se sic consuluisse: & idem vult ipse Bar. & pôst eum Io. de Imo. in l.Mæuius. §. duobus. in iij.q.ff.de leg.ij. Idem etiam vult Pan. in d.c.cum haberet, in vltimo notabili. & istud ius canonicum seruandum est in vtroque foro, secundum canonistas in d.c.cum haberet, vt vult Nico. de Vbal. in tracta. success. ab intesta. circa quartam speciem liberorum: & declarat latè Ang. Instit. de iur. natu. gen. & ci. in prin. vbi refert se sic consuluisse. Ter-
5 tiò istud facit ad hoc, ꝙ sicut † mater diues tenetur alere filiam inopem in subsidium, quando pater est inops, vt est tex. in l.pen.ff.de libe.agno. & in §.illud, in authẽ. vt liceat matri & auiæ, coll.viij. Ita etiam hoc casu mater tenebitur dotare filiam inopem, arguendo ab alimentis ad dotem: licet regulariter ipsa mater ad hoc non teneatur, tex. est notabilis probans vtrunque dictum in d.l.neque mater, & ibi hoc expressè tenent Iaco. Rauen. Cy. Bal. Sali. & doctor. & Bar. in auth. res quæ, C.comm. de leg. Quartò istud facit ad
6 hoc, ꝙ sicut † pater naturalis tenetur alere filium inopem auth. licet patri, C.de natu.lib. & d.ca.cum haberet: Ita etiã pater naturalis tenebitur hoc casu dotare filiam suam inopem vsque ad condignam quantitatem ex qua posset alimẽtari, arguẽdo ab alimentis ad dotem: & ita singulariter decidit Bal. in dict.l.neque mater, dicens hoc modo debere limitari, l.vxorem.§.pater naturalis.ff.de leg.iij. vt scilicet intelligatur, quando filia est diues, vel quãdo potest ex licito artificio victum quærere, & dotem sibi constituere.
7 Quintò istud facit ad hoc, quòd sicut frater † tenetur fratrẽ vel sororem inopem alimentare, vt est tex. iuncta gl. in l.j. circa princ. ff. de tutel. & ra. distr: & tex. cum gl. in l.qui fi-

lium, ff. vbi pupil. edu. debe. & tex. in l. tutor secundum. §. fi. ff. de admi. tuto. & firmat glo. in d. l. j. C. de alen. lib. quam ibi sequuntur Cy. Barto. Ange. Salice. & docto. Ita etiam frater tenetur sororem inopē dotare, arguendo ab alimentis ad dotem: & ita singulariter determinat glo. in d. l. non omni, quam sequuntur ibi Cy. Bar. Bal. Ang. Sali. & doctor. & idem volunt Bal. & Ang. in d. l. fi. C. de dotis prom. & Io. de Imo. in d. §. duobus, & Panor. in d. c. peruenit, & est text. cū glo. in l. cùm plures. §. cum tutor. ff. de admi. tuto. Imò plus dicit Panor. in d. c. peruenit, videlicet, quòd clericus beneficiatus, si non habet bona patrimonialia, potest cum bona conscientia de fructibus beneficij sui dotare sororem suā, vel aliam consanguineam inopem: quia potest eas alere, ergo & dotare, arguendo ab alimentis ad dotem, vt ibi lati* per eum. Imò quod singularius est, impensa alimentorum non minuit legatum dotis, text. est singularis in dicta lege, qui filium, quem ad hoc ponderat & valde exclamat Sali. in d. l. non omni, in fine: quod imis reponas sensibus, & memori teneas mente, quia potest frequenter in facto cōtingere. Et quod fortius est, onus alimentandi sororem, etiam per patrem dotatam, spectat ad fratrem, quando ipse est vniuersaliter institutus hæres. Et ergo si mater filiæ dotatæ per patrem, alimenta ministraret post mortem patris, posset ea à filio hærede vniuersali per patrem instituto repetere. Ita singularitet decidit Cy. in l. alimenta. in fi. C. de neg. gest. dicens se in casu de facto occurrēte sic consuluisse & respondisse: & illud sequitur ibi Bal. quod est perpetuò memoriæ commendandum. Sextò istud facit ad hoc
8 quòd sicut in dubio, fauore † alimentorum præsumitur donatio, si sint prestita à coniuncta persona, nisi interuenerit potestatio: vt notatur in l. Nesennius. ff. de neg. gest. & in d. l. alimenta, per Cy. & doct. Ita etiā in dubio, fauore dotis presumitur donatio, cùm æquè sit fauorabilis causa dotis sicut alimentorum. Et ergo si frater & soror possideant bona paterna pro diuiso, & frater sororē maritet & ei dotem det de bonis indiuisis, in dubio frater videtur donasse partem suam fauore dotis, nisi fuerit protestat*: & ergo nō poterit postea in diuisione facienda cū sorore cōputare sorori quod habuit in dote, cum videatur donasse, vt dixi, nisi fuerit protestatus: arguendo ab alimētis ad dotē.

& ita

& ita singulariter decidit Cyn. in d.l. fina. circa fi. C. de do. prom. & in l. vnica. §. accidit, C. de rei vxo. actio. & idem vtrobique tenet Salice. & Ioan. Petr. de Ferrariis in practica sua noua, in forma libelli pro hæreditate vel re singulari diuidenda, in verbo, communiter & pro indiuiso, versi. item quæritur de quotiana qõ. Contrarium tamen tenet Bald. in d.l. fin. C. de dotis promis. in vtraque lectura. & idẽ Bal. in consi. clxxiij. primæ partis, in consi. cccclij. quintæ partis, & aliis locis: & cõmemorat Ias. i §. fuerat. Inst. de actio. Septimò istud facit ad hoc ꝙ sicut fauore alimẽtorũ relictorũ in vltima volũtate min' solẽni, pstatio triẽnalis operatur & inducit necessariã præstationem in futurum, perinde ac si relicta fuissent in testamento solenni & valido: vt est text singularis in l.j. C. de fideicom. Ita etiam hoc operabitur præstatio triennalis concurrente vltima volũtate minus solenni, in qua relictum est annuum legatum pro dote fauore dotis, eadẽ ratione: & ita singulariter decidunt Bar. Bal. Ang. Ale. & Iason in l. si certis. C. de pact. & Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, & idem Bart. in disputatione sua, incipiente, mulier habens magnum patrimonium, circa finem, & Alex. & Iason, & in d.l.j. C. de fideicom. Posset & ad multa alia induci hæc argumẽtatio, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt: quę commenda memoriæ tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dicam infra loco proximo.

¶LOCVS A DOTE AD Alimenta.

1 *Dotis priuilegia.*
2 *Fideicommissum diminuitur ex causa dotis, & alimentorum.*
3 *Argumentum ab alimentis ad legitimã quãndo non procedat.*
4 *Dotem vel legitimam succedere loco alimentorum quatenus verum sit.*

Post locum ab alimentis ad dotem, videamus & de loco à dote ad alimenta, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, quia dos & alimenta æquiparantur, vt vult glo.

gloss.in l. ob æs, C. de de prædiis mi. quam ad hoc notat Sali.in l.qui liberos.ff.de rit.nup.& Alexã.de Imo. in l.cũ is.§.si mulier.ff.de cond.indeb.& idem Alex. in d. l.ob æs, in apostil.ad Bart.Et quia † multa sunt priuilegia dotis enumerata per gl.Bar.Bal.Pau de Cast.Lud.de Roma, Io.de
1 Imo, Alex.& doct.in l.j.ff.solu.matrimo. per Specul. in tit. de dote post diuortium rest.in §. formatis, in fine: & per Bald.& Sali.in rub. C. de priuile. dot. & exquisitissimè per Baptist.Bla.in libe. de priuilegiis, & amplissimè per Bald. nouel.tract.de dotibus, in vj. vij. viij.ix. x.xj.& xij.partibus ad infinita trahi poterit hæc argumentatio: vnico tamen exemplo pro gustu iuuenibus dando contentus ero.
2 Vnde sicut fideicommissum † diminuitur ex causa dotis, vt est text.singularis in Authen.res quæ, C. communia de legatis, & in corpore vnde sumitur.Ita etiam diminuitur fideicommissum ex causa alimentorum, quando filius vel filia grauatus vel grauata restituere, non habet aliunde.vñ se alat.Ita singulariter dicunt Bar.Paulus de Castr.& doct. in d. Authent.res que,& est bonus tex.in Auth. contrà rogatus, C.ad Trebel.& in corpore vnde sumitur, & ibi tractatur per Ange.quod commenda memoriæ, quia est quotidianum:& ita habet communis opinio doctorum, licet glo.in d. Auth.res quæ, aliud sentiat: & malè. Et procedit hæc argumentatio à dote ad alimenta, quando eadem ratio militat in vtroque,& quando contrarium non reperitur expressè decisum in iure, aliàs secus.Et hinc est, ꝙ licet pater teneatur dotare filiã diuitem, quæ habet aliunde vnde se posset dotare, vt est text.singularis in l.fi. & ibi gl. Bal.& Ange.C.de dotis prom.& idem Ange.Iason,& doct. in d. Auth.res quæ:tamen pater non tenetur alimẽtare filiã, quæ habet aliunde vnde se alat, vt est tex. in l.si quis à liberis.§.sed & si filius.ff.de lib.ag.cum limitatione tamen de qua ibi per Bar.& docto.per Panor.in c. cũ haberet, de eo qui duxit in matrimo. de quo articulo quotidiano videre poteris latius per Ludo. Roma.Io.de Imo. & Alexã. in d.l.j.& per eundem Alex.in l.fi. ff. de his qui.vt indig.& per doct.maximè nouis.in d. Auth.res quæ.Et quemadmodũ dixi nõ procedere argumentationem à dote ad alimẽta, qñ non militat eadem ratio in vtroque, vel quando cõ-
3 trariũ reperitur expressè decisum in iure: sic † etiam non pro

procedit hoc casu argumentatio ab alimentis ad legitimã, vel econtra:quia in alimentis proceditur summariè, simpliciter, & de plano, & die feriato, l.ij.ff.de feriis, & vult Bart.in d.l.si quis à liberis.§.si vel parens, per illũ text. & idẽ Bar.in l.Mela.ff.de alimen.& ciba.lega.sed in petitione legitimæ seruari debet ordo iuris,l.si quis in suo,ibi,iudiciorum strepitu &c. C.de inoffi.test. & ibi hoc notant Bal. Pau.de Cast.Iason,& docto.Ex quo patet, has propositiones,quæ nulli non sunt in ore,dos succedit loco alimẽtorum,item legitima succedit loco alimentorum, nõ esse simpliciter & indistinctè veras:de quo videre poteris lati* in locis supra commemoratis, & per Cy. in l.sancimus,C. de nuptiis,& per Barto.& docto.in l.Tirio centum. §. Titio genero.ff.de con.& demon.& per Panor.& Canonistas in c.Raynutius,de testa.& vide quod dixi suprà loco proximo,& in loco à dote ad piam causam.

¶LOCVS A LEGITIMA PAtroni ad legitimam filij.

1 *Legitima patroni & legitima filij æquiparantur à iure.*
2 *Tempus mortis inspicitur in legitima.*
3 *Argumentatio à legitima patroni ad legitimam filij,quando nõ procedat.*
4 *Querela inofficiosi testamenti,& inofficiosa donationis in quibus conueniant,& differant,remissiuè.*

AB hoc loco à legitima patroni ad legitimam filij deprompta argumentatio est probabilis, frequens,& vtilis:quia ✝ æquiparantur à iure,l.fin. 1
circa finem,& ibi Bald.& Salice.not. C. de inof. test,Et per istam æquiparationem infertur primò,quòd licet testator hodie possit prohibere falcidiam,Aut.sed cum testator, C.ad leg.Falci.tamen legitimam debitã patrono vel legitimam debitam filio iure naturæ, prohibere non potest:ista est decisio Barto.& docto.in d.Aut.sed cum testator,& de legitima patroni est text. in Auth.de hæred.& falci.§.non autem excipimus,de legitima verò iure natu-

ræ debita filio, est tex. in l. quoniã in prioribus, & in l. scimus, in princip. C. de inoffi. test. Secundò per istã æquiparationẽ infertur ꝙ sicut legitima patroni non augetur auctis bonis liberti post morẽ eiusdẽ liberti, vt est tex. singularis plura ponẽs exẽpla in l. si patronum ex debita. §. si ex bonis. ff. de bo. liber. & facit l. etiã. §. fi. illo eo. tit. Ita etiam legitima filij nõ augetur auctis bonis paternis post mortẽ
2 ipsius patris, eadẽ ratione. Inspicitur† eñ tempus mortis, l. cũ quæritur, & Auth. nouissima, C. de inof. test. & ita sing. determinat Salice. ĩ d. l. scimus. §. repletionẽ, in fine: & Pau. de Ca. & Alex. de Imo. in l. in ratione, ij. in prin. ff. ad legẽ Fal. & Roma. in sin. cxxix. & Iason in d. Auth. nouissima. Itẽ tertiò per istam æquiparationẽ dicũt aliqui in l. j. C. de inoffici. donatio. ꝙ sicut liberto alienante res suas in fraudẽ patroni, alienatio reuocatur in totũ, & non tantũ pro legitima, l. si libertus minorem. §. si quis plures, ff. de iur. patro. Ita etiam patre faciente immensam vel inofficiosam donationem in fraudem filij, alienatio reuocabitur in totum, & non tantum pro legitima: de quo articulo tamen, quia disputabilis est & dubius, vide latissimè per Bal. in d. l. j. in ij. col. in versi. modò veniamus ad quæstiones. Item quartò ex ista æquiparatione infertur, quòd sicut patronus præteritus à liberto, potest per bonorum possessionem contra tabulas recuperare legitimã sibi debitã ex substãtia bonorũ liberti sui defuncti, & non cõtentari pecunia, vt est tex. in l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liberto. Ita etiã filius institutus à patre in mille pro legitima sua põt recusare pecuniam, & petere suam legitimam ex bonis hæreditariis patris. Ita singulariter decidunt Guil. de Cuneo, Bald. & Pau. de Cast. in d. l. scimus: & hoc tene, quicquid dicat ibi Salice. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à legitima patroni ad legitimã filij, quæ videre poteris per Bald. in d. l. scimus. in iij. v. & vj. q. ad quem remisisse sufficiat, cum ab omnibus habeatur. Ista argumentatio tamen
3 †non semper procedit, vt patet in l. non vsque adeo. ff. si quis à paren. fuerit manu. & in l. si quis legatum. §. fi. ff. de falsis, cum vtrobique not. per glo. & docto. & habes exemplum in alio casu notabili posito per Bal. in d. l. in ver. vlterius quæritur. sed in dictis iuribus aliter fuit dispositum in vno, quàm in alio: ideo non mirum, si non proce-

dat

dat argumentatio: Vbi autem contrarium non reperitur expressè dispositum, nec apparet de diuersa ratiōe, ad hāc æquiparationem recurrere debemus: & procedit hæc argumentatio secundum Salice. in d.l.fi. quod est perpetuò memoriæ commendandum, quia potest seruire ad multa. Et quia hic sermo habitus est de legitima filij, possent hic nō incongruè poni similitudines differentiæ, quas inter se habent querela inofficiosi testamenti & querela inofficiosæ donationis: sed de hoc remisisse sufficiat ad not. per gl. & doct. in d.l.j. & in l. precibus, & in l.fi. eo. tit. quò recurre.

¶LOCVS A MINORIBVS ad furiosos, prodigos mente captos, seu dementes.

1 *Priuilegia minoribus concessa extenduntur ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes. æquiparantur enim à iure. num. 2. 7.*
3 *Priuilegia minoribus competentia. & per totum locum.*
4 *Sententia contra pupillum vel minorem lata rescinditur prætextu instrumentorum de nouo repertorum idem si sit lata cōtra furiosos & prodigos.*
5 *Præscriptio longi temporis hodie non currit contra minores.*
6 *Pupillus non cogitur iurare pacem suo principi: nec ei præstare iuramentum fidelitatis.*
8 *Æquiparatio prodigi & furiosi quando procedat.*
9 *Prodigus non potest condere testamentum.*

LOci istius à minoribus ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes, frequens est Iurisconsultis vsus: & ab eo sumptum argumentum probabile est & vtile. Nā omnia
1 † priuilegia concessa minoribus, quæ sunt multa sparsa in corpore iuris, ex quibus aliqua statim recitabo, & plura infra loco proximo, extenduntur ad furiosos, mente captos, seu dementes. Ita dicit gloss. notabilis in l.ij. Cod. de curato. furio. quam reputat singularem Bal. in ca.j. de beneficio fratris, in vsibus feudorum: & idem

idem Bald. in l. qui neque, vbi est bonus tex. ff. de reb. cor. & Bal. in l. fi. in princip. C. in quib. cau. in inte. rest. nõ est necess. & idem Bald. in l. infantis, in ij. q. C. qui admit. & Ioan. de Imol. in repet. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. & Panor. Feli. & Moderni in c. cùm non liceat, de præscrip. & Io. de Platea in l. rempub. C. de iure reip. lib. xj. & Pet. de Anch. in consi. suo v. circa finem. Et quod dixi de furioso, mente capto, seu demente, intelligo etiam in prodigo cui bonis interdictũ est, vt scilicet omnia beneficia quę dãtur minoribus adultis seu pupillis, extẽdantur nedũ ad furiosos, mente captos seu dementes, sed etiam ad prodigos, & generaliter ad oẽs qui curatorib. reguntur, secũdũ Bald. in d. l. ij. Prodigus enim & furiosus æquiparantur. l. furiosi. ff. de reg. iur. & l. is cui bonis, ff. de verbo. obli. & ambo æquiparantur pupillo. l. Fulcinius, §. adeò, & seq. & ibi Alex. de Imo. notat. ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. pupillus. ff. de acquir. hære. & l. certi condictio. §. quoniam, in fine, ff. si cert. peta. & d. l. qui neque, & ibi Bal. & l. properandũ, in fi. C. de iudiciis, & l. interdũ. ff. de condi. inde. & Auth. minoris, in fine, C. qui da. tut. po. & in corpore vnde sumitur: & quòd
2 pupillus † furiosus, & prodigus æquiparentur, vult glo. in l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. quòd autem furiosus, prodigus, & mente captus æquiparantur, vult gloss. in l. si quis in tantam, C. vnde vi, de cuius glo. intellectu vide per Bar. & doct. in d. l. is cui bonis, & dicã aliquid infra. Et iste arguendi modus facit ad multa, & inter alia gratia exẽpli pro instructione iuuenũ istud primò facit ad hoc, qđ
3 sicut † non valet alienatio bonorum immobilium minoris, per minores vel curatores eorũ facta sine decreto iudicis, l. magis puto, §. non passim. ff. de rebus eorum qui sub tute. vel cura. sunt. & toto titu. C. de præd. minorum sine decre. non alie. Ita etiam non valebit alienatio, facta sine decreto per furiosos, dementes, mente captos, vel prodigos, aut curatores eorum, d. l. ij. & ibi Bal. Secundò ex isto sequitur, ꝙ sicut minor in suis contractibus læsus restituitur in integrum, vt declarabo infra loco proximo: Ita etiã furiosi, mente capti, demẽtes & prodigi in suis contractib. læsi, sunt in integrũ restituendi: & ita notabiliter vult Bar. post gl. & Dy. in l. Marcellus. ff. de fideiuss. & idẽ Bar. in l. j. ff. de bo. bo. pos. furio. infanti, surdo, cæco competen. & idem

Bar. in

Bar.in l.si īfanti.C.de iure delib.& latè Pau.de Ca.de in d. l.Marcel.& Bal.in d.l.ij.& doct.sepæ alibi. Tertiò ex isto
4 sequitur, quòd sicut sententia lata contra pupillũ vel minorem rescindetur prætextu instrumẽtorũ de nouo repertorũ, vt notatur per gl.& doc.in l.Imperatores.ff.de re iud.& p gl.& doc.in l.vnica.C.de sent.adue.fis.la.li.x. Ita etiã erit in sñía lata cõtra furiosum,demẽtẽ,mẽte captũ,vel pdigũ: quia æquiparantur.d.§.adeo,& seq.& ita notabiliter decidunt Bart.Io.de Imo.Alex.& doct.in d.l.imperatores.& Bal.in l.j.in prima oppositione circa finem C.de cond.inde.& Io.de platea in d.l.vnica Quartò ex isto sequitur, quòd sicut res empta de pecunia minoris efficitur minoris:licet emens emerit nomine proprio,l.ij.ff.quando ex facto tutoris,& l.curator.C.arbitriũ tut.Ita etiã res empta de pecunia furiosi vel prodigi,cui bonis interdictũ est,vel alterius qui sub cura est, per glo.singularem in d.l.ij.quã ad hoc ponderat Bald.in l.si vt proponis,C.de rei vendi. vbi de hoc plenius per eum. Quintò ex isto sequitur quòd sicut nõ valet sententia lata cõtra minorẽ indefensum l.cũ & minores,cum sua singulari glo.C.si aduer.rẽ iudi.& l.si præses,C.qũo & qñ iud.Ita etiã non valet sñía lata contra furiosum,prodigũ,mente captũ, vel demẽtẽ indefensum, per gl.in d.l.ij.C.de cur.fu.& ibi hoc expressè vult Bal.quod tene menti,quia vidi de facto. Sextò ex isto sequitur,quòd si-
5 cut cõtra minores hodie nõ currit præscriptio longi tẽporis,vt est tex.sing in d.l.fi.C.in quib.cau.restit.in integ. non est necessa.Ita etiã cõtra furiosos,mẽte captos,demẽtes,aut prodigos,nõ currit præscriptio longi temporis:& ita notabiliter dicit Paul.de Cast.in d.l.Marcel.in fi.& idẽ Pau.de Cast.in l.si curatorẽ habens,C.de in inte.resti.per tex.iuncta gl.in d.l.ij C.de curat.furio. Et idẽ vult Paul. de Castr.et docto.in d.l.final.C.in quibus cau.in integr.resti.nõ est necessaria.Idem etiã vult Io.An.in addi.ad Spe. in rubrica de præscrip.circa mediũ, & Panor.Feli.& alij moderni d.c.cũ nõ liceat.Hoc tamẽ quod dixi de præscriptione,intellige sanè de præscriptione extraiudiciali:& ita pprié loquitur d.l.fi.secùs autẽ est in præscriptione iudiciali,quia illa ita bene currit ipso iure cõtra minores, furiosos,mẽte captos,demẽtes,& prodigos,sicut contra maiores;licet per eos posset peti restitutio ĩ integrũ in subsidiũ quan-

qñ.s.minori,furioso,mēte capto,demēti, vel prodigo suc curri nō pōt cōtra suos administratores: q̄a fortè nō sunt soluēdo.tex.est singularis in d.l.properādū,in fi.&ibi hoc volunt Bal.Ang.Sali.Pau.de Ca.Alex.Iaſ.& doc q dicunt, q̄d minoribus sicut maioribus currit tēpus ipso iure ad appellandum,ad appellationē prosequendū, ad inuentariū cōficiēdū:& idē dicunt in præscriptione statutaria vel cōsuetudinaria,de qua in c.constitutus,de in integ. restit. vt ibi lati⁹.p eos.Septimò ex isto īferri pōt,q̄d sicut † pupillus non cogitur iurare pacem, vel præstare iuramentū fidelitatis suo principi, cū nō intelligat q̄d agat. Ita nec furiosus,demēs vel mente capt⁹,qui pupillo similes sunt, iuribus præal.& ita singulariter decidit Bal.in extrauag. de pace cōst.in §.vasalli nostri:quod tene mēti. Hinc etiā imperator Iustinianus in l.si furiosi,C.de nuptiis,legē seu cōstitutionē diui Marciloquentē in filio mente capti rectè extendit ad filiū furiosi:vt illic videre licet per Bal.&
7 alios:q̄d nota.Ex æquiparacione autē † furiosi & p̄digi infertur primò,q̄ p̄digo etiā non petenti pōt dari curator,sicut furioso.& ita notabilitet vult Bal.ī l. qui habet, in prī.ff.de tutelis:& ante eū hoc voluit Bar.in l.hæc aūt, in princ.ff.ex quib. cau. Secundò infertur ex hoc, q̄d sicut furioso substitui pōt exemplariè:ita etiā p̄digo exemplariè substitui pōt:& ita notabiliter vult Bar. & alij post eū in l.ex facto,in vj.col.in versi. quæro vtrū sit reperire,
8 &c.ff.de vulg.& pup.substi.Et p̄cedit ista æquiparatio † p̄digi & furiosi,& argumentatio de vno ad alterū,vbi eadē est ratio in vtroque.videlicet,quantū ad hoc ne prodig⁹ faciat conditionē suā deteriorē:quia sibi bonorū diminutio īterdicta est,sicut furioso:secus aūt est, quādo agitur de acquirendo,quia ille cui bonis interdictū est,nō prohibetur sibi acquirere:vt hæc oīa probantur in d. l. is cui bonis,& in d.l.certi cōdictio.§. qm̄,in fine: nā quoad acquirendū prodig⁹ æquiparatur pupillo,iurib.p̄al. & vult Alex.de Imo.in d.l.is cui bonis,in princ. In delictis aūt q̄ in faciendo cōsistunt,excepto casu d.l.si quis in tantā, prodig⁹ æquiparatur maiori sanæ mētis,& punitur vt quilibet alius,vt notat Ang.in d.§.adeò,& idē Ang.& Ale.in d. l.is cui bonis:licet secus sit in delictis consistentibus in omittendo vel negligendo,vt ibi latius p̄ eos:quod nota, quia

quia valet ad multa, vt videre poteris per Alex. in d.l.is cui bonis, in iiij.col. Et quod in delictis ita puniatur prodigus, vt alius sanæ mentis, vult etiam Bal. in l. furiosum. in fine, C. qui test. fa. possunt, quem omnino vide. Interdũ autem prodigus æquiparatur adulto curatorem habenti, vt est text. in d.l. si curatorem habens, & ibi habetur pulchrè per gl. Bar. & doc. vbi plenè reperies, in quibus conueniunt, & in quibus differunt: quò recurre. Aduette etiã, quòd licet gl. in §, furiosi, Insti. de curatoribus, & in l. de creationibus. C. de epis. audi. dicat, quod cura legitima nõ reperitur, nisi in furioso & prodigo, nec aliquid dicat de mente capto: tamen quòd idẽ sit in mente capto, quod in furioso & prodigo, est tex. notabilis in Aut. vbi qui obli. se ha. per hi. res mino. §. j. quem ad hoc ponderat Bald. in d.l. si furiosi, quod tene menti, & vide quod dixi supra in loco à lege ad testatorẽ. Postremò volo te non ignorare,
9 ꝙ siue † prodigus æquiparetur furioso siue pupillo, non potest cõdere testamentũ, etiã ad pias causas. Ita expressè decidit Bal. in l. j. in iij. col. C. de sac. eccl. in lectura, & Pan. in rubr. de testa. & Pet. de Ancha, in c. quia ingredientib⁹, in versi. circa sextum, illo eo. titu. & Philip. Francus in rubrica de testa, lib. vj. in iiij. col. vbi reperies de hoc satis plenè. Quæ omnia commenda memoriæ tanquàm pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dixi supra in loco à simili, & quod dicam infra loco proximo, & in loco à speciali.

¶ LOCVS A MINORIBVS AD ecclesiam vel piam causam.

1 *Ecclesia fungitur vice minoris. 8.*
2 *Argumentum à minoribus ad ecclesiam quando procedat.*
3 *Mora fauore minorum, & ecclesia contrahitur re ipsa absque interpellatione.*
4 *Minor læsus sui facilitate vel dolo aduersarij restituitur in integrum: idem in ecclesia, & pijs locis.*
5 *Priuilegiatus contra priuilegiatum an & quando vtatur suo priuilegio.*

priuilegio.

6 *Beneficium restitutionis competens minori non porrigitur ad fideiussorem. Idem in ecclesia.*

7 *Sententia lata contra minorem indefensum aut ecclesiam, non valet.*

9 *Alienatio facta per minorem de re immobili sine authoritate curatoris & decreto iudicis non valet.*

10 *Minor non potest cedere actiones & iura sua sine decreto.*

11 *Terra steriles minorum an possint alienari.*

12 *Minor & ecclesia in quo differant.*

Commodum subsequitur nunc locus à minoribus ad ecclesiam vel piam causam, à quo sumptum argumentum est probabile, frequẽs & vtilissimũ, quia † ecclesia fungitur iure
1 minoris, c.j. & c. auditis, de in inte. resti. & pi⁹ loc⁹ minori æquiparatur l. orphanotrophos, in principio. & ibi Bal. not. C. de episco. & cle. & c. quia cõtingit, post medium: & ibi Io. de Imo. notat, de relig. dom. Et isto argumẽto à minoribus ad ecclesiam vel piam causam vtitur gl. in l. iij. C. quan. ex fac. tut. & gloss. in l. respublica, C. ex quib. cau. maio. & Ioã. And. in reg. in toto. de regul. iur. lib. vj. in Mercur. & docto. in infinitis aliis locis. Vndè cum multa sint statuta † à iure in fauorẽ minorum, ad multa trahi poterit hæc argumẽtatio, concurrente identitate rationis, & alio expresse non disposito à iure. Et gratia exempli pro instructionẽ iuuenum istud primò facit ad hoc, quòd si-
3 cut † fauore minorum mora contrahitur re ipsa absque interpellatione, l. in minorum, C. in quib. cau. in integ. resti. nõ est neces. & l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. ij. Ita etiã fauore ecclesiæ vel piæ causæ mora contrahitur re ipsa absque interpellatione, quã doctores appellant moram irregularem, ita dicit Bald. in Authen. hoc amplius, C. de fideic. & Pe. de Ancha. in repet. regulæ, accessorium, in vj. q. de reg. iur. lib. vj. & idem Pe. de Anch. in cons. suo cclxxxj. incip. in Christi &c. in auxilium veritatis &c. circa finẽ, & Io. de Imol. in c. breui. de iureiur. & est gl. singul. in §. item mixta, super verbo, iudiciũ, circa princ. Insti. de actio. quã ad hoc ponderat & exclamat Rom. in sing. cxviij. incip. tu habes,

habes &c.illam glo.etiam ad hoc notat Io.de Imo.in repe. l.si verò.§.de viro.ff.solut.matr.& Nicolaus de Neapoli.& Iaf.in d.§.item mixta,& doct.sæpe alibi:quod tene menti.
4 Secundò istud facit ad hoc ꝙ sicut† minor læsus sui facilitate vel dolo aduersarij,restituitur in integrum,toto ti.ff. de mino. Ita etiã ecclesia,pia causa,& loca pia,vt hospitalia,monasteria,collegia,& quælibet alia loca, in quibus senes,debiles,infantes seu paruuli expositi, & aliæ personæ miserabiles aluntur,& in quibus opera charitatis exercentur,si lædantur,restituuntur in integrũ:ita singulariter dicit Io.And.in c.ij.de in integ.resti.lib.vj.in nouella, quem refert & sequitur Pan.in c.relatum.j.de test.& idem Pano. in d.c.j.& glo.in d.c.auditis,& ibi etiam Panor.qui dicit ꝙ omnia iura loquentia de minoribus in materia restitutionis,possunt & debent trahi ad ecclesias.quod dicit memoriæ commendandum:& idem sentit Pau.de Cast.& post eũ doct.in d.l.orphanotrohos,& Lud.Ro.in sing.xcv.vbi per hoc decidit illam pulchram & quotidianam quæstionem, Hospitali relicta erat hæreditas sub conditione, si intra annum ædificet sacellum in certo loco,& si sacellum in loco designato intra annum constructum non fuerit, voluit testator,ꝙ alius locus pius haberet hæreditatem:administratores autem hospitalis intra annum non construxerũt sacellum:quæritur an hospitale poterit restitui aduersus lapsum temporis & negligentiam commissam per administratores in non ædificando sacellum,in præiudicium alterius pij loci?& decidit ipse singulariter,ꝙ sic, instar minoris.per tex.singularem in l.iij.§.& si hæres.ff.de min.& idẽ fuit de mente Bal.licet vacillet,in l.pupillorum,C.de repu di.hære.hoc tamen dependet à decisione illius quotidiani
5 articuli,an priuilegiatus † vtatur priuilegio contra æquè priuilegiatum,& quando,& quando non.de quo vide in l. verum.§.si.cum l.seq.ff.de mino.& in auth. quas actiones, per glos.& doct.C.de sacr.eccl.& in d.c.auditis, vbi plenè de hoc reperies.Tertiò istud facit ad hoc,ꝙ sicut præscriptio iudicialis currit ipso iure contra minorem,sicut cõtra maiorem,vt est tex.singularis in l.properãdum,in fi. & ibi hoc volunt Bal.Ang.Sali.Pau.de Ca.Ale.Iaf.& docto.C.de iudicijs:licet secus sit in præscriptione extraiudiciali, l. fi. C.in quib.cau.in integ.resti.nõ est necess. Ita etiã præscri-

C ptio

ptio iudicialis currit ipso iure contra ecclesiam & piam causam,licet ecclesia & pia cã læsa posset restitui in integrum in subsidium,quando sibi succurri non potest aduersus suos administratores,quia fortè non sunt soluendo, vt diciturin minorib.in d.l.properandum,in fi.& ita notabiliter concludit Gard.in cle.vnica,in x.q.de in integ. resti. & volunt Sal.alex.& Ias.in d.l.properandum,in fi.quod tene menti.Quartò istud facit ad hoc,ꝙ sicut minori succurritur nedum quando ipsefacto suo læsus est, sed etiam qñ læsus est per suos curatores seu administratores,l.fi.C.si tutor vel curator interue.Ita etiam est in ecclesia vel pia cã, quiadelictum personæ &c.regula,delictum,de re.iur.li.vj. & ita notabiliter vult Host.in aurea sua summa,in ti.de in integ.rest.§ in quibus. Quintò istud induci posset ad hoc,
6 ꝙ sicut † singulare beneficium restitutionis in integrum competens minori ratione ætatis,non porrigitur ad fideiussorem:vt est tex.in l.j.& ij.cum ibi no.per gl.& doct. C. de fideiuss.mino.Ita etiã singulare beneficiũ restitutionis in integrum,competens ecclesiæ vel piæ causæ, non porrigitur ad eius fideiussorem,eadem rõne:& quia æquiparantur,iuribus suprain princip.alle. Non memini tamen aliquem doctorem hoc expressè ponere, licetmagnam fecerim diligentiam ad perquirendum,cum quæstio accidisset de facto.Effectus autem huius inductionis est magn9, vt videri potest in d.l.j.& ij.& in l.in causæ j.cumibi no.ff. de mino.&l.minor.ff.de procu.Sextò istud facit ad hoc,ꝙ sicut sententia lata pro procuratore minoris, non legitimè constituto,vel pro minore per se in iudicio litigante valet,licet contra eum lata non valeat:vt est tex.pulcher & menti commendandus in l.non eo minùs,C.de procu.Ita et sentẽtia lata pro ecclesia vel pia causa valet, licet nõ intervenerit cõsensus superioris:quãuis lata contra ecclesiã vel piã causam hoc casu nõ valeret.Ita singular.volunt Io. An.Panor.Io.de Imo.& cõmuniter doct.cano.in c.causam. j.de iudicijs.& est de mente Io.de Imo.in l.quæsitum, sup gl.ff.de re iudi.& volunt expressè Alex. de Imo.& Iaso.in d.l.non eò minus:qđ tene mẽtl.Septimò istud facit ad hoc
7 quòd sicut † contra minorem indefensum non valet sentẽtia lata nec in prima instantia,l.cum & minores, cũ sua singulari gl.C.si aduer.rem iud.nec etiam in secũda instãtia.

l.si præses,

l.si præses, C. quomo. & quando iudex: Ita etiam non valet sententia lata cõtra ecclesiam vel piam causam viduatam pastore vel rectore, & sic indefensam. Ita singulariter dicit glo. in d. l. si præses, quam ibi sequuntur Bald. Salice. & docto. pro qua decisione ego allego tex. notabilem in cap. j. de rebus eccl. non alienan. lib. vj. vbi singulariter habetur, ꝙ actus gestus contra ecclesiam viduatam pastore vel rectore, est ipso iure nullus, nisi fuerit ei dat° defensor: quod est memoriæ commendandum, quia singulare & quotidianum. Aduerte tñ ne decipiaris, quia sententia lata contra ecclesiam habentem prælatum, indefensam tamen, valet. c. prout, & c. fi. de dolo & contu. & c. cum ex literis, de in integ. rest. & vult singulariter Mattheus Mathesilanus in notabili suo xlv. licet secus sit in minore, secundum eum. d. l. cum & minores, cum sim. Octauò istud facit ad hoc, quòd sicut res empta ex pecunia minoris efficitur minoris, licet emens emerit nomine proprio, l. curator, C. arb. tut. & l. ij. ff. quando ex facto tutoris: Ita etiam res empta ex pecunia ecclesiæ vel piæ causæ, eadem ratione: & ita tenet gl. in d. l. ij. & gl. in l. si vt proponis, C. de rei vend. & in l. si patruus, C. com. vtriusque iud. & gl. in c. inquirendum, de pecul. clerici. & glo. in c. apostolicos, xij. q. ij. & Panor. in consil. xciiij. ij. volu. incipiente, Christi &c. in quæstione &c. & idem Panor. in d. c. inquirendum. de quo vide quod dixi latius supra in loco à milite ad ecclesiam vel piam causam. Nonò istud facit ad hoc, quòd sicut in minorem competit actio ex pecunia mutuo sumpta per curatorem eius, si in ipsius vtilitatem sit conuersa: vt est tex. in d. l. iij. C. quando ex facto tut. Ita ẽt in ecclesiam vel piam causam hoc casu dabitur actio: Ita dicit gl. singularis, in d. l. iij. cum qua ibi indifferenter consentiunt omnes doct. quos viderim, & eam ad hoc specialiter no. Io. de Imo. in repetitione d. l. si verò. §. de viro. & faciunt notata per gl. Bar. & doct. in auth. qui res iam dictas, C. de sacr. ecc. & no. per gl. Sali. & doct. in auth. hoc ius porrectum, circa finem, illo eod. titu. & notata per Anto. de But. Card. Ioan. de Imo. Panorm. & canonistas in cap. j. de deposito, & ea quæ habentur & notantur per glo. & doct. in ca. penul. de fideiuss. limita tamen vt illic per Panorm. qui exquisitissimè hunc articulum quotidianũ examinat, vbi etiam plenè habetur per Innoc. Hosti. Io. And.

Ant. de But. Card. Pet. de Anch. & Io. de Imo, quando ciuitas, ecclesia, vel alius obligatur ex facto sui administratoris, & per Bar. Iaso. & legistas in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & per Bald. in d. auth. hoc ius porrectum. Decimò istud potest induci ad aliud, videlicet, quòd sicut minor eo ipso quod compromittit in arbitrum, cẽsetur lædi, & potest desiderare in integrum restitui, l. si minor ij. §. fin. & ibi Batto. ff. de
8 minorib. Ita etiam dici posset † in ecclesia quæ fungitur vice minoris, iuribus supra in principio alleg. Sed hoc non affirmo, quia Iacobus de Rauen. & Alber. de Rosate, in d. §. fin. non sic indistinctè intelligunt illum text. sed eum rationabiliter restringunt ad casum, quando electus arbiter esset inimicus vel suspectus minori, & hoc etiam ibi sentit glos. vt latius ibi videre poteris, quare cessat illatio de qua supra. opinionem tñ Bar. sequuntur Ang. Pau. de Cas. & Ale. de Imo. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. quà opinione vera existente, bona videretur argumentatio supradicta. Vndecimò istud facit ad hoc, ꝙ sicut sententia lata contra minorem dolo aduersarij, est ipso iure nulla, l. fina. C. si ex falsis allegatio. & l. si præses, C. de prædijs minor. & notat Bar. in l. si is ad quem, ff. de acqui. hære. & in l. penul. ff. de iusti. & iure: Ita etiam sententia lata contra ecclesiam dolo aduersarij erit ipso iure nulla, eadem ratione: & ita te petio velle Matthæum Mathesilanũ in d. notabili suo xlv.
9 Duodecimò istud facit ad hoc, quòd sicut † alienatio facta per minorem de re immobili sine authoritate curatoris & decreto iudicis, non valet in præiudicium minoris. l. si ad resoluendã, C. de prædijs mino. & toto tit. ff. de reb. eo. qui sub tute. vel cura sunt, & habetur pulchrè per Bal. in l. si curatorẽ habens, C. de in integ. resti. si tamen minori expedit contractum seruari & adimpleri, maior qui cũ eo contraxit, tenetur eundem adimplere: argum. tex. Insti. de auth. tu to. in prin. & l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. emp. Ita etiam dicendum erit in ecclesia & pia causa alienante sine solennitate requisita à iure. Et ita singulariter reperio velle Innocen. & canonistas in cap. j. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capitu. & Mathesi. in notabili suo clv. & Alexand. de Imo. in l. cum lex. ff. de fideiuss. in apostillis ad Bart quod tene menti. Decimotertiò istud facit ad hoc, ꝙ sicut minor qui potuit per transactionem à lite liberari, &

m ale

malè consultus transactionem non acceptauit, sed in litigio perseuerans senten. contra se lata succubuit, potest in integrum restitui: vt est tex. singularis in l. si ex causa. §. nūc videndum, & ibi Bar. Bald. Albe. de Rosate, & doctor. ff. de minoribus. refert. & sequitur Ludo. Roman. in singulari ccccij. Cępola cautela vj. & Franciscus de Crema singulari xxix. Ita etiam dicendum erit in ecclesia & pia causa, eadē ratione, & quia æquiparantur, iuribus supra in principio allegat. & licet neminem reperiam hoc dicentem, credo tñ verum, per dictam æquiparationem: & quia eadem est ratio in vtroque, & quia non reperio contrarium, argumen. eorum quæ dicit Salicetus in l. fina. C. de inofficio. testam. & quod dixi supra in loco à legitima patroni ad legitimā filij, & in loco à simili. Decimoquarto istud facit ad hoc, ꝙ
10 sicut † minor non potest cedere actiones & iura sua sine decreto, vt determinat Speculator in tit. de cessione actionis, §. j. versic. sed nunquid minor; Ita nec ecclesia vel pia cā, c. ij. de rebus eccl. non alie. lib. vj. & ibi hoc notat Ioan. An. in nouella. Ex ista æquiparatione etiam sequitur, ꝙ sicut minor passus iacturam causæ, quia cessit actionem potentiori, non restituitur in integrum; quia minor cōtra delictum suum non restituitur, l. auxilium. ff. de minorib. cū simili. Ita nec ecclesia hoc casu restituitur in integrum, eadem ratione. Et ita singulariter determinat Spe. in d. tit. de cessione actionis. §. j. in ver. quid si minor: vbi vide. Posset & ad multa alia pulchra & quotidiana, ex præmissis & alijs iuribus colligibilia, induci hæc argumentatio à minorib⁹ ad ecclesiam vel piam causam, sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiunt. Hoc tamen volo te scire, quòd hæc ar-
11 gumentatio non procedit in alienatione † rei immobilis, sterilis, seu infructuosæ: quia in ecclesia illa alienatio permittitur, authent. item prædium, C. de sacrosanct. eccles. & capit. terrulas. xij. quæstio. ij. sed in minore non permittitur, vt est tex. singularis in l. si fundus sit sterilis. ff. de rebus eorū, & vult Roma. in repetitione d. l. si verò. §. de viro, in xij. fall. De hoc articulo tamen vide latius per Alb. de Rosa. Iaso. & recentiores in l. ij. ff. de offi. eius cui man. est iu-
12 ris. In alio etiam differt ecclesia † vel pia causa à minore: quia ecclesia vel pia causa læsa, restituitur etiam post quadriennium, qñ rationabilis cā hoc suadet: vt est tex. cū sua

 singulari

fingulari glo.in c.j.de in integ.resti.lib.vj. minor verò non restituitur,nisi in minore ætate sit læsus,vel infra quadriennium post legitimam ætatem,l.doli,versi.diuersum, & ibi Alberic.de Rosate not.ff.de nouationibus,& vult Hosti.in summa in tit de in integrum rest.in §.quando minor, circa finem.Non procedit etiam hæc argumentatio à minoribus ad ecclesiam vel piam causam in præscriptione téporali:nám licet prescriptio temporalis extraiudicialis nõ currat hodie ipso iure contra minorem,vt est tex. singularis in d.l.fi.C.in quib.cau.in integ. resti.non est necess. tamen currit contra ecclesiam vel piam causam,vt probatur in d.Auth.quas actiones,vbi vsucapio triennij vel præscriptio quadriennij de iure ciuili nouissimo currit cõtra ecclesiam & piam causam,licet restituatur: & ita notabiliter decidit Ioan. de Imo.in d.repetitione l.si verò.§. de viro. in xj.columna.& Lanfrancus ibidem in sua repetitione,in v.conclusione interpretationis extẽsiuæ, & gl.& doctores in d.Auth.quas actiones, & est de mente Ant.de Butrio in rep.c fin.de consuetu.in vj.fallen.in fine, & de mente Hostiensis in aurea sua summa, in dict.tit.de in integ. resti.in d.§.quando,& in §.cui,in fine:vbi etiam dicit,quòd priuilegia minoris & ecclesiæ habent se vt excedentia & excessa. Quæ omnia commenda memoriæ tanquàm pulchra, singularia,vtilia & quotidiana.& vide quod dixi supra loco proximo,ĩ loco à pupillo ad ecclesiã vel piã causam,& ĩ loco à simili,& quod dicam infra loco proximo,& in loco à speciali,& in loco à ratiõe legis larga, ampla seu generali,ad extensionem ipsius legis,in ij.casu principali.

¶LOCVS AB ECCLESIA ad pia loca.

1 *Priuilegia omnia competentia ecclesiis, competunt etiam piis locis.*

2 *Contra ecclesiam vel pia loca regulariter non præscribitur nisi spacio 40.annorum.*

3 *Argumentatio ab ecclesia ad pia loca non procedit in pœnalibus.*

Nunc

NVnc subnectemus locum ab ecclesia ad pia loca, à quo sumptum argumentũ est probabile, frequẽs, & vtile: quia generaliter omnia
1 †priuilegia competentia ecclesiis, cõpetunt etiam piis locis: tex. est valde notabilis in l. omnia priuilegia, & ibi Bartol. notat, C. de episco. & cleri. & bonus tex. in §. pro temporalibus, in Auth. de ecclesiasticis titulis, colla. ix. & facit l. illud, cum glo. C. de sacrosan. eccle. & affirmat tanquam rem euidentem Ioã. And. in ca. ij. de in ĩteg. rest. li. vj. in nouella, & sequitur Pan. ĩ c. relatũ, j. de testa. & idem Panor. in c. j. de in integ. restitu. in antiqs: quod facit ad multa. Et inter alia gratia exempli pro instru-
2 ctione iuuenum istud primùm facit ad hoc, ꝙ sicut† contra ecclesiam regulariter non præscribitur, nisi spacio xl. annorum, c. de quarta, de præscrip. & Auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccle. Ita nec contra pia loca, d. §. pro temporalibus, vbi de hoc est casus: & vult notabiliter Bal. in dict. Aut. quas actiones, vbi dicit hoc esse notabile & memoriæ commendandum: & idem vult Panor. in d. c. de quarta, in vltimo notabili, vbi dicit idẽ esse in legatis ad pias causas. Secundò istud facit ad hoc, ꝙ sicut ecclesia læsa restituitur in integrũ, cle. vnica, de in integ. restit. cum similibus. Ita etiam capitulũ, collegiũ, vniuersitas, vel hospitale, si lædatur, potest petere restitutionẽ in integrũ: & ita notabiliter decidunt Innoc. Pet. de Anch. & Io. de Imol. in c. nisi essent viri prouidi, de præb. & Io. An. in d. c. ij. & Panor. in d. c. relatum, & in d. c. j. Tertiò istud facit ad hoc, ꝙ in alienationibus bonorum hospitalis vel pij loci eadẽ requiritur solẽnitas, q̃ requiritur in alienatione bonorũ ecclesiæ: ita notabiliter dicunt Ant. de Butr. Io. de Imo. & Panor. in c. nulli, de reb. eccl. non alien. & probatur in Aut. hoc ius porrectũ, in prin. C. de sacros. eccl. Posset ad multa alia pulchra & quotidiana ĩduci hæc argumentatio ab ecclesia ad pia loca, q̃ videre poteris per Feli. in d. c. de quarta, vbi vltra hæc tria priuilegia cõpetentia ecclesiis & piis locis, egregiè sanè collegit decẽ & septẽ alios casus, in quib' hospitalia & pia loca æquiparãtur ecclesiis, & gaudẽt priuilegiis ecclesiarũ: ad quę breuitatis gratia remisisse sufficiat, cũ ab omnibus habeatur. Illud tñ nolo te ignorare, ꝙ hæc argumẽ-
3 tatio †nõ procedit in pœnalibus: ita dicit gloss. singularis

 in

in §.item mixta, Insti.de actio. cum qua cōsentiūt ibi cōmuniter omnes docto. excepto solo Ange. qui per plura ꝓbabilia media ibi tenet contra eandē glo. quem omnino vide. de hoc tamen pulchro & quotidiano articulo, an in pœnalibus licita sit extensio, & quando, & quando non, vide quod dicam infra in loco à ratione legis largâ, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in iij. casu principali, vbi de hoc reperies satis plenè. & vide quod dixi supra loco proximo, & in loco à simili, & quod dicam infra in loco à speciali, & habetur satis latè per Iasonem in d. §. item mixta, quem legit sub §. ex maleficiis quò recurre.

¶LOCVS A MATRIMONIO carnali ad spirituale.

1 *Matrimonium carnale & spirituale æquiparantur à iure.*
2 *Matrimonium rite contractū nō dissoluitur per inferiorem à Papa.*
3 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale quando procedat, vel non.* 9.
4 *Matrimonium spirituale contrahitur per professionem.*
5 *Conditio legato adscripta per quam libertas matrimonij impeditur, reiicitur.*
6 *Bona restitutioni subiecta possunt alienari pro dote filia.*
7 *Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium carnale potest reuocari antequam contrahat.*
8 *Matrimonia debent esse libera, non coacta.*
9 *Diuersitas rationis iuris diuersitatem inducit.*
10 *Matrimonij carnalis & spiritualis differentia viginti tres. vsque ad fin.*

LOcus iste à matrimonio carnali, ad spirituale frequenter etiam apud nostros in vsu est: Et ab eo sumptum argumentum probabile est & vtilissimum: quia ✝ æquiparantur à iure. text. est notabilis in ca. quoniam frequenter. §. porrò, vt lite non contestata: & bonus tex. in c. inter corporalia, & in c. fin. de transla. episco. & in ca. cum inter

1

ca

canonicos, de elect. & in c. sicut alterius, & ibi Dominicus notat vij. q. j. & in Aut. nisi rogati, & ibi Cy. Salice. & doct. not. C. ad Trebell. cum similibus: sicut enim matrimoniũ
2 ✝carnale ritè contractum non dissoluitur per inferiorem à Papa, sed per solum papam qui vicẽ Dei gerit in terris, cum limitatione tamen: de qua in cap. ex publico, de conuersio. coniuga. & per Henricum Boich in c. fi. de sponsa duorum. Ita nec etiam matrimoniũ spirituale, in d. c. inter corporalia, & præall. c. fin. Item sicut per mutuum consensum viri & mulieris contrahitur matrimonium carnale ita etiam per consensum eligentiũ & electi contrahitur matrimonium spirituale inter ecclesiam & episcopum, d. c. cũ inter canonicos. Nedum em̃ in matrimonio carnali, sed etiam in spirituali, contrahendo requiritur consensus mutuus: c. penult. de sponsalib. iuncto c. quàm sit, de elect. lib. vj. & c. si tibi absenti, de præben. eo. lib. Item sicut cum agitur de matrimonio carnali, possunt testes recipi, & sententia diffinitiua ferri contra contumacem, lite non contestata. Ita pariformiter fieri potest cũ agitur de matrimonio spirituali, cũ in hoc ęquiparẽtur. Nã sicut absentia viri est periculosa vxori, ita etiã absentia prælati est periculosa ecclesiæ. & ergo neuter potest se absentare sine causa, d. §. porrò, cũ ibi notatis per Panor. & doct. & isto argumẽto vti's gl. ad duplicẽ effectũ in c. cupiẽtes. §. cæterũ. de elect. lib. vj. Eo etiã vtitur Anto. de Butrio in repetitiõe c. fin. in xxxiij. col. de causa possessionis & proprietatis, & Præpo. ĩ c. tuę, de spõsalibus, & Ioã. An. in regula, qđ alicui suo: & in regula, cũ nõ stat: & in regula, potest quis per aliũ: & ĩ reg. quod ob gratiã: & in regula, dolo facit, de reg. iur. lib. vj. in Mercurialibus. Isto argumẽto etiã vtitur Panor. ad notabilem effectũ in sua eleganti disputatione incipiente, episcopus & quidã rector, in iij. col. & doct. sæpe alibi, vt infra patebit: multa em̃ præcipua reperiuntur inducta & statuta fauore matrimonij carnalis, quæ diligenter collegit Feli. ĩ rubrica de sponsalibus, ex quibus subsistente identitate rationis, vbi cõtrariũ ✝ nõ reperitur expressè à iure dispositũ, & materia est applicabilis ad matrimoniũ spirituale, seu
3 cõgruit matrimonio spirituali, argui põt à matrimonio carnali ad spirituale. Vñ deducẽdo vtilitatẽ ex hac argumẽtatione prouenientem ad praxim, referam ex his q̃ vidi &

legi pro instructione iuuenum ex multis pauca, pulchra, & quotidiana exempla. Et inter alia istud primò facit ad hoc, quòd sicut filia contrahens matrimonium carnale, debet dotari à patre, l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum, etiā si habeat aliunde vnde se dotet: vt est tex. singularis in l. fi. C. de dotis promiss. Ita etiam filia ingrediens monasterium, & ibi professionē faciens, debet dotari à patre, quia
4 †per professionem contrahitur spirituale matrimonium, d. c. inter corporalia. & ita expressè decidit Bal. in d. l. fi. in ij. col. Imo quod fortius est, statutum disponēs filiam cōtrahentem matrimonium carnale, debere dotari, vendicat sibi locum in filia ingrediente & profitente religionem approbatam, vt singulariter decidit Petrus de Ancha. in consilio suo cviij. incipiente, in paucis verbis, &c. Secūdò istud facit ad hoc, quòd statutum aliquid disponens contra carnaliter cognoscentem mulierem nuptam, vendicat sibi locum in cognoscente carnaliter monialem, quia matrimonium dicitur contrahi cum ecclesia vel Christo. c. viduas, c. quæ Christo, & c. hi qui, xxvij. q. j. & ita singulariter determinat Marianus in c. qualiter & quandò, ij. de accusatio. quem refert & sequitur Felin. in c. non satis, de simonia: & doctores alibi. Tertiò istud facit ad hoc, quod sicut pater qui semel dotauit filiam, tenetur eam secundò nubentem redotare, dote per mortem generi, pactionis, vel patriæ potestatis iure ad se reuersa, & eandem dotem sic ad se reuersam constituere, nisi eius facultates clade aliqua diminutæ fuerint, & hoc probare possit: vt est text. notabilis in auth. sed quamuis, C. de rei vxo. actione, & in corpore vnde sumitur. Ita etiam tenetur hoc facere pater, quando filia sua vidua prius dotata, & dote ad se reuersa, intret religionem per ecclesiam approbatam, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale: & ita singulariter determināt Cyn. Ang. Ioan. Fabri, Alberic. de Rosate & alij doct. in dict. authen. sed quamuis, & Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. qui filij sint legitimi, parum ante finem, quē refert Ro. in suis singularibus, singulari cccccclxxxiij. ita etiam singulariter vult Baldus Nouellus in tractatu de dotibus, in vj. parte, in xvj. priuilegio circa principium, vbi dicit se sic consuluisse apud Spoletum. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo tenet Sali. in d. auth. sed

quam

5 quamuis. Quartò istud facit ad hoc, ꝙ sicut † reiicitur cōditio virgini adscripta in legato sibi relicto si non nupserit, quia impeditur libertas matrimonii carnalis, non aūt reiicitur conditio si nō nupserit Titio, quia ꝑ hoc nō impeditur libertas matrimonii carnalis, cū possit nubere Seio: vt est textus in l. Titiæ si non nupserit, & in l. cū ita. ff. de cond. & demō. iuncta Aut. cui relictum, cū glo. C. de ind. vid. Ita etiā reiicitur conditio absolutè & præcisè retrahens à vita contemplatiua, vel impediens matrimoniū spirituale, puta ingressum monasterii. vt est textus singularis in § sed & hoc præsenti, in authen. de sanctiss. episc. collat. ix & in d. Authen. nisi rogati, & in c. in præsentia, cū ibi notatis, de proba. Non tamē reiicitur cōditio, per quā quis retrahitur à religione mendicantiū, quia per hoc nō dicitur impediri vita contemplatiua, cum possit intrare aliam religionem ab ecclesia approbatā, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale: & ita singulariter vult Bal. in d. l. cum ita. & Ioan. de Imo. in l. hoc modo, illo eo. tit. & Barbatia in consil. iiij. j. volum. incipiente. scribitur, &c. in ij. colum. & Socinus in consilio suo xcij. incipiente, Dominus labia mea aperiat, &c. circa primum huius consultationis articulum, &c. Pau. de Cast. in l. sed. hoc, in §. cum vir vxori, in fin. sub quo legit d. ll. cū ita, & hoc modo. ff. de condi. & demon. quod tene menti, quia habui de facto. Quintò istud facit ad hoc, quòd sicut bo-
6 na † subiecta restitutioni possunt alienari pro dote filiæ, ipsa cōtrahēte matrimoniū carnale: vt est casus in Authē. res quę, C. cōmu. de lega. & in corpore vn̄ sumitur. Ita etiā poterūt alienari ꝑ filia ingrediēte monasteriū, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale: & ita singulariter determinant Barto. Bal. & doctores in dict. Authen. res quæ. quod tene menti. Sextò istud facit ad hoc, ꝙ quemadmodū furiosus vel mente captus nō pōt cōtrahere matrimoniū carnale, c. dilectus, de sponsalib⁹. Ita nec matrimoniū spirituale, c. sicut tenor, de regularibus, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale: & ita determinat Præpo. & doctor. in d. c. dilectus, & Alex. de Imol. in consil. iij. vj. vo. vbi vide. Septimò istud facit ad hoc, ꝙ sicut conditio vel protestatio cōtra substantiā matrimonij vitiat matrimonium carnale: ca. fina. de conditio. appo. Ita etiā conditio

vel

vel protestatio cõtra substantiã vitiat matrimoniũ spirituale, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale, quia similitudo rationis est ĩ vtroq;. Ita singulariter dicit Car. in cle. eos, in vj. quæstio. post Paulũ ibidẽ de regularibus. De hoc vltimo tamẽ sunt opiniones, vt videre poteris per Cardinalẽ & alios canonistas in dict. c. fina. & per Cyn. & legistas in Authen. ingressi. C. de sacr. eccle. & alibi. Octauo istud facit ad hoc, ꝙ sicut per diutinam cohabitationẽ viri & mulieris tractantium se vt cõiuges, vnà cum fama viciniæ, præsumitur titulus matrimonij carnalis, c. illud, cum ibi notatis, de præsumptio. Ita etiã dicendum est in matrimonio spirituali, eadẽ ratione. & ergo si aliquis per decẽ annos stetit in aliqua ecclesia vt clericus vel rector eiusdem, & probat per famã viciniæ ꝙ ita sit, iudicabitur pro eo non solum in possessorio, sed etiã in petitorio. Ita sin. volunt Hostien. Cardi. Anto. de Butrio, Ioan. de Imo. Pan. & Feli. in d. c. illud, ad quos recurre. Nonò istud facit ad hoc, quod si ex pacto vel consuetudine, vasalli aut subditi teneantur præstare auxilium domino, quãdo maritat filiã prout in pluribus locis seruatur de cõsuetudine, & videtur rationabile: vt singulariter determinat Specul. in titu. de feud. in §. quoniã, in versi. & nota, & est glo. quæ hoc sentit in l. placet, C. de sacr. eccle. Ita tenebuntur etiã præstare auxilium domino, qñ filia eius intrabit religionẽ, arguendo à matrimonio carnali ad spirituale, & tanto fortius tenebuntur in hoc casu, quia magis curandũ est de anima, quàm de corpore, l. sancimus j. C. de sa. ecc. cũ similibus, & ita reperio singulariter decidere Iacobinũ in suo notabili libello feudorũ in illis verbis, q quidẽ inuestiti, in fi. vbi dicit se sic in casu de facto occurrente cõsuluisse, & ꝙ plures alij præstãtissimi doc. se subscripserunt. Deci-
7 mò istud facit ad hoc, quòd sicut † procurator constitutus ad contrahendũ matrimoniũ carnale, põt reuocari antequã cõtrahat matrimonium carnale, & quod fortius est tenet huiusmodi reuocatio etiã nõ intimata procuratori, vel illi cùm qua matrimonium contrahere iussus est, vt est text. singularis in c. fi. de pro. lib. vj. Ita etiam dicendum est in procuratore cõstituto ad contrahendum matrimonium spirituale, puta ad eligendum vel ad confirmandum electum, vt reuocatio etiam non intimata impediat ma-

trimonium

trimonium spirituale cõtrahendum, arguẽdo à matrimonio carnali ad spirituale: & ita singulariter tenet Pau. de Leaza. in cle. vnica de renũcia. & Pet. de Ancha. Domini. Philip. Franc⁹ & docto. c. si. qđ tene mẽti. Vndecimò istud
8 facit ad hoc, ꝙ sicut † in matrimonio carnali cõtrahendo & dissoluendo plena debet esse libertas, & nulla coactio, alioqui nõ valet matrimonium, c. cum locum, de sponsali. & c. accedens, de procura. Ita & in matrimonio spirituali. siue agatur de eo cõtrahendo, siue dissoluendo. Ex quo sequitur primò, ꝙ ingressus religionis factus per metũ nõ tenet: c. j. qđ metus causa: & dicam latius infra. Ex isto etiã sequitur secundò, qđ electio facta per metum vel per impressionẽ, nõ tenet, c. in nomine domini. xxiij. distin. & c. j. & c. si q̃s pecunia lxxix. dist. & nota. in c. bonę j. & in c. qđ sicut, de elect. & eadẽ ratione nõ valebit collatio beneficij facta per metũ. & hoc tenet Anto. de Butrio in c. abbas, qđ met. causa. Ex isto etiã sequitur tertiò; ꝙ renũtiatio facta de beneficio per metũ nõ tenet: & ita tenet An. de Butrio in d. c. abbas, & in c. ad aures, illo eod. titu. & ibi etiã idem sentit Petr. de Anchar. in primo notabili: sed hoc vltimũ nõ affirmo, quia reperio Rotã tenere cõtrariũ ĩ decisione cccxxvij. in nouis, & illa opinio forte seruaretur in practica, vt dicit Ioan. de Imo. in d. c. ad aures, imò sine forte, quia reperio Cardina. & Panor. eãdem opi. tenere in dicto c. abbas, & in d. c. ad aures, & Pet. de Anch. Car. Ioan. de Imo. & Panor. in cle. ij. §. fanè, de pœnis, ꝑ illũ tex. qui hoc probat per locũ à speciali, qđ tene perpetuò menti. Duodecimò istud facit ad decisionẽ illi⁹ quotidianæ quæstionis, Pater reliquit filiæ centũ si nuberet: & si religionẽ intraret, quinquaginta; ingressa est religionem, quæritur an debeat habere sola quinquaginta, an centũ? & deciditur, quòd debet habere centũ, sicut si matrimonium carnale contraxisset: per hunc locũ à matrimonio carnali ad spirituale. Ita singulariter decidit Io. And. in addi. ad Specu. in rubrica de statu mona. Barto. in l. ij. ff. de his quæ pœnæ nomine, & An. de Butrio in d. cap. in pręsentia in xvj. colũ. & doct. sæpe alibi: quod tene mẽti, quia ex hoc habes, qđ legatum relictum filiæ si nupserit, debetũr eidem si intrat religionem. De quo articulo quotidiano vide plenissimè per Iasonem, & in locis per eum cõmemoratis, in Auth.

si qua

si qua mulier, C. de sacro. eccles. quò recurre. Posset & ad multa alia induci hęc argumẽtatio à matrimonio carnali ad spirituale, sed prędicta pro iuuenib⁹ sufficiunt. Et pro-
9 cedit hæc argumentatio † qñ eadem, par, vel maior ratio est in matrimonio spirituali ac in carnali, & vbi cõtrariũ non reperitur decisum à iure, & materia est applicabilis ad matrimoniũ spirituale, vt dixi: sed qñ diuersa subest ratio, vel qñ cõtrarium reperitur expressè dispositũ in eo qđ erat inferendũ, vel materia nõ est applicabilis ad matrimonium spirituale, tunc nõ ꝓcedit hæc argumẽtatio: q̃a diuersitas rationis diuersitatẽ iuris inducit, l. adigere. §. quãuis, cum ibi no. ff. de iu. patrō. & l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. & expressum facit silere tacitum, l. si. C de pac. cõuẽ. & in incertis nõ in certis locus est cõiectu ris, l. cõt inuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. Vnde cum multę sint differentiæ inter matrimonium carnale & spirituale, vt infra dicam, patet non semper procedere hanc ar-
10 gumentationem. Primò enim † differunt in hoc, quia matrimonium carnale non põt contrahi nisi cum vna eodem tempore: nã nõ põt quis eodẽ tẽpore habere plures vxores, etiam ex dispensatione Papæ: cum sit contra ius diuinum, c. gaudemus, de diuort. & §. affinitatis, & §. socrum, Insti. de nup. cum similibus: sed quis bene põt habere plura beneficia eodem tempore, vt est tex. cum sua singulari gl. in c. gratia, de rescrip. lib. vj. maximè ex dispensatione Papæ. c. de multa, cum ibi no. de pręben. & c. dudum, ij. de elec. cum similibus. Secundò differunt in hoc, quia ad matrimonium carnale non requiruntur verba, secundum cõem opinionẽ, de qua in d. c. tuæ. sed ad matrimonium spirituale requiruntur verba eligentium & electi, c. quia ꝓpter, de elec. cum similibus. Tertiò differunt in hoc, q̃a nemo cogitur ad matrimonium carnale cõtrahẽdũ, imò debet esse voluntari⁹ & importunè petens, d. c. cũ locũ, & c. veniens j & ij. de sponsa. & c. institutũ, iuncta gl. xxvij. q. ij. In matrimonio autẽ spirituali debet quis à principio inueniri nolens & fugiens, c. qualiter. de elect. & c. in scripturis, iuncta gl. viij. q. j. & l. si quenquã. C. de epis. & cle. & peccat electus nõ acceptãdo dignitatẽ ad quã eligit, si nõ reperit alius æquè idoneus, p quẽ possit ecclesiæ cõsuli: vt singulariter dicũt Archi. & Io. An. ĩ c. si electio, de elec. lib.

lib.vj.in nou. Quartò differunt in hoc, quia in matrimonio carnali admittitur conditio, dummodo nō ſit contra ſubſtantiam matrimonij,& valet matrimonium ſub conditione cōtractum,c.de illis,c.ſuper eo,& d.c.fi.& per totũ,de conditionibus appoſitis. In matrimonio verò ſpirituali abeſſe debet omnis cōditio,vt eſt tex.in c.ij.de elec. li.vj.Quintò differũt in hoc,quia in matrimonio carnali poteſt interuenire pecuniæ datio & promiſsio, quæ ſit cauſa contrahendi, prout quotidie fit. nam communiter dos datur & donatio propter nuptias conſtituitur, licet ſine dote poſsit eſſe matrimonium, c.nullum xxx.q.v.& l.cùm multæ,C.de do.ante nup.In matrimonio aũt ſpirituali non debet interuenire pecuniæ datio quæ ſit cã cōtrahẽdi, vt eſt tex.in c.gratia.ĩ c. q ſtudet,& in c.ſunt nonnulli.j.q.j.& de ſimonia,per totũ. Sextò differũt in hoc,q̃a in matrimonio carnali debet interuenire propoſitum retinendi inuicẽ indiuiduã vitæ conſuetudinẽ. vt eſt tex.in d.c.fi.de condi.appo.nec poteſt ſeparari poſtquã eſt conſummatũ carnali copula etiã per Papã.vt notatur per glo. ſingularẽ & doc.in d.c.ex publico,& in c.commiſſum, de ſponſali.& per Henricũ Boich,in d.c.fi.de ſponſa duorũ. & per Io.An.in reg.actus legitimi.vbi arguit pro & cõtra, de re.iu.li.vj.in mercurialibus.In matrimonio verò ſpirituali pōt in mente gerere beneficiatus, q̃d ab vna adminiſtratione transferatur ad aliã,non tamẽ ambiendo, ſed magis ꝓficere intẽdẽdo,d.c.fi.de trãſl.epi.& c.qui epiſcopatũ.viij.q.j.& pōt quis priuari beneficio ſuo per Papam, licet Papa nō poſſet oẽs priuare.vt eſt gl.ſing.in c.ꝑ principalem,ix.q.iij.Septimò differunt in hoc,quia in matrimonio carnali nō admittit̃ trãſactio vel compoſitio,vt eſt tex.in c.fi.de tranſact.In matrimonio verò ſpirituali bene admittit̃ amicabilis compoſitio,vt eſt tex.nota.in c.ſuper eo,de tranſact.& in c.niſi eſſent viri ꝓuidi,de præben. q̃d c.niſi eſſent viri prouidi,fecit multos viros improuidos,& vt timeo,ſimoniacos.Octauò differũt ĩ hoc,q̃a matrimoniũ carnale nihil ſpiritualitatis in ſe habet,nec ꝑ illud cōfert̃ gratia: imò potius dicitur ſacramẽtũ, quaſi ſacræ rei ſignũ,quã q̃a ſacrũ,vt eſt tex.cũ ibi no.ĩ c.debitũ,de biga. Matrimoniũ aũt ſpirituale habet in ſe aliquid ſacri, quia propter adminiſtrationẽ ſacramentorũ & diuinorũ datur,

tur,d.ca.inter corporalia. De hoc tamen vide latius per Antoninū in tertia parte suæ summæ, titu.xiiij.§.ix.circa finem,& per Erasmū Roterodamū in libello suo singulari,cui titulus,Christiani matrimonij institutio.Nonò differunt in hoc q̄a matrimoniū carnale perficitur solo cōsensu,d.c.cū locū,& c.cum apud.de sponsalibus. Matrimonium autē spirituale non perficitur solo consensu,sed vltra hoc requiritur certa forma,d.c.quia propter, & cōfirmatio in inferioribus prælaturis,c.nihil,de elect.& d.c. quàm sit.& c.cupientes:eo·ti.lib.vj.& in episcopatibus,& superioribus dignitatibus requiritur consecratio, vt est text.in c.transmissam,cū ibi notatis de elect.cū similibus. Per electionē em̄ datur duntaxat potestas administrandi in habitu:per confirmationē verò datur in actu: & sic cōfirmatio deducit potentiam quæsitā p electionē ad actū. Ita singu.dicit glo.in c.quanto lxiij.distin.& est de mente Rotæ decis.iiij.in nouis, secundum numeros meos.vndè eleganter dicit tex.in d.ca.fi. de translatione episcopi, q̄ per electionem & consensum electi ante cōfirmationem, matrimoniū spirituale dicitur initiatum, p cōfirmationē aūt ratum,& per consecrationem consummatum: q̄d aūt per consensum eligentium & electi nō perfectè cōtrahitur matrimonium spirituale,vult tex.in d.c.cū inter canonicos,in verbo,quasi.Decimò differūt in hoc,quia ad matrimonium carnale contrahendum sufficit pubertas, cap. puberes,de desp.impu.& Insti.de nup.in prin.Imo sufficit q̄ malitia suppleat ætatē,c.de illis,ij.de despon.impu. ad matrimonium verò spirituale contrahendum varia ætas requiritur secundum qualitatem beneficiorum, vt videri potest in c.cùm in cunctis,de elect.& in c.super inordinata.iunctis ibi notatis per Ioan.And.Panor.& doct.de præbē.Vndecimò differunt in hoc,quia in matrimonio carnali qualitas personarū regulariter non attenditur,dummodo habeant intellectum,dicto c.cū apud,& d.c.dilect', de coniugio seruorum,per totum, & de coniugio leprosorum per totum,cum similibus,nisi expresè prohibeantur:vt videri potest in frigido,monacho,consanguineo,& similibus:toto titu.de frigidis & maleficiatis, & toto titu. ne clerici vel vouentes,& toto titu.de consanguinitate & affinita.cum similibus. In matrimonio autem spirituali

attenditur

attenditur qualitas personarum, d.c.cum in cunctis,& d.c. cum inter canonicos,& c. innotuit. de ele.& de filijs presbyte.& de bigamis per totum. Duodecimò differunt in hoc, quia matrimonium carnale est de iure diuino institutum in paradiso, Genesis ij.& c.vnico, iuncta glo.de voto, lib.vj. Matrimonium verò spirituale inductũ est postea iure positiuo: nam status beneficiorum iure positiuo est inductus, vt bene declarat Pan.in c.postulasti, de rescri.& idem Panor.in c.episcopus, de præben.& in disputa.sua inci. Titius clericus. vbi etiam eleganter habetur, an clericus habens patrimonium & beneficium ecclesiasticum possit salua conscientia conseruare patrimonium & viuere de reditib⁹ beneficij, quò recurre. Decimotertiò differũt in hoc, quia matrimonium carnale inductum est ad fornicationẽ euitandam,& multiplicationẽ generis humani: vt est pulcher tex.in §.his ita, xxxij.q.ij. Matrimoniũ vero spirituale inductum est ad regimen fidelium,& animarum curam, c.cum sit ars artium, de ætate & qual.ordi.iuncto d.c.cum in cunctis. Decimoquartò differũt in hoc, quia matrimonium carnale parit filios carnales, spũale aũt spirituales, vt de vtroq; est tex.in c.olim, viij.q.ij. Decimoquintò differunt in hoc, quia matrimonio carnali propter adulterium separato quoad thorum, neuter cũ alio contrahit, quia vinculum manet, c.ij.de diuortijs. Sed prælato deposito propter crimen, potest ecclesiæ prouideri de alio: vt est text.in c.postquã quẽquam, l.dist.iuncto c.qualiter & qñ, ij.de accusa. Decimosextò reperio aliam differentiã, quia doli capax ante pubertatem potest obligari diabolo, delinquẽdo, c.j.de delictis puerorũ, & matrimonium carnale per eum contractum tenet, d.c.de illis,& tñ doli capax ante pubertatem non potest validè facere professionem, vt obligetur deo,& matrimonium spũale teneat: Ita dicit gl.notab. xx. q.j.in summa,& ibi latè Archi.de hoc tamen remitto te ad notata per Io: An.in c.j.de regularib.li.vj.in nouella, super prima gl.post Host.& ad notata per canonistas in c.ad nostram, de regulari.& ad no.per Arch.in c.procliu⁹, xx. q.iij. Decimoseptimò reperio aliã differentiã, quia licet in matrimonio carnali confessio contra matrimonium nõ præiudicet confitenti, vt est tex.singularis, in c.super eo, de eo qui cogno.consanguineã vxo.suæ: tamen in matrimonio

D spirituali,

ſpirituali, confeſſio præiudicat cõfitenti, vt ſibi ſilentiũ imponatur, tex. eſt iuncta gl. in c. poſt electionem. de conceſſ. præbẽ. & ibi hoc no. Io. de Imo. Decimooctauò reperio aliam differentiam, quia licet clandeſtinitas non vitiat matrimoniũ carnale, c. j. de clandeſt. deſpon. tamen vitiat electionem & matrimonium ſpirituale, d. c. quia propter, & c. fi. eo. ti. lib. vj. & no. Pan. in d. c. j. Decimononò reperio aliã differentiam, quia licet matrimonium carnale cõtractum per reuerentiã paternam, non inualidetur propter hoc, l. ſi patre cogẽte. ff. de ritu nuptiarũ, & vult Pan. in d. c. veniẽs, j. & Prępo. in d. c. cum locũ. vbi latè hũc articulũ examinat. & faciunt no. p Cal. in cõſi. j. in ti. de ſpõſalib. Matrimoniũ tñ ſpũale, puta profeſſio aut ingreſſus religionis per filiũ vel filiam metu reuerẽtiæ paternæ cõtractum, propter hoc inualidatur & impeditur, gl. eſt ſingul. in c. præſens cleric*, xx. q. iij. quã valde commendat Io. de Imo. in l. ſi cũ dotem. §. eo aũt tempore. ff. ſolu. matr. & Iaſ. in §. quadrupli, Inſtit. de acti. & doct. ſæpe alibi. Vigeſimò reperio illam differentiam, quia conſenſus ſemel prçſtitus ad matrimoniũ carnale contrahendũ, poteſt reuocari antequã contrahatur, d. c. fi. de procu. li. vj. ſecus aũt eſt in matrimonio ſpirituali, ca. publicato, de elect. & not. per glo. Do. Phil. Francũ, & doct. in d. c. fi. & ſic in vno locũ habet pœnitentia, actu nondum perfecto: in alio verò non: quod no. Vigeſimoprimò reperio aliã differentiam, quia procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium carnale, ẽt cum certa perſona, non poteſt ſubſtituere, d. c. fi. & tamen deputatus ad prouidendũ certæ perſonæ de beneficio, & ſic ad contrahẽdum matrimoniũ ſpirituale, põt ſubſtituere: caſus eſt in c. is cui, de offi. dele. lib. vj. Vigeſimoſecundò reperio aliã differentiam, quia ſpirituale matrimonium poteſt committi vt cõtrahatur cum perſona incerta, d. ca. is cui: ſed non carnale, præalle. c. fi. & ibi hoc no. Pet. de Anch. quod no. Vigeſimotertiò reperio aliã differentiam, quia ſenex & in mortis articulo conſtitutus poteſt contrahere matrimoniũ carnale, l. ſed eſt quæſitum, & ibi gl. Ang. & doct. ff. de lib. & poſthu. c. nuptiarum, & ibi gl. xxvij. q. j. & volunt Io. An. & doct. in c. tanta, qui filij ſunt legitimi, & Panor. & doct. in c. cõmiſſum, de ſponſalib. & tamen ſenex vel in mortis articulo cõſtitutus nõ eſt qualificatus ad contrahendũ matrimonium ſpiri

ſpirituale,puta ad acceptandum epiſcopatum,ca.Florentinum,lxxxv.diſt.& vult Ang & poſt eum Sali.in l.nuper, C. de natu.lib.licet malum numerum aſſignent:quod not. Et ſic patet,quòd in multis caſibus non procedit hæc argumẽtatio à matrimonio carnali ad ſpirituale:& ſi libet videre plures caſus,in quibus non procedit argu.à cogna.carnali ad ſpirituale,vide Eraſmum in d.ſuo ſingulari libello Chriſtiani matrimonij:quibus adde quòd licet cognatio carnalis non poſſit contrahi per procuratorem,quia nõ eſt perfectum ſacramentum vel ipſius ſignificatum ante conſummationem,quæ conſummatio per procuratorem non fit, tñ cognatio ſpiritualis poteſt cõtrahi per procuratorẽ,ſecundũ opinionem Marſilij,Car.Pan. & aliorum,vt videri põt per Car.& Pan.in c.veniens,de cogna.ſpir.licet Archi, Io.An.& alij teneant contrà in hoc vltimo,vt plenè videri poteſt per Io.An.in regula,quod quis per alium,de reg.iu. lib.vj.in Mercurialib.& per Domin.& Phil.Franc.in c.j.de cogna.ſpir.eod.lib.& per Card.& Panor.in d.c.veniens.Illud autem certum eſt,quòd non procedit argumentatio à matrimonio carnali contrahendo,ad matrimonium ſpirituale diſſoluendum,vel econtra:vt patet ex dicto ca.fin.de procurato.lib.vj.iuncta prælleg.clemen.vnica,de renuncia.de qua materia videre poteris per Ant.de But.in d.cap. inter corporalia,& per Cardina.in dicta clementina vnica,& per Ioannem Andręam,Anton. de Buttio,Præpoſi.& alios in dicto capitul.tuæ,& per Panorm in dicta diſputatione,epiſcopus & quidam rector.& per doctores in dict. capitulo finali,quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,ſingularia, & quotidiana: & vide quod dixi ſupra in loco à contractu ad diſtractum, & quod dicam infra loco proximo,& in loco à ſpeciali.

¶LOCVS A MATRIMONIO spirituali ad carnale.

1 *Matrimonium carnale an contrahi poßit in extremis.*
2 *Matrimonium dolosè contractum an teneat.*
3 *Argumentatio à matrimonio ſpirituali ad carnale quando procedat.*

Commodùm ſubſequitur nūc locus à matrimonio ſpirituali ad carnale, ex quo ſumptum argumentum eſt probabile, frequens, & vtile: quia ęquiparantur à iure. c. quoniam frequēter. ¶. porro, vt lite non conteſt. ca. inter corporalia, & ca. fi. de trāſlatio. epiſc. c. cum inter canonicos, de elect. c. ſicut alterius, vij. quæſt. j. & Auth. niſi rogati. & ibi Cy. Sali. & doct. notāt. C. ad Trebel. cū ſi. Et iſto argumento à matrimonio ſpirituali ad carnale vtitur Io. An. in regula, ſine culpa, de reg. iur. lib. vj. in Mercurialib. in primo dubio, ad deciſionē illius pulchræ & quotidianæ quæſt. an matrimonium † carnale contrahi poſſit in extremis, & concludit quòd ſic, arguendo à matrimonio ſpirituali ad carnale: ſed matrimonium ſpirituale contrahitur in extremis, c. ſicut tenor, de regularib. ergo & carnale. Eo etiā vtitur *Io.* An. in pulchra & quotidiana q. ad duos effectus, in regula, quæ contra ius fiunt, de reg. iur. lib. vj. in Mercurialib. & idem Io. An. in regula, actus legitimi, in ardua. q. de re. iur. li. vj. in Mercuria lib. & Ant. de Roſel in ſua monarchia. & doct. ſępe alibi. Et vltra præmiſſa referam aliqua quotidiana exēpla, & inter alia hęc argumētatio facit ad hoc, quòd ſicut tenet ingreſſus religionis, licet quis dolo fuerit inductus ad intrandū religionem, nec ſubueniatur dolū paſſo quoad ingreſſum, licet hæredib. ingreſſi ſit conſultum quoad bona ſic deluſi, vt eſt tex. ſingularis in c. cōſtituit, xx. q. iij. & in c. cum dilectus, cum ibi notatis, de his quæ vi metúſue cā fiunt. Ita ēt tenet † matrimonium carnale, licet quis doloſè ad cōtrahendum matrimoniū carnale inducatur, ita dicit gl. ſing. in d. c. cum dilectus, & ibi hoc approbāt *Io.* de Imo. Pan. doct.

& vult

& vult Iaſ.in §.actionum,in vij.col.Inſti.de actio.& Bal.in l.cum Archimedoram.C.vt in poſſeſ.leg.& eſt de mẽte gl. in l à diuo Pio.ff.de ritu nup.cogita tamen.Item induci po teſt hæc argumẽtatio ad aliud,videlicet,quòd ſicut minor xxv.annis intrãs religionem non poſſet poſt ingreſſum & profeſſionem reſtitui in integrum aduerſus ingreſſum tan quam læſus,d.c.cum dilectus,cum ibi notatis per Pan. & Bal.qui etiam dicit,quòd non ſufficit timere indignationem paternam,quia volebat filium exhæredare, niſi fieret monachus,clericus,vel ſacerdos:Ita etiam puella inducta ad contrahendũ matrimonium carnale,& læſa,non poteſt petere reſtitui in integrum,etiam matrimonio non cõſum mato,ad finem nũbendi alteri.Ita ſingulariter dicit Bal. in rubr.extra de iud.& ratio eſt ſecundum eũ,quia ſpiritualia ſic inhęrent oſſibus,quòd auelli non poſſunt:habent enim diuinã virtutem potius,quàm humanam,ſecundum eum. De hoc tamen vide quod dixi ſupra loco proximo. Poſſet & ãd multa alia induci hæc argumentatio, ſed prædicta ꝑ

3 iuuenibus ſufficiunt. Et procedit hæc argumentatio † qñ eadem eſt ratio in vtroque, nec contrarium reperitur expreſsè deciſum à iure,& quando materia eſt applicabilis: ſed qñ diuerſa ſubeſt ratio,vel quando contrarium reperi tur expreſsè deciſum à iure in eo quod venit inferendum, vel materia non eſt applicabilis,tunc non procedit hæc ar gumentatio:quia diuerſitas rationis diueſitatem iuris inducit,l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.ij.& l.adigere. §. quamuis,cum ibi not.ff.de iu.pat.& expreſſum facit ſilere tacitũ,l.fi.C. de pact.conuẽ.& alia ratio reformat pactum, l.interpoſitas,C.de tranſactio.In incertis enim non in cer tis locus eſt coniecturis,l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. obli.cum ergo multæ ſint differentiæ inter matrimonium ſpirituale & carnale, vt dixi ſupra loco proximo : patet in multis non procedere hanc argumentationem. vbi autem contrarium nõ reperitur expreſsè diſpoſitum,nec apparet diuerſa ratio,& materia eſt applicabilis, ad hanc æquiparationem,recurrere debemus,& procedit hæc argumentatio: vt in ſimili notat Salice. in l. fina. C.de inoffi.teſtam. quod nota:& vide quod dixi ſupra loco proximo.

¶ LOCVS A RATIONE LEGIS stricta, seu limitata, ad restrictionem ipsius legis.

1 *Ratio cuiusque dispositionis restringit dispositionem seu dictum ad limites ipsius rationis, & nu. seq. & quomodo procedat. nu. 9. & seq. fallit nu. 11.*
2 *Ratio anima est legis.*
3 *Doctoris dictum debet intelligi secundum legem quam allegat.*
4 *Praecedentia recipiũt interpretationem & restrictionem a sequentibus, & contrà.*
5 *Generaliter dictum quando debeat generaliter intelligi, & nu. seq.*
7 *Dispositio quantuncunque generaliter loquens recipit restrictionem de habilitate personae.*
8 *Intellectus l. prospexit. ff. qui & à quib. remissiuè.*
12 *Lex noua generalis an restringatur per legem veterem. & nu. 13. 14. 15.*
13 *Instrumenta notariorum de iure communi non habent executionem paratam.*
14 *Statutum debet interpretari secundum ius commune, quando aliàs quis indebitè damnum pateretur.*
15 *Legitima debet iure institutionis relinqui.*
16 *Statutum disponens idem quod ius commune, an debeat limitari & restringi secundum ius commune, an verò debeat intelligi generaliter sicut loquitur.*

FRequentissimum in iure nostro est, vt à ratione legis argumenta ducantur: quod quoniam dupliciter fit, vel ad legis dispositioné restringendam, vel eandem extendendam, de vtroque videndum est, & primùm de loco quẽ vocant à ratione legis stricta seu limitata ad restrictionem ipsius legis, ex quo sumptum argumentum est forte, frequentissimũ & vtilissimũ, conducẽs ad infinita, vt infra patebit. Vbicunque eñ ratio legis est strictior dicto seu disposito, ibi ad strictitudinẽ ipsius rationis restringit ipsa lex vel dispositio: & formatur hoc modo: Ra
1 tio † cuiusq; dispositiõis restrĩgit dispositionẽ seu dictũ ad limi

limites ipsius rõnis:tex.est in l.cũ pater.§.dulcissimis,&ibi Bar.Io.de Imo.& alij id notãt.ff.de leg ij.& pulcher tex.ĩ l. adigere.§.quamuis,& ibi Bar.ff.de iu.patro. & bonus tex. in l.hæc actio,ſm ij.lecturam gl.quam approbat ibi Bar.ff. de calumniato.& elegãs tex.iuncta gl.in l. si is qui animo, & ibi Pau.de Ca.& alij hoc notant. ff.de acq.pos.& tex.notabilis in l.milites agrum,in princ.ff.de re militari,in quibus iuribus pro instructione iuuenum varia habẽtur exẽpla.& hanc regulam pro firmo fundamento ponit Salic.in sua notabili repetitione, l.ij.C.de noxa.actio.& Ioã. Baptista in sua singulari repetitione l. omnes populi. circa vj. principalem q.Bar.ff.de iusti.& iure,& Pano.in c.ecclesię, in ij.col.de immunitate eccl. & in c.ad audientiã,de decimis.& idẽ Pano.ĩ c.fi.de rescr. & doct. aliis sæpe locis.& ra
2 tio istius est,q͞a ratio legis est anima legis:vñ sicut anima dominatur corpori,ita ratio legis vel canonis dominatur verbis,l.scire leges.ff.de legib.l.cũ mulier,& ibi doc.ff.sol. matr.l.non dubiũ,& ibi notatur per gl. & doct.C.de legib. l.nominis & rei.§.verbum ex legibus,iuncta gl.ff. de verb. signifi.& c.fin.& ibi Dyn.notat de reg.iur. lib. vj.& c.secũdo requiris,& ibi Panormi.& docto.de appella. cum similibus. Intelligentia enim dictorũ ex causis est assumenda dicendi,c.intelligentia,& ca.prætérea,de verbo.sign.cũ v-
3 trobique notatis.Hinc etiam est,ꝙ dictũ doctoris debet intelligi secundum legem quã allegat, vt dicit Barto.in l. non solũ §.si liberationis verba. ff. de liberatione lega.& doctores frequenter alibi: & generaliter limitata causa seu ratio limitatũ producit effectum,l.in agris.ff.de acqui rendo rerum dominio,l.& si seuerior, & ibi Bald. Alex.& alij notant,C.ex quib.cau.inf.irro.& §.quod autem,& ibi Bald.& Angelus notant Insti. de legitima agnato. tute. & habetur per Felinum post gloss.& Barbatiam in c. cum ordinem, in iiij.colum.de rescrip. vbi plura reperies quotidiana exempla.Imò quod plus est ratio adiuncta facit. recedi à proprio significato verborum antecedentium,& operatur quòd illud quod dubitatiuè est dictum, habeatur pro dicto sine aliqua hæsitatione: textus est in l. si seruus legatus.§.qui quinque.ff.de legat.primo,& ibi hoc notant Bald.& Pau.de Castro,qui per hoc singulariter dicunt, ꝙ valet testimonium testis deponentis per hæc verba, cre-

do contenta in articulo esse vera, quia vidi & præsens fui: non ratione dicti, sed vi rationis adiunctæ per quam verbũ credo, ponitur affirmatiuè & non dubitatiuè, licet hoc non sit de sui natura: refert & sequitur Iason in d.l.nõ dubiũ, & Hippo. de Marsi. singu. clxxxiij. post alios per eũ relatos: imò quod fortius est, verba legis vel statuti generalia, etiã si nõ habeãt ratione annexã, debent nihilomin sanè intelligi & restringi ad id qđ est rationis. ita notabiliter dicit Bal. in auth. ingressi, in ij. col. C. de sacr. eccl. & sequitur ibi Iason, & idẽ Iason in d.l.nõ dubiũ, & est tex. cũ gl. in c. si verò j. de senten. excomm. & in ca. dilecto, iuncta gl. eo. tit. lib. vj. & tex. cũ gl. in c. ad nostrã iij. de iureiuran. & in l. quæsitum, & ibi Ioan. de Imo. not. ff. de re iud. & de hoc ponuntur plura exempla per gl. in l. fi. C. sine cẽsu vel reliquis: non enim debẽt verba legis intelligi iudaicè vt sonãt, spreta mẽte, vt dicit gl. in d.l. non dubiũ, & gloss. in l. dãni infecti stipulatio cõpetit. §. si is qui vicinas, ff. de dãno infecto, & Bal. in l. quicunque, in iiij. col. C. de ser. fugi. nec debent verba legis captari, vel calumniari, l. penult. ff. 4 ad exhib. sed præcedentia recipiunt † interpretationem & restrictionem à sequentibus: & ecõtra, l. si cum fundum, cum sua glos. ff. de verb. sign. & l. cum in testamento. §. fin. iuncta glo. ff. de hæred. instituend. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legatis j. cum similibus. Virtus enim legis consistit in ratione, medulla, & mente legis: non autem in verbis, d. l. scire leges, & c. Marchion, j. q. j. cũ aliis iuribus supra allegatis. Sed contra præmissa fortiter obstat vulgata regula, quæ habet, quòd generaliter dictum generaliter debet intelligi, l. j. iuncta glo. ff. de leg. præstan. & l. fi. C. de dotis promissione. & quòd vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio. cum gl. ff. de publicia. & ꝙ à verbis legis non est recedendum, etiam si lex sit perquã dura, c. in memoriã. xix. distinct. & l. prospexit. ff. qui & à quibus, cũ similibus. Istud contrariũ turbauit spiritũ Cyn. vt ipsemet refert in l. j. in iij. op. C. quæ sit longa consuetudo, sed si benè expendatur, non obstat, quod vt euidentius appareat, in hoc quotidiano articulo cum quæritur, an lex 5 † vel dispositio generaliter loquẽs, generaliter debeat intelligi: an verò pati debeat restrictionem: distingue post Bar. in d.l. non dubiũ, & in d l. oẽs populi, & in d.l. adigere. §. quam

§.quamuis,aliquibus additis hoc modo : Aut restrictio fit per aliam legem,aut non:primo casu indubitanter admittitur restrictio,per ea quæ habentur & notantur in d.l. de pretio,vbi est bona gl. & in c.ꝙ si dormierit,xxxj.q.j.& in l.quamuis.vbi Ang.ff.de in ius vocan.& de hoc videre poteris pulchrum exēplum per Mathesi.in not. lx. sic etiam vna lex aliam legem extendit seu ampliat , vt pulchrè declarat Bart.in l.si constante,in principio, in vij. & ix. q. ff. sol.matr. vbi dicit hoc procedere etiā si in lege vel canone habeatur dictio taxatiua : de quo vide quod dicā infra in loco à natura dictionum taxatiuarum , vbi satis plenè reperies de natura dictionis taxatiuæ. Secundo casu qñ
6 †restrictio non fit per aliam legem, & quæritur an solum ex vi rationis possit restringi lex vel dispositio per hominem,tunc subdistingue:Aut quis puniretur contra mentē legis,& pateretur damnū indebitè,nisi fieret restrictio,aut nō : primo casu restrictio fieri pôt ex vi rationis d.l. adigere.§.quamuis , vbi est tex.notabilis : nam nisi fieret ibi restrictio,perderetur ius patronatus indebitè, vt patet ex l.qui contra,illo eod.tit.& idē probatur in d.l.ij.nā nisi ibi fieret restrictio statuti,de quo facit ibi mentionem glo.super verbo saltui,in ij.lectura cōmuniter approbata,dominus serui teneretur insolidum indebitè.Pro isto etiam est tex.notabilis in c.cum dilectus,& in c.ad audiētiā,de cler. non resi.& vtrobique not.per Ioan. de Imo. & istud est de mente glo.singularis in l.fi.§.in computatione, super verbo,confundantur,in fine,C.de iure de libe. quæ singulariter dicit,ꝙ statutum disponens ꝙ executio instrumēti fiat contra hæredem sicut contra defunctum , debet restringi, nisi hæres fecerit inuentarium,& hoc ne indebitè dānū patiatur:& illam glo.sequuntur & exclamant ibi Bart. Bald. & docto.Hinc etiam dicit Bart.in d.l.omnes populi, in vj. q.principali,quòd si statutum dicat,quicunque extraxerit sanguinem in palatio , capite puniatur.tonsor tñ , qui aliquem fleubotomauit in palatio,nō punietur pœna statuti: sed restringetur statutum ad eum,qui extraxerit sanguinē in palatio iniuriosè:& hoc ne sequatur absurdum : quale est,quòd Respublica perdat personam , & patiatur damnū indebitè:& hoc dictum sequitur Panor.in c.solitę, de maiorit. & obedien.verba enim legis non debent captari , vt

supra dixi:quod est vetũ,etiam si alio statuto caueatur, ꝙ verba statutorum intelligantur præcisè & ad literam sine alia interpretatione:vt dixi supra in loco ab absurdo, vbi reperies & alia exempla quotidiana.Secundo casu qñ quis non pateretur damnum indebitè,licet nõ fieret restrictio, iterũ subdistinguo:aut quis indebitè lucraretur,aut indebitè lucrũ perderet:primo casu fit restrictio,tex.est notabilis in l.vt gradatim.§.& si lege.ff.de muneribus & honoribus,qui tex.semper allegatur ad hoc, ꝙ omnis dispositio
7 †quantumcunque generaliter loquens recipit interpretationem & restrictionem de habilitate personæ,hoc est,dũ modo persona sit habilis,præcipuè quando aliàs quis indebitè lucraretur,vt ibi:& faciunt ea quæ singulariter notat Bal.in l.ij.§.& filius.ff.qui satisd.cog.quod facit contra nobiles quorundam oppidorum inidoneos ad regimẽ,qui tñ sub prætextu priuilegij,consuetudinis, vel legis municipalis disponentis,ad regimẽ oppidi debere eligi aliquos de progeniebus seu familiis nobilium,Rempublicã longo tempore detinuerunt lamentabiliter occupatã. Et idem dicendum est,quando quis lucraretur vltra mentẽ disponẽtis,nisi ex adiuncta ratione fiat restrictio,quia etiam tunc facienda est restrictio:tex. est notabilis in d.§.dulcissimis, quẽ nota,quia põt induci ad multa.Id tamen quod dixi fallit ratione publicæ vtilitatis,quia hoc casu nõ fit dicta restrictio de habilitate personæ.tex.est singularis in l.si quis in graui.§.vtrum,versic.hi quoque, & ibi pulchrè Bart.ff. ad Sille.& commemorat Iason in d.l.non dubium,& Bald. in l.j.in fine, C. de precibus impera.offeren.vbi singulariter per hoc dicit,quòd si statutum dicat,quòd capiens bãnitum habeat centum, quilibet ad hoc lucrũ consequẽdũ est idoneus & habilis,etiã si ipsemet sit bannitus,quia hoc expedit reipublicæ.quod cõmenda memoriæ,quia est singulare & vtile in praxi.Secundo casu quando quis indebitè lucrum perderet,nisi fieret restrictio, tũc non fit restrictio,d.l.prospexit,quæ ad hoc est singularis: nam ibi seruus perdit lucrum libertatis sine sua culpa; quod est iniquũ & contra rationẽ.& tñ non recedimus propter hoc à verbis generalibus legis,nec illa restringimus.& ꝑ hoc dicit Bart.in d.l.omnes populi,in vj.q.principali, ꝙ si statutum diceret, quòd quicunque extraxerit sanguinem in

pala

palatio, priuetur aliquo lucro, tonsor qui fleubotomauit aliquem in palatio, priuabitur illo lucro, nec fiet hoc casu restrictio ad iniuriosè extrahentem, secundum eum per d.l.prospexit:& idem dicit ipse Bar.in d.l. nō dubium.& sæpe alibi, & eum sequuntur cōmuniter alii: sed hoc vltimum eius dictum non videtur procedere, quia longè alia est ratio in casu d.l.prospexit, & in casu per eū posito in barbitonsore:& ergo contra Barto.in hoc tenet Salice.in repe.d.l.ij.in versic.transeo ad secundā interpretationem,& Iason in d.l.non dubium, in versicu.secundus articulus est,& Io.Baptista de S.Seuerin.in repetitio. d.l. oēs populi,& Feli.in c.si quando, de rescrip.& istud credo verius:qa nō est verisimile, statuères voluisse punire medicum vel chirurgum,qui præmio potius inuitādus erat: quod tene menti.& licet Iacobus de Are. dixerit, quòd d.l.prospexit, caret spiritu, vt refert Bal.in d.l. non dubiū, in iij.col.& Cy.in d.l.j.C.quæ sit long.cōsue.dixerit, ꝙ d.l. prospexit, vbicunque occurrit turbat spiritū suum: tamē
8 si bene perpendatur d.l. prospexit, † habet spiritum,& neminem turbare debet: quod vt euidentius cognoscas, vide Iasonem in d.l.non dubium,& Lanfran.in aurea sua repe.l.si verò.§.de viro.ff.sol.ma.in materia interpretationis restrictiuæ.& Feli.in d.c.si quādo, in qbus locis tractatur de intellectu.d.l.prospexit:tenentes tamen opinionē Bart.plus volunt, videlicet, quòd non fit restrictio, vbi quis indebitè lucrum perderet, etiam quādo ratio limitata est expressa in lege vel canone, etiam si agatur de correctione iuris antiqui, per tex.in cle.j.de elect.iuncta glo. j.& gl.in verbo, homines, quæ singulariter vult, quòd statutum generale ibi positum non restringitur per rationē præambulam,& sic magis attendimus ibi verba statuti & dispositionis generalis, quàm verba rationis specificè limitatæ: ita singulariter per d gloss.dicit Imo. in repetitione d.l.si verò.§.de viro,& Anto.de Butrio in d.cle. j.de hoc tamen vide latius per Lanfrancum loco prædicto, & per Ioan. de Imo. in d.cle, nec per hoc recedo ab eo quod dixi de barbitonsore fleubotomante: quod commenda memoriæ, quia valet ad multa. Vel poterit aliter trahi hæc materia per regulam, ampliationes, & fallē-
9 tias:& regula sit, ꝙ lex † recipit restrictionē seu interpretationem

tationem restrictiuam à ratione posita seu scripta in lege, per iura suprà in princi.alleg.quæ regula ampliatur & declaratur multis modis. Primò vt procedat non solùm qñ ratio est expressa in lege, canone, vel statuto, sed etiã quãdo vnica tantum coniecturari potest. Ita notabiliter volũt Pet.Cy.Pau.de cast.& docto.in d.l non dubium, & Bald. in l.maximũ vitium, C.de de libe.præte.& Panor.in d.ca. ad audientiã, de decimis.& idẽ Panor.in d.c.fi.de rescrip.& idẽ Panor.in c.nihil, de elect.vbi per hoc decidit pulchrã & quotidianam q.& ratio istius est, quia vbi non pōt reddi nisi vna ratio statuti, illa habetur pro expressa in statuto: ita dicit gl.singularis in l.quamuis, & ibi Bald.& Pau.de cast.not.C.de fideicom.Secundò dicta regula procedit & fit restrictio legis vel statuti generalis, etiam si ratio nõ sit scripta in l.vel statuto, quando per aliam legem vel statutum reperitur facta restrictio, d.l.quamuis, & ibi Ange.ff. de in ius vocãd. & notatur per glo.in d.l.de pretio, & in d. l.non dubium, & dixi suprà. Tertiò dicta regula procedit
10 & fit restrictio † etiam si ratio non sit scripta in l.vel statuto, qñ resultaret absurditas si non restrĩgeret lex vel statutũ generale, textus est notabilis in l.scire oportet.§. aliud. ff.de excusatio.tutorum.& facit dicta l.vt gradatim. §.& si lege.& l.j.iũcta gl.in verbo, vnusquisque, C.de sacrosanct. eccles.& l.Cæsar.ff.de publica.& l.fin.C.de test.mil.& dixi suprà in loco ab absurdo. Quartò dicta regula procedit & fit restrictio, etiam si ratio non sit expressa in lege, canone, vel statuto, quando fieret præiudicium tertio, si non fieret restrictio: tex.est notabilis in l.si quando, in prin.C.de inof.test.& est ratio, quia princeps condendo legem generalem, vel concedendo alicui priuilegium generale, non videtur velle reuocare leges speciales, vel præiudicare tertio, cap.ecclesia vestra ij.de elect. & l.ij §.si quis à principe, & §.merito.ff.ne quid in loco pub.& c.quãuis, de rescript.libro vj. cum similibus. Quintò d.regula procedit & fit restrictio, etiam si ratio non sit expressa in lege vel statuto, quando quis indebitè damnum pateretur in persona vel rebus, nisi fieret restrictio, text. est notabilis in dict.l.ij.& ibi Salice.& doct.& pulcher text.in dict.cap. cũ dilectus, & in d.ca.ad audientiam, & ibi Ioan.de Imo.& in c.cum dilectus, de consuetu.& est glo.singularis in d.l. fin. §.in

§.in computatione,& ibi habetur pulchrè per Bar. Bald. Pau.de Cast. Alexan. Iasonem,& docto. Sed ista regula sic ampliata & declarata recipit quatuor notabiles & singula
31 res limitationes, quarum prima est, vt non ✝ procedat vbicunque in statuto generali habente scriptam rationē, vel non cauetur illud statutum seruari debere ad literam prout iacet, tunc enim non restringitur per rationem: ita clarè probatur in d.l. prospexit, quæ hoc modo intellecta habet spiritum,& ita eam intelligit Lanfrancus loco prædicto. Secunda limitatio est, vt dicta regula nō procedat, vbicunque in statuto nulla est expressa ratio,& dubia est causa statuti, q̄a nescitur quid potuit mouere statuentem ad faciendū tale statutū, tunc eī standū est legi & verbis legis,& ab illis non est recedendū, l.j.§.si qui nauem. ff. de exerc.& l. non aliter. ff. de lega. iij. & ita vult Bald. in d.l. maximum vitium.& idē Bal. in l. iij. in noua lectura, C. de iure do. per tex. in d.l. si verò.§. de viro,& notata per glos. & doct. in d.l. nō dubium. Tertia limitatio est secūdū aliquos, vt dicta regula non procedat, q̄n quis indebitè perderet lucrum, siue ratio sit expressa in lege, siue non. d. cle. j. cum sua sing. glo. & prælleg. l. prospexit: sed hoc non teneo,& contrarium istius tenent Salice. Ias. Ioā. Bap. & Felin. vt latius dixi suprà. Quarta limitatio multum notabilis est q̄n expedit reipublicæ legem non restringi, sed generaliter intelligi: tūc eī intelligitur generaliter & nō restringitur. textus est singularis in d.l. si quis in graui. §. vtrū, versicu. hi quoque,& vult Bal. vbi supra,& in d. l. cū mulier,& latè tractatur de hoc per Ias. in l. j.§. nūciatio. ff. de noui oper. nūciat. ad quem quia ab omnibus habetur, remisisse sufficiat. Sed hic cadit pulchrū & subtile dubiū:
32 an s. vbi agitur de correctione, lex ✝ noua generaliter loquēs debeat generaliter ītelligi: an verò debeat restringi p̄ legē veterē, in quo articulo quotidiano videtur prima facie dicendū, q̄d debeat generaliter intelligi, per id q̄d habetur in Auth. ex cā, maximè per Ias. C. de libe. præt.& per glo. mag. in fine, in Auth. ex testamento. C. de colla.& ibi nota. per docto.& maximè p̄ Ias.& per id quod habetur in c. contra Christianos, de hæreti. lib. vj. in glo. fin. In contrarium autem facit Auth. offeratur, C. de litis conte. & quod not. per glo.& doct. in l. sciendum, in princ. ff. qui satisda.

satisda.cogan.&no.in l.nō est nouum,& in l.sed & posteriores.ff.de legib.Sed conclusiuè loquendo & omnia ad concordiam reducendo ex mente Ioan.de Imo.in d.§. de viro,& ex mente Bar.Pau.de Cast.Alex.& Ias.in d.l.sciendum.& ex mente eiusdē Pau.de Castr.in d.l.non est nouū, in hoc quotidiano articulo dicendum est hoc modo, Aut constat legem nouam generaliter,& indistinctè loquentē velle corrigere iura antiqua,& tunc generaliter debet intelligi: & sic loquitur d. Authen. ex testamento, quam constat editā ad correctionem iuris antiqui, vt patet ex textu in corpore vndè sumitur, & sic etiā loquitur d.Authent.ex causa,& d.c.contra Christianos,iuncta glo. fi. Si verò nō constet de mēte,quòd velit corrigere in materia, de qua quęritur,licet fortè constet quòd in alio corrigat, & tunc lex noua generaliter loquens non debet generaliter intelligi, sed debet distingui, & restringi per antiquam de eadem materia loquentem. & sic loquitur dict. Authentic. offeratur. nam licet constet, quòd dict. authentic. offeratur, corrigat inquantum vult libellum offerri in scriptis, quod olim non erat.l.j.ff.de edendo: tamen non constat quòd in materia fideiussionis vult corrigere: & ergo quod ibi dicitur generaliter & indistinctè de fideiussore præstando, debet distingui secundum legem veterem, quando reus non possidet immobilia, in d.l.sciendum, in princip. cum singu.gloss.& idem videtur dicendum etiam si constet, quòd lex noua velit corrigere, dum tamen nisi fiat restrictio ne quis indebitè vexaretur vel damnum pateretur, vt est gloss.sing.in d. l.fi.§.in computatione,quæ sing.vult, quòd licet statutū nouū corrigens ius cōmune disponat, ꝙ quis posset ostēso instrumento debiti,capi pro debito,ita ꝙ instrumentū habeat executionē paratā sicut sentētia, quod dupliciter est contra ius commune.primò,quia non est incipiēdum à captura personæ,vbi quis possidet bona,l.iij.§.tutores, iuncta glo.ff.de suspe.tut.& l.à diuo Pio.§.in venditione.
13 ff.de re iudi.Secundò,quia instrumenta † notariorum de iure communi nō habent executionem paratam. tex. est sing.in l.minor xxv.annis cui fideicommissum. ff. de minoribus,quem text.Angel.dicit esse meliorem de iure, in l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.solu.matr.& Iason in §.

in §.itē ſi quis poſtulante.Inſtitu.de actio.& idem Iaſ.in l. fin.in v.not.C.de edi.diui Adria.tol.& eum ad hoc notant Alexan.& Iaſ.in l.ij.ff.de iureiuran.& Angel.& Ioan. de Imo.in l.ait prætor.§ j.ff.de re iudicata,tñ hoc reſtringit, niſi ſit hæres,qui confecit inuentarium, etiā ſi ſtatutum expreſsè loquatur de debitore,& eius hærede, vt dicit,ita glo.ſing.quā ad hoc ponderat Bal.in l.cum à matre. circa finem,C.de rei vendica. & ratio iſtius eſt,quia multò fortiùs in correctoriis debet fieri reſtrictio, quàm in aliis exorbitantibus ſcilicet vel pœnalibus: ſi ergo fiat reſtrictio in caſu.d.l.adigere.§.quamuis, & in caſu d. l. ij. C. de noxa.actio.ne q̄s indebitè puniatur,vel ne indebitè damnum patiatur,vt ſuprà dixi:multo fortius facienda erit reſtrictio in caſu iſto, ſecundū Ioan.de Imol.in d.§.de viro. & volunt Pau.de Caſt.Alexan.Iaſ. & docto.in d.§.in computatione, qui reputant d.glo. ſingularem ad hoc, quod

14 ſtatutum †debet interpretari ſecundum ius commune, etiam ſi ſic interpretando nihil operaretur, quando aliàs quis indebitè damnum pateretur: de quo vide ibi pleniùs per eos,& p Ioan,Baptiſt.& Iaſ.in d.l.oēs populi.& faciūt notata per Alexan. de Imo.in l. poſtulante, ff. ad Trebel. qđ eſt nota.Hinc etiam dixit ſingulariter Barto. in l. j. §. lex Falcidia.ff.ad l.Falci.per illū textū,qđ ſi ſtatutū diſponat, qđ filiusfamilias poſſet teſtari, quod eſt contra ius commnne, l.ſenium. C.qui teſta. face.poſſ.& l. qui in poteſtate.ff.de teſta.in teſtamento talis filiifamiliàs requiretur,quòd teſtes ſint rogati, & ꝙ ſint ſeptem, & ꝙ habeat locum lex Falcidia,ſicut in teſtamento aliorū, qđ eſt not. dignum. Hinc etiam dicit ſingulariter Calde. in conſilio xxxij.ſub rubrica de teſta.quòd ſi ſtatutū auget legitimā filiorum,habebunt nihilominus locum iura communia diſponentia de legitima.& ergo filius in tali legitima nō poterit grauari,ſicut ius cōmune diſponit,l. quoniam in

15 prioribus, C.de inoffi.teſta. & debebit legitima † iure inſtitutionis relinqui. §. aliud quoque capitulum, cum ibi notatis per gl.& doc.in Aut.vt cùm de appella.cogno. & hoc dictum Cald.tanquam notabile refert & ſequitur Alex.de Imo.in l.ſi quis priore.ff. ad Treb.& idem Alex. ī d. l.maximū vitiū,ī apoſtillis ad Bal.licet cōtrariū ibi ſentiat Bal.& meo iudicio nō bene.Pro quo etiā facit qđ no.

ipſemet.

ipsemet Bal.in rubrica de causa poss. & proprietatis circa finem, vbi dicit, quòd si statutum venit ad ampliandũ ius commune, idem erit in ampliante quod in ampliato, & allegat in argumentum.l.inter socerum.§.cùm inter.ff.de pact.dota. quod memori teneas mente. Et est sciendum, quòd potest constare seu apparere de mente legis generaliter, & indistinctè loquentis, quòd velit corrigere iura antiqua, si in ea dicatur, non obstante aliqua lege generaliter vel specialiter cõtrarium disponẽte, secundum Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, non obstante, & sequuntur Pau.de Castr.Alex. Iason & alij in d.l.sciendum, & Pe.de Ancha.in aurea sua rep.c.canonum statuta, in vj.q.principali, de constitutio. nõ autem sufficeret clausula illa generalis, non obstante quacunque alia lege: q̃a intelligeretur non obstante quacunque alia lege, scilicet contraria, quæ cum hac nõ potest sustineri, vt est gl. sing. in Auth.de hæredita. quæ ab intesta.deferuntur, in prin. super verbo, vocantibus, quam sequuntur Pau. de Castr. Alexand. Iaso.& doct.nouissimi in d.l.sciendum, & Bart. in d.extrauaganti, ad reprimendum, & Pau.de Cast.in d.l. non est nouum, & Pet.de Anch.loco prædicto, & Iason in d.Auth.ex causa, in versic.quartò circa eundem tex.quæro. Sed hic cadit aliud pulchrum & subtile dubium, an scilicet statutum † disponens idem quod ius commune, debeat limitari & restringi secũdum ius commune, an verò debeat intelligi generaliter sicut loquitur. in quo articulo Bar.in l.iiij.§.prætor.ff.de dãno infecto.dicit, quòd debet intelligi simpliciter & generaliter, vt in exemplo quotidiano per eum illic posito: sed Ioã. de Imo.in d.§.de viro, aliter dicit, videlicet quòd si statutũ aliquid põt operari, debet limitari, & restringi secundum ius commune, cum quodammodo censeatur ius commune. iuxta notata per gl.singularem & docto.in c.j.de constitutio. lib. vj. & per Bar.& alios in d.l.j.circa principium.ff.ad leg.Falci.secus si nihil operaretur, quia tunc debet intelligi simpliciter & generaliter vt iacet, vt aliquid operetur.l.si qñ, in prin. ff. de leg.j.& c.si papa, de priuileg.lib.vj.& sic debet intelligi dictum Bar.in d.l.iiij.§.prætor, secundum eum. Idem aũt Io.de Imo.in d.§.p̃tor, aliter dicit, & melius meo iudicio, videlicet, quòd statutum intelligendum est prout verba sonant,

Note: margin number 16 appears beside the line "licet statutum † disponens..." in the original.

sonant,vt aliquid addat iuri communi, qñ sic intelligendo non insurgit graue præiudicium,& sic potest intelligi exéplum Bar.in d.§.prętor,secundum eum. Quando autem generari posset graue præiudicium,si non fieret restrictio secundum ius commune,tunc debet intelligi secundum ius commune:quia potius tolerandum est ꝙ statutum sit frustratorium,& nihil operetur, quàm ꝙ quis indebitè damnum patiatur,iuxta notata per gl.& doct.in d. §.in computatione.& idem post longam disputationem vult Alexā.de Imo.in d.§.prætor,& de hoc habetur latissimè per Ias. in l. properādum.§.siue autem alterutra,C.de iudicijs.de quo etiam vide per Franciscum de Crema in singulari cxx.& ꝑ Matth.Mathesil.in notabili lxxxv. Et si plenius vis instrui in hac materia interpretationis restrictiuæ quotidiana & latissima,in qua reperiuntur traditæ plures diuersæ doctrinæ,vide Bar. alex & Iaso.in d. l.j.§.nūciatio,& eundē Bar. in d.l.nō dubiū,& in d.l.oēs populi,& in d.l,adigere.§.quāuis,& in l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest:&in l.constitutionib.ff.ad municip.& Bal.in l.ita nobis pudor, C.ad l.Iul.de adul. & eundē Bal.in l.sed & si quis.§.quęsitū. in j.oppo.ff. si qs cautio.& eūdē Bal.in rub.C.qui acc.nō pos.& gl. sing. & doct.in d.l.fi.§.in cōputatione,& Alb.de Rosate in j.parte statutorum.q.ix.& latè per Lanfrancum,in d.repe.l.si verò.§.de viro,& pulchrè per Sali.in d.repe.sua l. ij. & latissimè per Pet.de Anc.in d.repeti.sua cap. canonum statuta,in xiiij.q.principali:& plenissimè per Io.Bap.in sua singulari repe.d.l.omnes populi,circa sextam principalem quęstionem Bar.& amplissimè per Ludo. Ro.in repe.d.l.si verò. §. de viro,& per Ang.de Aret.in §.ius autem ciuile,in ver.vj. principaliter quęro , an statuta recipiant interpretationē, Insti.de iure nat.gen.& ciuili,& per Io. An. in reg.pro possessore,de reg.iu.lib.vj.in Mercurialib.& per Io.de Imo.& alios in d.cle.j.& per Zasium,in lib.j.sing.respon.c.vj.in illo articulo,an vniuersalis sermo seu enuntiatio vniuersaliter intelligatur,& per Ang.de Perusio,in l.non est nouū. ff.de legib.in quibus locis perspicuè videbis , quàm subtilis sit hæc materia interpretationis restrictiuæ , & quàm variè doctores senserint in ea:& vide quod dixi suprà , in loco à generalitate,& quod dicā infrà,loco proximo , vbi tractabo de interpretatione extensiua,non minus pulchra

E subti

ſubtili, difficili, & quotidiana.

¶LOCVS A RATIONE LEGIS LARga, ampla, ſeu generali, ad extenſionem ipſius legis.

1 *Ratio legis quandocunque eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur diſpoſitio.*
2 *Verba enuntiatiua non diſponunt.*
3 *Argumentum à ratione legis larga ad extenſionem ipſius quando procedat.*
4 *Interpretatio, dictio, ſumitur duobus modis.*
5 *Quatuor caſus conſiderandi in materia extenſionis.*
6 *Extenſio in correctorijs an & quando admittatur. vſque ad nume. 40.*
Cauſa finalis inſpicitur, quando agitur de extenſione legis, non autem cauſa impulſiua.
7 *Lex vt ſubſiſtat, ſufficit vnam ex cauſis finalibus legis ſubſiſtere.*
8 *Ratione legis correcta, quando eſt vnica, tunc cenſetur correcta ipſa lex. nu ſeq.*
9 *Cognati hodie vocantur ad tutelam ſicut ad ſucceſsionem.*
11 *Extenſio in correctorijs, pœnalibus & exorbitantibus ex virtute regulæ, cui licet quod plus, ſemper admittitur. nu. 14. cum multis ſeq.*
12 *Regula, cui licet quod eſt plus, &c. fallit quatuor caſibus.*
13 *Actus mandato contiguus vel vicinus mandato, non dicitur cõtra nec præter mandatum.*
15 *Correctio legis aut extenſio quibus modis inducatur. & nu. ſequẽtibus.*
16 *Clauſula, non obſtante quacunque alia lege, an inducat correctionem.*
17 *Intellectus l. non poſſunt. cum l. ſeq. ff. de legib.*
19 *Ratio legis & mens legis idem ſunt.*

20 So

20 *Solennitas septem testium non est sublata in terris imperij per ca. cùm esses. de testa.*

21 *Ratio vnica quando tantum potest assignari, habetur pro expressa.*

25 *Taxatiua dictio negationem includit.*

26 *Causa impulsiua & finalis qua dicatur.*

27 *Extensio in correctorijs quando admittatur. cum nu. seq. vsque ad nu. 40.*

30 *Extensio fit ad vitandam absurditatem.*

33 *Extensio in dispositione hominis non admittitur.*

35 *Extensio in correctorijs admittitur quando duo sic se habent, quod vnum venit accessoriè ad alterum:*

36 *Idem si consecutiuè.*

38 *Exempla non restringunt regulam.*

39 *Extensio passiua quæ fit vt regula iuris antiqui, semper admittitur.*

40 *Extensio in correctorijs an admittatur ex identitate rationis.*

41 *Extensio in exorbitantib. an admittatur, cum nu. seq. vsque ad nume. 55.*

42 *Extensio in exorbitantibus semper admittitur, vbicunque admitteretur in correctorijs.*

44 *Extensio in exorb. tantib. ex identitate rationis an admittatur.*

45 *Taxatiua dictio in dispositione fauorabili videtur tantum excludere casus habentes dissimilitudinem rationis:*

46 *Taxatiua dictio non inducit correctionem alterius legis.*

47 *Taxatiuæ dictionis natura.*

49 *Extensio in dispositione valde odiosa non fit:*

51 *Immunis à collectis tenetur ad eas collectas quæ imponuntur ratione belli superuenientis.*

53 *Exceptio quòd firmet regulam in casibus non exceptis, quomodo procedat.*

55 *Extensio in pœnalibus an & quando licita, cum nu. seq. vsque ad numer. 76.*

58 *Lex debet esse de casu dubitabili.*

62 *Annullatio actus inducta per legem vel cõsuetudinem, an dicatur pœna: & an quando obtinet in pœnalibus obtinere debeat in talibus nullitatibus.*

64 *Intellectus. §. sed quia natura. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. in vsibus feud.*

67 *Quinque in praxi occurrentia.*

69 *Fidei præstatio & iuramentum æquiparantur.*

70 *Extrema vbicunque sic se habent, quòd de vno peruenitur ad reliquum, extensio etiam in materia pœnali licita est.*

71 *Lex pœnalis emanata in fauorem Reipub. extenditur ex identitate rationis.*

73 *Lex pœnalis loquens in vno ex correlatiuis extenditur ad reliquum.*

75 *Pœna vbi imponitur ipso iure propter delictum commissum, fit stricta interpretatio.*

76 *Extensio in non correctorijs nec exorbitantibus, nec pœnalibus fit ex identitate rationis.*

78 *Statutum in venditione trahitur ad locationem, vbi non est contraria consuetudo.*

Remedium l. ij. C. de rescind. vend. locum habet in omnibus contractibus bonæ fidei.

79 *Præscriptionum & consuetudinum regula, vt tantum præscriptum vel vsurpatum, quantum possessum & vsitatum, & non plus.*

80 *De interpretatione extensiua plura, remissiuè.*

Commodissimè subsequitur nunc locus à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionem ipsius legis: ex quo sumptum argumentum est fortissimũ, frequentissimum, & vtilissimum, seruiens ad infinita, vt infrà patebit. & formatur hoc modo: quandocun-
1 que † ratio legis, vel canonis est amplior vel generalior dicto, seu dispositio, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipsa dispositio: text. est notabilis in l. regula. §. fi. & ibi Bartol. & Bal. notant. ff. de iuris & facti igno. & bonus tex. in l. ij. §. si mater, in ver. quid si curatores, & in versi. quid si decesserint. ff. ad Tertul. & pulcher tex. in l. nomen debitoris. §. fi. ff. de leg. iij. & hanc regulam pro firmo fundamento ponit Panor. in c. sicut, circa fi. de testi. & Cardi. in clem. j. de elect. & Anto. Corse. in singulari xxiij. & in singul. ccxcviij. & doct. frequenter alibi: audiui etiam sæpe ad istud propositum allegari. §. fundum, in l. pater filiam. ff. de lega. iij. quem etiam allegat Anto. Corse. loco prædicto, & Pan. in cap. fin. de rescrip. sed d. §. fundum, licet aliquid facere videatur, si in cortice inspiciatur, tamen in veritate nihil facit,

cit, quia verba illic posita, ita enim fiet, &c. non fuerunt
2 prolata per modum causæ, sed sunt verba enunciatiua † cuiusdam futuri euentus, quem testator sperabat euenire ꝓpter suam dispositionem, quæ verba nullo modo dispositionem inducunt, secundum Bar. ibidem: & hoc patet manifestè ex eo, quia si illa verba fuissent ibi prolata per modum causæ, cũ ratio esset amplior, & generalior dicto, debuisset Papinianus Iuriscon. decidere contrarium eius, qđ illic deciditur: quod quia non fecit, sequitur quòd ad istud propositum malè allegatur. Et procedit iste arguendi modus etiam quando † causa impulsiua est stricta: hoc enim
3 non obstante, si ratio finalis est larga, fit extensio constitutionis etiam pœnalis ad amplitudinem rationis finalis: Ita in pulchra & quotidiana q. dicunt Io. de Imo. Do. & Phil. Fran. in c. pro humani, de homicidio lib. vj. Et isto argumẽ. vtuntur Bald. & Sal. in auth. sacramenta, C. si aduer. vendit. & doct. in infinitis alijs locis, vt infrà patebit. Verùm quia hic modus arguendi est frequentissimus & vtilissimus, & materia interpretationis extẽsiuæ, super qua fundatur hic locus, in se est valde subtilis & scrupulosa, in qua glossæ & doct. varias & contrarias tradunt regulas, & nedum inter se discordant, sed etiam sibijsis sæpe contrariantur, vt ex locis infrà allegandis liquebit, idcirco pro eius clara, & plena notitia præmitto primò, † ꝙ iste terminus interpreta-
4 tio, sumitur duobus modis. Vno modo propriè secundum eius propriam significationem, & tunc interpretatio idem est quod congrua verbi, vel orationis declaratio seu expositio, & de hac nihil in hoc loco expectet studiosus, sed de ea videre poterit per Bar. in repe. l. omnes populi, in iij. q. vj. q. principa. ff. de iusti. & iure, & per Sal in repe. l. ij. C. de noxalib. actio. & per Lanfrancum in repe. l. si veró. §. de viro, circa prin. ff. sol. mat. & per Pet. de anch. in repe. c. canonum statuta, de cõstitutio. in xiiij. q. principali. Alio modo interpretatio capitur largè pro correctione, pro arctatione, seu restrictione, & pro prorogatione seu extẽsione. Ita dicit gloss. notabilis, in l. j. in principio, ff. de orig. iur. & gl. in l. j. §. qui operas, in verb. interpretatione. ff. ad Tertul.

Secũdò præmito, ꝙ de interpretatione arctatiua seu restrictiua nihil in hoc loco dicturus sum, sed de ea dixi satis plenè supra loco ꝓximo, vbi videre poteris: In hoc aũt

loco principaliter dicturus sum de interpretatione extensiua, quæ in se etiam comprehendit interpretationem correctiuam, vt statim patebit. Quibus præmissis, licet Rom. in d. repe. l. si verò. §. de viro, dixerit, impossibile esse hanc materiam interpretationis extensiuæ, quam tamen specialiter non attigit, modo aliquo determinatè posse docere: tradere tamen conabor eam clarè per quatuor casus principales, procedēdo per distinctiones, regulam, & fallētias: excludendo primò casus minus dubitabiles, & capiendo semper communes & magis approbatas doctrinas seu theoricas glossarum & doctorum. & veniendo ad rem specialiterque insequendo Matthæum Mathesilan. in libello extensionum, & Ioan. de Imo. in repe. dictę l. si verò. §. de viro, vbi eundem refert tacito nomine, aliquibus per me vbi opportunum visum fuerit pro instructione iuuenū

5 adiectis: dico quòd in hac materia ✝ extensionis considerādi sunt quatuor casus principales: quia aut ex extēsione sequeretur correctio legis, & sic agitur de extensione fienda in correctorijs: aut ex extensione sequeretur ampliatio fallentiarum regulæ, & sic agitur de extensione fienda in exorbitantibus à iure cōmuni & regulari: aut ex extensione sequeretur ampliatio pœnæ ad alium casum, & sic arguitur de extensione fienda in pœnalibus: aut ex extensione sequeretur ampliatio ad aliū casum in his quæ sunt secundum ius vel præter ius, & sic agitur de extensione fienda in non correctorijs, nec exorbitantibus, nec pœnalib⁹.

6 Primo casu principali, ✝ quando agitur de extensione fiēda in correctorijs, aliqui casus habendi sunt in consideratione: nam aut ex extensione sequeretur correctio de rōne dispositi ad ipsum dispositum: hoc est in effectu quærere, an correcta ratione legis eo ipso censeatur correcta lex? aut ex extensione sequeretur correctio in alio casu: hoc est quærere, an extensio in correctorijs debeat fieri ad alium casum ex identitate vel maioritate rationis. Primo casu conclude, aut ratio est impulsiua, aut finalis: si impulsiua, vel (vt ita loquar) remota, tunc ea correcta non inducitur correctio dispositi vel statuti, per l. primā, §. sexum, ff. de postulando: quia cessante causa impulsiua, non cessat dispositio: vt ibi, & l. ij. §. fi. ff. de donationibus. Si autem ratio est finalis, aut est vna, aut plures: si plures, & tūc vna correcta,

non

7 nō intelligitur correcta lex: q̄a sufficit † vnā ex pluribus rationibus finalibus remanere ad hoc, vt remaneat & nō cesset lex: per id qđ habetur in §. affinitatis, & in §. socrū, Inst. de nuptiis. Et pro hoc ego allego tres gl. notabiles, q̄ communiter nō solent ad hoc allegari: vna est in l. si ventri. §. ĩ bonis, & ibi Bar. & Ang. eam notant. ff. de priuile. credi. alia est in l. tā is. §. j. & ibi Ioā. de Imo. eā cōmendat. ff. de donatio. caus. mortis: & tertia est in §. minima, & ibi Ang. de Aretio eā pōderat & multùm cōmendat, Insti. de capit. dimi. hoc tamen limita dupliciter, vt dicā infra in loco à cōtrario sensu, vbi vide. Si aūt vnica tantū est ratio finalis legis,
8 & certè tunc † illa correcta per legē nouā, correcta etiam censeri debet ipsa lex antiqua: tex. est cū sua singulari gl. in l. j. in principio, & ibi Bar. & doct. notant. ff. de legitimis tuto. & est tex. in Aut. ingressi, in fi. iuncta l. generali, C. de sacros. eccle. & de hoc ibi habetur pulchrè per Salice. & per eundē in l. vt liberis, in fi. C. de collatio. & per Bal. in l. j. ff. solu. matr. & ibi Alex. de Imo. reputat d. gl. pro singulari: illā etiam reputat singularem Io. de Imo. in rep. d. l. si verò. §. de viro, vbi de hoc articulo quotidiano habetur per eū satis plenè, cui tamen adde ea quæ singulariter notat Frāciscus de Aretio in l. ij. ff. de vulga. & pupil. vbi dicit tunc demum procedere d. regulam, quando ratio legis generaliter corrigitur, secùs, si aliquo casu tātùm, vt ibi latiùs per eum: & hinc rectè dicit gl. in l. j. in prin. ff. de coniungen. cū emācipa. libe. quòd hodie ille titulus est correctus, ex quo correcta est ratio originalis per sublationem differentiæ inter suos & emancipatos. licet igitur olim pater necessariò cogebatur nepotem ex filio emancipato instituere hæredem, vel exhæredare: hodie tamen non cogitur, cùm ratio legis antiquæ sit correcta: quoniam sublata est hodie differentia emancipationis & patriæ potestatis. §. nullam, in Aut. de hære. ab intest. colla. ix. Hinc etiam est, q̄ licet o-
9 lim † cognati non vocabātur ad tutelā ea ratione, quia nō vocabantur ad successionem: hodie tamen correcta dicta ratione vocantur ad tutelam sicut ad successionem, dict. l. j. cum gloss. & §. ex his autem, in Authen. de hæredi. ab intest. venientib⁹, co. ix. & Aut. sicut hæreditas, C. de legiti. tut. Hinc etiam est, q̄ licet olim frater non erat legitimus tutor fratris emancipati, ea ratione, quia non vocabatur

 ad

ad successioně ei⁹ propter ius agnationis perditũ per capitis diminutionem, sed erat fiduciarius tutor, quia lex de eo cõfidebat: vt habetur Inst. de fiducia. tute. & ibi Ioã. Fabri notat: hodie tñ est legitimus tutor, quia hodie etiã succedit fratri emãcipato, vt est tex. in l. penul. & ibi Sal. not. C. de legitimis tutori. Hinc etiam est, quòd licet olim nothi, quos vulgò bastardos vocant, non habebant legitimos tutores, l. fi. C. qñ mulier tutelæ officio fungi põt: hodie tñ habẽt coniunctos ex latere matris, ꝓpter sublatam differentiã agnationis & cognationis in tutelis. Ita nota. dicit Bald. in d. l. fi. quam legit cum l. j. & ij. eiusdem titu. Hinc etiam dici potest, quòd ex quo hodie pater & frater vtrinque coniunctus succedunt defuncto æqualiter in hæreditate, vt est tex. in Auth. defuncto, C. ad Tertul. & in corpore vndè sumitur, hodie etiam pariter vocabuntur ad tutelam: & pro hoc faciunt notata per Salic. in Authẽ. matri & auiæ, in viij. q. post mediũ, C. quando mulier tute. offi. fungi potest. Hinc etiam est quòd † cognati hodie succedunt vsque ad decimum gradum, sicut agnati; licet olim secùs erat, vt est tex. iuncta glo. in § fin. Insti. de succes. cogna. & not. glo. in Auth. in successione, & ibi Salice. C. de suis & legiti. hære. & glo. in §. si verò neque, & ibi Bar. in Auth. de hære. ab intest. venien. & vult Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionum ab intestato, in iij. parte circa finẽ: quod nota. Hinc etiam dicit singulariter Ias. in l. ij. C. de bon. poss. contra tabulas, post Ang. Roma. & alios per eum relatos, quòd filio præterito, à matre sine causa, datur bono. pos. contra tabulas matris de iure prætorio, sicut ipsi competit ius dicendi nullum de iure ciuili. & mouetur inter alia per dictam theoricam; Correcta ratione legis necessariò corrigitur lex: vt ibi latiùs per eum. De hoc tamẽ quia articulus est quotidianus, subtilis, & dubius, vide latiùs ibidem per Alexand. & modernos, & per Alciatũ lib. paradoxorum iiij. c. xij. & per Ioan. de Imo. in repe. l. filio præterito. ff. de iniusto rup. irritóue testa. Secundo casu, quando scilicet ex extensione fienda & identitate, vel maioritate rationis sequeretur correctio in alio casu, subdistingue: quia † aut maioritas rõnis surgit ex vi regulæ, cui licet, de reg. iu. li. vj. & l. non debet cui. ff. eo. ti. aut surgit aliunde. Primo casu extensio est permissa: vndè si statutum vel

(margin numbers: 10 beside "gi potest. Hinc etiam est quòd † cognati"; 11 beside "stingue: quia † aut maioritas")

vel lex noua permittat indistinctè marito occidere adulterũ,contra l.nec in ea,in fi.ff.ad leg.Iul.de adul. extendetur etiã ad vulnerantem. Ita notabiliter dicit Anto. de Bur. in repetitione c.fi.in prima fallentia,de consue.& bene faciũt notata per Bar.in d.l.nec in ea.§.ius occidẽdi,& notata per eũdẽ in l.relegatorũ.§.interdicere,& §.seq.ff.de interdict. & relega.& notata per Cy.in l.j.circa finem, C.q̃ sit longa consue.& ratio istius est,quia talis extensio surgit ex vi regulæ antiquæ,& sic potius dicitur extẽsio passiua auctoritate legis,q̃ extensio actiua hominis,quæ extensio passiua semper est permissa,secundum Ioã.de Imo.in d.l.si verò.§. de viro.& vult Bart.in repetitiõe d.l.omnes populi, in iiij. q.vj.q.principalis,& Anto.de Butrio in repetitione d. cap. fin.post decimamquintam fallentiam, vbi hoc declarant per exempla,& Salic.in rep.dictæ l.ij.C.de noxa. acti.& facit l.si quis seruo,cũ ibi not.per gl.Bal.& Ang.C. de furtis. faciunt etiam notata per Bar.in l.ij. ff. de leg.j.& nota. per eundẽ in l.j.§.lex Fal.ff.ad leg.Fal.Aduerte tamen,ne deci-
12 piaris † quia dicta regula,cui licet, fallit in quatuor notabilibus casibus,qui pro præsenti occurrunt.Primò ẽm fallit in decreto iudicis, tex.est singularis in l.si pupillorum. §.si prætor.ff.de rebus eorum, quem tex. ad hoc ponderat Ludo. Roman.in singulari ccxviij.& Iason in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.& ratio istius ponitur per gl. in d. l.non debet cui.nam ex quo in decreto iudicis requiritur causæ cognitio, l.cum hi.§.si prætor.ff. de transactio.non venit in decreto iudicis id super quo causæ cognitio non præcessit. Secundò fallit dict. regula in facultate dispensandi,nam licet alicui reperiatur concessa facultas dispensandi in certo casu, non tamen debet huiusmodi facultas extendi ad casum similem,vel habentem maiorem rationem,ex quo materia deuiat à iure communi. Ita notabiliter dicit Federicus de Senis in consilio xiiij.incipiente, monachus Perusinus,& Ioannes Andreas in regula,quæ à iure,de regulis iuris lib. vj. & l.quod verò contra.ff. de legib.Tertiò fallit dict.regula, quando ratio,per quam mihi licet quod est plus,nõn concurrit in eo quod videtur esse minus:ita dicit gloss.singularis in cap.fina.super verbo,ad parem,de translatio.epis.quam ad hoc ponderat Ludo.Roman.in consilio cccccxxxvj. incip.quod indultum Petri,in

fine: quandoque enim id quod minus videtur, est in veritate maius eo respectu quo ius plus illi resistit ex causa: vt declarat glo. notabilis in clem. ij. super verbo, defensor, de reb. ecclesi. non alienan. Quarto fallit dict. regula in mãdato de prouidendo alicui de beneficio certi valoris, aut simili, cuius fines diligenter sunt seruandi, cap. cui de non sacerdotali, de præben. lib. vj. iuncta l. diligenter. ff. mandati, & cap. cum in illis. §. cùm autem, de præbend. lib. vj. & ibi hoc notat Ioannes Andreas in Nouella & post eum Domini. & Philippus Francus: quod nota pro declaratione dictæ regulæ, cui licet. Hoc tamen volo te scire, quòd
13 actus † contiguus, vel vicinus mandato non dicitur contra nec præter mandatum: Ita singulariter dicit Hostiensis quẽ alij sequuntur in c. causam quæ, & ibi latissimè hoc declaratur per Felin. de re iudica. & habetur etiam de hoc per Iasonem in l. si procurator, C. de procurato. & est bonus text. in l. iam tamen. §. in hac stipulatione, in fine. ff. iudica. solui. quod tene menti, quia est vtile seruiens ad multa, vt videre poteris per Felinum in dict. capitulo. causam quæ. Aduerte tamen, quia in milite est speciale, vt præcisè debeat obedire superiori: vnde qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene cesserit. textus est singularis in l. iij. §. in bello. ff. de re militari. de qua re extant egregia exempla apud Valerium Maximum libro ij. capite ij. cui titulus, de disciplina militari. Illud etiam te nolo ignorare, quando in commissione hominis exprimitur id quod à iure communi inest, si à iure non datur pro forma, non inducit ex commissione nouam formam. Ita singulariter dicit & magistraliter declarat Fel. in dict. cap. causam, quæ. quod tene menti, quia potest quotidie vsuuenire in praxi.
14 Secundo casu, quando † maioritas rationis surgit aliunde quàm ex vi dictæ regulæ, cui licet, tunc idem est dicendum, sicut quando solùm subest identitas rationis: & isto casu pro regula tenendum est, quòd in legibus vel canonibus correctoriis non est licita extensio, etiam ex maioritate rationis: textus est iuncta glossa, quæ ponit quotidianum exemplum in Authen. quas actiones, in verb. excluduntur. versic. item an idem in ciuitate, Cod. de sacrosan. eccl. & ibi habetur per Bar. Bal. & doct. & est bon' tex. ĩ

l.illam,& ibi hoc notant Bal.Pau.de Caſ.Alex.& doct. C. de col.& pro hac regula facit l.ſancimus,C.de teſta.& l.pcipimus,in fine,& ibi hoc firmat Bar. C. de appellatio.pro iſto etiã facit textus in d.l.ſi verò. §.de viro,ſecundũ cõmunem intellectum:& eſt tex. melior de iure in Auth.de adminiſt.in ſacris appella.in fine, col.iij& ibi gl.expreſsè ad hoc notat illum text.Iſtud etiam eſt de mente glò. in d. l.tam is.§ j.iſtud etiam firmat Barr.& poſt eum doct.in l. ſi conſtãte, in ix. q.primæ partis principalis,vbi egregiè admodum loquitur.ff.ſol.matrimo.& Ioan.And.in regula,odia,de reg.iur.lib.vj.in Mercuria.iſtud etiam vult gl.in ca. indẽnitatibus §.cæterùm,ſuper verbo,confirmetur,in fin. de elect.lib.vj.& Pau.de Caſt.in l.neque leges. ff. de legib. & Salice.in d.repetitione l.ij.& hinc gloſſ.in l.damni infecti ſtipulatio cõpetit, in §.ſi is, qui vnas,in verb. aliquas. ff.de damno infecto, alludens ad carmen Horatij in arte poëtica,dicit, ſi cœna poteſt duci ſine correctiõe ducatur. cuius etiam meminit Paulus de Caſt.in d.l.præcipimus,& Hoſtien.& Ioan.And.in c.ex parte, de ſponſalibus:iura enim ſunt iuribus concordanda l.vnica, C.de inoffi. dotib. &c cùm expediat,de elect.li.vj.& lex noua correctoria in ſuis propriis terminis eſt ſeruanda,vt gl.ſin.in d.Aut.quas actiones,in verſi.an idem in ciuitate, quam approbat ibi Barto.& communiter doctores,etiam ſi loquatur generaliter:niſi conſtet,ꝙ corrigere velit in caſu de quo eſt quęſtio:vt dixi ſatis amplè ſupra loco proximo,vbi vide. Sicut
15 enĩ † per repetitiões,ſubauditiones,aut tacitos intellect⁹, non inducitur correctio legis vel canonis,vt eſt gl. ſingu. approbata per doct.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti,in verbo,petere,de elect.lib.vj.nec per argumentum à contrario ſenſu, vt dicam infra in loco à contrario ſenſu,nec per dictionem taxatiuam tantùm,ſolùm,vel ſimilem, vt eſt tex. iuncta glo.in l. ob æs,C.de prædiis mino.& vult Bart. in l. iij.§.Titio.ff.de adimẽ.lega.& notata per gl. Bal. Sali. Iaſonem,& doct.in l.j. C.de bono.poſſeſſ.cõtra tabulas, & per gl.& Sali.in d.authentica,matri & auiæ;nec per clauſulam
16 † non obſtante quacunque alia lege,vt eſt text.iuncta ſua ſingulari glo.in d.Auth. de hæredi.ab inteſtæ. venientibus,ĩ prĩcipio,& dixi ſupra loco ꝓximo. Ita etiã nõ debet induci correctio vel fieri extenſio ĩ correctoris ad alium caſum

casum ex maioritate rationis. quia p neutrum horũ modorum potest dici expressè constare de mẽte disponentis, quòd velit corrigere: quod tamen requiritur ad hoc, vt inducatur correctio: cùm hoc sit proprium munus legislatoris inducere correctionem, atg.l.fi. C. de legib. & c. inter alia, de senten. excommu. quando autem de voluntate legislatoris corrigere volentis expresè cõstat, satis est: nec est necesse, quòd in lege noua corrigẽte expresè fiat mentio de lege antiqua: licet quandoque ad cautelam de illa fiat mentio, c.j. cum ibi notatis, de cõstitu.lib. vj. & c. contra Christianos, de hæreti. eod.libr. & faciunt notata per Bartol. in repet.d.l. omnes populi, & hanc conclusionem firmat Io.de Imo.in d.l.si verò.§.de viro, in v. & vj. colũ. quod vt melius intelligas, vltra exemplum positum p gloss.in d.Authen.quas actiones.subiicio tria alia quotidiana exempla. Primum est, pro homicidio per statutũ imponitur pœna pecuniaria, & corrigitur lex quæ imponit pœnam corporalem, l.iij.C.de episcop.audi.ibi, homicida quod fecit, semper expectet: quæritur an in alio crimine minori homicidio, pro quo de iure imponitur pœna corporalis, licet sit maior ratio minuendi pœnam, in minori delicto censeatur correcta lex: & cõcluditur q non. Ita vult Cy.in d.l.j.circa finem, C.quæ sit longa consue.& Ioan.de Imo.in d.§.de viro.& docto. sæpe alibi. Secundum exemplum est, statuto cauetur, quòd stante patruo, nõ succedat mater ab intestato: pone modò, q non extat patruus, sed amita, quę est in eodẽ gradu cũ patruo: an illa excludat matrẽ. & dicendũ est q nõ: quia statutum loquens de patruo, non est extendendum ad amitam: q a ex tali extensione sequeretur correctio iuris, puta d. Authẽt.defuncto. Tertium exemplum est, stante eodem statuto, pone, q nõ extat patruus, sed extat frater consanguineus ex latere patris, qui est agnat' & in potiori gradu quàm patruus, quia ipse frater attinet defuncto in secundo gradu, & patruus in iij. de iure ciuili. an talis frater consanguineus excludet matrem ex forma dicti statuti? & videtur q sic, ne sit melioris cõditionis patruus q est frater patris defuncti, q̃ frater suus proprius. Contrariũ tñ est verũ, quia per identitatẽ vel maioritatẽ rationis non debet fieri extensio ad legis correctionem,

sed

sed ex huiuſmodi extenſione induceretur correctio d. Authen. defuncto. Ergo huiuſmodi ſtatutũ loquẽs in patruo debet extendi ad fratrem, per ſupradicta: & ita ex preſſè, vult Pau. de Caſt. & alii doct. in d. l. illã, & ſequitur Ale. de Imo. in cõſi. ſuo xlv. vij. vol. inci. habita: Item potes videre aliud notabile exemplum per Raph. Cuma. in cõſil. ſuo cliiij. incip. viſis: quod vt clariùs intelligas, vide Sali. in l.
17 quamuis ij. C. ad leg. Iul. de adult. Nec præmiſsis † obſtat l. non poſſunt, cum l. ſeq. ff. de legib. vbi habetur, ꝙ leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum, & proceditur de ſimilibus ad ſimilia: quia illud eſt verum, qñ per hoc non veniremus contra aliam legem ſcriptã, & ſic ad correctionem legis, aliàs ſecus per ſupradicta. Ita notab. vult Barto. in l. non dubium, C. de legib. & Bal. in cap. inter ceteras, de reſcrip. & Panor. in c. translato, circa finem, de conſtitu. & Ioann. de Imo. in d. §. de viro, quod nota. Sed
18 iſta regula ſic declarata fallit in multis caſib. Primo † enĩ fallit, quando ratio eſt ſcripta in lege vel canone corrigẽte: quia tunc licita eſt extenſio ex maioritate rationis. Ita not. vult Bald. in d. Auth. quas actiones, per l. his ſolis, in illis verbis: ſatis tacitè cautũ putamus, C. de reuocan. dona. & bene facit l. emptor, in fine, ibi, ea ratione reddita. ff. de rei vendica. & l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ibi, idque ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento comprehendiſſet, &c. ff. de vſuris. & eſt text. cum gloſſ. quæ conſueuit computari ſingularis in d. cle. j. in verbo eligatur, in verſi. ſed nunquid. de electione, & illam gl. ſequitur Io. de Fantutiis, prout ibi referunt Anto. de Butrio & Ioan. de Imo. in d. l. ſi verò. §. de viro. & ratio iſtius eſt, quia vbi ratio eſt expreſſa in lege vel canone corrigente, tunc non dicitur propriè extenſio hominis, ſed lex ipſa dicitur loqui: ra-
19 tio † enim legis & mens legis idem eſſe videntur: nam ex ratione legis colligitur mẽs legis, l. cum mulier j. & ibi Rap. Cuma. Io. de Imo. Pau. de Caſ. & doct. notant. ff. ſolu. matri. & eſt bonus tex. iuncta gloſſ. in l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verbo. ſignifica. & dixi latè ſupra loco proximo: quòd autem licita eſt extenſio in correctoriis ex maioritate rationis, quando ratio eſt expreſſa in lege vel canone corrigente, tenet etiam Pau. de Caſ. in l. quamuis, in fine, C. de fideicõ. & idẽ Pau. de Caſ.

in d.

in d.l.si verò.§ de viro.& Panor.in d.c.fina. de rescripr.& idem Panormi.in c.nihil, de elect.& Iason in d. Authen. quas actiones.& idem Ias. in l.de quibus, ff.de legib.vbi per hoc decidit notabilem qõ. quam vide per te.& idem vult Alex.de Imo.in consil. suo xvij.iij.volu.incipi.ponderatis his quæ in themate narrantur,&c.vbi per hoc sin-
10 gulariter † dicit,quòd c.cùm esses, de test.quod venit ad correctionem iuris ciuilis requirentis in testamento septem testes, extenditur ad casum illum quando conditũ est testamētum in terris ecclesiæ corã quatuor testibus absque presbytero parochiali: ex quo ratio scripta in d. ca.cũ esses,scilicet,quòd in ore duorũ vel triũ stat omne verbũ ita bene militat in vno casu,sicut in alio: & hoc etiam est de mente Specu. in titu. de instrum. editio, in §. compendiosè,in versicul.item per ius canonicum, quod est singulariter notandum. Et notanter dixi, in terris ecclesiæ,quia in terris imperii ius ciuile manet incorrectũ, vt volunt Ioan.An.Card.Pe.de Ancha.& Io.de Imo.qui cæteris clarius & perfectiùs loquitur in d. c.cùm esses: & hoc tene quicquid dicat Salic. in l.j.C. de sacrosanct. eccle. Debet ergo intelligi regula ante tacta, quòd non fiat correctio legis à tacita vel coniecturata ratione quæ colligitur ex verbis legis nouæ:sed bene ab expressa vel scripta in lege,vel canone,secundum Bal.Paul.de Cast.& doct.in d.Auth. quas actiones. Et licet plures doct. non recipiant istam fallentiam, sed aliqui simpliciter teneant regulã suprà tactã,q in correctoriis nõ est licita extensio etiã ex maioritate rationis:Alii aũt distinguunt, vt Io.de Imo.in d.l.si verò.§.de viro.& idē Io.de Imo.ĩ d.cle.j. sup glo.in verbo eligat, & doct.sæpe alibi.Sustinẽdo tñ hanc fallentiã,primò ampliabo eã,deinde dabo aliquas declarationes ad eã ex mente & scriptis gloss.& doct. Amplia-
21 tur eñ,quia † qñ vnica tantùm ratio põt assignari,etiam si nõ sit expressa in lege,tunc illa habetur p expressa, gl. est sing.in d.l.quamuis, & ibi expresse hoc volunt Bal.& Pau.de Cas.& idē Bal.in l.maximum vbi per hoc decidit quotidianam q.C.de libe.præte.& Pau.de Cas.in consilio cccxxxviij.incip.præsens casus, & idem Pau. de Cas.in cõsi.cccxlix.incip.visa quadam securitate,in antiquis, & Bal.& Io.de Imo.in l.fina. ff. de hæred. instituen, & facit quod

quod notat glos. reputata sing. in l. tale pactũ. §. fina. ff. de pactis. & hoc casu etiã licita est extensio ab huiusmodi vnica ratione coniecturata. Ita singulariter volunt Paul. de Cast. & R a. Cu. in d. l. si verò. §. de viro, & Alex. de Imo. in consilio 50. vol. ij. incip. visis actis causæ. & idem Alex. in d. l. si constante, & Iason in d. Auth. quas actiones, & Paul. de Cast. in dictis consiliis, & Feli. in d. capi. translato, circa finem, & Io. Baptista in d. repet. l. omes populi, in materia interpretationis extensiuæ, in xvj. fallẽtia, & Lanfrancus in d. repet. l. si verò, in xiiij. conclusione interpretationis extensiuæ, & doctores frequenter alibi. Debet
22 ergo intelligi regula antedicta, quòd in † correctoriis nõ licet arguere etiam à maioritate rationis, quando ratio nõ est scripta in lege vel canone, & plures coniecturari possunt: sec9, si ratio sit scripta in lege vel canone, aut vna tantum coniecturari potest, per supradicta: quibus etiam cõsonant notata per Cyn. post Pet. in d. l. non dubiũ, vbi habetur, quòd qñ ratio non est expressa in lege debemus coniecturare per similia rationem naturalem, quæ moue re potuit legislatorẽ: nam sine ratione non fuit motus, cum sine ratione non sit lex, ca. erit autẽ lex, iiij. dist. & secundum illã. rationẽ cõiecturatã possumus extendere & restringere legem etiã odiosam, secundum eum ibidẽ, quem refert & sequitur Panor. in c. ad audientiam, de decimis, & in d. c. fi. de rescrip. & in d. c. nihil. Sed hic cadit
23 pulchra dubitatio: quid, si vna † partium dicat, quòd non posset assignari nisi vna ratio, alia autẽ pars dicit, quòd imò possunt assignari plures: quid præsumetur in dubio? & certè in dubio non debet præsumi, quòd vnica tantùm ratio posset reddi, & sic sit licita extensio: imò præsumi debet oppositum. Ita singul. dicit Salic. in d. repet. l. ij. vbi ponit hanc materiam interpretationis extensiuæ: & hoc dictum refert & sequitur Alex. de Imo. in d. l. si constante, & Iason in d. Authẽ. quas actiones. Arbitror tamen id plurimum in arbitrio iudicis consistere. quid enim si vna tantum probabilis sit, vt in statuto filiam dotatã à successione paterna excludente: nam intelligere debemus, statutũ nedũ loqui de ea quæ marito coniuncta est, & dotẽ recepit, sed etiã de ea cui pater in testamẽto dotẽ assignauit, vt illa etiã excludatur fauore agnatiõis, quæ sola videtur fuisse pro-

se probabilis ratio dicti statuti, arg. §. cæterũ, Inst. de legit. ag. succes. & ita decidit Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero, ff. de condi. & demonstr. & Bald. in l. non fine, C. de bonis quæ libe. & sequitur simpliciter Io. Bapt. de S. Seuerino in repete. d. l. omnes populi, in versic. vigesimo-quartò dicit statutum, de hoc tamen articulo quotidiano vide latiùs per Geor. Nattã in repetitione c. quamuis,
24 de pact. lib. vj. Sed danda † nunc est declaratio ad d. fallẽtiam sic ampliatam, primò vt intelligatur quando lex est correctoria tm̃: secus, si sit correctoria, & pœnalis simul: tunc enim etiam si ratio sit scripta in lege, vel canone nõ est licita extensio: glo. est sing. iuncto text. in cle. ij. in verbo. in eisdem, de æta. & quali. ordi. quam ad hoc ponderat Roma. in consil. cxxix. incipi. licet magna apud me fuerit dubitatio, & Alex. in d. l. si constante, & Domini. & Ph. Frãcus in ca. j. de temp. ordi. libr. vj. & Ias. in d. Authen. quas actiones, & Anto. de Butrio in rep. d. cap. fin. de consue. in j. fallentia. & iste est verus intellectus d. glo. sing. quæ etiã hoc modo seipsam declarat, circa finem: licet Ioann. de Imo. in d. l. si verò. §. de viro, det alium intellectum ad eã, qui etiam verus est in se. Secundò intellige d. fallentiam sic ampliatam, quando lex correctoria nõ loquitur taxatiuè, vel per dictionem taxatiuã: quia si loqueretur taxatiuè, non fieret extensio, etiam si haberet rationem expressam. Ita not. dicunt Bald. & Ias. in d. Auth. quas actiones, post Guiliel. de Cuneo, & Cy. in additio. ibidẽ. Dictio
25 enim taxatiua † negationẽ inducit, & ergo vbi illa ponitur in lege correctoria, vel exorbitante, odiosa, non fit extensio. Ita not. dicit Phi. Fran. in c. constitutionẽ, de regul. lib. vj. & multò fortiùs non fit extensio, quando illa est expresè prohibita, vt est tex. in d. c. constitionem, iuncto c. non solum, eo. titu. & lib. cum ibi not. per glo. & docto. Tertiò intellige hoc sanè, quando ratio expressa in lege, vel canone corrigente est finalis: secùs si est impulsiua. Ita not. dicit Mathes. in d. suo lib. extẽsionum. Et dicitur
26 cã, vel rõ † impulsiua, qñ decisio legis est magis generalis, q̃ sit ratio: tũc em̃, quia ratio generaliter nõ militat, patet rationem esse impulsiuam, & non finalem: exemplũ patet in d. l. j. §. sexum. qñ verò ratio est generalior decisione, vel æquè generalis: tunc dicitur finalis, & non impulsiua.
Ita

Ita notab. declarat Bald. in l. generaliter, C. de episcop. & cler. & Barto. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, absentia: & commemorat Iaso. in dict. authen. quas actiones, & facit quod habetur per Bart. & Ioan. de Imo. in dict. l. ij. in §. fi. ff. de donatio. Quartò istud intellige, nisi alia ratio nõ scripta in lege vel canone suaderet extensionem non debere fieri: ex hoc enim deprehenditur, ꝙ in casu expresso non militat omnino eadem ratio, quæ in casu expresso: tex. est cum sua singulari gloss. in capitu. constitutio, de elect. libro vj. & ibi hoc notant Ioan. de Imo. Domi. Phili. Francus, & idem Ioan. de Imo. in dict. l. si verò, §. de viro, & Salice. in d. repe. l. secundę. Quintò istud intellige, quando casus non expressus est æquè fauorabilis: secus si casus nõ expressus non est æquè fauorabilis: tunc enim non fit extẽsio, licet ratio sit expressa in lege vel canone: glo. est sing. iuncto tex. in c. in fidei, de hære. lib. vj. & vult Ioan. de Imo. in dicto §. de viro, & docto. sæpe alibi. Conclusiuè ergo dico, ꝙ quando ratio est expressa in lege, quæ est correctoria tantùm, non pœnalis, nec loquens taxatiuè, & quando illa ratio est finalis, nec reperitur alia ratio nõ scripta quæ suadet constitutionem non intelligi generaliter vt sonat ratio scripta in lege, vel quando vnica tantùm ratio coniecturari potest, & quando casus non expressus est æquè fauorabilis cum expresso, tunc licitè arguitur à maioritate rationis etiam ad correctionem alterius legis: alioqui autem secus. Et hæc est prima fallentia ad dictam regulã, communiter approbata per doctor. vt patet ex præmissis. Opinio tamen Ioan. de Imo. in dict. §. de viro, & in dict. clemen. prima, super gloss. in verbo, eligatur, & in dict. c. constitutionem, per quam videntur concordari posse opiniones, est multùm probabilis, & memoriæ commendãda. Secundò fallit dict. regula, quando duo casus æquiparantur per legem antiquam in omnibus, & per omnia in materia,
71 de qua agitur: nam tunc lex † noua corrigens in vno ex parificatis, intelligitur etiam corrigere in alio: exempli gratia, regula iuris antiqui habet, quod qui non potest testari, non potest etiam codicillari, vt est tex. in l. ij. ff. de legat. j. modò per legem nouam, vel statutum, minor xx. annis nõ potest testari, vbi tamen per legem antiquam maior xiiij. annis poterat testari, l. qua ætate. ff. de testa. cum sim. certè

hæc lex noua corrigens in testamento, censebitur etiã corrigere in codicillis: & sic minor xx. annis in loco vbi viget illa lex noua, vel statutum, non poterit codicillari. Ita notabiliter dicit Barto. & post eum alij, in d. l. ij. ff. de lega. j. & Anto. de Butrio in repetitione d. cap. fina. de consuetu. in iij. fallentia, pro quo etiam est glo. iuncto tex. in ca. si postquàm § j. & §. fina. de elect. libro vj. & glo. iuncto text. in d. l. si quis seruo, & ibi Bald. & Angel. nota & gloss. in dicta l. quód verò contra, in fine: & licet glo. in d. c. si postquàm, loquatur in pœnalibus, & aliæ duæ glo. loquantur in exorbitantibus & non in correctorijs: tamen ꝙ idem est in correctoriis tenet Bart. & docto. in l. Marcellus, in princ. ff. ad Trebel. & idem Bar. Cyn. Salice. & doct. in auth. sed cùm testator, C. ad leg. Falcid. & idem Barto. in dicta l. ij. ff. de leg. j. & ibi plenè per Alex. de Imo. nec mirum, quia hæc est interpretatio passiua, quæ fit vi regulæ iuris antiqui, quæ semper est licita: vt dixi suprà, & dicam latiùs infrà. & hoc vult Anto. de Butrio in repetitione, d. ca. fina. in iij. fallentia, & Ioan. Baptista. in d. l. omnes populi, in j. fallen. & Lanfran. in repe. d. l. si verò §. de viro, in v. conclusione, quã ponit in materia interpretationis extensiuæ. Hanc tamen fallentiam non admittit Io. de Imo. in d. l. si verò. §. de viro, quando fieret extensio ad aliam personam, per notata in dicta authen. quas actiones, iuncta l. fi. eam tamen admittit quando fieret extensio solum inter easdẽ personas, & omnino eadem subesset ratio, vel maior. per gl. quam reputat singu. in auth. & non obseruato eo, C. de testa. iuncta l. iubemus, eod. ti. quam vide. Tertiò fallit d. regula, in correlatiuis, quia lex noua corrigens in vno correlatiuorum, puta in vxore, extenditur vt etiã corrigat in alio, & sic in marito. tex. est nota. in l. fi. & ibi hoc notant Bar. Ang. Iason, & alij, C. de indic. vidui. & Bal. & Paul. de Cast. in d. auth. quas actiones, & Pe. de Anch. in d. repetit. c. canonum statuta, in vj. q. prin. & Io. de Imo. in d. § de viro, & Io. Bap. in repe. d. l. omnes populi, in ix. fallentia, & Lanfr. in repet. d. l. si verò. §. de viro, in iij. conclusione interpretationis extensiuæ. & Anto. de Butr. in repe. dict. ca. fi. in ij. fallentia, & doct. alijs sæpe locis. Hinc etiam videmus, quòd lex corrigens in actore extenditur vt etiam corrigat in reo, vt est gl. in l. per interuallam. ff. de iud. & gl. in Auth. qui semel, in verbo, tri

28 (margin number beside "uis, quia lex noua corrigens")

giata

ginta dierum,& ibi doctor.C.quomodo & quando iudex: quod intellige verum,quando eadem est ratio in vtroque, vt in dictis iuribus:aliàs secus, vt in l.curatorem, cum ibi notatis per glo. Cy.& doct.C.de interd.matrimo.in l.fin.& ibi Salice.C.de rescin.vend.& vult Io.de Imo.vbi suprà,de quo vide qđ dixi lati⁹ supra in loco à correlatiuis. Quar-
29 tò fallit dicta regula,quando†lex noua corrigens, reduceret nos ad ius antiquum consuetum:quia cum res de facili redeat ad naturam suam,l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pactis,& c.ab exordio,xxxv.distin.materia censetur fauorabilis,& sic extenditur quamuis correctoria.glo.est singularis in c.statutum,in verbo,numerandum,de præben.libro vj.quam ad hoc notat,& ponderat Alexā.in d.l.si constante,& Iáson in d.authen.quas actiones, & idem Iason in d.§.pactus ne peteret.illam glo.etiam reputat singu.Felin,in c.cum accessissent,de constitutio.& idem volunt Io. And.Ant.de Butrio,& Panor.in c.olim tibi,per illum text. secundum vnum intellectum,de verbo.signifi. quod tene menti.Quintò fallit dicta regula,quando resultaret absur-
30 ditas,nisi in correctorijs fieret extensio:tunc†enim fit extensio ad vitandum absurditatem,glo.est singularis, in cle. si.de rescrip.inquantum glo.ibi extendit id,quod ibi dicitur de habente literas Papæ ad habentem literas legati:nā absurdum esset dicere, ꝙ habens literas legati plus consequeretur,quàm habens literas Papæ in eadem forma,cum econtra esse debeat,c.hi qui,& c.si pluribus.de præben.lib. vj.& ita notabi.vult Io.de Imo.in dict.l.si verò.§. de viro, & Barto.in l.quæsitum.ff.de testib.& dixi supra in loco ab absurdo.Sextò fallit dicta regula,vbi agitur de salute animæ.nam tunc dispositio etiam correctoria censetur fauorabilis,& extenditur ex maioritate rationis,licet sit præiudicialis in rebus:ita singulariter dicit Bar. & communiter doctores in dict.auth.sacramenta,& vult Philippus Franeus in d.c.j.de tempo.ordina.lib.vj.in versi.quartò limita. & idem Phi.Franc.in c.sciant cuncti,de elect.eodem lib.& Alex.de Imo.in l.iiij.§.Cato,ff.de verbo.oblig.vbi pro hoc allegat gloss.nota.in l.omnes,ij.in verbo apostolicæ,C. de ferijs,quæ singulariter vult quòd ferię contra ius inductę in festis apostolorum, ex maioritate rationis extendantur ad diem beatæ Mariæ virginis:& idem vult Anto.de Butr.

in repe.d.c.fi.de consue.in j.fallen.& Domini.in d.c.j. in j. fallen.& idem Domi.in d.c.pro humani.§.fin.& Felin.in d. c.translato,vbi dicit hoc seruire ad multa,& Io.Bap. in repe.d.l.omnes populi,in viij.fallen.& Roma.in repe. Auth. similiter,in xix.speciali piæ causæ circa vltimas volūtates, C.ad leg.Fal.Et multò fortiùs vbi tractatur de salute animæ,fit extensio iuris pœnalis,vt est glo.no.in dict.c.sciant cuncti,& vult Io.An.in c.ex tenore, qui fil.sunt legit. quē sequuntur ibidem Pano.& Præpo.& idem Panor.in c.quæsiuit,de diuor.& idem Panor.in c.Quintauallis,de iureiur. & Domini.in d.c.pro humani.§.fi. Septimò fallit dicta re-
31 gula,† quando lex,vel constitutio aliàs esset illusoria , & nullum sortiretur effectum si non extenderetur:Ita nota. vult Iason in d.auth.quas actiones, post Ioā. de Anania in rub.de apost.qui mouetur per duas glo.quarum vna est in cle j.in verbo sepelire,in fine,de sepultu.alia est in c.quanquàm,in fine,de vsuris,lib.vj.sed illæ glo.non plus probāt, quàm ꝙ constitutio pœnalis extenditur ex identitate, vel maioritate rationis,qui non est casus noster,vbi tractam˚ de extensione fienda in correctorijs.Ratio tamen dictarū glo.æquè militat in correctorijs,sicut in pœnalibus;& bene facit c.si ciuitas,in ratione sui,de senten.excom,libr.vj. & c.commissa §.j.de elect.eod.lib.& istud expressè firmat Felin.in d.c.translato,circa fi.& sentit Lanfr.in repe.d.§.de viro,in x.conclu.interpretationis extensiuæ,& Phil. Fran. in d.c.j.in xviij.fallen.& Bar.in d.l.non dubium,& in repe. d.l.omnes populi,& Ant.de But.in repe.d.c.fi.in x.fallētia.
32 Octauò fallit d.regula,quando † verba constitutionis correctoriæ,ex lata significatione vocabuli trahi possunt ad casum in quo concurrit maioritas rationis , nam tunc fit extensio:exempli gratia,statutum,vel lex noua excludit filiam à successione,extante filio masculo,contra d.l.maximum vitium,talis lex noua correctoria extenditur etiam ad neptē,vt sic ipsa excludatur,in qua est maior ratio exclusionis,& quodammodo filia dici potest,l filij appellatione,ſ. iusta, & l. liberorum. ff. de verborum significatio. Ita singulariter vult Bald.in dicta l.maximum vitium. & idem Bald.& doctores in lege secunda. C. de in ius vocan.& idem Bald.in dicta lege,quod verò contra, & idem Bald.Paulus de Castro,& doctores in dicta l.si verò. §. de
viro.

viro,& ibi Ioan.de Imo.ante finem, & Lanfrancus etiam ibidem,in ij.cōclusione interpretationis extensiuæ,& Io. Baptista,in repetitione dictę l.omnes populi,in vij.fallentia,& Anto.de Butrio,in repetitione dict.capituli fina.de consuetudi.in prima fallentia.Hoc tamen nolo te ignora-
33 re,quòd in dispositione † hominis non fit extensio ad aliū casum,etiam si sub lata significatione comprehendatur,capitu.finali,de præbend.& c.cum in illis,eodem titu.lib. vj. & capitu.susceptum,de rescrip.eod.libr.cum similibus: & vult expressè Ioan.de Imo.in dicto §. de viro, & in dicta clemen.prima,de electio.in multis enim aliter disponitur in dispositione hominis,quàm in dispositione legis: vt dixi latè supra in loco à lege ad testatorem, vbi vide. Nonò
34 fallit dicta regula,quando duo se habent † ad inuicem gradatim,ita quòd vnum mensuratur gradatim ab alio aliquo accidenti.nam tunc facta mutatione vel correctione in vno,censetur etiam facta in alio:exempli gratia,licitum est donare certam quantitatem laico fine insinuatione,& licitum est donare maiorem quantitatem ecclesiæ sine insinuatione:si posteà per statutum, vel legem nouam augmētetur quantitas in laico, censebitur etiam quantitas ampliata gradatim, & proportionaliter in ecclesia. Ita dicit gloss.notabilis,& post eam Guil.Cyn.Barto.& doctores in lege illud,C.de sacrosanct.ecclesi.& gloss.in l. sancimus, C.de donationibus.& sequitur Domini.in dicto c.primo in septima fallentia, & Lanfrancus in repetitione dicti §. de viro,in viij.conclusione interpretationis extensiuæ, & Anto.de Butrio in repetitione d. capitu.fin. de consuetud. in vij.fallentia.item aliud exemplum ponitur, in §.hinc datur intelligi,xxij.distinctio.vbi habetur, quòd si aliqua ecclesia consueuit esse prima,& per legem nouam alia fit prima,illa quæ consueuit esse prima remanet secunda, & illa quæ consueuit esse secunda remanet tertia:& idem dici potest,quando in aliquo concilio fit alteratio, ita quòd vbi erat vnum caput fiant duo vel tria capita, vt fieri vidi in cōcilio Hollandiæ:nam secundum hoc in sessionibus & alijs actibus cæteri se regulare debent. Hinc etiam dicit glo.in cle.generalem,de ætate.& qual.ord.quòd quia certū tēpus determinatū est ordini subdiaconatus, & certū ordini diaconatus,& certū ordini presbyteratus,facta immuta-

tiõe in vno ex ordinibus, facta videtur mutatio & in aliis. Decimò fallit d. regula qñ duo sic se habent, quòd vnũ venit accessoriè ad aliud, vel mensuratur ad instar alterius: vt est publica honestas, q̃ veniebat olim accessoriè ad sm & tertiũ genus affinitatis: Vndè sublato hodie secũdo & tertio genere affinitatis, cẽsetur etiã sublata publica honestas ex hoc descẽdẽs, tanquã accessoria. licet in lege noua correctoria, vel dispensatione de publica honestate non fiat mentio, vt est glos. notabilis in c. non debet, & ibi id bene declarat, & multùm exclamat Panor. de con. & affi. Et vult Domini in d. ca. j. in v. fallentia, & Philip. Francus ibidem in ix. fallentia, & Ioã. Bapt. in repet. d. l. omnes populi, in xij. fallentia, & Lanfr. in rep. dict. §. de viro, in vij. conclusione interpretationis extensiuæ. & Anto. de Butrio in repetitione d. cap. fin. in v. fallentia. Vndecimò fallit dicta re-
36 gula, quando † duo sic se habent, quòd vnum venit ad alterum consecutiuè: tunc enim si fiat mutatio vel correctio in vno, hæc altetatio vel mutatio extenditur ad alterum. Ita not. dicit Dominicus in d. c. j. in iiij. fallentia, & Ioan. Bapt. in rep. d. l. omnes populi, in x. fallentia, & Lanfrancus in rep. d. §. de viro, in vj. cõclusione interpretationis extẽsiuæ, & Anto. de Butrio in rep. d. c. fin. in iiij. fall. & ibidem Anto. de Butrio, Panor. & doct. in cap. cum in cunctis, in §. cum verò, de electio. vbi dicunt, quòd si electus in episcopum obtineat dispensationem à papa, quòd non teneatur accipere munus consecrationis intra annũ vel biennium, vbi de iure communi deberet cõsecrari intra tres menses: in dispensatione autem nihil cauetur de retinẽdis prioribus beneficiis, quæ de iure communi vacant post lapsum dictorum trium mensium, vt est text. cum glos. in d. §. cum verò: nihilominus tamen, quia vacatio beneficiorum electi ad episcopum venit consecutiuè ad consecrationem, dispensatio huiusmodi extenditur, vt impediat etiam vacationem beneficiorũ, siue huiusmodi dispẽsatio sit facta motu proprio, quo casu non est dubiũ: siue etiam sit facta ad instantiã electi, secundũ eos: quicquid dixerit ibi Ioan. And. & ratio huius est, quia licet dispẽsatio de se sit stricti iuris vt habetur in c. quod dilectio, de cõsang. & affi. in c. 1. & ij. de fil. presby. li. vj. tamẽ se extẽdit ad cõsecutiuum illius, super quo est dispensatũ: vt est gl. sing. in c. quia in tantum.

tum,de præb.& ibi eã valde notant Pan.& Io.de Imo. Nescio tñ,an curia hoc seruaret,& credo q̃ nõ:quia est cõtra commodũ bursale.Hinc etiam est quòd licet episcopus in solénibus diebus,putà in Natiuitate Domini , Epiphania, Paschate,& Pentecoste,debeat interesse diuinis in ecclesia sua cathedrali,vt est tex.in c.si quis in clero , vij. q. j. aliàs punitur,vt ibi:Tamen si Papa secum dispensauit,vt posset habere plures episcopatus,censetur etiam dispensatum in consecutiuis,vt scilicet ad id,quod dictum est,nõ cogatur, vt est gl.singularis ĩ d.c.si q̃s in clero.sup verbo,solénibus: dummodò tamen in aliquo eorum resideat, vt ibi dicit Archidia Hinc etiam est,quòd si Papa dispenset,vt quis possit habere & licitè retinere duo beneficia curata,licet nihil dicatur in dispensatione de residentia , per talem tamen dispensationem videtur consecutiuè dispensatum, vt non teneatur in vtroque residere,sed residẽdo in alterò vel vicissim in ambobus satisfaciet:ita dicit gloss. singularis in c. nõ potest.§.illud,super verbo,retinere, de præb.li: vj.& ibi latè de hoc per Domi.Phil.Francũ,&alios, & per Panor.in rep.cap.extirpandæ,§.qui verò,de præb. Duode
37 cimò fallit d.regula,quando casus †qui extenditur cõprehenditur sub expresso secundum communem vsum loquẽ di,licet non ex propria significatione vocabuli. Ita notab. dicit Io.de Imol.in repetitiõe d.§.de viro, & sequitur Philip. Francus in d.cap. j.in xiiij.fallentia, per id quod legitur & notatur in l.librorum. §. quod tamen Cassius.ff.de lega.iij.& in l.cùm de lanionis.§ asinã. ff.de fũdo instruct. & in l.Labeo.ff.de supel.leg.& in dict.l. non dubiùm, & in dicta lege omnes populi , maximè per Barto. & per Paulũ de Cast.in l.scire leges.ff. de legi.Faciunt etiam ad hoc, ea quæ satis amplè dixi supra in loco ab opinione vulgi.
38 Decimotertiò fallit d.regula, † quando per eandem legẽ vel aliam declaratur,aliquid:gratia exempli fuisse dictum: Exempla eñ non restringunt regulam siue dispositionem, l.j.§.quod vulgò.ff.de vi,& vi armata,& l.damni infecti stipulato pertinet.ff. de dam. infecto:& bene facit quod not. in l.j. ff. vti possidetis, & in cap.j. ne cleri. vel monachi. Ita notabiliter vult Ioan. de Imo.in repetitione dict. § de viro.sequitur Philip.Francus in d.ca.j.in xij.fallentia Pro quo vltra prædicta bene facit id,quod notat gloss. singu-

laris in clemen.j.super verbo præsidentes, in fi.de rescrip. commendata ibidem per Ant.de Butrio, Card.& Ioan.de Imo.quæ sing.vult,quòd dictum in vno etiam in cõstitutione pœnali nõ videtur in alio negatum:quando ratione frequentioris vsus id quod est dictũ,fuit expressum: non autem vt notaretur aliud diuersum in expresso ad tacitũ.

39 Decimoquartò fallit d.regula,quando agitur de extẽsiõe passiua,quę fit vi regulæ iuris antiqui, quæ semper est licita,secundum omnes:vt patet ex præmissis,quod est valde vtile, quia ex hoc sequitur, quòd lex noua correctoria recipit omnes limitationes,& declarationes,quas habet & recipit lex antiqua. De quo plura possunt dari exempla, vt videre licet per Barto.in repe. d. l.omnes populi, loco supra commemorato:& per Ang.qui eum in hoc simpliciter sequitur in §.ius autem ciuile,Instit.de iure natu.gen. & ciuili,in versicu.quartò casu principali in materia interpretationis extensiuæ: & per Sal. in repet. d. l.ij.item per Bart.in d.l.j.§.lex Falcidia,& per eundem in d.l.ij.ff.de leg. j quæ deberent meritò sufficere:Sed vltra hæc,quia materia est quotidiana, cape plura alia notabilia & quotidiana exempla Et primũ sit,olim in primitiua ecclesia ordo subdiaconatus non erat sacer,hodie autem est sacer:vndè euenit & sequitur, quòd omnia iura loquentia de ordine sacro, presbyteratu scilicet & diaconatu,tam in voto castitatis,in electione ad episcopatum, quàm in seruis ad ordines sacros ordinatis in seruitutem reuocandis vel non, & in aliis,veniunt extendenda ad ordinem subdiaconatus:& perinde censeri debet, ac si de illo specificè loquerentur. tex.est expressus in cap.à multis, de ætate & quali. ordi.& in c miramur,de seruis non ordinan.cum vtrobique notatis,quos tex.ad hoc ponderat Anto.de Butrio in repetitione dict.cap fina.Aliud exemplum notabile habes in c.contra Christianos,iuncta gloss.fin.de hæret.lib.vj.vbi canon contr. christianum transferentem se ad ritum Iudaicum, procedi vult vt cõtra hæreticum,quod glo. illic intelligit nedùm de pœna personali,sed etiam de pœna confiscationis bonorum,prout statutum est in hæreticis, c. cũ secundum,de hereti.eod.lib.quasi dicat, iura antiqua loquentia de hæreticis, debere habere locum in isto qui per legem nouam habetur pro hæretico: ad hoc notat illum tex.gl.

Anto.

Anto.de Butrio loco prædicto. Tertium notabile exemplum habetur per Iacob.Butriga.in l.placet,C.de sac.eccl. quem refert & sequitur Anto. de Butrio in loco supra cõmemorato,& est tale.Indictio hodie extraordinario munere facta,est munus ordinarium, l. j.C. de indictio.lib.x. Vnde omnes leges loquẽtes de ordinario munere,ad hoc munus sunt extendendæ:quare consequenter sequitur, ꝙ ecclesia quæ non excusatur à munere ordinario, licet excusetur à munere extraordinario,d.l.placet,non excusabitur etiam hodie ab indictione.Et singulariter concludunt Iac.Butriga.& Ant.de Butrio in locis præalle. Ita plura alia notabilia & quotidiana exempla habes in cle.vnica,iũcta glo.in verbo,amittendis,in verbo, promouẽdis,in verbo sacerdotiũ,& in verbo,ætate,de offic.vicarij: vbi inter alia singulariter habetur, quòd pœna extrauagantis execrabilis in §.qui verò,de præb.quæ loquitur in rectoribus ecclesiarum parochialium, locum habet etiam in vicariis perpetuis ecclesiarum parochialium, ad quod illam gloss. notat Ant.de Butrio loco præalleg.& Lanf.in rep. dictæ l. si verò.§.de viro,in v.conclusione interpretationis extensiuæ,licet malè alleget,de æta.& quali.ordi. Debuit enim allegare de offic.vicarij:quod est perpetuò mẽti tenendũ.

40 Illud autem pro certo,& indubitatò teneas, ꝙ † ex identitate vel paritate rationis non licet extendere legem correctoriam:& multò minus ex similitudine rationis, licet Fulgosius voluerit contrarium per l.non fine, C.de bonis quæ liber.sed illa lex hoc non probat, & communis & vera opinio est in contrarium,vt dicit Iason in d.Auth.quas actiones.Paulus tamen de Cast.in consilio xxxix.incip. in causa capturæ.in antiquis,admittit extensionem in correctoriis ex identitate rationis,licet non ex similitudine rationis, & idem vult ipse Paul. de Cast. in dicto consi.ccc-xxxviij.incip.præsens casus &c.vbi vide.Et tantum de primo casu principali,qui fuit de extensione fienda in correctoriis,qui est articulus valde singularis,subtilis, vtilis, &

41 quotidianus. Secundo casu principali,quando agitur † de extensione fienda in exorbitantibus, prima facie videtur, quòd non est licita extensio,regula, quæ à iure, de regul. iur.lib. vj. & dicta l.si verò. §. de viro, vbi prouisio legis contra ius commune non extenditur vltra illud quod ex-

primitur in ea: licet eadem sit ratio, & probatur in l.j.ff. de constitut. princip. & in §. planè, Institu. de iure natu. gent. & ciui. & in l.iij. in fine, C. de legib. & in cap. sanè, de priuil. cum similibus. In contrarium autem videtur tex. cum glo. in d.l. si constante, in princip. & tex. pulcher in cap. cum dilecta, & ibi Panormita. cum ad hoc ponderat & valde cōmendat, de confirma. vtili vel inuti. vndè pro concordia
42 dictorum iurium cōclusiuè dicas ꝙ in casibus, in quibus dixi supra in primo casu principali fieri posse extēsionem in correctoriis, multò fortius fieri poterit extēsio in exorbitantibus: hoc est in fallentiis regularum seu in legibus declaratiuis seu distinctiuis: cum magis sit prohibita extensio in correctoriis, quàm in aliquo alio casu: vt patet ex iis, quæ habentur & notantur in d. Auth. quas actiones. &
43 in d. l. præcipimus, cum aliis iuribus supra in primo casu principali allega. In aliis verò casibus conclude, ꝙ aut agitur de extensione fienda ex maioritate rationis, aut de extensione fienda ex identitate rationis. Primo casu aut maioritas rationis surgit ex vi d. regulę, cui licet, & hæc in effectu est extensio passiua, quæ secundum omnes est permissa: vt dixi supra in primo casu principali: & pro hoc in proposito est tex. cum sua notabili glo. in l.ij. C. de patribus qui filios distraxer. quæ vult, quòd sicut pater potest vendere filium suum quem habet in potestate propter necessitatem famis, & sic facere de libero seruum: ita etiam potest eum obligare. pro quo etiam facit tex. notabilis cū ibi notatis per Bar. in d.l. nec in ea. §. ius occidendi, & notata per Cy. in d.l.j. ad finem, C. quæ sit longa consuetudo: vbi habetur, quòd si statutum permittit impunè occidi bānitum, poterit etiam impunè vulnerari: licet statutum hoc non dicat: cum plus sit occidere, quàm vulnerare, d. regula, cui licet. pro cuius tamē regulæ limitatione & declaratione vide quod dixi supra in primo casu principali. Si autem maioritas rationis surgit ex alio, quàm ex vi d. regulæ, cui licet, tunc non videtur permissa extensio. Vndè si statutum pro homicidio imponat pœnam pecuniariam, propterea non erit dicendum, quòd idem erit in alio crimine minori, pro quo lex imponit pœnam corporalem, licet maior ratio videatur attenuandi pœnam in minori delicto. Ita nota. dicit Cy. in d.l.j. circa finem, & sequitur Ioā.

de

de Imo.in repe.d.§.de viro, & dixi supra in primo casu principali. Secundo casu, quando quæritur, an fiat exten-
44 sio † ex identitate rationis, subdistingue: nam aut agitur de extensione fienda inter easdem personas ad alium casum similem, aut agitur de extensione fienda ad alias personas. Primo casu potest fieri extensio, si dispositio in se est fauorabilis ex humanitate inducta: tex. est notabilis cũ sua glo. in l. vnica, C. de his qui ante ape. tab. vbi patet, quòd, licet exorbitans sit hereditatẽ non aditam transmitti: & licet etiam specialiter ibi disponatur, ꝙ hæreditas ascendentium delata ex testamento, transmittitur ad descendentes, licet non sit adita. tamen hoc extenditur etiã ad hæreditatem ascendentium delatam ab intestato: qđ procedit etiam si promptior sit ratio in casu expresso, quàm in alio: vt patet in dic. l. vnica. nam promptior est ratio in trãsmissione successionis ex testamento quæ fit ex voluntate expressa, quàm in illa quæ fit ab intestato & ex voluntate tacita, l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & quod fortius est, istud procedit etiam si in dispositione fauorabili sit dictio taxatiua: nam illa non obstãte, adhuc extenditur ad alium casum inter easdem tamen personas, ex identitate rationis: vt est glo. sing. iuncto text. in l. fina. super verbo, voluerint, C. de reuo. do. & ibi Cy. & Salice. hoc not. & habetur per gloss. & doct. in l. illud, C. de sacr. ecc. & per Bar. in dicta l. si costante, in ix. q. j. patris princ. l. & per eundem Barto. in l. serui nomine. ff. de vsucapio. & per Pau. de Castr. in dict. l. neque leges, & per Bal in l. fin.
45 C. de interd. matr. dictio em̃ † taxatiua posita in aliqua dispositione fauorabili, videtur tantum excludere casus habentes dissimilitudinem rationis, vt notatur in dictis iuribus: secùs autem est, quando dispositio continet quid valde odiosum. tunc enim non fit extensio ad alium casum ex identitate rationis, si in ea habeatur dictio taxatiua: vt est text. iuncta sua no. glo. in d. l. ij. C. de pa. qui fil. distr. quæ vult, quòd licet pater possit filium suum vendere ob necessitatem famis, non tamen poterit filium vendere ob aliam causam: & hoc facit dictio taxatiua, prohibens extensionem, posita in d. l. ij. ibi, in hoc tantummodò casu, &c. aliàs autem fieret extensio etiam cõstitutionis odiosę ex identitate rationis, iuxta notata p

Dy. in

Dy. in d. regula, in argumentum, & per Bar. in d. l. serui nomine, & per eundem in d. l. si constante, in ix. q. j. partis principalis. & per Iac. de Beluis. & Bal. in noua lect. Alber. in d. l. fin. C. de interd. ma. qui vltra præmissa tangunt tertium membrum, videlicet, quando lex continet fauorẽ, & odium simul, & distinguũt pulchrè: vt ibi per eos, & ꝑ Philippum Francum in d. c. cõstitutionem, & per Panor. in d. c. cùm dilecta. Præmissa tamen intellige sanè, nisi extensio fiat per aliam legem, quia illa semper fieri potest, etiam si in lege vel canone de cuius interpretatione seu
46 intellectu dubitatur, esset dictio taxatiua: quia † per eã nõ censetur inducta correctio alterius legis, vt probatur in d. l. ob ęs, cum sua notabili gloss. & in l. ita nobis pudor, cũ ibi no. per glo. Cy. Ange. & doct. C. ad l. Iul. de adul. & vult Bart. in d. l. serui nomine, & in d. l. iij. §. cum Titio. & in d. l. si constante. in ix. q. primæ partis principalis, & ibi etiam Alexan. & Barto. in l. j. §. & parui. ff. q̃d vi aut clàm:
47 & dixi supra in primo casu principali, natura † enim dictionis taxatiuæ est, sic excludere penitus extranea, ꝙ cuncta pertinẽtia ad rem includat: vt est tex. sing. in cle. exiui de paradiso. §. cum autem, de verbo. signifi. Hinc est, ꝙ similia, æquipollentia, vel expressè alibi permissa, non excludit: de quo dicã latius infrà in loco à natura dictionum taxatiuarum, quò recurre. Si verò agitur de extensione fiendã ad alias personas, tũc fac regulã, & dic, quòd regulariter non debet fieri extensio, d. regula, quę à iure, cum sua singulari gloss. & d. c. non solum. & d. cap. constitutione, cum sua notabili gl. & cle. dudùm, de sepulturis, & d. l. fi. C. de interd. matri. cum vtrobique notatis per glo. & doct. & per Phil. in d. c. constitutione. Sed ista regula
48 fallit in tribus casibus. Primò, quando agitur † de extensione fienda ad aliam personã, quæ secundum latam significationem potest comprehendi sub expressa: hoc ꝓbatur in l. senatusconsulto. ff. de rit. nupt. & in l. filium habeo. ff. ad Maced. iuncta d. l. liberorum. §. sed & Papyrius, & faciunt notata per Cy. in d. l. j. circa finem, C. quæ sit lon. cons. quem sequuntur Bald. & Paul. de Cas. in d. l. maximum vitium, & idem Bal. Pau. de Cas. & Ioan. de Imo. in repetitione d. §. de viro, & Barto. in d. l. liberorum, & Domini. & Philip. Francus in d. c. j. de temp. ordi. lib. vj.

vbi

vbi per hoc decidunt illam pulchram, & quotidianam quæstionem, statutum excludit filiam à succesſione paterna extāte filio, an extendatur ad neptē vt sic illa excludatur extante filio? & concludunt, quòd sic: quia in ea est maior ratio exclusionis, & quodāmodo filia dici potest, & dixi suprà in primo casu principali. Hinc etiā est, quòd iura loquentia de militibus armatæ militiæ habent etiā locum in clerico, qui est miles cælestis militiæ, & in aduocato, qui est miles iustitiæ: vt dicit gloſſ. sing. in l. miles, in prin. & ibi Bar. ff. de re iudi. & vult Io. de Imo. in repe. d. §. de viro, & dixi latè suprà in loco à milite armatæ militiæ ad militem cælestis militiæ, quò recurre. Et eadē rōne videtur, quòd debeat fieri extenſio de vna perſona ad aliam, quæ secundum iuris interpretationem reputatur eadem cum expreſſa: vt est bonus tex. in l. libertum. §. j. ff. de ritu nuptia. hæc tamen fallentia debet sanè intelligi, dummodò ſubſit eadem ratio, vt in exemplis pręmiſſis: aliàs secus, per gloſſ. not. in d. cle. ij. in verbo, in eiſdē, quā sic intelligit Io. de Imo. in repe. d. §. de viro: illa gloſſ. tñ habet alium & veriorem intellectum, vt dixi suprà in pri-

49 mo casu principali. Itē debet intelligi dicta fallētia † niſi diſpoſitio sit valde odioſa: quia tunc non fit extenſio aliquo modo: text. est no. in arg. in l. patri. ff. ad l. Iul. de adulte. & idē si modicum generaretur præiudicium, casu quo non fiat extenſio: quia tunc etiā non debet fieri extēſio l. sed & milites. §. j. ff. de excu. tu. iuncto eo quod notat Bar. in d. l. liberorū, declarando vt declarat Io. de Imo. in repe. dict. §. de viro. Et idem quando ius perſonale, vel vt ita loquar, priuilegium contra ius commune inducitur, d. ca. sanè, cum similibus. Et ergo priuilegium militum, vt post sentētiā adhuc exceptione peremptoria se tueri poſsint, de quo in l. j, C. de iuris & facti igno. non extendetur ad militem cælestis militiæ: & ita sing. decidit Barto. in præalleg. l. j. in fi. & cōiter oēs alii ibidē, & Matheſ. in not. lxij. & dixi suprà in loco à milite armatę militiæ ad militē cælestis militiæ, in fi. quod tenę mēti. Secundò dicta regula

50 fallit † qñ sumus in fauorabilibus, quibus iura fauent ꝓpter publicā auctoritatem, vel piam causam, aut aliam similem fauorabilem causam: nā tunc poteſt fieri extēſio, vt est tex. iuncta sua notabili glo. in d. l. illud, in verbo, alia

causa,

causa,& in l.fi.iuncta sua not.glos.in verbo, captiuorum, illo eod.titu.& tex.iuncta glo.in d.l.si cõstãte,in princip. & ibi Bar.Alex.& doct.& tex.iuncta gl.in l.ij.§.quod si in patris,super verbo ,sui iuris.ff.sol.matri.& tex.iuncta gl. in d.l.miles, in princ.& in l.cætera. §. sed & si quis ,& ibi Io.de Imo.notat.ff.de lega.j.& hoc potissimum , quando non reperitur expressè regula in contrarium tradita , secundum Bar.& Io.de Imo.in l.ij.in princi.ff. de vulga. & Io.de Imo.in rep.d.§.de viro.Hinc est,quod bona est argumẽtatio à libertate ad piã causam,ita quòd dispositũ in libertate,extenditur ad piam causam: vt dicunt Barto.& Io.de Imo.in l.proximè,in fine.ff. de his q̃ in testa. delẽ.& doct. sępe alibi:Item ab alimentis ad dotem,ita quòd dispositũ in alimentis trahitur & extenditur ad causam dotis:vt dicit Bart.in l.cum de in rem verso,in princip.ff.de vsu.& in l.si certis annis.C de pactis : & de minore ad ecclesiam, adeò vt dispositum in minore, extenditur ad ecclesiam. vt est gl.notabilis in l.iij.C.quan.ex fact.tut.& bona gl.in §.item mixta,super verbo,in iudicium,Insti.de actio.& à minoribus ad furiosos , vt dicit glo. sing. in l.ij. C. de cu. furiosi:& vult Io.de Imo.in repe.d.§. de viro,De quibus omnibus & pluribus aliis dixi satis plenè,supra in loco à libertate ad piam causam:& in pluribus locis sequẽtibus: quò recurre.Hinc etiam post longam disputationẽ concludit singulariter Alexan.de Imo.in l.si ex toto,in princ.
51 ff.de lega.j.quòd ille cui † concessa est immunitas à collectis,tenetur nihilominus ad eas collectas , quæ imponuntur ratione belli superuenientis , idque ex ratione l.iubemus nullam,C.de sac.eccl. & extẽdendo eam ad casum superuenientis belli ꝓpter fauorem publicum.quia de similibus ad similia fit extensio ex identitate rationis, etiam in exorbitãtibus à regulis iuris communis, quãdo agitur de fauore publico,secundum eum: qui ad hoc allegat multa ex iuribus supra commemoratis: & optimè ad hoc facit glo.iuncta textui in l.j.C.vt nemini liceat in emptione specierum se excusare , libro x.& notata per Bal.& Paul.de Cast.in d.l.iubemus, & idem vult Dyn. ac plures alii in d.l.si ex toto, & Io.An. in addi. ad Specu. in tit.de censibus.§.nunc dicendum, circa finẽ,in additione ma.in versi.est sciendum,& Capola cauela lxiij.& Feli.in c.cau.

e.causam quæ,de rescrip.quod tenementi, quia habui in
52 facto.Tertiò fallit d.regula,quando † aliqua sunt communiter & generaliter æquiparata seu parificata à iure, vel in eadē materia saltem in genere:nam tunc statutum in vno extenditur ad aliud,glo.est not.in d.l.si quis seruo, & bona gl.in d.l.quod verò contra,& faciunt no.per gl.in d.c.si postquā.§.j. & §.fi.& prob. optimè in Auth. de non eligen.secun.nu.§.j.in versic.quia verò & §.colligētes.& vult nota.Ant.de But.ī rep.d.c.fi.de cōsu.in vj.fall. secus, si aliqua solū reperiantur parificata in certo casu & non communiter, sicut sunt ordines mendicātes, qui à iure parificantur quoad receptionem alicuius ad professionē d.c.constitutionem,& d.c.non solùm. non autem quoad d.cle.dudum:& ergo d.cle.dudum, loquens de fratribus Minoribus,& prædicatoribus,nō est extendenda ad Carmelitas vel Augustinēses.vt vult gl.in d.regula,quæ à iure,& in d.c.constitutionem,& Io.Baptista in repetitione d.l.omnes populi, in x.fallentia. Hodie tamen d.cle. dudum,est prorogata & extensa per Clementem quintum, ad Eremitas sancti Augustini,& per Io.xxij. ad Carmelitas,secundum Ioan.And.in d.c.constitutionē, in nouell. Intellige tamen hanc fallentiam sanè,quando vtrobique est eadem ratio, aliàs secùs esset:vt vult gl.notabilis in c. j.in verbo,declaramus,ne clerici vel monachi,libro vj.& gloss.in cap.præsenti,de sen.excom. eo. libro. & gloss. in cap.licet canon,super verbo, parochialis, de electio eo. lib. & vult Philip. Francus in d. cap. constitutionem, & in d.c.j.de tempo. ordinan. lib. vj. & Lanfr. post Anto. de Butrio loco prædicto in rep. dict.§.de viro,in v. conclusione interpretationis extensiuæ,vbi de hoc satis plenè:quas fallentias cum suis declarationibus tene perpetuò menti, quia seruiunt ad infinita. De qua materia si libet videre poteris latius per Ioan. de Imol. in repetitione d.§.de viro, in x.& xj. colum.& per Ludouic. Roman.in d.repe.Authentic.similiter, & per Mathe in d.suo libel. extensio.& per Alexand.de Imol.in l.centurio, post principiū.ff.de vulgar. Nec præmissis obstat si dicatur, firma & vera est theorica quę habet, quòd
53 † exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, l.nam quod liquidæ.§.fina.ff. de penu.leg.& l. quæsitum.§.

tũ.§.deniq́ue,in fine.ff.de fun. inst. cum simi. Ergo extra casus exceptos standum est regulæ,& per consequens nõ debet fieri extensio fallentiarum regulæ ex identitate rationis:quia dico,quòd dicta theorica,exceptio firmat regulam in casibus non exceptis,procedit, nisi casus nõ excepti sint similes exceptis.& est pulcher tex. in d.c. cũ dilecta,& ibi hoc notat Panormi. & dixi satis amplè supra in loco ab exceptione ad regulam & faciunt notata per Ioan.And.in d.c.si postquàm,in nouella, & quod dicam statim infra in tertio casu principali & infra in loco à spe
54 ciali.Illud autem nolo te ignorare,quòd quãdo† in lege, vel canone pluries exprimitur & repetitur idem verbũ, tunc de mẽte legis vel canonis exorbitantis vel pœnalis est,quòd non fiat extensio legis ad alium casum,quàm ad nominatum in lege:licet materia de sui natura esset ꝓportionabilis aliis, quia repetitio facit, ꝙ hoc censeatur seriosè sic expressum:de hoc est glo.singularis in clemen. j.super verbo,diœcesanis,de iu.pat. quam refert & sequitur Domini.in c.duobus, super glo.in verbo primò præsentauerit,de rescr.lib.vj.per hoc dicit se cõsuluisse cõtra dominos de Rota in vna ardua,& quotidiana q.;& cũ eo transit ibi Philip.Francus,& vide quod dicã infrà in loco à vi geminationis:& tantùm de secũdo casu principali,q̃ fuit de extensione fienda in exorbitantibus, qui est articulus plucher,subtilis,vtilis,& quotidianus. Tertio casu principali,quando quæritur de extensione fienda in pœnalibus,licet prima facie videatur extẽsionem nõ fiendã per regulam in pœnis.& regulam,odia. de reg. iur. lib.vj. cum aliis iuribus infra alleg in cõtrarium tamen videtur tex.in c.j.§.sed quia natura,in titu.quæ fuit pri.cau.bene. amit.in vsib.feud:& pro hoc alleg.glo.sing.in d. c.j.super verbo,Italiæ,circa principium,de tempor.ordin.lib.vj. ¶
55 videtur velle,quòd quando† eadem est ratio & penitus omnimoda similitudò, tunc licita est extensio in pœnalibus,nec dicitur tunc propriè extensio. vel ampliatio, sed potius inclusio propter identitatem rationis: vt dicit illa glo.singularis quæ nulli non est in ore.Vndè pro cõcordia multorum iurium & glos. quæ videntur contrariari,dicas conclusiuè, excludendo primò casus minùs dubitabiles, iuxta doctrinam Ioan.Andr. super data vj.

lib.&

libri,& in regula,cùm sunt partium,& in regula, in malis, & in regu.quæ contra ius fiunt,de reg.iur.li.vj. in Mercu. ꝙ in omnibus casibus in quibus dixi suprà fieri extensionem in correctorijs,etiam licita est extẽsio in pœnalibus: cum magis strictè sit procedendum in correctorijs,quã in pœnalibus,vel exorbitãtibus, vt supra dixi. In alijs autem distingue,quòd aut agitur de pœna euitanda, aut de pœna
56 ex extensione incurrenda. Primo † casu fieri potest extensio,saltem vt iam factum excusetur à pœna: licet ante factum tutius fuisset abstinere,per id quod no.sing. Io.And. in d.cap.nihil,super glo.licet fines:& faciunt not. per eundem,in c.significauit,super j.glo.de Iudæis,& no.per eundem,in c. statutum,super prima glo.de elect.lib.vj.in nou. & no.per glo.in clem.j.super verbo,presbyteri,de priui.sæpe enim ante factum aliquid consuluimus, contrarium cuius post factum tenemus,secundum Ioan.And.Panorm. & doct.in d.cap.nihil,& Ioan.And.in reg.cùm quid prohibetur,de reg.iur.li.vj.in Mercu. & eadem ratione dicendum est,ꝙ licita est extensio ad euitandum pœnam,quãdo illud ad quod fit extensio surrogatur loco illius de quo loquitur dispositio. Et hinc est,quòd cle.ij.de rescri.loquens de officiali episcopi,& permittens,quòd ei possit delegari cã à sede apostolica,locũ etiam habet in officiali capituli,sede vacante,& ad eum extenditur:quia,sede vacante, capitulum subrogatur loco episcopi,ca.cum olim,de maior.& obed. Ita notabi.dicit glo.singularis,in d.clem.ij.super verbo,episcopi,quam sequitur ibi Card.& doct.& Domin.& Philip.Fran.in d.cap.j.& Io.Bap.in d.repe.l.omnes populi,& Anto.de But.in repe.d.c.fina.in xj.fallentia,& Lanfrancus,in repe.d.§.de viro,in xj.conclusione interpretationis extensiuæ:quod commenda memoriæ,quia per hanc extẽsionem euitatur nullitas processus, inducta per cap.statutum,in principio iuncto fine, de rescriptis, libro sexto.
57 Secundo casu † quando agitur de pœna incurrenda ex extensione,tunc subdistingue: quia aut verba sunt ambigua & dubia, & possunt se habere ad casum de quo quæritur, & etiam ad alium propter diuersam punctuationem vel similem causam: aut sunt certa & clara. Primo casu ex identitate rationis fit extensio ita & taliter, ꝙ lex vel canon intelligitur generaliter in vtroque casu:

G tex.

tex.est no.cum sua singulari gl.in d.c.j. in verbo, clericum, & ibi hoc expressè vult Domi.hoc tamen intellige esse verum, si sit eadem ratio, & non subsit caussa restringēdi, aliàs secus: arg.c.si compromissarius, in §.restringitur, de elect. lib.vj.iuncto, d.c.cum in cunctis. Verba enim dispositionis pœnalis non debent ita largè sumi, sicut possent secūdum latam significationem verborum: sed debent restringi ex quo subest aliqua ratio seu æquitas restringendi, vt probatur in dictis iuribus simul iunctis, & vult singu Io.An.in d. regu.odia, in Mercu quem refert, & sequitur Panor.in d.c. cum in cunctis, in §.clerici sanè, & docto.alijs sæpæ locis. Circa quod volo te scire, quòd quando lex potest dupliciter punctuari, & vno modo punctuata decidit casum dubium, alio autem modo punctuata non decidit casum dubium, semper est ita punctuanda, vt decidat casum dubiū:

58 †quia lex semper debet esse de casu dubitabili, l.quod Labeo ff.de carbo. edicto, l.j.ff.ad munic.& c.cùm in iure peritus, & ibi Panorm.notat, de elect. Ita notab.dicit Io.Bap. in d.repe.l.omnes populi, & Roma.singu.cccccccxlviij.incip.dicit statutum, & idem Ludo.in consi.ccccccix. & est de mente glo.in d.cap.primo in verbo clericum, si bene ponderetur, quam Ludo.loco supradicto reputat singu. Secun

59 do casu, quando †verba sunt certa, & clara, tunc aut quæritur an fiat extensio ex maioritate rationis, aut ex identitate. Primo casu aut maioritas rationis surgit ex vi dictæ regulæ, cui licet, & tunc fieri potest extensio: quia illa est extensio passiua quæ fit per aliam legem, & semper est licita, vt dixi in alijs duobus principalibus casibus, ergo hic non repeto: Aut maioritas rationis surgit aliunde, & tunc dic, vt dicā in casu sequenti, quando agitur de extensione facienda in pœnalibus ex identitate rationis: quo casu cōclude, quod aut dispositio est pœnalis solum respectu nullitatis act⁹ & non poterit fieri extensio vt pœna locum habeat, licet bene fiat extensio vt dispositio locum habeat: Ita sing.dicit Ioan.And.in capitu.dispendia, de rescrip.lib.vj.in nouella: vbi dicit, illum textū qui loquitur in actionibus personalibus, non procedere in actionibus realibus, quatenus agitur de pœna nullitatis actus: & hoc dictum reputat singulare in materia extensionis, Panormitan.in dicto cap.fina. de rescrip.quod commenda memoriæ, quia ex hoc habes, quòd

quòd dispositio pœnalis ex identitate rationis bene extẽditur respectu statuti, hoc est, vt obseruetur ipsum statutũ seu dispositio in casu ad quem facta est extensio: sed non quoad pœnam, hoc est, si de facto dispositio non est obseruata, nõ incurritur pœna: & hoc expressè etiam vult Io. de Imo. in repetitione. d. §. de viro, in xiij. colum. & est ipsa veritas: licet aliud voluerit Philip. Franc. & meo iudicio non bene, in dict. cap. j. in xxj. fallentia. Et ratio istius est, quia negari non potest, quin cõstitutio tunc sit exorbitans quatenus ipso iure annullat actum, vbi aliàs regulariter non annullatur: & ergo nil mirum, si non fiat extensio quo ad pœnam nullitatis actus, per ea quæ dixi supra in materia extensionis fiendæ in exorbitantibus. Istud tamen limito

60 primò singulariter verũ, †nisi verba constitutionis pœnalis ex lata significatione trahi possent ad casum, in quo cõcurrit paritas rationis: nam tunc fit extensio constitutionis pœnalis, etiam quoad pœnam nullitatis actus: gl. est de hoc singula in c. fina. super verbo electione, circa finem, de elect. lib. vj. quæ extendit illum textum pœnalem loquentem de electione, ad præsentationẽ: nam sub lata significatione electionis, continetur etiam præsentatio, cum præsentans satis dicatur eligere eum, quem præsentat, c. querelam, de electione: & vult notabiliter Anto. de Butrio, in repetitione, d. cap. fina. in prima fallentia, & sic debent concordari illa duo dicta Io. An. quæ prima facie videntur cõ-

61 traria. Secundo †istud limito non procedere, quando constitutio est emanata in fauorem animæ, quia tunc censetur fauorabilis, & est extendenda: Ita singulariter dicit Io. An. in c. ex tenore, & ibi Panor. & Præpo. qui filij sunt legitimi. & Bal. & docto. in d. constitutione sacramenta puberũ, & Am. de But. in repe. d. c. fi. in j. fal. & Fel. in d. c. translato, circa finem, & Io Bap. in repe. d. l. omnes populi, in viij. fal. & Domi. in d. c. pro humani, in ver. sacri, circa prin. & ibi et Phil. Fran. & doctor. sæpe alibi: vt dixi suprà in primo casu principali. Et per hoc semel dixi in quæstione de facto occurrente, quòd c. ordinarij. §. in conferendis, de offi. ord. li. vj. quod est pœnale annullans cõllationem beneficij curati, dignitatis, aut personatus, factam habenti plura similia beneficia curata, dignitates, aut personatus nõ visa dispẽsatione: et si talis cui fit collatio, sufficientem dispensationẽ

habeat,quod tñ in dubio nō præsumitur,vt ibi est tex. singularis,extendi debet ad collationem factam de canonicatu & præbenda,illi qui in eadem ecclesia in qua erat præbēda habebat decanatum & plebaniam,quorum vtrunque habebat curam animarum annexam:quia licet dict. c.ordinarij.§.in conferendis.sit pœnale annullans actum;tamen quia emanauit in fauorem animarum,c.dudum,ij.cum ibi notatis,de electio.debet extendi per prædicta.Per hoc etiā dixi in alia,q.de facto occurrente,quòd d,c.ordinarij.§.in conferendis,quod loquitur in collatoribus,debet etiam habere locum in eligentibus ad dignitatem eum,qui plura beneficia curata obtinebat,non visa dispensatione,quæ in dubio non præsumitur;vt ibi,& hoc,quia d.constitutio concernit fauorem animarum,licet sit pœnalis annullans actum.Item per hoc etiam semel dixi,in q.tunc occurrente,ꝙ c.de multa,de præben.licet sit pœnale,non loquatur de episcopatibus,sed de beneficijs curatis & dignitatibus inferioribus,locum etiam habet in pluribus episcopatib⁹; ita ꝙ per adeptionem secundi episcopatus,cum effectu vacet primus.& ita reperio velle Pano.in c.bonæ,j.de postu la.prӕla.& est de mente glo.& docto.in d.c.de multa;licet in modo vacandi sit differentia,vt ibi habetur,& in d.c. cũ in cunctis.§.cum verò.Licet enim episcopatus non sit dignitas,sed dignitatum culmen,& ergo in eo videatur requiri specialis nota,vt vult gl.sing.in c.ij,de præben.lib.vj. Identitas tamen vel maioritas rationis,concurrente fauore animæ,inducit hanc extēsionem,maximè cum hoc fiat in correctorijs;vt patet ex his quæ dixi suprà in primo casu principali, quod est nota dignum & memoriæ commendandum.Circa istud tamen volo te scire,quòd pœna
61 †nullitatis actus non est propriè pœna,cum non sit diminutio patrimonij vel iuris iam quæsiti:Ita notabiliter dicit Io.An.in dicto c.fi.de elect.lib.vj.in nouella,super d.glo.fi. in verbo,electione.& idem Io And.in dicta regula,odia,in Mercuria,& hoc etiam sentit glo.sing.in c.ij,super verbo, dispendijs,de constitu.de quo vide satis latè per Fel.in c.in nomine,circa princip.de testi.Et hinc est,quòd iura dicentia constitutionem pœnalem non ligare probabiliter ignorantes,d.c.ij.cum similibus, procedũt in pœna extrinseca; secus in pœna nullitatis actus.Ita notabiliter dicit Pau.de

Leazaris in procemio Clement. in verbo, deceterò, & est gloss.singular.in clem.ij.in verbo ex nunc,in fine,de hæreticis.In contrarium tamen,quòd scilicet annullatio actus sit pœna,est gloss.singu.in c. decet, super verbo,processus, de immuni.eccle.lib.vj.sed d.duas glossas concorda,prout eas concordant Card.Anto.de Buttio,Ioan. de Imo.& Panor.in d.cap.ij.& Barto.in d.l.non dubium,ad quos remisisse sufficiat.Aut igitur de alia pœna,& tūc subdistingue, aut est pœna non mera,sicut est pœna expēsarum,quæ est pœna respectu soluentis,non autem respectu recipientis: aut est mera pœna etiam respectu recipientis. Primo casu potest fieri extensio ex identitate rationis.pro hoc adduco glo.notabilem,in d.clem.j.super verbo,præsidentes,cir ca finem,& vult Philip.Francus,in d.c.j.in xxj.fallentia,& Io.de Imo.in repe.d.§.de viro,quòd maximè procedit secundum eum,quando casus expressus ideò fuit expressus, quia sic communiter contingebat,vt patet ex glo.præall. quæ vulgò allegatur pro singulari ad hoc,quòd quādo lex vel canon loquitur in aliquo casu ratione frequentioris vsus,quia scilicet magis frequenter solitum est ita fieri:tūc per hoc lex vel canon negat, quin idem sit in alio casu omisso,habente eandem rationem:& ita eam ponderant ibi Anto.de but.Card.& Io.de Imo. Censetur enim tunc talis casus expressus gratia exempli secundum Car.& alios ibidem:& hanc theoricam firmat etiam Ias.in auth. ex testamento,in viij.colum.C.de collatio.vbi allegat alias glosas

63 iuris ciuilis,ad quem recurre.Secundo casu,quando † agitur de mera pœna,vt quia est pœna etiam respectu recipiētis,tunc fac regulam,quòd constitutio pœnalis non extenditur ad alium casum,etiam si sit eadem ratio & omnimoda similitudo,nec etiam ex maioritate rationis,quādo maioritas rationis non surgit ex vi dictę regulę, cui licet:per ea quæ no.Cy.in d.l.j.circa fin.C.quæ sit lon.consue.& per ea quæ notat Io.And.in d.regula, odia, maximè in prima ratione primæ partis,iuncta solutione quæstionis.& bene facit tex.in d.regula,in pœnis,& in d.regula,odia, & in l.si præses,& in l.interpretatione.ff.de pœnis,& de pœnit.dist. j.§.pœnæ,& l.cum quidam.ff. de libe.& posthu.& quod notat gloss.in dicto §. item mixta,& quod habetur,in d.c.statutum,de electio.lib.vj.& in d.c.j.ne cleri. vel monac.eod.

lib.in clem.j.de rebus eccle.non alie.bñ facit etiã d.l.fi.C.de interdicto matrimonio,& vulgata gl.in d.c.j.in verbo, Italiæ,licet illa glo.consueuit per aliquos allegari in oppositum,vt tetigi supra in principio istius tertij casus principalis:sed reuera d.glo.ibi finaliter decidit oppositũ ,& ita etiam sentit ibi Io.And.seipsum declarans in nouuella, & hanc regulam firmant ibi Domini.Phi.Fran.& alij,& Io.de Imo.in repe.d.§.de viro,in xiiij.col.Hæc regula tamen fallit in pluribus casibus.Primò em̃ fallit, quando extẽsio nõ fit ad alias personas,sed ad alium casum omnino similem, & in quo est eadem ratio vel maior, inter easdem tamen personas,gl.est de hoc singularis in cle.ij.in verbo,lineum, de vi.& ho.cle.quam ad hoc ponderat Ioan.de Imo.in rep. d.§.de viro.pro qua glo.etiã facit,quia aliàs si teneremus oppositum eius,quod ibi dicit gl.sequeretur absurdum, videlicet ꝙ clericus portãs infulam sericã minus puniretur, q̃ portãs lineam, quod videtur absurdũ:ideò non mirum si fiat extensio,argu d.l.scire oportet. §. aliud, cũ hoc fiat in correctoriis:vt dixi suprà in primo casu principali.Et notanter dixi supra,fieri extensionem in pœnalibus inter easdem personas ad casum omnino similem, nã secus est si casus nõ est omnino similis,q̃a tũc nõ fit extẽsio saltẽ ex idẽtitate rationis,per ea quæ notãt Io.And.in d.reg. odia, in Mer.vbi disputando tenet,ꝙ pœna d.c.eum in cunctis,q̃d loquitur in eligentibus episcopum illiteratũ vel criminosum,nõ debet extendi ad eligentes bigamũ, licet in eo videatur eadẽ ratio vel maior,vt ipse tangit in prima ratione primæ partis,quod est singulare & memoriæ cõmẽdãdũ: & firmat Io.de Imo.in repetitione d.§.de viro,& docto.sæ-
64 pe alibi.Nec præmissis†obstat, illud quod habetur in d.§. sed quia natura,vbi tex.videtur velle, ꝙ indistinctè fienda est extensio ex idẽtitate vel maioritate rationis in consuetudinibus vel statutis pœnalibus,quem tex.Bal.ibi dicit esse meliorẽ de iure,quia ad hoc respondet Ioã.de Imo.loco prædicto notabiliter tribus modis.Primò,ꝙ ille text. non plus probat,q̃ quòd fiat extẽsio in pœnalibus ad casum omnino similem,inter easdem tamen personas,quod nõ repugnat fallentiæ supradictæ : & sic etiã posset intelligi q̃d dixit gl.arguendo in d.c.j.in verbo,Italiæ.Secundò, ꝙ ille tex.debet intelligi prout loquitur in materia quodãmodo

extensibili, propter pluralitem casuum in quibus eadē pœna imponitur, quasi tūc mēs iuris sit, qđ alij casus ideo nō exprimuntur, quia de facili enumerari non possunt, arg. d. l. non possunt, non aūt quia velit diuersum esse in aliis casibus nō expressis: nā multi casus ibi exprimuntur, in quibus eadem pœna locū habet: & ita apertè sentit ibi Prępo. dum dicit, ꝙ materia priuationis feudi propter delictum vasalli est arbitraria, dūmodo arbitriū iudicis versetur ad similes causas vel maiores exhæredationis, reuocationis, donationis, vel diuortij: & idem clarè sentit ipse Præpositus in ca. si capitanei, in principio, in ti. quib. modis feud. amittatur, in vsibus feudorū. Tertiò dicit posse responderi, quòd ibi nō agitur de mera pœna: quia ibi agitur de amissione feudi, & deciditur quòd debet reuerti ad dominum directum qui recipit suū, & sic non est mera pœna quoad eū: & proprerea nō est mirum, si facilius ibi fiat extēsio ex idētitate vel maioritate rationis, q̄ vbi agitur de mera pœna, vt loquitur d. regula: quas solutiōes tene mēti ꝓ intellectu d. §. sed quia natura. qui valde videtur obstare primà facie, sed in veritate non obstat, vt patet ex præmissis. Se-
65 cundò d. regula fallit, qñ aliàs, nisi fieret ✝ extensio, dispositio posset de facili reddi illusoria: de hoc est text. iuncta sua notabili gl. in d. c. quanquā, in fine, quæ illud quod ibi dicitur in tex. de testamento manifestorū vsurariorū, extendit ad codicillos, & donatiōes causa mortis: nā aliàs de facili posset illudi dispositio dicti c. quanquam, non faciēdo testamentum, sed codicillos vel donationē causa mortis: & ita vult Feli. in d. cap. translato, circa finē: pro hoc etiam faciunt notata per Paul. de Leaza. in dict. cle. j. de sepulturis, vbi illud quod est ibi dispositū de sepelientibus manifestos vsurarios in cimiteriis, extendit ad sepelientes in ecclesiis: quia eadem est ratio & maior. nam ibi non fit extensio ad alias personas, sed inter easdem ad casum valde similem: ad quem si non fieret extensio; resultaret absurdum, quia minus puniretur peccans in ecclesia, quàm in cimiterio: & de facili posset dispositio reddi illusoria, sepeliendo vsurarios non in cimiteriis, sed in ecclesia: ideo nil mirum, si ibi fiat extensio: pro quo optimè facit d. c. si ciuitas. Imò plus vult gl. in d. cle. j. super verbo, sepelire: in fin. quòd etiam facienda est extensio, constitutionis

pœnalis ad alias personas:quando aliàs, nisi fieret extensio,dispositio posset de facili reddi illusoria:quod est singulariter notandum,quicquid dicat ibi Card.

66 Tertiò fallit d.regula,† quando agitur de extẽsione facta in cõmuniter æquiparatis à iure in materia de qua agitur,per ea quæ habentur & notantur in d.c.si postquàm,§.j & §.fi.& maximè per Ioã.And.in nouella,vbi notabiliter dicit,ꝙ obiectio quæ fieri potest de c.ad audientiã, de decimis:volente ꝙ attendi debent verba dispositionis, quia si legislator idem voluisset in casu non expresso,quod voluit in expresso, bene expressisset &c.locum habet in his, quæ non sunt expressa,nec pro expresſis habita, id est, in dissimilibus,& in quibus non est penitus eadem ratio: & pro hac fallentia faciunt notata per glo.Bal.Ange.& doct. in d.l.si quis seruo,& in d. l. quod verò contra:& istud expresſè vult glo.not.in d.c.de multa,in verbo,ecclesia,& ibi Pan.Io. de Imo.& Philip.Fran.in d.c.j.in ij.limitatione,& Ant. de Butrio in rep.d.c.fi.de consuet.in vj.fallẽtia,& Io. Bap.in rep.d.l.omnes populi,in x.fall.Quartò fallit d.regula,si fiat extensio in his quæ possunt sub lata significatiõe cõprehẽdi,vel ex iuris interpretatione,argumen.d.l.senatusconsul. & d. l.liberum.§.j.iuncta l.penul.C. de interdi. mat.hoc tamen intellige,vt supra dixi, nisi subsit ratio restringendi.itẽ nisi pœna esset valde odiosa,quia tunc non fieret extensio d.l.patri,& vult Io.de Imo.in repetitione d. §.de viro,in xvj.col.Quintò fallit d.regula,nisi noua constitutio pœnalis sit interpretans vel declarans,nã tunc extenditur ad extremũ sub lege interpretata cõprehẽsum. Et ergo si lex noua interpretans antiquã loquatur solũ in vno casu,extenditur tamẽ ad omnes casus sub lege interpretata inclusos.Ita notabiliter dicit Io.And.in d. c. dispẽdia, super verbo,quæstiones,in nou. & est gl.valde notabilis ĩ cle.statutum.super verbo,consuetudinem,de elect.& glos. in cap.quæ contra,super verbo,facta,de elect. lib. vj. & est tex.nota.in Aut.de filiis ante dotalia instrumen.natis,circa finem,& ibi Bart.hoc notat, & Bald.in Authentica habita. C.ne filius ꝓ patre.& volunt Domini.& Philip.Fran. in d. cap.j.& Anton.de Butrio in repetitione d. cap. fi. in xiiij. fallentia:& Ioan.Baptista in repetitione d.l.omnes populi. in xviij.fallentia:& Lanfrancus in repetitione d. §. de viro,in

ro,in xiij.cōclusione interpretationis extensiuæ.Circa q̄d volo te incidenter scire quinque pulchra quotidie in praxi occurrentia. Primum est,† quòd si in fine alicuius legis,canonis,vel statuti pœnalis , fiat aliqua additio : tunc pœna apposita in princip.videtur repetita in tali adiectione:ex quo enim adiicitur,videtur pars illius statuti. Vt puta cum dicitur in fine alicuius legis vel canonis,adiicientes &c. vel huic insuper adiiciamus sanctioni,vel hæc verba,idē iudiciū esse volumus &c.gl. est de hoc notabilis in d.c.de multa,super verbo,ecclesia,& ibi eā sequitur Pano. & communiter docto.& idem vult Card.& reputat singu. no.in d.cle.statutum,in iij.oppositione:& ita teneas quicquid dicat glo.in d.cle.in verbo sanctioni,quæ communiter reprobatur:de hoc articulo tamen vide latius per Antonium Corsetum in singulari suo xx.Secundum est,quod constitutio antiqui iuris declaratoria non habet locū, nisi in casibus in quibus locum habet ius antiquum: de hoc est glo.notabilis in c.si cui,& ibi hoc firmant Domini.& Philippus Francus,de elect.lib.vj.Tertiū est, quòd vbi lex vel statutum emanat ad supplendum aliam legem vel statutū non habet locum, nisi in casibus in quibus loquitur statutum suppletum, sicut dicimus de lege interpretante & interpretata.Ita subtiliter notat Domini.in cap.vt circa, ex glo.super verbo,appellari,de elect.lib. vj. Quartum est, ꝙ vbi lex veniens ad interpretationem alterius legis extendit ipsam dispositionem vel legem, per hoc tamen nō videtur extendere pœnam legis interpretatæ, nisi id exprimat:gloss.est notabilis in l.fina.ff.de in ius vocan.quā ad hoc not.Anto.de Butrio in repetitione d.cap.fina.de consuetud.Quintum est,quòd vbi lex imponit pœnam super certo facto prohibito, & postea ab illa prohibitione excipit vnum casum sub certa limitatione, pœna apposita super facto, extenditur etiam ad casum exceptum si forma seu limitatio non seruatur, gloss. est de hoc singularis in cap.vnico, super verbo,necessario, & ibi eam commendant Dominic.& Philip. Francus, de postula. præla. lib. vj.Sextò fallit dict.regula, quando † constitutio pœnalis contineret fauorem ecclesiarum, quia tunc debet largo modo interpretari, & extendi ad alium casum ex identitate rationis. Ita dicit gloss.notabilis in d.c.sciant cuncti,

67 (margin, beside "xi occurrentia") — 68 (margin, beside "vj.Sextò")

super verbo alios, & ibi hoc firmant Dominic. & Philip. Frācus, & idem Domin. & Philip. Francus in d.c.j. & Ang. multum singulariter in d. §. item mixta: imò plus singulariter vult gl. in d.c. sciant cuncti, videlicet quod quando constitutio pro parte est fauorabilis, & pro parte odiosa, tunc attenditur id super quo principaliter intendit prouidere, & ex hoc iudicatur fauorabilis vel odiosa, & si id super quo intendit principaliter prouidere est fauorabile, constitutio extenditur: quod reputant ibi Domin. & Philip. Francus valde nota. & idem vult glo. notabi. in l. ij. C. de in ius vocan. & ibi de hoc habetur pulchrè per Iasonem & doct. & est de mente Bart. & aliorum in d. auth. sacramēta. & de mente eiusdem Barto. in l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. & in l. qui exceptionem. ff. de cond. indebiti: & habetur pulchrè per Pet. de Anchar. in d. repetitio. c. canonū statuta, in xiiij. q. principali: ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Septimò fallit d. regula, quando constitutio emanauit in fauorem animæ: & quia de hoc satis plenè dixi supra in primo casu principali, & etiam in isto tertio casu principali, idcirco hic non repeto. Vnum tamen adiiciendum decreui, quod quia vbicunque agitur de obseruatione iuramenti, cōstitutio est fauorabilis & extendenda: quia censetur emanata in fauorem animæ, vt supra dixi, sequitur quod etiam fidem promissam violans priuari potest beneficio, sicut periurus, glo. est de hoc notabilis in c. fin. ne prælati vices suas. Aequè enim puniuntur transgressores fidei & iuraméti: vt dicit gl. in c. cōstitutus, de transact. sunt

69 enim æquipollētia † fidei præstatio & iuramentū, vt dicit gl. notabilis in c. ij. de spōsali. & probatur in c. ad aures, quod met. causa, & in c. j. de sepult. li. vj. cum similibus: & ita post longam disputationem firmat Panor. in cap. querelam, de iureiu. & ibi per hanc rationem & quandam aliam, de qua faciam mentionem infra, hoc sequitur Aeneas de Falco. in additionibus ad Panor. quod nota, quia est quotidianū, & habui de facto. De hoc tamen articulo vide latius per Corsetum in repetitione rubricæ, de iureiurando, in vij. quæst. & per Alex. in l. si quis maior, in fine, C. de transact. Octauò fallit dict. regula, quando in statuto vel constitutione pœnali est apposita clausula, vt procedatur de similibus ad similia. Ita notabiliter vult Bald. in l. iij. quam

legit cum l.ij.C.de legibus,& idem Bal. in d.l. omnes populi,& Io.Bapti.hoc referens dicit illud esse notabilissimum & memoria dignum. hoc etiam vult Philip. Francus in d.c.j.in xx.fallentia,pro quo allego tex.in d.§.sed quia natura:vbi meo iudicio de hoc est casus,vt supra memini. Nonò fallit d.regula in habentibus se vt præambula ad certũ actũ,vt sunt electio,postulatio,præsentatio,& collatio:quæ oĩa tendunt ad finem prouidendi ecclesiæ vacanti:nam tunc ex identitate rationis dispositum in vno extenditur ad alterum,gl.est de hoc singularis in c.j.in fine, de postula. prælato. & ibi eam multum exclamat Panor.

70 ponens hanc regulam,† quòd vbicunque extrema sic se habent , quòd de vno peruenitur ad reliquum vel ad eundem finem , tunc etiam in materia pœnali & restringibili fit extensio , itaquòd dispositum in vno habet locum in reliquo:& idem volunt Domi. & Philip.Francus in d.capitu.j.& Anton.de Butr. in repetione d. capi. fi. in viij.fallẽtia,& Io.Bapt.in repetitio. d.l. omnes populi, in xiiij.fallentia.Hoc tamen est limitandum verum,quando verba cõstitutionis pœnalis id paterẽtur,aliàs secus: per gl.singularẽ in cle.vnica,super verbo,contrahere,de consanguini.& affin.quæ vult,quòd licet prohibito matrimonio,censeantur prohibita spõsalia,l. oratio.ff.de spõsalib. Attamen pœna imposita contrahenti scienter matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito, de qua ibi, non extenditur ad contrahentem scienter spõsalia in gradu prohibito:& idem tenet ibi Cardinal.& alii doct.& Panor.in d.capitul.j.de post. prẹlat. Decimò fallit d.regula,quando constitutio pœnalis loquitur certo casu in plurali:nam extenditur vt etiã locũ habeat in singulari: Et ergo si per statutum puniatur producens falsos testes , tale statutum etiam locum habebit in producente vnum falsum testem:ita notabiliter dicit Bar. in l. iij. §. negotia.ff.de neg. gest & volunt Domini.& Philip.Fran. in d. c.j.& Io. Baptista in repetitione d. l.omnes populi.in xiiij.fallent.& Anto.de But.in repet.d.c.fi.in ix.fallentia: circa quod vide quod dicã infra in loco à vi numeri. Vndecimo fallit d.regula,quãdo fieret extẽsio ad casum sine quo dispositio nõ sortiretur effectũ.ita dicit notabiliter Bart.in d. non dubium., & idem Bart. in repetitione d.l.

omnes

omnes populi,& ibi Ioã. Baptista & Dominicus & Philip. Francus in d.c.j.& Anto.de Butrio in repetitione d. c.fi.in x.fallentia:& Lanfr.in d.rep.§.de viro, in x.cõclusione interpretationis extensiuæ. pro quo optimè facit l. ij. ff. de iurisdict.omnium iud.& l.si stipulatus fuero per te non fie
71 ri.ff.de verbo.obli. Duodecimò fallit d.regula, quãdo † lex pœnalis emanauit in fauorem Reipublicæ:nam tunc põt extendi ex identitate rationis, etiam ad aliam personam: Et ergo cum ad fauorem Reipublicæ pertineat maleficia puniri,vt pacata sit prouincia.l.congruit. ff. de offi. præsidis,& tuta inter improbos innocentia,d.c.erit autem lex, pœna statuti punientis commitentem maleficium,punietur etiam fieri faciens seu mandans. Ita singulariter dicit Bar.in l.quemadmodum, C.de agricolis & censitis, lib.xj. & idem Bar.in l.ij.§.exercitus.ff.de his qui notantur infamia,& idem Bar.in d.l.si constante, in ix.q. primæ partis principalis,& idem Bar.in l.si quis in graui.§. vtrum.ff. ad Sylleia.& exclamat Roma.in consi.cv.incip.in Christi,&c. viso themate,&c.& gloriatur de hoc Pau.de Cast.in consi. suo xxiij.incip.viso puncto,in ij.col.in antiquis : & idem Pau.de Cast.in l.bona fides,vbi pulchrè loquitur ff.deposi. ti:& Lanfrancus in repe.d. §.de viro,in xxj. conclusiõe interpretationis extensiuæ ; & Iason in d.l.non dubium :& Domini.in d.capitul.pro humani, versicu.sacri, post principium:& Feli.in d.c.translato, circa finem:& habetur pulchrè de hoc per Bal.in repetitione d.l.omnes populi,& latè per Panor.in c.mulieres, de senten.excõmu.& per Ant. Corsetum in singulari suo centesimo:& latissimè per Sali. in l.non ideo minus,C.de accusatio.& ibi etiã aliquid per Cy.& exquisitè per Alciatum paradoxorum libro v.ca. ix.
72 Decimotertiò fallit d.regula,quando † dispositio pœnalis disponit super certo actu:nã si talis actus iteratur pluries, & eadem ratio subsit in actibus iteratis,extenditur constitutio ad actus iteratos in alia persona, glo.est de hoc notabilis iuncto tex.in c.si electio,super verbo,aliam,in principio,de elect.li.vj.iuncto c.ne pro defectu,eod.tit.in antiquis:& volunt Domini.& Philip. Francus in d.cap. j.& Anto.de Butrio in rep. d.cap. fin.in ix.fallentia. Decimoquartò fallit d.regula in casibus conuersis,si sunt paris rationis.Vnde si lex vel canon loquitur de vltramõtano ꝓpter

pter longitudinem itineris.curia existente in Italia,habebit etiam locum in Italico citramontano,curia existente vltra montes,quando eadem subest ratio: Ita notabiliter volũt; Guil.& Garsias in c.auaritię,de elec.lib.vj.& Host. & Panor .in d.c.nihil , de quo tñ vide ibi latiùs per alios, & per gl.& Dominicũ in d.c. j.in verbo,Italiæ, per Anto. de Bur.in repe.d.ca.fi.in xv.fallentia.& ꝑ hac fallẽtia adduco bonam gloss.in cap.vt commissi,in verbo,procedendi,de hær.li.vj,Decimoquintò fallit d.regula,vbicunque extensio t fiper aliam legem,quia illa fieri potest etiam si in lege esset dictio taxatiua,vt ꝓbatur in d.l.ob ęs,iuncta gloss.& in d.l.ita nobis pudor,cum ibi notatis per gloss. Cyn.& docto.& faciunt not. per Barto. in d. l. si constante, in vij.& ix.quæstio.primę partis principalis , & notata per eundem in d.l.serui nomine ,& in d.l.j.§.j. ff.quod vi aut clàm,& vult Ioan.de Imo.in repe.d.§.de viro, & doct. sæpe alibi. Decimosextò fallit d. regula in correlatiuis:
73 nam lex † pœnalis loquens in vno ex correlatiuis, extẽditur ad reliquum:Ita notabiliter vult Bald.in d.l.fi.C. de indicta viduita. & in præll.l. final. ff. de acceptilatio. & Lanfrancus in repe.d.§.de viro, in iij.conclusione interpretationis extensiuæ,& dixi supra in primo casu principali:& in loco à correlatiuis,quare hic non repeto. Quibus adde,quòd lex quantumcunque pœnalis,& per cõsequẽs odiosa & restringenda , loquens in marito,in his q̃ abeo transeũt ad vxorẽ extẽditur ad vxorẽ.tex.est not.in l.j.& ibi Bal.& Pau.de Castr.notãt, C,de in ius voc.vbi habetur, ꝙ libert' faciẽs in ius vocari vxorẽ patroni,nõ impetrata venia agendi,incidit in pœnam 50.aureorũ sicut si ipsum patronum in ius non petita venia vocasset.Extra
74 autem dictos casus stat regula † quòd in mere pœnalibus vbi pœna imponitur ipso iure,non est fienda extẽsio ex identitate rationis:& multò minus, si non sit eadẽ ratio,vt in d.l.fi.C.de interd.matr.secundum verum intellectum, quem ibi tetigit Iac.de Belu. quod tene menti. Quid autem iuris sit, si pœna non sit imposita ipso iure per legem,sed veniat imponenda per sententiam iudicis: quia non est materia nostra,vide per Io.de Imo.in repetitione d.§.de viro,vbi reperies de hoc per eum satis plenè post alios per eum relatos: cui adde notata per gloss. singularem,

singularem. Pe. de Anchar. Domini. & Philip. Fran. & *Io.* And. in nou. in d. c. si compromissarius. §. fi. & no. per Io. An. in regula, nemo potest ad impossibile, de regu. iur. lib. vj. in Merc. & not. per glo. & doct. in l. hodie. ff. de pœnis, & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his quino. infa. & in l. & si seuerior, C. ex q. cau. infa. irro. & notata per Pan. Feli. & can. in c. ex literis, de consti. Illud autem nolo te
75 ignorare, quòd vbi † pœna imponitur ipso iure propter aliquod delictum commissum, nedum fit stricta interpretatio in pœnalibus, vt scilicet pœnæ locum non habeant in casibus non expressis: sed etiam fit stricta interpretatio, ne tam latè sumantur verba, quàm sumi posset significatio verborũ, quando subest aliqua ratio vel æquitas restringendi, d. c. si cõpromissarius. §. restringitur, & dixi supra. Et quod fortius est, vbi pœna imponitur ipso iure propter delictum commissum, nunquam est locus illi pœnæ nisi delictum illud sit consummatum, quãtumcunque fuerit inchoatum, licet posset extraordinariè puniri, quia delictũ inchoauit: hoc probatur in d. c. cũ in cunctis. §. clerici sanè, iuncto c. perpetuè, eo. tit. libr. vj. & vult singulariter Io. An. in d. regula, in pœnis, in Mercurialibus, quẽ refert & sequitur Panor. in d. §. clerici sanè, & Ludo. Roman. in consi. ccccxxvij. incip. in proposito casu: & faciunt not. per omnes in l. is, qui cum telo, C. ad leg. Cor. de sica. quod est memoriæ commendandum. Et tantum de tertio casu principali, qui fuit de extensione fienda in pœnalibus, qui est articulus pulcher, subtilis, vtilis, & quo
76 tidianus. Quarto casu principali, q̃ñ agitur † de extẽsione fienda in nõ correctoriis, nec exorbitantib. nec pœnalib. concludo quòd licita est extensio ex identitate rationis. per d. l. non possunt, cum l. seq. & l. iura non in singulas, cũ ibi notatis per gl. & doct. ff. de legib. & per id quod habetur in d. c. translato, & in d. c. ij. de transla. episc. Vbicunque enim est eadem ratio, ibi debet esse idem ius & eadem iuris dispositio, l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & l. à Titio. ff. de verborum obligatio. cũ similibus: & multò fortiùs fit extensio hoc casu, quando ratio est expressa in lege, & est amplior seu generalior dicto seu disposito, iuribus supra in principio huius loci allegatis. Sed circa istud cadit pluchrum & subtile dubium. Quid si sit dubiũ, an re-

77 an recurri † debeat ad simile legis, an verò ad simile cõsuetudinis, vt quia occurrit casus non determinatus à lege, nec à cõsuetudine, sed reperitur simile legis, & etiã simile consuetudinis: ad quod istorum erit recurrendum? In quo articulo pulchro, subtili, & quotidiano licet multa reperiantur scripta per gl. & doct. in d.l. de quibus, & in d.c. fi. de consuetu. vbi hæc materia tractatur: tamen communiter concluditur, quòd si casus occurrens est de materia consuetudinis, recurrendum est ad simile consuetudinis: si verò casus occurrens est de materia legis, recurrendum est ad simile legis: si autem materia est indiffe rẽs, recurrẽdũ est ad illud simile quod est rõnabile: si autẽ vtrumque est rationabile, recurrendũ est ad simile legis. Exemplum primi, lex dicit monachos succedere parentib. l. deo nobis, C. de episc. & cle. cũ simi. in feudo autẽ secus est per consuetudinẽ feudorum, vt in c. qui clericus, si de feudo fuerit controuer. in vsibus feudorum: nõ habemus autem legẽ neque cõsuetudinẽ expressam de canonico regulari vt vocant, & quæstio occurrens est, an ille canonicus regularis succedat patri in feudo? & dicendũ est quòd non, quia consuetudo quæ excludit monachum à successione feudi, habet optimam rationẽ: qa seruire nõ põt domino directo, & æquè militat in regulari canonico: ergo secundũ simile consuetudinis iudicabitur, ex quo iste casus occurrens de quo quæritur, est de materia consuetudinis, puta successionis in feudo. De hoc tamen, an monachus vel monasterium ex persona ipsius succedere possit in feudo, necne, & quando succedere potest, & qñ non, vide per legistas in l. quisquis, C. de episc. & cle. & per so. An. Pano. Feli. & can. in c. in præsentia, de prob. & per Hosti. in sua aurea summa in tit. de imm. eccle. §. in quantũ, in vers. sed nec illa, & per Iaco. in libe. feudorum in illis verbis, & quibuscunque hæredibus: & plenissimè per Præpo. in ti. qui feudum dare possunt, in §. & quia vidimus. vbi hunc articulũ pulchrum & quotidianũ latissimè & profundissimè examinant. Exemplũ secundi, lex dicit, vt prædixi, monachos succedere parentibus, consuetudo autem contarium disponit in feudis: de canonico autem regulari non habemus legem, neque cõsuetudinẽ expressam: & quæstio nunc occurrens est, an canonicus

regularis succedat patri in bonis non feudalibus sed allodialibus? & dicendũ est quòd sic, nam ex quo sumus in materia iuris scripti, puta successionis in bonis non feudalibus, iudicandum erit secundum simile legis, & sic similitudo canonici regularis ad monachum trahitur ad ius scriptum in bonis allodialibus, vt in illis nõ succedat, & ad ius cõsuetudinariũ ĩ feudalib. vt in illis nõ succedat. Item cape aliud exemplũ, si in venditione sit deceptio vltra dimidium iusti pretii, ad petitionem venditoris sic decepti, rescinditur contractus, vel cogitur emptor supplere iustum pretium, vulgata l. ij. C. de resc. ven. & c. cùm dilecti, & c. cum causam, de emptio. & venditi. & hoc ius habet in se magnam ęquitatem: Pone modò, consuetudinem contrarium disponere, quando vasallus vendit feudum domino, vt scilicet propter deceptionem vltra dimidium iusti pretii non fiat rescissio contractus vel suppletio iusti pretii, hoc etiam habet æquitatẽ: quia dominus dedit vasallo gratiosè feudum, vnde videtur contra fieri gratia domino per vasallum, propter obligationem naturalem, quia tenebatur ad antidota, l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus, ff. mandati, & l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hæ. Pone modò, aliquem locasse domum suam, & in locatione vltra dimidium iusti pretii fuisse deceptum, quomodo iudicabitur hoc casu? an secũdum simile legis, an secundum simile consuetudinis? & certè si ille locauit domino rem feudalem, iudicabitur secundum simile consuetudinis: si verò locauit aliam rẽ allodialem, iudicabitur secundum simile iuris scripti: ex quo primo casu sumus in materia cõsuetudinis, & secũdo casu in materia iuris scripti. Item cape aliud exemplum quotidianum, nos habemus legem scriptam disponentẽ, quòd incrementum alluuionis accrescit vsufructuario. l. l. itẽ si fundi. §. huic vicinus tractatus est. ff. de vsufructu. Item habemus ius consuetudinarium feudorum, disponens quòd id, quod accrescit per alluuionem feudi, non accrescit vasallo, secundum distinctionẽ quam ponit tex. in cap. j. §. si quis de manso. & seq. & ibi pulchrè per Aluaro. & alios, si de inuestitura feudi controuersia fuerit. Occurrit nunc casus, qui non est decisus, de emphyteuta ꝑpetuo: & quęritur, an incrementum alluuionis sibi acquiratur,

quiratur,& sic an attendimus simile legis scriptæ de vsufructuario,an simile iuris cõsuetudinarij de vasallo:& certè quia sumus in materia iuris scripti,attendendum erit simile iuris scripti:& sic dicemus,ꝙ incrementum alluuionis accrescit emphyteutæ sicut vsufructuario. Ita vult gl. singularis,in d.l.de quibus,& ibi Bar.in repetitione:& post eum Ang.& Ias.ibidem,& Anto.de Butrio , in repetitione d.c.fin.de consuetu.& Sali.in l.j.C.de iure emphyteu.& Io. Bapt.de sancto Seuerino,in repet.ca.j. de feudi cogniti.& est communis opinio in praxi seruanda. quod memori teneas mente,quia est quotidianum.Exemplum tertij,in vẽditione fit rescissio cõtractus vel suppletio iusti precij ob deceptionem vltra dimidiũ iusti precij,& hoc habet æquitatem,vt suprà dixi:Sed pone consuetudinem in loco contrarium disponentẽ: Item pone ibi quendam locasse domum suam alteri & fuisse deceptum vltra dimidium iusti precij,isto casu quomodo iudicabitur?& certè iudicabitur secundum simile legis,cum lex sit fundata super ęquitate, & consuetudo sit contra æquitatem:vndè non est trahẽda extra suos terminos,d.l.quod verò contra,illud autem certum est,quòd vbi † non est consuetudo cõtraria ,statutum in venditione trahitur ad locationem,vt volunt doctor.in d.l.ij.& Ioan.And.& alij,in d cap.cum dilecti,& est glo. singularis,in l.si ea pactione,in fine,C.de vsur.Imò quod plus est,d.l.ij.C.de rescind.vendit.habet locum in omnibus cõtractibus bonæ fidei.vt est tex.iuncta glo.in l.iij.C.comm. vtriusque iud.& ibi hoc expressè volunt Barto.Bald.& docto.& Iason,in d.l.de quibus,quod commenda memoriæ, quia seruit ad multa.Exemplum quarti , in venditione fit rescissio contractus suppletio iusti precij ob deceptionẽ vltra dimidium iusti precij,& habet summam æquitatem, vt sæpius supra dixi:modo pone,ꝙ consuetudo in loco habet,ꝙ propter minus iustum precium , etiamsi interuenit deceptio vltra dimidium iusti precij,non fiat rescissio contractus venditionis,nec compellatur emptor ad supplendum iustum pretium,quando venditio facta est per maiorẽ xxx.annis,quia hoc casu consuetudo nõ attendit deceptionem:deinde pone,quòd in loco consuetudinis quidam xxxj.anno.locauit domũ suam alteri,& deceptus fuit vltra dimidium iusti prtij,isto casu qũo iudicabitur?& certè iu-

78 (margin, beside "tum est,quòd vbi † non est consuetudo")

dicabitur secundum simile legis, & habebit locum remedium d.l.ij.licet vtrũque simile in suo casu sit rationabile. & ratio istius est,quia si consuetudo est contra legem, restringenda est,& ratio legis amplianda,d.l.quod verò contra.si verò consuetudo est pręter legem,adhuc recipiendũ est id,quod est magis extensibile:est enim similitudo idem quod extensio,d.l.non possunt,& c.inter cæteras,de rescri. sed lex venit ex consensu expresso, consuetudo autem ex tacito,d.l.de quibus.expressum autem extẽsibilius est quã tacitum,vt est tex.pulcher,in l.pen.ff.in quibus cau.pig.ta. contra.& in l.precibus,C.de impub.& no.per gl.Pan.& docto.in c.quod à te,de cleri.coniug.& in auth.ingressi,C.de sac.eccl.& habetur per Pau.de Cast.in cõsi.xxvij.in antiq. incip.in Christi nomine amen,super appellatione &c.ergo potius recipiendum & amplectendum est simile legis,quia consuetudo solum illud sustulit,quod sibi vsurpauit: nam hæc est vera regula in consuetudinibus & præscriptionib.
79 †tantum pręscriptum vel vsurpatum,quantum possessum & vsitatum,& non plus,c.dilecto,de officio archi.cap.cum olim,de præscriptio.& l j.§.Iulianus.j.ff.de iti.actuque priua.& ibi hoc no.gl.in verbo,quoadusque,quam Bar.ibi, in §.si quis hoc interdicto,dicit semper no.& per eam decidit plures notabiles q.sed consuetudo non vsurpauit sibi simile legis,ergo illud manet vt pri⁹:sicut ergo correctio prioris legis facta per legem posteriorem non extenditur regulariter,vt dixi satis plenè suprà in primo casu principali,in materia extensionis fiendæ in correctorijs: ita etiã nõ debet extendi correctio quam facit consuetudo,sed debet restringi ad casum suum.Ita notabiliter volunt Bar.Angel.& Ias.in d.l.de quibus,& Io.And.& Ant.de But.in repe.d.c.fi. de consue.& doct.sæpe alibi:quod tene menti, & vide qđ dicam infrà in loco à contrario sensu, in iiij. q. Et de hac
80 † materia interpretationis extensiuæ pulchra, subtili,& quotidiana,si placet videre poteris latiùs per Bar. & Alex. in dicta.l.si constante,in vij.& ix.q.primæ partis principa. & per Barto.in repetitione dictæ l.omnes populi, in vj.q. principa.& ibi latè per Ioan.Baptistam,in repetitione, per Cyn.Barto.Bald.& doctor.in dicta l.non dubium.per Bartol.in l.j.§.nunciatio.ff.de noui operis nunciati.& per Bartol.in l.prætor.§.est differentia.ff.vi bono. rapto. per Cyn.
Bald.

Bald.& doctor.in dicta l.j.C quæ sit long.consuetudo,per Iacobum de Bel.Bald.& Albericum,in d.l.fina.C.de interdicto matrimonio,& per Bald.in l.j.C. de interdictis, per Dyn.in dicta regula,in argumentum,de regulis iuris,libr. vj.& per gloss.Dominicum Philippum Francum,& docto. in dicto capitu.primo,de tempo.ordi.libro vj.pulchrè per Mathe.libello extensionum.& magistraliter per Ioan. de Imo.in repetitione dict.l.si verò.§.de viro,& per eundem in dicta clemen.prima,de rescript.& in d.cle.j.de electi. & per eundem Ioan.de Imo.Domini.& Philip.Francum , in dicto cap.constitutio.& aliquid per eundem Io.de Imo.in d.l.ij.§.fina.ff.de donatio,pulchrè etiam per Roma. in repeti.dictæ authen.similiter,& aliquid per eundem in repetitione dict.l.si verò.§. de viro, licet specificè hanc materiam interpretationis extensiuæ non attingat,per glo.Bar. Bald.Pau.de Cast.Iasonem,& docto.in dicta authent.quas actiones,pulchrè per Salice.in repetitione.d.l.ij.C. de noxalibus actio.per Fel.in d.c.translato, per Panor.in d.c.nihil,in d.c.de multa,in d.c.translato,in d.c.fin.de rescri.& in d.c.ad audientiam,de decimis,per Io.An.in d.regula,odia, in d.regula,in pœnis,& in regula,pro possessore,de reg.iu. li.vj.in Merc. & in d.c.nihil,& in d.c.dispendia,in nouel.& per eundem in addi.ad Spe.in ti.de actio.& petitio.in §.penul.in addi.quæ incipit,Auctor,per Alb. de Rosate,in prima parte statutorum.q.ix.per Bal.& alios,in d.l.de quibus, & exactissimè per Anto.de Butr.in repet.dicti c.fi.de consuetu.& pulchrè per Lanfrancum,in repet.d.§.de viro, in materia interpretationis extensiuæ:& latissimè per Pet.de Ancha.in singulari sua repetitione d.c.canonum statuta,in iiij.& xiiij.q.principali,per Bald.in d.l.ij.C.de patr. qui fi. distra.& in dicta l quod verò contra,& in d.l.non possunt, & in dicta l.ita nobis pudor.per Paulum de Cast.in d.l.neque leges,& per eundem in consil.cccxxxviij.inci.præsens casus,& in consi.xxiij.incip.viso puncto &c.in antiquis,& per Oldra.in consi.clxxxix.incip. factum tale est , de consuetudine ecclesiæ &c.& per eundem in consilio clxxxv. incipiente,thema tale est,Titius canonicus &c.& per Ange.de Areti.in d.§ ius autem ciuile, quorum vigiliæ non erant tacendæ. In quibus locis perspicuè videbis lector, quā subtilis,profunda,vtilis,& periculosa sit hæc materia

interpretationis extensiuæ,& quàm variè glo.& doct. senserint in ea.

¶LOCVS A CESSATIONE Rationis.

1 *Argumentum à cessatione rationis forte, & vtile.*
2 *Cessante ratione legis, cessat lex, vel dispositio.*
3 *Correcta ratione legis, censetur correcta lex.*
4 *Regula, cessante causa cessat effectus, limitatur tripliciter, & numero seq.*
5 *Causa quæ dicatur finalis, & quæ impulsiua.*

NVnc subnectemus locũ à cessatione * rationis, à quo sumptum argumentum † est forte, frequens,& vtile:tex.est not.in l.quod dictũ. ff.de pactis,& in c.eum cessante,de appel. cũ simi. Et isto argumento vtitur Bar.in l.j.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mandata est iurisdictio.& Ric.Malum.vt refert Bar.in j.cõsti.Digest.in §. hęc autem,& Io.de Plat.in l.vnica,C.de salg.hos.non præb.lib. xij.& Ro.in repe.auth.similiter,C.ad leg.Falci.& idẽ Lud. in repe.l.si verò.§.de viro,in xxxij.fallentia.ff.solu. mat.& Oldra.in consi.vj.incip.quod litera executoria,& Io.An. in regula,non debet aliquis,& in regula,non est in mora,& in regula,non est sine culpa,& super data,de reg.iur.libr.vj.in Mercu.& Sali.in l.iij.C.de iniurijs.& Pet.de Anch.in cõsil. xj.& Io.Cal.in consi.xxj.& Mathe.in no.clvij.& Pan.in dispu.inci.stante statuto,& doct.sæpe alibi.Et formatur vno modo,sic,Cessante ratione legis † cessat lex vel dispositio, d.l.ꝙ dictum,& l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.pat. Et istud proce

ADDI. * Cessatione. Vide in hunc locum Andre. Tiraquellum, in tract. cessante caussa &c. in verbo, legis.

procedit generaliter, siue hoc contingat ex eo, quod ratio legis cessat in casu de quo est quæstio, nã vtiq; tunc cessat dispositio, d.l.j.§.huius rei, d.l.quod dictum, & d.l.adigere. §.quamuis, & l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij. cum si. siue hoc proueniat ex eo, quod ratio legis est correcta, nã
3 correcta † rõne legis, censetur etiam correcta ipsa lex: vt est tex.cũ gl.in l.j.in prin.in verb.prouidentia, & ibi Bar.& doc.no.ff.de leg.tut.& tex.in auth.ingressi, in fi.iũcta, l.generali, C.de sac.eccl.& ibi habetur pulchrè de hoc per Sali.& per Io.de Imo.in l.ij.§.fi.ff.de do.& per eundem Io. de Imo.in repe.d.l.si verò, §.de viro, vbi reputat d.glo.sing. & per Bal.in l.j.ff.solu.mat.& ibi Alex.etiam reputat d.gloss. pro singulari: de quo dixi satis amplè supra loco proximo, in primo casu principali, vbi recurre. Secundò argumentũ ex hoc loco potest formari aliter sic, Cessante causa cessat effectus: d.c.cùm cessante, &c.& si Christus, de iureiu.cum
4 infinitis similib. Sed istud † recipit tres notabiles limitationes. Primò, vt procedat, quando causa est finalis: secus si sit impulsiua tantùm, quia tunc cessante causa, non cessat effectus seu dispositio.l.j.§.sexum.ff.de postulan.& d.l.ij. §.fi.& habetur plenè de hoc per canonistas, maximè per Anto.de But.in c.post translationem, de renun.& per glos. & doct.in c.cupientes, in prin.super verbo, periculosis, de electio.libr.vj. Hoc tamen restringe & intellige, vt dicam infra in loco à contrario sensu. Si autem vis scire, quomo-
5 do cognoscitur, q † ratio seu causa pósita in aliqua lege seu canone, est impulsiua vel finalis, vide Bal. in l. generaliter, C.de episcõ.& cler.& Bar.in extrauaganti, ad reprimendũ, in verbo, nec ex eorum absentia, in ti.quomodo in crimine læsę maiestatis procedatur, & Præpo.in d.c.cum cessante, & Iasonem in auth.quas actiones, C.de sacrosan.eccles. qui volunt, quòd tunc ratio est impulsiua, quando decisio est generalior, quàm sit ratio: si autem econtra ratio est generalior decisione, vel ęquè generalis, tunc est finalis & nõ impulsiua, & in dubio causa præsumitur potius impulsiua, quàm finalis, d.l.ij.§.fi.& ibi hoc vult glo.& Cyn.in regula, decet, de reg.iur.lib.vj.de hoc tamen vide plenius per Bar. Io.de Imo.& legistas, in dicta l.ij.§.fina.vbi etiam Ioan.de Imo.declarat ex quibus colligitur causa seu ratio finalis legis vel canonis, quem omnino vide: hanc etiam rectè di-

cit gl.& post eã Bar.in l.si cũ exceptione.§.post annum. ff. quod metus cã,ꝗ illa dicitur bona,& necessaria ratio,qua sublata,tollitur dictũ:& qua posita,ponitur dictum : quod etiam sentit Alb.de Ros.in auth.ex cã,C.de lib.præ.& Ant. de But.in d.c.post translationem,vbi plura alia bona dicit. Secundò istud limitatur verũ,qñ vnica duntaxat est causa seu rõ finalis legis:secùs,si sint plures,quarum quælibet ꝑ se sufficit,tunc enim vna cessante non cessat dispositio,sed firma remanet.tex.est in §.affinitatis,& in §.socrum,Insti. de nuptijs, & pulcher text.in l. si nõ lex Ælia Sentia, & ibi Bal.& expressius Io.de Imo.ff.de hæ.insti.& tex.cũ gl.in l. si vẽtri.§.in bonis.ff.de priuil.cred.& vult Io.de Imo. in re pet.d.l.si verò.§.de viro,in iiij.col.& vide qđ dicã infrà in loco à cõtrario sensu.Tertiò istud limitatur verũ , qñ cessat cã seu ratio finalis,& nullæ remanent reliquiæ:aliàs secus,l.vnius §.seruus.ff.de quęstionib.l.fi.ff.de decurionib. & l.ij.& iij.ff.rerũ amotarum:& ibi notatur per Dy.& Albericum,& magistraliter per eũdem Dy.in d.regula,decet, & ibi etiam per Io.An.in mercurialibus,& per Bar.& alios in d.l.ij.§.fi.Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,& quotidiana.

¶LOCVS A LEGE CESSANTE.

1 *Erubescimus sine lege loqui.*
2 *Lex est omne quod ratione consistit: & ratio naturalis est quasi quadam lex tacita.*
3 *Virtus legum in inductione & applicatione consistit.*

OCcurrit nunc locus à lege cessante, * cuius meminit Bald. in lege,conuenticula.C.de episcop. & cleric.& idem Bald. in suo diuino, vt vocant, consilio schismatis, posito in rubrica, C.si quis aliquem

ADD. * Cessante. Cessante lege,cessat eius rõ,l. si verò.§.de viro.ff.solu.matri.Quandoque tamen,lege sublata durat eius rõ.gl.in c.nouit.de iud.in antiq.& ibi Pan.per l. eas obligationes.ff.de capi.dimi.P.Prateius.

aliquem testari prohibuerit, circa princip.& eo vtitur *Io.* An.in reg.sine culpa,de reg.iur.lib.vj.in mercu. diens hūc esse bonum modum arguendi. & quòd hic sit bonus modus arguendi,firmat glo.in extrauaganti,antiquæ concertationi, de voto & voti redemp. Et formatur hoc modo,
1 † vbi cessat lex,erubescimus loqui.§.cōsideremus,in Aut. de triente & semisse,l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri.l.si seruum.§.non dixit prætor.ff.de acqui.hære.ca. Obertus, de feudi cog.l.dissentientis,ibi,nulla præcipit iuris constitutio:& ibi Alberi.notat,C de repudiis,l.certa forma, C. de iure fisci,lib.x.c.is qui,ibi,cum id non sit expressum in iure,de senten.excommu.lib.vj.& pulcher tex.in §.cùm igitur,ibi,nec quælibet est lex tale aliquid dicens,in Auth.de non eligen.secun.nuben.mulieres,colla.j. & in c.iam nūc. xxviij.q.j.cum vtrobique notatis. Consueuit etiā ad hoc allegari l.illam, C.de collatio.sed nihil facit,quia illa ibi fuerunt verba nepotum, & sic allegatio vel narratio partis :ex quibus verbis narratiuis, non potest validè sumi argumentum,vt dicam latè infra loco proximo. Et ex isto instruuntur aduocati in modo allegandi: nam si aduersarius dicat aliquid debere fieri de iure, potest dicere aduocatus,doce,quia hoc nulla lege cauetur:nam vt dicit Bald. in ca.nihil,circa finem de electio. quod lege non cauetur, in practica nō habetur: & paria sunt,aliqua fieri sine lege, & contra legem:secundum eundem Bald.in cap.in Genesi, circa finem eod.tit.Hinc etiam gloss.in l.sed licet.ff. de offi.præsidis,arguit scholares allegantes gloss. in defectu legum:Ridiculum enim est allegare glo.vbi tex.habetur. & ibi dicit Bal. quòd mala practica nōn est seruanda. Hinc etiam dicit Archidiaconus in can. nolite timere, xj. q.iij. quòd non tenemur credere alicui etiam magno, nisi dictum suum probet per authenticam scripturam: per illum tex.vbi hoc benè probatur:pro quo etiam est tex.notabilis & memoriæ commendandus in cap. ego solis,in fine,ix.dist.Vbi autem ad vnum propositum seruiunt plures leges vulgates, sufficit allegare vnam,secundum Bart. in l.scire oportet.§. fin.ff.de excusa.tuto. & Card.in clem. sæpe,in vj.oppositione de verbo.signi.Hoc tamen volo te scire, quòd ille non loquitur sine lege, qui allegat ratio-
2 nem:†quia lex est omne quod ratione consistit:vt vult gl.

in c.consuetudo,j.dist.& gl.in c.ex eo,super verbo ratiõis, de elect.lib. vj.& vult Salice.in d.l.illã,& Panor.in c.secũdò requiris,de appella.ratio em̃ naturalis est,quasi quædã lex tacita, l. cũ ratio,in principio.ff.de bo.dam. c.ratio, de præb.& c.fi.de transa.& est bonus tex.in cle. j. de electio. per quem tex.dicunt ibi Genzelinus & Card. quòd sufficit inducere rationem,etiam nõ inducto aliquo textu,vel glossa,vel alia auctoritate alicuius doctoris:& est tex. optimus in d.l.scire oportet.§.sufficit,ibi,ex ipsa naturali iustitia:per quem tex.dicit ibi Bal.quòd sufficit allegare naturalem rationem,licet non allegetur lex, reputans hoc nota.dignum:& circa hoc multa cumulantur per Fel.in c.tua nos,de iureiuran.quæ omitto.Hinc etiam notabiliter dicunt Anto.de Butrio & Io.de Imo.in c.j. de cõst.quòd in non determinatis à iure,iudex habet sequi rationem naturalem,quæ tunc est pro lege,secundum eos. Ille ergo qui allegat rationem naturalem, vel qui legem aut canonem subtiliter inducit ad propositum, non põt dici loqui sine

3 lege:quia virtus legum consistit in inductione & applicatione,l.non solum.§.qui primipilum:& ibi illũ tex. ad hoc notat Bal.ff.de excusa.tut.& idem Bal.in l.athletas.§.ait ꝑtor.ff.de infa.& idem Bald.in rep.l.petens, C.de pactis, & Roma.singulari dcxl.Scire enim leges, non est verba earũ tenere,sed vim & potestatem.l.scire leges.ff.de legi.& hinc dicit tex.notabilis in c.Marchion,j q.j. quòd euangelium non consistit in verbis scripturarum, sed in sensu: non in superficie,sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis.Hinc etiam est,quòd licet allegare auctoritatem maiorum pro definitione & decisiõe dubij,vbi deficit lex:secundum Ang.in l.si idem,in princ.per illum tex. ff.de iu.om.iu.& est glo.vulg. in l.mulier bona, in princ.ff. de iu.do. quam tamen limita & declara vt notabiliter per Sali.in l.fi.C.de repudiis,& facit l.si pater.ff.de solutio.& l. septimo mense.ff.de sta.ho.Hinc etiam licitum est allegare dicta poëtarum,vbi iuri non contradicunt,ca. quemadmodum,& ibi Panor.notat,de iureiurando,& l.intantum. §.fin.cum l.seq. ff. de re.diuisio. & volunt docto.in l.j. ff. si cer pet. Hinc etiam loco iurium allegari possunt vulgata prouerbia, ca. & si Iudæos,& ibi Ioan.And.not.de Iudeis. c.nihil,& cap.nec tales,de consecratio.dist.v.l.solent, cir-

ca

ca finem.ff.de offi.procõ.& lega.l.si chorus.§.j.ff.de leg.iij. & d.c.quemadmodum,cum similibus.Inest eñ in his prouerbiis,magno Erasmo teste,natiua quędã & genuina vis veritatis:imò quærere rationem vel auctoritatem,vbi habemus sensum, est infirmitas seu debilitas intellectus: vt post Aristotelem & Auerroim dicit Bal.in rubr.ff.de re.diui.circa finem, & idem Bal.in l.j.C.qui acc.non poss.& idẽ Bal.in l.fi.C.de execu.rei iudica.& Ang.in consi.cclxxv.incipiente,thema super quo consilium petitur tale est, circa finem,& docto.frequenter alibi: verum quia lege firmius nihil esse potest,dãda est opera, vt legem adiutricẽ & testẽ semper habeamus,teste Cicerone in Topicis,ad finem: & illic Boëtius. Textus eñ legis aut canonis,est locupletissimus testis,vbi clarè decidit id,ad quod inducitur: imò id de quo constat,vel à contrario sensu legis vel canonis dũtaxat,apertissimè constare videtur:tex.est meo iudicio singularis in l.si quis locuples,in fin. ff. de manu.testa.quẽ sic intelligit Bar.in rep.l.omnes populi,in vj.q.princi.in vers. iuxta prædicta quæro.ff.de iusti.& iure:quod commenda memoriæ, & vide quod dicam infra loco proximo,& loco ab authoritate.

¶LOCVS A CONTRARIO sensu.

1 *Argumentum à contrario sensu procedit etiam si verba legis essent conditionalia.*

2 *Argumentum à contrario sensu venit ex mente Legis.*

3 *Argumentum à contrario sensu etiam habet locum in regulis cancellariæ apostolicæ.*

4 *Argumentum à contrario sensu quandò procedat, vel non, cum multis nu.seq.*

7 *Argumentum à contrario sensu regulariter habet locum in verbis legis, vel canonis: sed patitur nouem fallentias, cum num. seq. vsque ad nu.21.*

9 *Correctio iure non inducitur per repetitiones, subanditiones vel tacitos intellectus.*

Offert se nunc locus à cõtrario sensu legis vel canonis, à quo sumptum argumentũ est fortissimũ, frequẽs, & vtilissimũ, l.j.§.huius rei, ff.de off.eius cui mand.est iuri.l.qui testamẽto.ij.§.mulier.ff.de testa.c.cũ apostolica,in fine,de his q̃ fiũt à præ.fine cõsens. capit.& c.cũ virũ,de regularib.cũ infinitis simi.quæ enumerare magis esset labo-
1 riosum,quàm subtile. Quod procedit† etiam si verba legis vel canonis essent conditionalia,vt volunt Pe.Cy. & Bald. in l.conuenticula,C.de epis.& cler. & Bal.& Pau.de Castr. in d.l.qui testamento.§.mulier,& Alexã.de Imo.in dict. §. huius rei,per illum tex.non violando eũ,licet gl. ibi aliud sentiat,& non bene. Nec mirum,si argumentum à contrario sensu sit fortissimũ.quia dicitur mẽs legis,canonis,vel statuti:vt est gl.not.in d.l.qui testamento.§.mulier,quę dicit sensum cõtrarium pro lege accipi,ita quòd illud quod venit à contrario sensu,habetur perinde ac si esset expressum in lege,vel canone:quã gl.magnifaciunt Bal.& Pau.de Ca.in d.§.mulier,& eius meminit Bal.in d.l.conuenticula, & idem Bal.in c.canonum statuta,de const.vbi dicit d. glo. non reperiri alibi:pro quo allego tex.meo iudicio singularem,in l.si quis locuples,in fi.ff.de manu.test.vbi habetur, quòd id de quo cõstat à contrario sensu legis,vel canonis, videtur apertissimè constare.& facit glo.reputata singularis in c.humanum genus, in verbo,prohibetur, j.dist. per quã gl.iuncto tex.sing.reperio dicere Alex. de Imo. in l.apud antiquos,in apost ad Bal.C.de furtis, q͏̃ sententia lata cõtra argumentum à contrario sensu, est lata expresso iuris errore,& sic nulla:nec memini me alibi legisse.contrariũ tamẽ & melius meo iudicio in hoc articulo reperio tenere Ant.de But.& Io.de Imo.in c.trãslato,de consti.& ibi de hoc articulo,an illud quod tacitè resultat,habeatur p̱ expresso,habetur latè per Feli.ad quem remisisse sufficiat
2 cum ab omnibus habeatur. Quòd autẽ† arg.à cõtrario sensu venit ex mente legis,vult Barto.in repetitione d.l.omnes populi,ff.de iusti.& iure.& Pet.de Ancha. in consi.suo ccxiij. incip. pro isto patre instituto &c. & idem Pet.de Anch.in sua repetitione d.c.canonum statuta,in v.q. principali:& Bar.in cap.nullus, de foro compet.& doct. sæpe alibi.Et q̃a dixi istud argumentũ p̱cedere in verbis legis

& ca

3 & canonis,sequitur, quòd † etiā locum habeat in regulis cancellariæ apostolicæ. cum huiusmodi regulæ tempore Papæ qui eas condidit,faciāt ius, secundū Feli. in c.ij. de rescript.& sic idem iudicium de eis habendum est,c.inter cæteras,de rescrip.cum similibus.& ita reperio velle gl. appositam d.regulis super regula ix.Et isto argumen.à cōtrario sensu vtitur gl.in c.penul.de fideiussor.& d.c. relatum ij.in fine,de test.& glo.in l.si colonus,in pulchra q.ff. de acq. poss. & gloss. sing. in quotidiana q. in l.si is qui pro emptore. §. si quis bona fide , & ibi Bar. Ang. Pau. de Ca.& Io.de Imo.eam commendant.ff.de vsuca.& gl.in l. si quis à liberis.§.sed & si filius. ff. de lib. agno. & glo. in l.ij.C. de reb.alie. non alie. & gl. in l.multùm interest, C.de com. rer. alie.& gloss. in l. ne casu,G.de discussorib.lib.x.& gl.in §.hinc nobis,in Auth.de hęredi.& falc.& gl.in cle.ij.in verbo,episcopi,de rescrip.& gl.in cle.ꝑsenti,in verbo,non negotiandi,de censibus:& Cy.in l.q̄ rē,C. locati,& Bal.ī auth.habita,in vj.col.C.ne filius pro patre, & idem Bal.in l. binos,in pulchra q.C.de aduo.diuer. iudicum , & idē Bald. in l. si seruum, C.de neg.gest. & Ang. in Auth.vt nulli iudi.§.fi.col.ix.& Pau. de Cast.in l.ij.C.de peri.& com.rei ven. & glo.Phi. Fran.& doct. in c.licet,in princip. de priuile.li.vj.& Io. de platea in l.j.C de veteris nu.pot.li.xj.in quibus locis reperies ꝑ hoc decisas plures pulchras & quotidianas quæstiones:Eo etiam vtitur Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo succesṡionis ab intestato,circa primā speciē libellorū ad illū effectū, q̄ ex lege data filiis Israel,Numeri xxvij.filiæ, extantibus fratribus masculis,excludebātur à succesṡione paterna: Verùm quia circa hoc,qñ argu.à contrario sensu procedit,& qñ non , multæ & diuersæ tradūtur doctrinæ:recitabo principaliores,& postea pro cōcordia omnium ponā regulā & nouē fallentias cum earum declarationibus,& deinde annectā plures q.connexas necessarias,ex quibus plenisṡimè habebitur hæc materia.

4 Primò † enim aliqui dicunt, quòd argumentum à contrario sensu regulariter procedit: sed fallit,vbicunque reperitur, quòd sensus contrarius esset contra legem, vel canonem . nam tunc non habet locum argumentum à contrario sensu: Istam opinionem ponit Ioan.And.in c.publicato,de elect.Alij aūt,vt Iac.Butriga.

quem

quem refert Bart.in repe.d.l.omnes populi,& Bald. in d. l.apud antiquos,& Pe.de Anch.in repe.d.c. canonum statuta, in v.q.dicunt, quòd aut casus qui venit à contrario sensu est decisus per alias leges, & tunc per contrarium sensum non deciditur,sed tanquam omissus ab illa lege remanet sub dispositione iuris cõmunis,& venit deciden, dus per alias leges, l. si cùm dotem. in princip. ff. soluto matri.& l.si extraneus.ff.de condictio.causa da.causa non secu.aut ille casus non est decisus per alias leges, & tunc argumentum à contrario sensu est ex mente seu interpretatione legis potius quàm ex verbis,l.pecuniam.ff.si cert. per.cum similib.Alij autem,vt Pet.Cy. & Bal.in d. l. conuenticula,dicunt,quòd argumentum à contrario sensu,si sumatur vt debet,semper tenet & est necessarium:& debet sumi secũdũ eos à defectu causæ finalis. Exempli gratia,lex dicit,quòd si præses prouinciæ absentat se, potest committere causas meri imperij:Ergo si non absentat se, non potest:nam absentia est causa finalis, qua destructa vt quia præsens,destruitur & effectus.& ita loquitur d.l.j, §.huius rei. Item cape aliud exemplum. Lex dicit, quòd si patronus coegerit libertã iurare, ne nubat, perdit ius patronatus.Ratio finalis est,vt nubẽs filios habeat, & ciuitatẽ repleat liberis hominibus,qđ est vtile reipublicæ. l.j.ff.solu.mat.Pone modò,quòd patronus coegit libertã sterilem iurare ne nubat,vtrum perdat ius patronatus? & dicendum est,quòd non, à contrario sensu: cum ratio & causa finalis prohibitionis destruatur & cesset in liberta sterili:& ita loquitur l.adigere.§. quamuis. ff. de iure patro.

5 Vbi † autem argumentũ à contrario sensu non sumitur à defectu causæ finalis,non valet,secundũ eos:vt in d. l.conuenticula,vbi locus non est causa finalis prohibitionis cõuenticulæ, sed turbatio fidei vt patet ex l.ij. C. de summ.Trinita.& idem quando sumitur à defectu causæ impulsiuæ,quia etiam tunc non valet secundum eos ibidem.Alij autem,vt Bal.Angel.& Paul.de Castr. in d. l. qui testamento,§.mulier, dicunt: quòd interdum argumentum à cõtrario sensu est probabile & necessariũ:vt quãdo sumitur à contrario sensu cõditionis appositæ, vt in d.l. prima.§.huius rei: vel qñ sumitur per locum à speciali. Nam à contrario sensu sequitur quod in contrarium est

ius

ius commune, vt in dicta lege, qui testamento, §. mulier. Quandoque autem argumentum à contrario sensu est probabile, non necessarium: vt quando sumitur à contraria existentia causæ vel rationis, hoc est, à defectu causæ finalis. vt in dicta l. adigere. §. quamuis, & in l. si is q animo. ff. de acq. poss. & in l. fi. ff. de hære. instit. interdum autem nec est probabile nec necessarium, vt quando in contrariis terminis est idem iuris vel hominis statutum, vel quando resultat absurditas, vt in d. l. conuenticula, & in l. ij. C. de cond. insertis. Alii autem, vt Io. de Imo. in d. l. qui testamento. §. mulier, & in repe. l. si verò. §. de viro, in fi. ff. sol. mat. dicunt ꝙ regulariter valet argumentũ à contrario sensu, iurib. s. in princ. all e. sed fallit in tribus casi-
6 bus. Primò † quando resultaret absonus intellectus, d. l. ij. C. de cond. inser. secundum vnum intellectum. Secundò fallit, quãdo resultaret intellectus iuri cõtrarius, d. l. ij. secundũ alium intellectum. Tertiò fallit, quando resultaret intellect⁹ cõtrarius rationi alteri⁹ legis in simili casu, vt in d. l. conuenticula, iuncto c. decet, de immuni. eccle. libro vj. Relatæ sunt hactenus opiniones, & sententiæ maiorum, quæ licet veræ sint in se, nulla tamen earum est ex toto perfecta: Idcirco vt clariùs, & perfectiùs habeatur notitia huius quotidiani articuli, dico breuiter, quòd
7 regula est, † quòd argumentum à cõtrario sensu procedit in verbis legis & canonis, & est fortissimum, iurib. s. in princi. alleg. Sed ista regula patitur nouem notabiles fallentias. Primò enim non procedit, quando ex hoc resultaret prauus, absonus, vel absurdus intellectus contra rationem naturalem: tex. habes & exemplũ in d. l. ij. C. de cõdi. inser. secundũ vnũ intellectum. habes etiam tex. & exemplum in d. l. conuenticula, prout ibi in textu nõ habetur dictio, etiã: & vltra exempla dictarũ duarum legum põt poni aliud exẽplum: in regula monachorum capite xxxix. cauetur hoc mõ. Carniũ verò quadrupedũ omnino ab omnib⁹ abstineatur comestio, ꝑter omnino debiles & ęgrotos. Et hoc si quis arguat à cõtrario sensu, ꝙ monachi bipedibus licitè vesci possint, vt gallinis, phasianis, & perdicibus, malè argueret, cũ illi intellectui cõtradicat ratio naturalis, secũdũ Host. & Io. An. in c. cum ad monasteriũ,
8 de stat. monachorum. Secundò dicta † regula non procedit,

cedit, q̃n ex hoc sequeretur correctio iuris de hoc sũt plures glo. vna in c. vnico, de æta. & quali. ordi. lib. vj. alia in cap. significasti, de foro compet. & tertia in clem. j. super verbo, obseruare, de senten. excom. Sed q̃a ridiculum est allegare gl. vbi textus habetur, vt sentit glo. in l. sed licet, in fine. ff. de offic. præsid. allegó pro hoc text. in d. l. ij. C. de condi. infer. s̃m vnũ intellectum, & tex. in d. l. conuenticula, s̃m vnũ intellectum: allego etiam ad hoc textum q̃ nõ solet ad hoc allegari in c. à nobis, ij. de senten. excom. & ibi eũ originaliter ad hoc ponderat Panor. & sequitur ibidem Feli. Istud etiã ꝓbatur in l. fin. §. filii aũt familiàs, C. de bo. quæ libe. iuncta l. penul. C. q̃ testa. facer. poss. vbi ad correctionem iuris non capitur argumẽtũ à cõtrario sensu: quos text⁹ ad hoc benè & subtiliter applicat Barba. in d. c. nullus, & Ludo. Roma. in aurea repe. sua Authen. similiter, in xix. speciali piæ causæ circa vltimas volunta
9 tes, C. ad leg. Falci. & confirmatur istud tali ratione, p † repetitiones, subauditiones, vel tacitos intellectus, nõ inducitur correctio iuris: vt vult gl. singularis ab omnibus approbata in c. cupiẽtes, in §. q̃d si p viginti, super verbo, petere, de elect. libr. vj. Sed argumẽtũ à cõtrario sensu est tacitus & subauditus intellectus, vt est glo. notab. in d. l. ij. C. de condi. infer. venit eñ ex coniectura, vt est text. cum gl. in d. l. apud antiquos, & in d. c. cùm apostolica, ibi, per q̃d indirectè datur intelligi: ergo, &c. Et ista est cõmunis resolutio omnium doctorum, vt videre licet per Io. An. in d. c. publicato, per Ioan. de Imol. in d. §. de viro, & in d. §. mulier, & per oẽs in d. l. j. §. huius rei, & in d. c. cũ apostolica, & sæpe alibi. Istud tñ limitatur dupliciter: Primò, vt nõ
10 † ꝓcedat q̃n lex noua nihil operari põt in sensu directo: nã tunc licitum est arguere à contrario sensu, quãquam ex hoc resultaret correctio iuris antiqui: vt probatur in Authen. diaconissam, iuncta l. nulla, cum sua gloss. C. de episcop. & cle. quam glo. ad hoc reputat singularẽ Barbatia in d. c. nullus, vt etiam fecit Ludo. Roman. & Alex. de Imol. in d. l. si cum dotem, in principio: illam gloss. etiam ad hoc notat Felin. in dict. cap. humanum genus, & in d. capitulo, significasti, & docto. sæpe alibi. Et per hoc verificatur notabilis illa decisio Cy. Bal. Paul. de Castr. & doct. in d. l. conuenticula. quia dicunt, stãte statuto, quòd

non

nõ extantibus filiis masculis, filia fœmina succedat, sumi posse argumentum à contrario sensu, quòd, extante masculo, filia excludatur, ne statutum sit inane & superfluũ: cum in sensu directo nihil operetur, licet sumendo argumentum à contrario sensu dicti statuti, per illud statutum corrigatur ius commune, puta l. maximum vitium, C. de libe. præte. quæ vult fœminam simul cum masculo admitti ad successionem: Et hoc etiam est de mente Bal. in l. obseruare. §. proficisci, in fine, iiij. q. ff. de offi. procon. & volunt expressè Bald. Io. de Imo. Alex. & doct. in d. l. si cũ dotem, & idem Alexan. in Auth. ex testaméto, C. de colla. & Panor. in d. cap. cùm apostolica, & Paul. de Castr. in consil. cccxlvj. incip. præsens casus valde dubitabilis est, in antiquis: & faciunt notata per Nicolaum de Vbaldis in dicto tractatu suo successionis ab intestato, de quo supra commemoraui: & idem vult Pet. de Ancha. in c. susceptũ, de rescrip. libr. vj. & idem Pet. de Ancha. in dict. consil. suo ccxiij. vbi cõsulendo concludit, quòd statuto disponente, quòd mulier non habens filios, possit testari de dote sua, licitè arguitur à contrario sensu, quòd si habet filios, non possit testari de sua dote, licet hoc sit contra ius cõmune: quod ideo toleratur secundum eum, ne statutum sit inane: & idem vult Feli. in d. ca. humanum genus, & in d. cap. significasti, & docto. frequenter alibi. Secũdò istud
41 limitatur non procedere † quando ex argumento à contrario sensu non sequeretur cotrectio iuris commuis in specie, sed solùm in genere: Exempli gratia, legatus de latere potest prouidere in genere de omnibus beneficiis infra limites suæ legationis vacantibus, cap. j. de offic. lega. lib. vj. & beneficia vacatura suæ dispositioni & collationi reseruare, cap. præsenti, & seq. eod. tit. & lib. nullibi tamen in specie cauetur, quòd potest cõferre vel suæ dispositioni reseruare hospitalia. Superuenit postea cle. per literas, de præben. quæ dicit, quòd in literis apostolicis vel legati emanatis super prouisione clericorum, non includuntur hospitalia & loca similia: nisi id in literis apostolicis caueatur expressè: ex quib' vltimis verbis licitè sumitur argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris generaliter disponentis: de quo in d. cap. j. & sequẽ: hoc modo in literis apostolicis includuntur hospitalia, si

hoc

hoc in eis caueatur expressè: vt patet in d.clemen.per literas, in fine: ergo in literis legati non includuntur hospitalia, etiã si hoc in eis caueatur expressè: quia de legatis vel eorum literis quoad hoc ibi mentio non fit: & tamen iura generaliter disponunt, ꝙ legati de latere possunt omnia beneficia infra limites suæ legationis vacantia conferre, & vacatura suæ dispositioni reseruare: & sic licitè sumitur argumentum à contrario sensu ex verbis, d.cle.per literas, ad correctionem iuris in genere quid disponentis. Ita singulariter vult glo.in d.c.clem.per literas, in verbo, apostolis, & ibi Card. Io.de Imol.& docto. eam approbant. illam gloss. etiam ad hoc ponderat, & multum extollit Barbatia, in d.ca.nullus, in xj.colum. à quo id habuit Felin. in d. cap. significasti, licet de eo specificam mentionem non faciat, & istud toleratur, quia per hoc non sequitur correctio alicuius iuris in specie: per quod multũ restricta est potestas legatorum, vt etiam si velint in eorum reseruatione in fauorem alicuius expedienda includere & comprehendere hospitalia, & hoc in literis reseruationis exprimant, non possint in terminis iuris, nisi ampliorem facultatem habuerint à domino Papa, quod est æquissimum, & tempore domini Bernardini cardinalis S.crucis legati de latere ad has partes missi, scire ꝓfuit: nec posset dici, ꝙ hoc facit expressa declaratio papæ, in d.cle.per literas, quia papa in d.cle. per literas, nihil declarat quoad casum contrarium de quo loquimur: Videlicet an legatus de latere vigore suæ commissionis in terminis iuris posset prouidere de hospitalib. & similibus, licet glo.ibi singulariter decidat quòd non, approbata per omnes quod est nota dignum, quia singulare

12 & quotidianum. Tertiò dicta regula non procedit, quãdo resultaret sensus cõtrarius rationi alterius legis, in simili casu: vt patet, in d.l.conuenticula, iuncto præal.c.decet: & vult Io.de Imo.in d.§.de viro, in fi.& ĩ d.§.mulier. Quartò d.regu.non procedit, quando in lege vel canone aut alia dispositione habetur dictio implicatiua, vt est dictio, maximè, præsertim, etiam & similes. Ita notab. volunt Sali. Pau. de Cast.& doct.in d.l.conuenticula, vbi de hoc est tex. iuncta glos. prout ibi in textu habetur dictio, etiam, & volunt Anto.de Butrio, & Io.de Imo.in d.c.cum apostolica, & Alexand. Iason & doctores moderni in d.§.huius rei: & ratio

istius est, quia istæ dictiones implicatiuæ important seu designant idem esse in casu contrario : vt vult gloss. notabilis, in l. illud. ff ad legem Aqui. & sentit glo. in l. quòd si minor. §. restitutio, super verbo, in venditione, in fine. ff. de mino. & glo. in c. auditis, de elect. & glo. in c. ad abolendam, de filijs presbyterorum, & gl. in c. sacro, super verbo, laudabilis, de senten. excom. & glo. in c. per tuas j. super verbo præsertim, & ibi Pano. & Io. de Anania notant, de simo. & volunt Panor. Io. de Imo. & doctor. in cap. damnamus, de summa Trini. & probatur in l. si quis pro vxore, in princi. ff. de donat. inter virum & vxo. & in l. qui se patris, C. vnde liberi. cum ergo argumentum à contrario sensu solũ procedat, quando in casu contrario est contraria ratio, non autem quando in casu contrario est eadem vel maior ratio: imò tunc sumitur argumentum à simili, non autem à contrario sensu: vt est tex. notabilis, in d. l. si extraneus, & notatur per Bald. in d. l. apud antiquos: patet argumentum à cõtrario sensu non procedere, quando in lege vel canone habetur dictio implicatiua, de cuius implicatiuæ natura vide quod dicam latius infra in loco à natura dictionum impli-

13 catiuarum. Quintò, d. regula non † procedit in verbis narratiuis legis vel canonis, sed solum in dispositiuis: Ita volunt Io. An. Anto. de Butrio, Panorm. & cano. in d. c. publicato. & idem Io. An. in c. dilecto, de præben. & Panor. in ca. in præsentia, de probatio. & est glo. multum commendata per legistas, in l. j. C. quando non petentium partes petentibus accrescunt: Imò quod fortius est, non licet arguere ẽt directè ex verbis narratiuis legis vel canonis: vt vult gl. in d. c. auditis, in verbo, ex post facto, & glo. in ca. ij. in verbo, non teneris, de dolo & contumacia, lib. vj. & gl. in c. vnico, super verbo, collationem, post medium, de rerum permuta. eo. lib. & facit c. si papa, iuncta glo. de priuilegijs illo eo. lib. Hoc tamen limitatur singulariter, nisi papa vel legislator fundaret se super verbis narratiuis, vel decisionem suã

14 specialiter in illis constituat: tunc † enim licet ab ipsis arguere sicut à verbis dispositiuis. Ita notabiliter dicit Io. de Imo. in d. c. cum apostolica, & idem Ioan. de Imo. in c. ij. de consti. & Felin. in d. c. canonum statuta, & Anto. de Butr. in c. cum dilectus, de success. ab intestato, & Alex. de Imol. in d. §. huius rei, & Ias. in d. l. j. C. quan. non pet. par. pet. acer. &

est bo

est bonus tex.in cle.vnica,de proba.Hinc est,ꝙ ex omnib⁹ verbis clemẽtinarum licitum est arguere,quia clementinę sunt totæ decisiuæ:secus autem est in decret.in quibus sæpe ponuntur narrationes factorum:Ita not. dicit Guil. de monte Lauduno in cle.vnica,in versi.præsentatos, de excess.prǽl.& hoc dictum refert & sequitur Barba.in c.corã, in fine de offi.deleg.& Ias.in d.l.j.C.quan.nõn pet. par. pet.
15 accre.Sextò dicta†regula non procedit in verbis modalibus legis vel canonis,quando arguitur à defectu,seu cessatione modi:Ita volunt Io.And.Io.de Imo.Panor.& docto. in d.c.publicato,& Anto.de But.Io.de Imo.& doct.in d.ca. cum apostolica,& sentit Specu. in ti.de disputa.& alleg. in §.post hoc,in ver.vel nõ obstat,& Alex.& moder.in d.§.huius rei:quod est vtiq; verum,qñ modus solũ respicit fauorem eius cui adijcitur,puta legatarij vel donatarij:& ita loquitur l.Titio centum,in primo responso.ff.de conditio.& demon.& l.ij.§.fi.ff.de dona. & ratio est, quia tunc modus vt ita loquar,est impulsiuus, seu causa impulsiua, à cuius defectu non bene arguitur.vt supra dixi,& statim latius dicam:si aũt modus respiceret cõmodum alterius,quã donatarij,vel legatarij:tũc à cessatione modi licita est argumẽtatio,qñ staret per debentẽ implere modum,d.l.Titio centum,ij.respõso, vbi de hoc est casus:secùs, si staret per casum,vt est tex.singularis,in l.si Titio pecuniã,in prin.ff.de leg.j.Ita singulariter limitat Io.de Imo.in d. c cũ apostolica,quẽ referunt & sequũtur Alex.de Imo.Ias.& doct.nouissimi,in d.§.huius rei,& Feli.in d. ca.significasti.& ratio est, quia tũc modus est finalis,seu vt ita loquar,cã finalis,à cuius defectu licitè arguit̃.vt supra dixi, & dicã latiùs infrà. & idem dici põt,qñ modus solũ respicit fauorẽ donatarij, vel legatarij,sed cã est pia,vt dotis,vel similis:tũc em̃ modus censetur in dubio finalis,& sic hoc casu ẽt licita erit argumentatio à defectu modi.Ita sing.volũt Bar.Pau.de Cas. Io.de Imo.& doct.in d.l.ij.§ fi.& Lud. Rom. in d.sua aurea repe.auth.similiter,in xxxviij.spãli pię causę circa vltimas volũtates:& Bal.Pau.de Cas.Io.de Imo.in d.l.Titio centũ. per illũ tex.in ij respõso:& probatur in l.si ego,in princ.& in l.ꝓfectitia.§.si quis certũ.ff.de iure dotium:& in l.si qs pro redẽptione captiuorũ,ante finẽ,C.de don.quod est bene notandum.Aduerte ẽt,quia nedum valet argumentatio

à contrario sensu dispositionis modalis, quando modus concernit fauorem tertij, vel etiam quando concernit fauorem donatarij vel legatarij tantum, sed causa est pia, vt
16 supra dixi, sed † vltra hoc adi ectio modi facta in fauorem ecclesiæ vel piç causæ, tantæ est efficaciæ, quod impedit alienationem. Vnde si quis legauerit pecuniam ecclesiæ vel piæ causæ, aut homini minus industrio, sub modo, vt ex ea emat sibi fundum, talis fundus emptus non poterit alienari, quia videtur à testatore tacitè prohibita alienatio, licet hoc non expresserit, tex. est de hoc singularis, in d. l. Titio centum, secundo responso, quem ad hoc ponderat Bald. in l. fi. in bona lectura, C. de pactis inter empto. & vend. & hoc dictum refert & sequitur Alexand. de Imo. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. dicens hoc bene notandũ: quia quilibet diceret contrarium, qui nesciret illum tex. & idem est de mente Pau. de Cast. & Io. de Imo. in d. l. Titio centum, & illum tex. ad hoc etiam notat Franciscus de Aretio in cõsi. xxij. quod tene mente: & per prædicta dixi pridem, in q. facti, cum statuto caueretur, ꝙ assumendus ad honorificum officium secretariatus deberet numerare in manibus Burgimagistri certam quantitatem pecuniæ, vt cum illa ematur reditus annuus, & hæreditarius applicandus pro tẽpore habenti dictum officium: & quidam assumptus ad dictũ officium non curauit in manibus burgimagistri ponere quantitatem per statutum taxatam: quod remoueri possit ab officio, cum hoc casu modus non solum respiciat fauorem eius cui adiicitur puta assumpti hac vice ad officium, sed etiam respiciat commodum alterius, puta successoris in officio, & causa sit pia, vt eo decentius & honestius absque grauamine partium huiusmodi officio secretariatus in posterum deseruiatur, sicque intersit reipublicæ pecuniam persolui & ad redditum annuum applicari. Cum ergo stet per debentem implere modum, & non per casum, quo minus modus statuto comprehensus impleatur: licitè arguitur à cessatione modi, vt est tex. in d. l. Titio cẽtum, secundo responso, iuncta l. quibus diebus. §. Termilius, il lo eodẽ titul. vbi de materia modi satis plenè habetur per Bar. & alios, & per eundem Bart. Io. de Imol. & alios, in d. lege secunda. §. fina. & per Panormi. Præposi. & canonistas, in capitu. verum, vbi bona gloss. de conditio. apposi. & per

Corse

Corse.quem omnino vide in singular.lxj.ad quos remisisse sufficiat:quod nota,vt scias applicare leges ad casus oc-
17 currentes,in quo consistit † virtus legum,vt est text. pulcherrimus,in l.non solum.§.qui primipilum:& ibi eum ad hoc notat Bald.ff.de excusa.tuto.& Ludo.Roma.in singul. cccccexl.& Bald.in repetitione,l.petens, C.de pactis:& facit.l.scite leges.ff.de legibus.& cap.Marchion,j.quæst. j.& tex.in l.qui se dicit,in fine. ff. de iudicijs. Theorica enim, quæ est speculatio veritatis, & habetur ex definitione,diuisione, & exéplorum positione,est necessaria,secundum Bald.in l.j.in princip.ff.de iusti.& iure:sed practica seu adaptatio,est vera intellectrix legum,vt dicit idem Bald.in titu.de feud.sine culpa non amit, in vsibus feudorum. Hinc etiam eleganter dicit Bald.in repetitione l.Aemilius.ff. de minoribus,quòd leges in scholis deglutiuntur, sed in practica digeruntur.& magno Erasmo teste cuiusuis rei peritiam potissimum vsus suppeditat , optimus rerum omniũ magister.& hinc verè dixit Ioan.Andr.in cap. post translationem,per illum tex.de renuntia.quòd theorica sine practica,id est,scientia sine experientia, parum valet. Hinc etiam pulchrè dicit alibi Aristoteles , quod expertus non artifex certius operatur artifice non experto. Hinc etiam eleganter dicit tex.in capitu.quàm sit,in principio,de electio.lib.vj.quòd experientia est efficax rerum magistra , & ibi est bona gloss.Vnde locus ab experientia debet nobis esse pro via veteri & tuta, secundum Bald.loco prædicto:
18 quod nota.Septimò dicta regula non procedit † in verbis causatiuis legis vel canonis,hoc est,per modum causæ ꝓlatis,quando talis causa est impulsiua,& non finalis.Cuius ratio est,quia cessante causa impulsiua non cessat effectus, l.j.§.sexum.ff.de postulando,l.si mulier,ij. iuncta gloss. C. de iure doti.& dicta l.ij.§.fina.& volunt canonistę,in dict. capitu.post translationem,& est bona glo. in dicto capitu. cupientes,in principio,super verbo,periculosis,& volunt legistæ,in dicto §.huius rei,& sæpe alibi.Hoc tamen limito non procedere in rescriptis impetratis ad beneficia obtinenda:quia translata causa impulsiua rescripti vel gratię corruit etiam rescriptum seu gratia in odium materiæ beneficialis,propter ambitionem reprimendam, text.est singularis,in c. postulasti,& ibi eum ad hoc not.Card.Panor.

& Feli.de rescrip.q̄d cōmenda memorię,q̄a nemo tágit in locis ordinariis,vbi tractatur de argumēto à cōtrario sen-
15 su.Octauò dicta regula nō procedit in verbis † causatiuis legis,vbi causa etiam est finalis q̄n eiusdē dispositionis sunt plures causę finales,q̄a licet vna cesset vel deficiat,dum tū altera subsistat,remanet dispositio firma,nec dicit̃ dispositio cessare,tex.est in §.affinitatis,& in §.socerū.Inst. de nuptiis,& tex.in l.si nō lex Aelia,& ibi Bal.& expressius Io.de Imo.ff.de hæredibus.inst.& tex.cū gl.in l.si ventri. §.in bonis,& ibi Bar. & Angel. notāt ff.de priuilegiis creditor. & textus cum glo.in l.liberorum.§.& si talis,& ibi Baldus & alij notant.ff.de infam.& vult Barto.in l.secunda.ff.de vulgar.& idem Barto.Bal.Ioannes de Imo.Alexand.& doctor. in l.prima.ff.soluto matrimonio,& idem Ioan.de Imo. in dicta l.si verò.§.de viro.& Panorm.in cap.fi.de imm.eccle. quod locum habet etiam in priuilegiis, secundum Cardina.& Ioan.de Imo.in cap.penult.de clericis coniuga. Vbi autem vna tantum est causa finalis legis vel canonis,semper valet argumentum à contrario sensu,si rectè formetur à defectu causæ seu rationis finalis,vt bene declarant Petr. Cyn.& Bald. in dict. l. conuenticula,& dixi suprà. Hoc tamen quod dixi de pluribus causis finalibus, limitatur dupliciter. Primò,vt procedat,quando in aliqua dispositione seu lege sunt plures causæ finales,quarum quælibet per se sufficit : Aliàs autem si quælibet per se non sufficeret,sed requireretur concursus ambarū, tunc à defectu vnius causæ finalis bene valeret argumentum à cōtrario sensu,text. est notabilis in cap. quoniam frequenter §.porrò,iuncto.§ si autem,& ibi hoc volunt Hostien. & Panormita.vt lite non contestata, & Panormita.in d.ca. cùm cessante,in principio,& idem Panormit. & Feli.in ca. cùm nuncius,de testibus.& Hippolytus de Marsiliis in l.si quis viduam.ff.de quęstio.Secundò istud limitatur habere verum quādo ambæ causæ sunt generales seu vniuersales. si enim vna causa esset generalis,& alia specialis,tunc à defectu causæ generalis bene liceret arguere à contrario sensu,sed non econtra,text.est meo iudicio notabilis in l.regula.§.fin.cum ibi nota.per Barto.ff.de iur.& facti igno.& faciunt notata per Bartolum in l. metum. §. animaduer-
20 tendum. ff. quod metus cau. Quomodo autem † cognoscei

ſcitur cauſa impulſiua à finali, remitto te ad Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, nec ex eorũ, & ad Bal. in l. generaliter, C. de epiſcop. & cler. & ad Salicc. in d. l. adueniecula, & ad Præpo. in d. c. cum ceſſante, & ad Bart. Ioã. de Imo. in d. l. ij. §. fi. Nonò & vltimò generaliter non pro-
21 cedit iſtud argumentum † quando non ſumitur à cõtrario ſenſu rationis ſeu mentis ipſius legis vel canonis, ſed ſimpliciter à contrario ſenſu literæ. exempli gratia, tex. in authen. caſſa & irrita, C. de ſacro. eccc. dicit, caſſa, & irrita ſint omnia per Italiã aduerſus libertatẽ eccleſiæ edita ſtatuta, &c. non ſequitur, ergo extra Italiam talia ſtatuta valent, cum Italiæ mentio ibi non ideo facta ſit, vt prouinciæ excludantur, ſed quia frequentius id mali in Italia contingebat, vt ibi ſentit glo. Barto. & docto. & idem in ſimilibus caſibus. pro qua fallentia optimè facit deciſio glo. ſing. in clem. j. ſuper verbo, præſidentes, in fine de reſcript. Attende tamen, quod in corpore vndè ſumitur dicta auth. caſſa & irrita. nulla ſit mentio Italiæ. Potes etiam ponere aliud exemplum in eo quod dicitur Matthæi primo, antequam conuenirent, &c. quia non ſequitur, ꝙ poſteà cõuenerint. & iterum in eodem loco, non cognouit eam, &c. quia nõ ſequitur, quod poſtea eam cognouit, ſed ſcriptura quod factum non ſit, oſtendit, & ſic non põt ibi ſumi argumentũ à contrario ſenſu, vt habes tex. & illic glo. nota. in c. ꝙ dicitur, & in c. Ioſeph, de verb. ſign. qui textus extracti ſunt ex verbis Hieronymi in commentario ſuper Matthæum loco præallegato. Et hæc de argumento à contrario ſenſu ſumendo in verbis legis, vel canonis. Reſtat nunc ſubnectere aliquas quæſtiones, connexas & neceſſarias pro intelligẽtia huius materię. Et primò quęro an † argumentũ à cõ-
22 trario ſenſu habeat locum in ſtatutis? In quo articulo pulchro & quotidiano licet multæ ſint varietates & opiniones, meo tamen iudicio vera & cõmunis concluſio bimẽbris eſt iſta, quod aut ſtatutũ loquitur ꝓter ius commune, hoc eſt, diſponit in caſu non prouiſo à iure communi, & tunc ſicut in verbis legis & canonis regulariter habet locũ argumentũ à contrario ſenſu, Ita etiã habebit locũ in ſtatutis, & quando in verbis legis vel canonis non habet locum, nec etiam in ſtatutis. Si verò ſtatutum diſponat circa caſum prouiſum à iure communi, tunc regulariter non

habet locum argumentum à contrario sensu in tali statuto ad corrigendum ius commune: Ita post multa vult Bar. in repetitione d.l.omnes populi, post Iacob. Butri. per eũ relatum,& est de mente Bald.in d.l.apud antiquos,& in d. l.secunda.C.de cond.insertis.& de mente Petr. de Anchar. in d.repetitione,c.canonum statuta, in v.q. princip.& firmant Alex.Iason & Mod.in d.§.huius rei, & Feli.in d.c.significasti,& Albe.de Ros.in j.parte statu.q.ix.Hanc tamen conclusionem,quo ad primum eius membrum,reperio limitatam duobus modis.Primò,vt procedat nisi alio statuto caueatur,quod statuta non recipiãt extraneum vel subauditum intellectum,tunc enim sumi non potest argumẽtum à contrario sensu,cum sit subauditus intellectus,vt di xi:& ita vult Bald.in d l. ij.C.de cond.insertis,& Pan.in d. cap.cum apostolica, per illum text.in verbo,indirectè ,& Alex.de Imo.in dict.l.apud antiquos,in apostillis ad Bald. & Pet.de Anchar.in dict.rep.cap.canonum statuta,in xiiij. q.principali,& Roma.singulari ccccxix.incipiente, Communis doctrina est.bene faciunt notata in simili per Anto. de Butrio, Panormi.& canonistas in proœmio Gregoriano.Secundo limitatur vt procedat,nisi alio statuto caueretur, quòd statuta intelligantur ad literam, prout iacent, tunc enim non posset sumi argumentum à cõtrario sensu, cum argumentum à contrario sensu non posset legi, sed veniat per coniecturam.d.l. apud antiquos, & d. cap. cùm apostolica,iuncta l.j.ff.de his quæ in testamẽ.de.& ita sentit Bald.in l.ij.C.de patribus qui filios distraxe. & Fel.in dict.cap.significasti, Quo autem ad secundum membrum dicta conclusio limitatur notabiliter, vt procedat quando statutum potest aliquid operari in sensu directo:aliàs autem sumitur argumentum à contrario sensu in verbis statuti,etiam ad corrigendum ius commune, ne statutum sit superfluum & inane, vt dixi supra,& volunt docto. in locis supra cõmemoratis,& est tex.in d. Auth. ex testamento,quem ad hoc ibidẽ ponderant Roma.& Iason. Ex quo
23 sumi potest triplex limitatio ad regulã † quæ habet,quòd casus omissus à statuto relinquitur dispositioni iuris cõmunis:de qua in dict.l.si cùm dotem,& in dict. cap.susceptum ,& in l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. Quarum prima sit,vt dicta regula procedat, nisi statutum in

in sensu directo prout iacet nihil operaretur: & secūda regula procedat, quando casus omissus nō potest haberi pro expresso per aliquam coniecturam, aliàs secus, vt in exēplis quotidianis supra per me relatis. & probatur in l. si ita scriptum, in princi. ff. de lib. & post. & in l. Clemens patronus. ff. de hæredi. insti. de quo vide latiùs per Felin. in cap. nonne, de præsum. Et tertia limitatio sit, vt dicta regula, casus omissus, &c. procedat, nisi in connexis. d. c. translato, & ibi Io. de Imo. notat. Illud tamen nolo te ignorare, quòd
24 nunquam † sumitur argumentum à contrario sensu in statuto, etiam si nihil operaretur in sensu directo, quando ex hoc statuentes incurrerent peccatum aut pœnam excommunicationis vel aliam, vel quando sensus contrarius esset cōtra ius diuinū, gl. de hoc singularis in cle. prima est, in verbo facere, de vsuris, relata ad textum, ab omnibus cōmendata in locis ordinariis & extraordinariis per Lud. Roma. in suis singularibus singulari cviij. & per Alex. in l. si cum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio. & per Bal. in Auth. ad hæc, C. de vsuris, & per Corse. in singulari v. & per doct. sæpe alibi. Et tantum de argumento à contrario sensu sumendo in verbis statuti, de quo si plenius vis instrui, vide Benedi. de Plumbino in d. l. si quis locuples, vbi exactissimè hunc articulum examinat. Secundò quæro, an argumē
25 tum † à contrario sensu habeat locū in pactis seu contractibus aut verbis contrahentium? in quo articulo pulchro & quotidiano dicendum est, quòd sic, nedum in contractibus bonæ fidei, sed etiam in contractibus stricti iuris. de primo est tex. singularis ponens casum quotidianum in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus, & vult Corsetus in singulari ij. & de secundo est casus in d. l. pecuniam, quam ad hoc ponderat Bald. in d. l. apud antiquos, & Iason in d. l. pecuniam, & istud procedit etiā in verbis contractuum conditionalium. d. l. pecuniam. Limitatur tamen vt procedat, quando in casu contrario, est contraria ratio, secus si in casu contrario est eadem ratio vel maior, quàm in expresso, tex. est notabilis in d. l. si extraneus, & vult Bal. in d. l. apud antiquos. ad hoc tendit glo. notabilis si benè ponderetur in l. cum prætor, in principio super verbo, videtur, in finalibus verbis, ff. de iudiciis, & not. per glo. & doct. in l. maritus, C. de procura. Secundò limitatur

ſecundum aliquos,vt procedat,quando verba contractus ſunt affirmatiuè prolata,ſecus ſi negatiuè, quia in verbis negatiuis ſeu diſpoſitionis negatiuæ nunquam procedit argumentum à contrario ſenſu, ſecundum eos. Ita vult Bald.in pulchra quæſt.in d.l.ij.C.de condi.inſer.quem ſim pliciter refert & ſequitur Petrus de Anch. in d. repetitiõe cap.canonum ſtatuta,in xiiij.q.princi.per l.ex facto etiam. ff.de hæredi. inſtitu. & per l.Titia.§. fina.ff.de manu.teſta. ſed hæc limitatio non placet Alex.in d.l.j.§ huius rei, per tex.l.ſi quis ita libertatem.§.fina.ff.de ſtatu liberis, & reſſpondet ad iura per Bald.allegata.Iaſon autem in d. §. huius rei,defendit dictam fallẽtiam Bald. ſed quis iuſtius in duit arma,non eſt meum inter tantos patres iudicare;ſi tamen daretur audacia,videretur mihi opinio Alexand. verior,quòd ſcilicet argumentum à contrario ſenſu ita benè procedit in verbis diſpoſitionis negatiuæ, ſicut in verbis diſpoſitionis affirmatiuæ,per tex.d.l.ſi quis ita libertatem.
26 §.fina. Nec obſtat d.l.ex facto etiam,quia ibi † verba erant merè conditionalia,quæ non inducunt diſpoſitionem,qñ de inſtitutione vel ſubſtitutione agitur,vt notatur per glo. ſingula.Barto.Bald.Ange.Io.de Imo.& docto.in l.Lucius, vltima.ff.de hæredi.inſtit.& notat expreſsè ipſemet Bald. in d.l.ex facto etiam,& ſic hoc non eſt ex eo, quòd verba fuerunt negatiua, ſed quia erant conditionalia in vltima voluntate prolata ad effectũ inſtitutionis,ex quibus ad eũ effectum arguere non licet,vt dictum eſt,& dicetur latius infra.Non obſtat etiam d.l.T itia,§.ſi.quia meo iudicio optimè ad eam reſpondet Alex.in d. §. huius rei, ad quem breuitatis gratia te remitto.Pro cuius reſponſionis corroboratione adduco Bald. ſibi contrarium, idem volentem quod Alex.in quatuor diuerſis locis.Primò enim hoc voluit Bal.in c.cum nobis olim,de electio.vbi poſt multos in tellectus traditos ad d.l.Titia,§.ſi.tandem dat vnum, quẽ dicit ſubtilem,ſatis conformem ſolutioni Alexan.licet in aliquo diſcrepet,& ex eo infert ad q.notabilem de qua ibi per eum. Secundò hoc voluit Bald.in cap.cum acceſſiſſent, de conſtitu. Tertiò hoc idem voluit Bald.in cap.præterea requiſiſti,de appellatio.vbi dicit d.l.Titia.§.fina.eſſe ſingularem, nec alibi reperiri. Quartò hoc idẽ vult Bal.in dict. l.ſi eũ. §. qui iniuriarum, & ibi in iſto perſiſtit Alexand.& idem

idem Alex.in d.l.ij.C.de condi.infer.in apost. ad Bal.idem etiam reperio velle Pet. de Anch. in repetitione regulæ Peccati.in prin.de reg.iur.lib,vj Et si bene singula considerentur, inuestigatio veritatis dicti articuli consistere vide-
27 tur in virtute dictionis † nisi, quæ quando sequitur orationem affirmatiuam, est exceptiua, & excipit seu priuat.c. statutum.§.cum autem,iuncta gl.& ibi Do.Phi.Fran.& alij not.de resc.lib vj.quando verò dictio,nisi,sequitur orationem negatiuam,regulariter ponit,l.actione,& ibi Odo. & doct.not.C.de transf.Hoc tamen contingit dupliciter:quia vel oratio negatiua præcedens, negat actum, & tunc dictio nisi, sequens, ponit actum: vt in hoc exemplo,nullus currit nisi Petrus:vel oratio negatiua præcedens negat potentiam,& tunc dictio,nisi,sequens ponit potentiam: casus est in l.Titia,§.fi.secundum intellectum Alex.& in hoc exemplo, promitto non vendere domum meam, nisi tibi. Item in illo exẽplo,promitto nõ contrahere matrimoniũ nisi tecum,& in similibus: si verò oratio negatiua præcedens nec ponat nec priuet, sed negat, tunc dictio nisi, sequens nec priuat nec ponit,sed relinquit duntaxat potentiam in voluntate eius cuius interest, & ille est intellectus dict.l.Titia.§.fina.secundum intellectum Bald.in dicto ca. cum nobis olim.quo intellectu Bal.stãte, optimè sumitur argumẽtum à contrario sensu in d.l.Titia.§.fi.& relinquitur potentia dandi libertatem in casu d. §. fi. in voluntate hæredum,vt voluit Alex.quibus consonant not. per doct. in d.l.actione,& notata per Ant.de Butrio, Io. de Lisura & alios in c.ex parte,de sponsa.& not.per Alber.de Rof.in dictio.in verbo,nisi,circa finem,& not.per Iaf.Inst.de actio. in rubric.& not.per Pet.de Ancha.in d.rep.regulæ peccati, & not.per Lambe.de Ramp.in d.§.qui iniuriarum,& nota. per Bal.in §.sed & res,in ti.per quos fiat inuest.in vsib.feu. & nota. per Alciatum Paradoxorum, lib.v. cap. iiij.quod nota,quia seruit ad decisionem multarum q. vt videre poteris in locis supra commemoratis.Et tantum de argumẽto à contrario sensu sumendo in verbis pactorum vel con
28 tractuum.Tertiò quæro an argumentum † à cõtrario sensu habeat locum in feudis vel verbis inuestituræ?& ex prędictis patet quòd sic,cũ feudum sit contractus, & nominatus,vt vult Bar.in l.iurisg.§.quinimo,ante finem.ff.de pact.

&Bal.

& Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. quos sequitur Iason in præludiis feudorum, in iiij. q. principali, & Franciscinus in libel. feudo. parte. j. q. ix. & Io. Baptista de sancto Seuerino in rep. c. j. de feudi cogni. in v. parte principali in versi. quinta regula: & ita notabiliter in proposito nostro Bal. decidit in l. voluntas, in vers. pone concessum est mihi feudum, &c. C. de fideic. vbi dicit, quòd si mihi concessum est feudum ea lege, vt non alienem extra agnatos, certè potero alienare inter agnatos, argumento à contrario sensu, sumpto ex verbis inuestituræ: per quod argum, à contrario sensu natura feudi alteratur, secundum eum: & idem reperio sentire Iasonem in l. de quibus. ff. de legib. nec mirum, quia de feudis indicatur, sicut de contractibus, vt dixi: & patet, quia sicut in contractibus non habet locum ius accrescendi, l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. cum similibus: ita nec in feudis, vt ibi volunt doct. & Bal. in tit. qui feudum dare possunt, in §. & quia vidimus, & ibi etiam Præpo. in 4. col. & latius in col. xvij. Hoc tamē fallit primò, quādo feudum esset concessum à papa vel Imperatore, aut alio superiorem non recognoscente: quia tunc locum habet ius accrescendi. Ita singulariter vult Bal. in c. j. in prin. de duobus fratribus à capitaneo inuestitis, & sequitur ibidem Præpo. & idem vult Bal. in c. vnico, de duobus fratrib: de nouo beneficio inuestitis, & Bald. in dic. §. & quia vidimus. Secundò hoc fallit, quando feudum concessum esset duobus & cuilibet eorum, vel duobus insolidum: quia tūc est locus iuri accrescendi, vel verius non decrescendi: Ita notabiliter dicit Bal. in c. j. in fine, de success. feudi, & idem Baldus in l. j. in antepenultim. column. C. quando non petent. partes peten. accrescunt. & hoc dictum refert & sequitur Alexand. de Imola in consilio secundo, quinti voluminis in tertia columna. vbi in materia feudi ponit plura pulchra & singularia dicta quotidie in praxi occur-
29 rentia: de quo articulo quotidiano † an & quando in feudis habeat locum ius accrescendi, vide latissimè, & exquisitissimè per Franciscinum in dicto suo singulari libello feudorum parte secunda circa finem, vbi hunc quotidianum articulum prosequitur per iiij. columnas. Scias tamen, quòd cōtractus feudi non est bonæ fidei, sed stricti iuris: quia non numeratur. in §. actionum, Institut.
de

de actio.& ita vult Bal. in c. j. de contro. inuesti. Et idem Bald.& Aluarotus in d. c.j.de feudi cognitio.quos sequitur ibi Ioan.Baptista in repe. sua, in v. parte principali in versic. quarta regula est.& idem vult Sozinus in consilio clxv.in iiij.colum.& seq. Item & hoc volo te scire, quòd licet in verbis inuestituræ feudi licitè sumatur argumen
30 tum à contrario sensu:tamen in † consuetudinibus feudalibus non sumitur argumentum à contrario sensu.Ita in terminis dicit Iason in aureo tractatu suo de iure emphy. in commento l.j.illius tit.in xiij. colum. & idem Iason in d.l.de quibus:& ratio est,quia vbi causæ feudales per consuetudines feudorum non deciduntur, decidi debent per leges ciuiles: vt est tex.notabilis in d.c.j.& ibi gloss.Bal. & doct.de feudi cogni. Nunquam enim in causis feudalibus recedi potest à iure communi, nisi quando in feudis contrarium reperitur expressè decisum,d.c.j.& vult Bal.in l.ij. C.de suis & leg.hære.& idem Bal. in l. cum oportet ,in fine princ.C.de bo. quæ lib. Argumentum autem à contrario sensu est tacitus,& subauditus intellectus, vt sæpe dictum est supra.Sequitur ergo,quòd propter illud non debet recedi à decisione iuris communis: & ita in terminis decidit Bal.in c.imperialem.§.præterea ducatus, de proh. feu. ali.per Fed.& sequitur Franciscinus in lib. feud. parte j.q.
31 iiij.Vt tamen plenius scias,qualiter † causæ feudales sint decidendæ,recitabo tres notabiles doctrinas,in aliquo tamen inter se discrepantes.Prima est Aluaroti in d.cap.j. de feudi cogni.qui post Iaco.de Bel.& Iaco. Ardizoni in Summa, breuiter & succinctè dicit, in materia feudali primò attendendã esse consuetudinẽ,si extat: Secũdò attẽdẽdum esse simile consuetudinis.Tertiò recurrendum esse ad legem scriptam,si extat.& quartò si non extat,dicit recurrẽdum ad argumenta legalia.Secunda est Ioan.Bap.in sua repetitione d.c.j.qui in iiij. parte principali circa finem,primò dicit attendendam esse consuetudinem seu legem feudalem,si reperitur verbis expressè scripta: secundo si non reperitur verbis expressè scripta, dicit recurrendum ad mentẽ intrinsecã legis feudalis scriptæ,quæ colligi posset secundum eum ab expressa ratione posita in lege feudali, vel à duobus æquiparatis à lege feudali scripta,& aliis modis.Tertiò his deficientibus,dicit recurrendum ad legem scriptam,

scriptam, si extat. Quartò, si lex scripta non extat, dicit recurrendum ad argumenta legalia, quæ veniunt ex propria significatione & non important fictionem, vel improprietatem. Quintò dicit recurrendum ad argumenta feudorũ impropria, fictionem & improprietatem importantia, quæ scilicet non veniunt ex intrinseca mente legis feudalis, sed ex extrinseca. Et sextò his omnibus deficientibus, dicit recurrendum ad argumenta legalia impropria & fictionem importantia. Alia tertia doctrina est Præpositi in d.c.j. qui dicit, quod primo inspiciendus est tenor inuestituræ, qui derogat consuetudini, & iuri feudali, ac omni feudi naturæ, tex. est notabilis in d.c.j. & ibi Bald. exclamat de duob. fratrib. à capita. inuesti. & in c.j. de feud. non hab. prop. feu. nat. & sic primò sunt attendenda pacta apposita in inuestitura, vt in dictis iuribus: & facit l.j. §. si conuenerit. ff. depo. & l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Secundò, vbi casus occurrens, non deciditur ex tenore inuestituræ, recurrendum dicit ad consuetudinem specialem loci & curię domini, à quo feudum tenetur, d.l. de quib. Tertiò vbi non reperitur pactum, nec specialis consuetudo loci vel curiæ domini, à quo feudum tenetur, decidens casum occurrentem, recurrẽdum dicit ad consuetudines generales feudorum scriptas in lib. feu. d.c.j. de feu. cogni. Quartò, si non reperitur pactum vel consuetudo specialis, nec consuetudo generalis feudorum decidẽs casum occurrẽtem, tunc recurrendum dicit ad legem Romanam scriptam, & sic ad ius commune, d.c.j. versicu. sciemus. Vbi autem nullum præmissorum reperitur decidens casum occurrentem puta pactum appositum in inuestitura, consuetudo specialis, consuetudo generalis, vel etiam lex scripta: tunc recurrendum dicit primò ad simile consuetudinis, & illo deficiente ad simile legis, d.l. de quib. cum ibi no. iuncta l. nõ possunt. ff. de legib. Postremò autem vbi omnia præmissa deficerent, vt quia nec reperiretur pactum, nec consuetudo specialis, nec consuetudo generalis, nec ius commune, nec simile consuetudinis, nec etiam simile legis decidens casum occurrentem: tunc dicit procedendum per argumenta legalia: & hoc casu secundum eũ posset habere locũ gl. quę est in d.c.j. de feu. cog. quas doctrinas cõmenda memoriæ, quia seruiunt ad multa: & vide omnino quod dixi

sup. a

ſupra in loco à ratione legis larga, ampla, ſeu generali ad extenſionem ipſius legis, in quarto caſu principali, vbi pręmiſſa in parte declaraui per exempla Sed aduerte, quia licet dictæ doctrinæ in aliquo inter ſe diſcrepent, facilè tamen iudicio meo ad concordiam reduci poſſunt, dicendo hoc modo: quòd primò inſpiciendus eſt tenor inueſtiturę, & pactum in ea poſitum. Secundò conſuetudo ſpecialis curiæ domini directi à quo feudum tenetur, vt dicit Pręp. & bene, per d. l. ſemper in ſtipulationibus, iuncta regula, generi, de reg. iur. lib. vj. Tertiò, conſuetudo feudorum generalis ſi extat, vt dicunt omnes. Quartò, ſimile conſuetudinis vt dicunt Iac. de Bel. Iac. Ardizoni & Iac. Aluarotus, intelligendo de aſſimilatione quæ fit per legem feudalem vel per rationem ſcriptam in lege feudali, vt dicit Io. Baptiſta. Quintò lex Romana ſcripta, ſi extat: vt dicunt omnes. Sextò argumenta legalia, vt dicunt dicti tres Iacobi, intelligendo de argumentis legalibus, quæ veniunt ex propria ſignificatione & non important fictionem vel improprietatem: prout dicit Ioann. Baptiſta: & in hoc ſupplendus eſt Præp. qui hoc membrum omittit. Septimò ſimile conſuetudinis, vt dicit Præpo. intelligendo de aſſimilatione quę fit per hominem: & ſic conſideranda ſunt argumenta feudorum impropria, fictionem & improprietatem importantia, quæ ſcilicet non veniunt ex intrinſeca mente legis feudalis, ſed ex extrinſeca: vt dicit Io. Bap. Octauò ſimile legis vt dicit Præp. intelligẽdo de aſſimilatione quę fit p hominem, vt ſupra. Et vltimò, his oĩbus deficientibus, recurrendum erit ad argumenta legalia, vt dicit Præpo. intelligendo de argumentis legalibus impropriis & fictionẽ importantibus. quale eſt argumentum à contrario ſenſu, & ſimilia: vt dicit Iõ. Baptiſta: quod memori teneas mente, nec vnquam tradas obliuioni, quia credo hãc eſſe merã veritatẽ, & faciet tibi honorẽ, ſi ſciueris practicare. Quartò quæro,

32 an † argumentum à contrario ſenſu habeat locũ in reſcriptis ſeu verbis reſcripti? & dicẽdum eſt quòd ſic. textus eſt notabilis iũcta gl. in l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorãtes. ff. mãd. & hoc tenet Sali. in d. l. conuenticula, & moderni in d. §. huius rei, & Fel. in d. c. ſignificaſti, & Alberi. de Roſate in d. q. ix. & Corſe. in ſing. primo, & doct. ſæpè alibi: & ratio põt eſſe, quia reſcriptũ propriè ſumẽdo emanat ad iuris cõis obſer

obſeruantiam,vt notat Panor.in rubrica de reſcriptis, Iaſon & doctores in l.fi.ff.de conſt.princi. & cano.in ca.olim tibi, de verb.ſigni. & ideò de eo vt de iure cõmuni eſt iudicandum.argu.eorum quæ habentur & notantur in c.j.de conſtitu. lib.vj. Sed in verbis iuris communis habet locũ argumentum à contrario ſenſu,vt ſupra latè declaraui,ergo,&c.
33 Quintò quæro † an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in priuilegiis? & dicendum eſt quòd non, glo.eſt notabilis iuncto tex.in d.c.licet,in princ.& ibi eam ſequitur Philippus Francus & multùm commendat.& ratio iſtius poteſt eſſe,quia priuilegia dicuntur quaſi priuatæ leges,c.priuilegia,iij.diſt.Cum ergo priuilegia regulariter ſint contra ius cõmune,& tendant ad derogandũ iuri communi,debent ſtrictiſſimè intelligi in terminis ſuis, vt non extendantur in fauorem priuilegiati, & per conſequens in eis non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu ad illum effectum:& de iſto eſt tex.notabilis iunctis ibidem not.per Io.And.Card.& doctores in c.cum in partibus,de verbo.ſignifi.& multò minus poteſt ſumi argumẽtum à contrario ſenſu in priuilegiis ad præiudicandum tertio,& hoc firmat Sozinus in conſ.cclvj.ij. vol.incip.eleganter,& ſubtiliter.Sextò quæro, an argumentum à contrario
34 † ſenſu habeat locum in ſententiis aut verbis ſententiarum?& dicendum eſt quòd ſic:text.eſt notabilis in l. Pomponius,in §.ſed is qui,in fine. ff.de procura. & in l. ſi inter me & te.ff.de excep.rei iud.& vult Ant.Corſe.in ſing. iij.& doctores frequenter alibi.Septimò quæro,
35 † an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in laudo ſeu arbitrio vel arbitramento?& credo quòd ſic,& ita reperio velle Bald.in conſi. cxlij.ſecundi volum.incipiente, quidam dominus Paſinus,vbi pulchram & quotidianam decidit q.
36 Octauò quæro † an argumentum à contrario ſenſu habeat locum in mandatis? & dicendum eſt quòd ſic, tex. eſt notabilis,in l.eum qui duobus.§.filiusfamiliàs,ſecũdum primam lecturam glo.& ibi hoc notant Bar.Ang.Io.de Imol. & docto.ff.de acqui.hære.Hoc tamen debet limitari verũ, vt procedat,quando verba mandati faciunt mandatum cõditionale,vt quia mandatur id quod tacitè non inerat, vt in caſu d.§.filiusfamiliàs.Et poteſt poni aliud exẽplũ quotidianũ,vt ſi papa mãdauit alicui prouideri de beneficio,ſi conſti

constiterit eum esse legum doctorem vel literatum. tunc enim bene sumitur argumentum à contrario sensu, & debet constare eum talem fuisse tempore datæ literarũ, nec sufficeret eum talem esse tempore pñtationis earũdem, c. si à tempore, de rescri. lib. vj. eum simi. nemo enim nascitur prudens, nemo oritur literatus, cũ isti sint habitus acquisiti, nõ innati. l. Stichus. ff. de leg. iij. & est glo. notabilis, in c. si fortè, de ele. lib. vj. & vult Bal. in l. ex persona, C. de proba

37 tio. secùs autem est, si verba † mandati non faciunt mandatum conditionale, sed tantum præ se ferunt præmonitionem quandam, vt quia mandatur id qđ tacitè inest. Exemplum, vt si mãdatur alicui prouideri de beneficio si est idoneus, per vulgatam doctrinam Inno. in c. fi. de præsump. & per glo. notab. in ele. vnica, de offi. dele. expressio enim eorum quę tacitè insunt, nihil operatur, l. iiij. ff. de leg. j. & no. per glo. Panor. & canonistas, in c. significasti, de ele. & alijs pluribus locis. Hoc tñ fallit, qñ aliter exprimitur quàm inest, l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. j. de quo vide latius per Bar. & legistas, in d. l. iij. & plenissimè per Panor. & nouissimos, in c. cum dilecta, de rescri. & in d. c. significasti. Secundò fallit, qñ exprimitur etiam eo modo quo inest ad effectum, vt non induceatur publica honestas: gl. est de hoc singularis, in c. vnico. §. fi. de sponsa. lib. vj. quæ singu. dicit, ꝙ si quis contrahat sponsalia cum aliqua muliere per hæc verba, promitto ꝙ ducam te in vxorem si Deo & ecclesiæ placuerit: quæ conditio tacitè inest: tamen si subest impedimentum, expressio talis cõditionis tacitæ facit huiusmodi sponsalia conditionalia, ita ꝙ ex eis non oritur publicæ honestatis iustitia: & ergo si talis postea cõperto impedimẽto contrahat cum alia prioris mulieris consanguinea, valebit contractus: quod tene menti, quia vidi de facto: de intellectu tñ d. gl. vide ibi latius per Io. An. in nouella, Domini. & alios, & pulchrè per Præpositum in c. ad audientiam,

38 de sponsa. Illud aũt nolo te ignorare, ꝙ cõditio † tacita ita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis, sicut conditio expressa: glo. est de hoc sing. in l. item quia, super verbo, malè petitur, & ibi Albe. de Rosa. Alex. Iason & doct. id no. ff. de pactis, & de pluribus alijs casibus, in quibus cõueniunt & differunt tacitum & expressum, vide qđ dixi latè supra in loco ab expresso ad tacitum. Nonò quę-

39 ro, an † argumentum à contrario sensu habeat locum in dictis seu depositionibus testium. & dicendum est ꝙ non, vt ex hoc dicta testium annullentur, vel testis de falso puniatur: tex. est notabilis, in c. quod dicitur, de verbo. sig. iuncțis ibidem notatis per Anto. de Butr. & Panormi. qui notabiliter dicunt, ꝙ si testis super homicidio articulato interrogatus deponat hoc modo: Antequàm Titius hodie venit ad prandium, filius eius occidit Sempronium, licet per alios testes probetur, Titium illo die ad prandium nõ venisse, nihilominus stabitur dicto testis, nec illud redde-
40 tur falsum: nec debet † puniri testis de falso, quãdo in principali verum dicit: licet in accessorijs dicat contra veritatem. Ita notabiliter volunt Spe. & Io. an. in ti. de teste. §. j. in versi. item quod addit de suo, vbi Io. An. dicit hoc accidisse in persona sua. Cui consonat sing. doct. Iaco. Butrigarin l. Lucius. ff. dè infam. quam ibi referr & multùm cõmendat Ang. quæ habet, quòd ad hoc vt testis dicatur falsum deponere, ad effectum vt pœna falsi puniatur, est necessarium ꝙ falsum deponat super facto principali: Si autem super appendicijs vel accessorijs, puta an sit consanguineus, vel de parochia, mentiatur: non debet puniri pœna falsi, sed extra ordinem pœna stellionatus: quod commenda me-
41 moriæ, quia est quotidianũ. Decimò quæro, † an argumẽtum à contrario sensu habeat locum in vltimis voluntatibus, in quo articulo pulchro, subtili, & quotidiano dicendum est ꝙ sic, etiam si dispositio vltimæ voluntatis sit conditionalis: textus est, in l. si legatum, in prin. ff. de adimẽ. lega. & in l. ꝙ purè, in principio. ff. quando dies lega. ce. & in l. aliquando, in fine. ff. de condi. & demon. & in dicta l. Lucius, vltima. ff. de hære. insti. quem textum ad hoc põderat Corse in sing. iiij. Sed istud patitur nonnullas singulares limitationes. Primò enim hoc limitatur non procedere in verbis vltimæ voluntatis conditionalibus, quando de institutione vel substitutiõe ageretur: Exempli gratia, Titius instituit Sempronium hæredem, & subiunxit, si decesserit hæres institutus sine liberis, Caium substituo: decedit Titius testator, & deinde Sempronius hæres institutus relictis liberis, & sic excluditur Caius substitutus, sed dubitatur de liberis Sempronij an illi censeantur substituti, ita vt veniant ex testamento Titij, an verò veniant & succe-

dant

dant patri Sépronio ab intestato: quod est in effectu quærere, an ibi sumi posset argumentum à contrario sensu? effectus autem huius inuestigationis est valdè magnus, nam si illi liberi Sempronij veniant ex testamento, non poterit Sempronius eorũ pater hæres institutus à Titio, alienare hæreditatem: & si alienaret, liberi possent reuocare aliena ta tanquam subiecta restitutioni: per l. fina. §. fi. & auth. res quæ, C. commu. de leg. cum simil. si autem illi liberi Sempronij non veniant ex testamento Titij, sed succedant Sépronio patri ab intestato, tunc poterit Sempronius pater hæres institutus à Titio, liberè alienare hæreditatem, & ea quæ sunt in hæreditate, & alium vel alios instituere. Et licet in hoc articulo pulchro, subtili, & quotidiano aliquã velint, quod liberi Sempronij veniant ex testamento, & ꝙ censeantur substituti patri: communis tamen & vera conclusio est in contrarium. glo. est de hoc singularis, in d. l. Lucius, vltima, quam ibi approbant Barto. Bal. Ange. & Io. de Imo. & idem Io. de Imo. in l. ex facto. ff ad Trebell. & idem Io. de Imo. in l. filiusfamiliàs, in §. cum quis. ff. de legatis j. & habetur plenissimè per Alex. in consi. clxxxv. secundi voluminis incipiente, viso titulo quæstionis, &c. vbi exactissimè hũc articulum examinat, ad quem remisisse sufficiat, & ita in quæstione in facto occurrente iudicare vidi. Secundò istud limitatur non procedere, vbi sumendo argumentum à contrario sensu resultaret protestatio derogatoria actus sequentis vltimam voluntatem: tunc enim nõ licet arguere à contrario sensu ad illum effectum, vt actus postmodum sequutus reddatur inualidus ex tacita protestatione, quæ sumitur à contrario sensu: quamuis aliàs actus sequens redderetur inualidus, si expressa præcessisset protestatio vel derogatio: de isto est tex. singularis iuncta gloss. in l. final. in principio, & ibi hoc notat Bart. & post eũ Io. de Imo. ff. de leg. ij. & Bar. in l. si quis in prin. testamenti, circa princ. ff. de leg. iij. & Bal. in l. humanum, C. de legib. & dixi suprà, in loco ab expresso ad tacitum, vbi recurre. Tertiò istud limitatur non procedere, quando ex hoc resultaret turpis vel absona dispositio, aut aliàs à iure reprobata: text. est notabilis iuncta gloss. in d. l. ij. C. de condi. insertis. Quartò istud limitatur verũ secundum aliquos, qñ verba in vltima voluntate prolata sunt affirmatiua, secus si nega-

tiua:sed hæc limitatio communiter non approbatur, vt latè declaraui supra, quare hic non repeto. Illud autem pro indubitato habeas, quòd argumentum à contrario sensu non debet sumi ex verbis glo. vt dicit Alex. de Imol. in l. j. in xj. col. ff. de leg. j. & Io. Cal. in consi. iij. sub tit. de præben. inci. an si legatus. Imò puerilis est modus argumentãdi ex glossis, qñ textus habetur, vt dixi supra: & multo puerilius est, ex theoricis glossarum vel doctorum textum impugnare: vt est tex. pulcherrimus, in c. noli, ix. dist. & ibi habetur per Præpo. & facit l. pen. ff. ad exhib. & ea quæ dixi supra in loco à simili, & in loco à lege cessante, & quod dicam infra
42 in loco ab auctoritate. Est tñ verum † quòd glo. vbi deest tex. est maximæ auctoritatis, teste Bar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure, & Bal. in l. cum hæreditas, C. deposi. in quibus locis dicũt, ꝙ auctoritas glossæ omnes auctoritates antecellit: Hinc etiam Bal. in c. dilecti filij, de maio. & obe. dicit, ꝙ Accursius est vberrimus fons iuris ciuilis, & Cynus in l. nõ moriturum, C. de contra. & comm. stipu. vocat glo. idolum scholarium, quasi ei fortiter sit inhęrendum, & Bal. in l. fin. in §. necessitate, C. de bo. quæ libe. dicit adhærendum esse Carocio veritatis, id est, glossatori, & in perpetuum nõ errabitur secundum eum. Hinc etiã singulariter dicit Iaco. But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. ꝙ in iudicando seruãda est opinio gloss. maximè quando habet vnum famatum doctorem post se, quem in hoc sequitur Ias. in d. l. vt vim, reprehendens in hoc Panorm. volentem contrarium in c. capellanus, de ferijs. Hoc tamen arbitrio boni & discreti iudicis relinquendum est, qui maturè digestis rationib' quibus hincinde mouentur doctores, vni opinioni vel alteri
43 adhærebit, & in dubio † communi, nisi notoriè malè dicat, vel rationabiliter cõuincatur, quod bonus iudex pro ingenij dexteritate poterit æstimare, iuxta no. doct. Io. And. in d. c. canonum statuta. quam ibidem referunt & sequuntur Panor. Fel. & cæteri mod. & in c. ne innitaris, eo. ti. & est de mente Bar. in l. fi. C. de pœ. iud qui malè iudic. & de mente Bald. in l. vnica, per illum textum. ff. de offic. quæsto. & de mente eiusdem, in l. j. per illum tex, ff. de senatoribus, & explicat accuratissimè Zazius in scholijs suis super l. ij. ff. de origine iuris. quandoque tamen singularis opinio præualet communi, puta quãdo singularis opinio est pro matrimonio, &

monio,& communis contra matrimonium: Ita singulariter dicunt Host. Panor.& alij: in c. si vir, de cog. spiri.& plures alios casus, in quibus singularis opinio præfertur communi, videre poteris per Felin. in d. c. canonum statuta: ad quem remisisse sufficiat. Quę omnia commenda memorię, tanquam pulchra, vtilia, singularia,& quotidiana.

¶LOCVS A PERSONA AD tempus.

1 *Substitutio facta à pagano impuberi per verbum commune, an valeat omni tempore, tam intra pubertatem, quàm postea iure fideicommissi.*

OCcurrit nunc locus à persona ad tẽpus à quo sumptum argumentum est probabile, frequens,& vtile. text. est notabilis in l. qui plures liberos, in prin.& ibi hoc notar. Bal. Pau. de Cast. Io. de Imo. Franc. de Aret.& docto. ff. de vulga.& pupil.& meminit Bald. in l. conuenticula, C. de episcop.& cleri.& formatur hoc modo. Sicut est in personis, ita est in tempore. Quemadmodum enim pater habens plures liberos impuberes, potest aliquibus substituere pupillariter & aliquibus non: Ita illis quibus substituit potest substituere ad breue tempus ætatis, puta si decesserint intra nouennium vel decennium, licet posset substituere vltra illud tempus vsque ad tempus pubertatis, sicut habet potestatem substituẽdi omnibus: Ita arguit Paulus Iurisconsultus, in dicta l. qui plures liberos. & istud intra alia facit ad decisionem illius quæstio. vulgatissimæ,
1 quotidianæ,& dubitabilis valde, an substitutio †compendiosa facta à pagano, impuberi, per verbum commune, vt est verbum substituo, valeat omni tempore tam in-

tra pubertatem quàm poſtea iure fideicommiſſi, necne? in qua quæſt. plures ſunt opiniones. Prima, quod valet omni tempore, puta intra pubertatem & poſt, iure fideicommiſſi, ita tenet gloſſ. in l. centurio, circa fin. ff. de vulg. & gloſſ. in l. precibus, ſuper verbo fideicommiſſi, ante fin. Cod. de impuberum & aliis ſubſtitutio. Secunda opinio eſt quòd intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, poſteà autem iure fideicommiſſi. ita tenet gloſſ. quæ reputatur ſingularis in § qua ratione, in gloſſ. magna in fine, Inſti. de pupilla. ſubſtitutio. Tertia opinio eſt, quòd intra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & poſtea ſit funditus nulla. Ita tenet Archi. in cap. ſi pater, de teſta. libro ſexto. Alij autem vt Ia. de Are. & Barto. aliter opinantur, vt videri poteſt per Bart. & doct. in dict. l. precibus, & in d. l. centurio. Tamen quia nos reperimus, quod verbum ſubſtituo, relatum ad perſonas impares, determinat æqualitate ſeruata, vt eſt text. notabilis in l. iam hoc iure. ff. de vulg. ergo etiam debet determinare ſeruata æqualitate, quando refertur ad diuerſa tempora, arguendo à perſona ad tempus, quod eſt validum, d. l. qui plures liberos. ſed in caſu dict. quæſt. poteſt determinare ſeruata æqualitate ſi omni tempore ſit fideicommiſſaria, vt habet prima opinio. Ergo debemus dicere, quòd ſubſtitutio compendioſa facta à pagano impuberi, per verbum commune, valeat omni tempore iure fideicommiſſi. & hanc opinionem ſequitur Bald. in dict. l. centurio, & in dict. l. iam hoc iure, dicens eam eſſe communem, & quòd magis frequentatur in conſiliis. Sed aliter ſentiunt Ioan. de Imo. Pau. de Caſt. Alex. & nouiſſimi in dict. l. centurio, & Iaſ. & alij nouiſſimi in d. l. precibus, & Franc. de Are. in conſi. clv. incip. periculoſum, & Alex. in conſ. xvij. iij. volumi. incipien. ponderatis his quæ in themate narrantur, &c. qui dicunt, dictam ſecundam opinionem eſſe communem & veram, & reſpondent ad motiua aliorum tenentium primam opinionem. Ex quorum dictis, quatenus propoſito ſeruit, inter alia habes, quòd hoc argumentum à perſona ad tempus tunc demum procedit, quãdo eadem eſt ratio in vno, quæ in alio, aliàs ſecus, quod nota.

LO-

LOC. A PERSONA AD RES.

INuenio & locũ à persona ad res, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile, tex. est notabilis in l. qui furere, & ibi Alber. de Rosate. & Bald. id notant. ff. de sta. ho. & text in l. si quis inquilinos. §. si ita legatum ff. de lega. j. & in l. si quis filio exhæredato, in versi. ergo. ff. de iniu. rup. In quibus locis ita arguit Iurisconsultus, vt videre poteris per teipsum. Et hoc argumento etiam vtitur glo. in l. cum quid. ff. si cer. peta. & Paul. de Ca. in pulchra quæst. in consilio cccxxiiij. incipiente, circa primum quæsitum, in antiquis, & Bald. in l. vnica C. de confe. & idem Bald. in cap. eam te, de rescript. & docto. sæpe alibi. Sed istud argumentum tunc demum procedit, quando eadem est ratio in vno, quæ in alio, vt in dictis iuribus, aliàs secus. hoc probatur in l. sed & si possessori. §. fin. cum l. seq. & ibi Iason id notat. ff. de iureiurand. & Bald. in d. l. cum quid, & ita saluari potest dictum Bald. in l. si quis in tantam, C. vnde vi. quod no.

LOCVS A PERSONA AD locum.

EST etiam in iure nostro locus à persona ad locum, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile. tex. est notabilis in l. j. §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat, iuncta l. ij. eo. tit. & text. in cap. sicut non alij, de consecra. dis. j. & pulcher tex in capit. peruenit, iuncto capit. cum ecclesia, de immu. eccle. & formatur hoc modo, Sicut est in persona, ita est in loco Quémadmodum enim non habet locum edictum, Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, quando eximitur persona quæ vocari non potuit, dict. l. j. §. Offilius, ita etiam non habet locum dictum edictum, quando eximitur quis qui alibi vocatur quã vbi vocari debuit, dict. l. ij. ante finem,

 vbi

vbi est casus notabilis. Item si cut nulli alij quàm sacerdotes debent missas celebrare, ita nec in aliis quàm in consecratis locis debent missæ cantari, aut sacrificia offerri, d. cap. sicut nō alij. Item quemadmodum pro tutela ciuium, instante magna necessitate, clerici debent vigilare, nec excusantur ab excubiis, d. cap. peruenit. Ita etiam instāte magna necessitate possunt fortificari & incastellari ecclesiæ pro defensione ciuium vel subditorum, vt volunt Innocē. Hostien. Panormi. & docto. in d. c. cùm ecclesia, vbi Panor. vtitur hoc argumento à persona ad locum, & Roma. in repetitione l. si verò. §. de viro, in liiij. fallentia. ff. solut. matrimo. Quinimò plus voluerunt Cy. Pau. de Cas. & docto. in l. nullus, C. de summa trinita. & fide. videlicet, quòd etiā inuitis clericis ecclesia potest incastellari tempore necessitatis pro salute & tuitione subditorum, cum hoc concernat publicam vtilitatem, quæ præferenda est priuatæ, vt ibi latius per eos. Imo fauor reipublicæ præfertur fauori ecclesię, Authen. sed & permutare, & ibi Salic. notat, C. de sacrosan. eccle. & probat optimè in l. iubemus nullam, C. eo. tit. quæ vult, quòd priuilegium generale, etiam ecclesiæ indultum, non includit casum publicæ vtilitati contrariū, & si includeret, nō valeret. & ita ibi notant Bald. & Pau. de Cast. publica enim vtilitas est cuilibet priuilegio præferēda, secundum eos ibidem, quos omnino vide. & vide pulchrè de hoc per Feli. in ca causam quæ, in versi. quinta declaratio, de rescrip. & latiùs per eundem in cap. nonnulli, in principio in vij. fallentia secundæ regulæ, illo eo. tit. & per Ludo. Roma. in repetitione d. l. si verò. §. de viro. in x. fallentia, & plenè per Lucam de Penna in l. ij. C. de quibus mune. ne. lic. se excu. lib. x. vbi recurre. Cui etiam consonat illud elegantissimum verbum Valerij in titulo de pietate erga patriam, in principio, Euersa domo, interdum reipublicæ status manere potest, vrbis autem ruina omnes penates secum trahat necesse est, quod vtique quadrat in ecclesia, vrbe, vel republica euersa. Non tamen debent ecclesiæ incastellari ad offensionem alicuius, vt ex eis fiant excursiones & rapinę, tex. est notabilis in c. sanctorum, in fine x. q. ij. & volūt doct. canonistæ in d. c cum ecclesia. Isto argumento à persona ad locum vtitur etiam Ioan. And. in regula in obscuris, de reg. iuris lib. vj. in Merc. ad decisionē illius

illius quæst. quod delicti quo ad initium perpetrati in vno territorio & quo ad perfectionem seu consummationẽ in alio territorio, vterque iudex est competens, quodque locus est præuentioni, de quo vide ibi latè per eum. Isto argumento etiam vtitur Hippolytus de Marsilii sin repetitione l. vnicæ C. de rap. virg. vbi per hoc concludit, quòd sicut clericus excommunicatus, interdictus, vel suspensus, non percipit fructus beneficij, c. pastoralis, in fine de appella. cum similibus, Ita etiam ecclesia interdicta non debet gaudere immunitate solita. quod nota.

¶LOCVS A RE AD TEMPVS.

1 *Quod licet in rebus, licet in tempore.*

2 *Legitima iura natura debita, an possit per statutum minui.*

3 *Emphyteuta an propter bellum superueniens liberetur à præstatione canonis.*

AB hoc loco sumptum argumentum probabile est, frequens, & vtile, text. est notabilis in l. miles ita. §. & quia diximus, & ibi notat per Barto, & docto. ff. de testamen. mili. Et eo vtitur Barto. in l. Titio centum, in §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstratio. & idem Barto. in l. si constante, in vij. q. primæ partis principalis. ff. solu. matrimo. & meminit Bald. in l. j. in xxvij. oppositione C. qui admitti. & idem Bald. in l. conuenticula, C. de episco. & cler. & Albe. de Rosate in prima parte statutorum quæst. lvj. & Iason in l. in testamento, C. de testa. mili. & idem Iason in l. si idem cum eodem, ff. de iurisdict. omnium iudicum, & Franciscus de Aretio in l. qui plures liberos. ff. de vulga. & pupil. & docto. sæpe alibi. Et formatur hoc modo, Sicut est
1 in rebus, ita est in tempore. Vel sic, † quod licet in rebus, licet in tempore. Quemadmodum enim miles potest decedere pro parte bonorum testatus, & pro parte bonorum intestatus, ita etiam potest pro parte temporis decedere testatus, & pro parte temporis intestatus, d. l. miles ita, §. & quia diximus. Et per istum arguendi modum dixit Barto,

in dict.l.Titio centum.§. Titio genero,ante finem, quod
2 † sicut per statutum potest minui legitima filio debita iure naturæ in quantitate, ita etiam potest per statutum minui in tempore, de quo vide ibi latius per eum, & per Cynum in l.sancimus,C.de nuptiis,& per Panormitanum & canonistas in ca. Raynutius,de testamen.Secundò per istum arguendi modum dixit Bartolus post Dynum in d.l.si constante,in septima quæstione primæ partis principalis,quòd sicuti actio de dote datur mulieri contra socerum qui recepit dotem, sicut contra virum, in re seu quantitate dotis,soluto matrimonio l.rei iudicatæ.§ fina. ff.soluto matrimonio. Ita etiam actio de dote datur mulieri contra socerum constante adhuc matrimonio, quando socer recepit dotem & vergit ad inopiam,vel malè vtitur substantia sua, sicuti hoc casu datur contra virum, arguendo à re ad tempus. & hoc etiam tenet glo.licet per aliam rationem in dicta l.si constante,in principio,quod nota. Tertiò per istum arguendi modum dixit Alexand. de Imola in l.post dotem,in viij.colum.ff.soluto matri. quòd sicut dos data filiæ in subsidium matrimonij per patrem, non potest diminui per eum in quantitate, iure nouissimo,dote ad se reuersa,& ea secundo nubente,Authen. sed quamuis,C.de rei vxo.acti.& in corpore vnde sumitur,ita etiam non poterit per eum diminui in tempore,& per cõsequens non poterit eam sibi per stipulationem appropriare,de quo vide ibi latius per eum post Barto.Ioannem de Imo.& doctores ibidem, & per Salice. & docto. in dicta Authenti.sed quamuis. Quartò istud facit ad decisionem illius quæstio. notabilis & quotidianæ, an propter
3 bellum † superueniens emphyteuta liberetur à præstatione canonis seu pensionis?& videtur dicendum,quòd non, nam emphyteuta non liberatur, si res emphytetuica pereat pro parte rei.l.j.C.de iure emphy.& §.adeò,in fine,Institu.locati.Ergo etiam non debebit liberari,si fundus emphyteuticus propter bellum vel hostiles incursus pro parte temporis coli non possit, arguendo à re ad tempus, quod est validum, d.§.& quia diximus. De qua quæstione multum dubitabili,pulchra,& subtili,vide latius per Cyn. in d.l.j. in penult. q. & per Panor.in c.potuit,circa finem, de locato, & ibi latè per Ioan. de Imo. in xxj. colum. &

pul

pulchrè per Præpositũ in c.vnico,de alie.feu.paterni, & latissimè per Ias. in aureo suo tractatu de iure emphy. in cõmento l.j.illius ti.in xx. col. cum sex sequentibus,ad quos remisisse sufficiat,cum ab omnibus habeantur.

¶LOCVS A RE AD LOCVM.

1 *Dictionis, seu, natura.*

HVic affinis est locus à re ad locum, quem in catalogo locorum legalium non posuissem, nisi reperissem ipsum poni per Ias. in l.vinũ, in iiij.col.ff.si cer. pet. qui ad hoc allegat l. si quis ita legauerit.ff.de au.& arg.leg.qui text. in vtroque dicto alibi non repetitur, secundum Alber. de Rosate ibidem,& est illa l.singularis secundum Rom. sing. cccccl.incip.lego Titio,&c.& ad hoc quòd ciuitas & portus ciuitatis sunt diuersa:& ergo si alicui legetur omne granum quod est in ciuitate, non veniet granum quod est in
1 portu:ibi enim † dictio,seu,ampliat,cum ponitur inter loca,sicut cum ponitur inter res: quod nota. Sic etiam à re ad locum arguit Petrus de Anch,in pulchra q. in cons. suo clxiij.incipiẽte,in Christi,&c. Visis diligẽter inspectis,&c. quem omnino vide.

¶LOCVS A TEMPORE AD locum.

1 *Actus spectantes ad voluntariam iurisdictionem possunt fieri tempore feriato, & in loco sacro.*

2 *Argumentum à tempore ad locum quando procedat.*

SVbsequitur nunc commodè locus à tempore ad locum,à quo sumptum argumentũ est probabile,frequens,& vtile:tex.est notabilis in l. vinum, & ibi Bart. & doctores id notant. ff. si certum peta,& bonus textus in l.fi.&ibi etiam

Bar.

Bart.ff.de condictio.tririca.& textus in l. ratio, in §. si per venditorem,& ibi etiam Bart.ff.de actio.empti. & Bartol. Ioan.de Imol.Franciscus de Aretio, & doct.in l. qui plures liberos.ff.de vulg.& idem Bart.in l.miles ita, §. & quia diximus.ff.de testamen.milita.Et formatur hoc modo. Sicut est in tempore, ita est in loco: quemadmodum enim haberi debet ratio æstimationis vel bonitatis rei respectu temporis,cum de tempore facta est mentio: vt quia conuentum fuit de vino vendito deliberando certo tempore. Ita etiam haberi debet ratio æstimationis vel bonitatis rei respectu loci,quando de loco facta est mentio:vt quia conuentum fuit de deliberando vinum venditum certo loco, d.l.vinum,& d.l.finali,cum similibus.Et hoc argumento à tempore ad locum vtitur Salicet.in l.si quidem,C.sol. matrimo.Eo etiam vtitur Ioan.Andr. in pulchra quæst. in regula, in obscuris, de regulis iur. libro vj. in Mercur. vbi videas.Huic argumento etiam innititur Panormita. in c. cum ecclesia,de immuni.eccle.vbi per hoc dicit, quòd si-
1 cut actus † spectantes ad voluntariam iurisdictionem, possunt fieri tempore feriato,l.actus,C.de feriis: Ita etiam possunt fieri loco sacro vel consecrato,arguendo à tempore ad locum.& idem vult Bartol.in d.l.actus,vbi per hoc dicit limitari c.decet,de immunita.ecclesi.libro sexto, vt solum habeat locum in actibus spectantibus ad iurisdictionem contentiosam:quod nota.Hoc argumento etiam vtitur Petrus de Anchara.in d.cap. decet, ad hoc quòd sicut non valet actus contentiosus, vt puta sententia iudicis laici lata in ecclesia,dict.cap.decet: ita nec sententia arbitri ibidem lata valebit. sicut enim iudici & arbitro obstat exceptio feriarum,cap.finali,de feriis.& habetur per Spec. in titu.de arbitro.§.excipitur,in versiculo,item quod pronunciauit:ita etiam eadem ratione obstabit arbitro locus,qui obstat iudici. & ita etiam reperio velle Ioannem de Imola,& Panor.in c.Quintauallis, de iureiurand. quod tene menti. Isto argumento etiam vtitur Bartolus post Guil.in l.finali.circa finem.ff.de iustitia & iure.& Petr.Cynus,& doctores in l.si qui ex consensu, C. de episcopa audiend.vbi per hoc concludunt, fieri posse prorogationem de loco ad locum,sicut de tempore ad tempus: de quo vide ibi latius per eos,& per Alexand.in l.final.ff. de iurisdi. omn.

omn.iud.& per eundem in l.iij.§.fi.ff.de condictione causa data.& per Cano.in cap.P.& G,de offi.deleg.& in cap.nouit,de offi.legati,& per glo.sing.& doct.in cap. vt litigantes,de offi.ord.libr.vj. Isto argumento etiam vtitur Panor. ad not.effectum in c.j.ante finem,de iure patr. vbi per hoc sing.dicit,quòd sicut patroni possunt inter se conuenire, vt alternis vicibus præsentent:vt est text.in Cle.fin.de iure pat.ita etiam patroni habentes plures patronatus ratione plurium ecclesiarum poterunt inter se conuenire, vt vnus præsentet in vna ecclesia, & alius in alia: vt sic quod licet in tempore,liceat etiam ratione locorum,arguendo à tẽpore ad locum.Hoc argumento à tempore ad locum vtitur etiam Bartol.in l.si quando.C.de testibus, vbi per hoc dicit,quòd sicut valet testimonium testis qui iurauit tempore iuridico,& deposuit tempore feriato, iuxta nota. per glossam in clem.vnica de officio delegat. Ita etiam valet testimonium eius, si iurauit in loco congruo, & deposuit in loco incongruo.Hoc argumento vtitur etiam Lanfrancus in repetitione ca. quoniam contra falsam ,in materia depositionis testium in ix.q.de prob.concludens per hoc, quòd sicut uon valet dictum testis,si ipse iurauit die feriato vel non iuridico:vt decidit gl.in d. cle. vnica: ita etiam non valet dictum testis,si iurauerit in loco incõgruo, hoc est,in alio loco quàm in iudicio:quia bonum est argumentum à tempore ad locum,secundum eum:quod nota,quia est quotidianum in practica.Isto argumento à tempore ad locum vtitur etiam Ioan. And.in c.Romana.§. contrahentes,de foro compe.lib. vj.in nouella,& Albericus de Rosate.in l.omnes.§.si verò apparitor,C.de episcop. & cler. ad illum effectum , quòd sicut valet citatio facta tempore incongruo,puta die feriato ad diem non feriatum : vt notant doctores in c.fi.de feriis. Ita etiam valet citatio facta loco incongruo vel inhabili,puta extra territorium citantis ad locum congruum,puta comparendum intra territorium:de quo articulo quotidiano,vide plenissimè per Baldũ in Albericum & legistas in d .§. si verò apparitor.& per Ioann.Andr.& canonistas,in d.§. contrahentes, & in capi. fin. de foro comp. & in clementina pastoralis, de re iudic. quod nota. Hoc argumento à tempore ad locum vtitur etiam Salic.in l. Gracchus, in ij. columm. C. ad leg. Iul. de adult.

adult. Vbi singulariter decidit, quod maritus vel pater occidendo adulterum, extra domum impunè eum occidit, quando pulsus seu fugiens extra domum sine interuallo occiditur, quia censetur in domo occisus, vt ibi per eum. Hinc etiam dicit Bald. in d.l. qui plures liberos, in principio, quòd sicut iurisdictio potest concedi alicui ad partem temporis, puta ad decem annos, Ita etiam posset concedi ad partem loci, puta quòd iurisdictionem exerceat in vna parochia & non in altera, arguendo à tempore ad locum. Hinc etiam dicit gl. singularis in cle. ij. in verbo, regularé, de censibus, quòd sicut ex causa necessitatis licitum est comedere carnes tempore prohibito, vt in quadragesima: Ita etiam ex causa necessitatis licitum est comedere carnes in loco prohibito, puta intra portam regularem Carthusiensium: quod nota. Hinc etiam est, quod sicut valet contractus die dominico vel festiuo celebratus, licet peccent cõtrahentes, vt est tex. notabi. in l. fi. C de feriis, qué textum ad hoc not. Bal. in c. j. de treu. & pa. & Io. de Imo. in c. quintauallis, de iureiur. Ita etiam valet contractus in ecclesia celebratus, licet contrahentes peccent. Ita dicit glo. singularis in d.c. decet, super verbo processus. Hinc etiam est, quòd sicut non valet actus parte citata ad comparendum certa hora, si fiat alia hora vel tempore, vt est tex. notabilis in l. fi. §. fi. & ibi Bar. & Ang. in lectura peregrina notant. ff. quod vi aut clam, & in l. aut qui aliter, eod. tit. Ita etiã parte citata ad videndum certum actum fieri in vno loco, & fiat in alio loco, non valet. Ita singulariter decidit Hippo. de Marsi. in repe. sua. l. de vnoquoque, nume. 61. 62. ff. de re iud. post Sozi. illic relatum: quod tene menti. Hinc etiam est, quòd sicut debitor fugitiuus seu suspectus de fuga potest capi tempore incongruo, puta tempore feriato, vel die dominico, nõ vt soluat, sed vt caueat de iudicio sisti, vt est gloss. singularis. in l. dies festos, super verbo fideiussionis: quam ibi approbat Bar. & alij. C. de feriis, & idem vult Bar. in l. ait prætor. § si debitorem. ff. quæ in frau. cred. & Iason Insti. de acti. in prin. & Ang. in l. ij. ff. de feriis, & idem Ang. in l. qui restituere. in fine. ff. de rei vend. & Roma. in sua aurea repetitione l. si verò. §. de viro, in quadragesima fallentia. ff. solu. matrimo. Item tempore nundinarum, vt singulariter dicit Ange. in d. l. dies festos, nec alibi legi. Ita etiam

debitor

debitor suspectus de fuga poterit capi in loco incongruo, vel aliàs prohibito de iure: arguendo à tempore ad locum: & sic poterit capi in domo propria, & in ecclesia vel loco sacro. Ita singulariter determinat Iason in d. l. vinum, & idem Iason in l. plerique. ff. de in ius vocan. & faciunt nota ta eleganter per Albericum de Rosate in rubrica. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, vbi singulariter vult, quòd si ex forma statuti debitor possit capi pro debito, prout obseruatur in istis prouinciis, talis confugiens ad ecclesiam non debet ibi defendi, quia est persona conditionata, quæ non debet defendi ab ecclesia: & idem tenet ipse Albericus in prima parte statutorum q. xxxix. & Petrus de Anchara. in cap. inter alia, de immu. eccle. & Oldrad. in consilio suo liiij. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de immu. eccle. & meminit decisio Cap. Tolos. ccccxxij. vbi vide. Per istud etiam ego aliquando dixi in quæstio. de facto occurrente, quòd Flandrus qui ante reductionem monetæ factam per regem Philippum anno 1489. promisit soluere in festo Purificationis anno 1491. Mechliniæ vel Louanij, in quibus locis moneta cursum habuit iuxta formam reductionis regiæ, propter moram quia non soluit intra mensem per ordinarionem regiam præfixum in fauorem obligatorum tempore leuis monetæ, & quia facta fuit mentio loci, in quo debebat fieri solutio, tenebatur soluere in illo valore, qui cursum habuit ĩ loco destinatę solutionis, licet alius fuerit valor in loco sui domicilij: quia censetur in loco destinatæ solutionis quo ad hoc contraxisse, l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. & hoc est de mente Bartoli, quem omnes sequuntur in l. cunctos populos, C. de summa Trini. & de mente Iasonis in dicta l. vinum, quod nota. Hoc tamen nolo te ignorare, quòd hoc argumentum

2 † à tempore ad locum tunc demum procedit, quando inter tempus & locum non est diuersa ratio, aliàs secus. Ita sentit Baldus in l. vnica, C. vbi de possessio. aga. & hinc notabiliter dicunt Innocentius & Ioannes Andr. in c. qualiter & quando ij. de accusatio. & Speculator in tit. de teste, in §. iam de interrogatoriis, in versiculo, & nota. & Bald. in l. presbyteri, in prima colum. C. de epis. & cleri. & Iason in d. l. vinum, quòd testis non tenetur intantum recordari de tẽpore, sicut de loco, quia tẽpus facilius excidit à memoria

tia, quàm locus. quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

¶LOCVS A TEMPORE ad personas.

A Tempore etiam arguitur ad personas, & ab hoc loco sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile. l. nonnunquam, ff. de iudiciis, & not. Io. de Imo. Fran. de Are. & alij in l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pupi. Hinc est, quòd sicut iudex, potest moderari & abbreuiare tempus dilationum, d. l. nonnunquam, in l. fi. ff. de feriis. §. & quia, in Auth. de testibus collatione vij. & c. vltra tertiã, de testibus, cum similibus. Ita etiam poterit taxare vel abbreuiare numerum testium producendorum: arguendo à tempore ad personas. Hoc tamen facere non debet iudex, nisi vbi putat probationem superfluere, vel vbi nimia esset testium multitudo. Ita not. volunt Bal. Io. de Imo. & Franc. de Are. in d. l. qui plures liberos, & probatur in c. significauerunt, & in c. cum causam, & ibi Pan. de testib. Ex isto etiã sequitur aliud, videlicet quòd sicut iurisdictio potest concedi alicui ad certum tempus: ita etiam possit concedi inter certas personas, l. vnica. C. de metropoli Beryto lib. xj. & l. si eadem. ff. de offi. asse. & vult Bal. in d. l. qui plures liberos. posset & ad alia adduci, quæ omitto. & procedit hęc argumentatio, quando eadem est ratio in vno, quæ in alio: aliàs secus, vt dixi in simili suprà loco proximo.

¶LOCVS A TEMPORE ad tempus.

1 *A preterito præsumitur circa futurum: vnde malus semel semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

2 Præsump

2 *Præsumptio quæ sumitur à præterito ad futurum, est præsumptio iuris tantum, quæ admittit probationem in contrarium.*

3 *A præterito præsumitur circa præteritum.*

4 *A præterito præsumitur circa præsens.*

5 *Argumentum à præterito ad præsens quando procedat.*

6 *Argumentatio à præterito ad præsens locum habet in omnibus prædicamentis Aristotelis: cum numer. sequen. vsque ad numer. 17.*

8 *Qualis quis quondam fuit, hodie talis præsumitur.*

12 *Agere hominis non potest esse continuum, secundum naturam.*

13 *Passiones intrinsecæ & mentales præsumuntur continuæ: secus in corporalibus, & prouenientibus ab actu extrinseco.*

17 *A præsenti præsumitur circa præsens.*

Petens dilationem ad soluendum præsumitur appellationi renunciare.

18 *A præsenti præsumitur circa futura, item & in præteritum, 19.*

20 *Argumentum à præsenti ad præteritum quando procedat.*

21 *Qualitas intrinseca præsumitur, extrinseca verò non. Idem in solemnitate intrinseca et extrinseca.*

22 *Tempus belli et tempus pestis æquiparantur quoad præscriptionem interrumpendam, et solemnitatem testamentorum.*

ARguimus etiam à tempore ad tempus, à quo loco sumptum argumentũ est probabile, frequens, & vtilissimum, vt infra patebit. & formatur multipliciter ad multiplicem effectum. Vno modo sic, A
1 præterito † præsumitur circa futurum: tex. est notabilis in regula, semel malus, cum sua notabili glo. & ibi Dy. de regu. iur. lib. vj. & bonus tex. in c. mandata, & in c. scribam, & ibi glo. & doct. de præsumptio. & bonus tex. in l. ij. ff. de sena & in l. si cui. §. ijsdẽ. ff. de accu. Vnde semel malus, puta periurus, cõtumax, vel calumniator, semper præsumitur malus in eodem genere mali; iuribus præal. in c. paruuli. xxij. q. v. & c. testimonium, de testibus, cum similibus: & per hoc dicunt Goffr. Io. And. Io. de Imo. Pan. & doct. in d. c. scribam, ꝙ contra eũ qui negligenter studuit in iure canonico, præsumitur ꝙ negligẽter studebit in iure ciuili, & ecõtra: & plures alias notabiles do

les doctrinas quadrantes pro ampliatione dictæ regulæ, semel malus, videre poteris per Hip. de Marsi. in sing. lxxiiij.
4 ad quem breuitatis gratia te remitto. Ista tamen † præsumptio, quæ sumitur à præterito ad futurum, non est præsumptio iuris & de iure, sed præsumptio iuris tãtum, quia admittit probationem in contrariũ. Vnde probato ꝙ ille qui semel fuit malus, pœnituerit, seu resipuerit, iam amplius malus non dicitur, c. ferrum, 50. dist. & cap. eam te, de rescr. & d. c. testimonium: saluo quòd semel periurus ad testimonium amplius non admittitur, d. c. paruuli, & d. ca. testimonium: & qui post abiuratam hæresim iterum deprehenditur in hæresi, amplius in gratiam non recipitur, ca. ad abolendam. §. illos verò, de hære. & c. super eo, eo. titu. lib. vj. & hæc præsumptio malitiæ ex delicto præterito interdũ egreditur personam, & transit ad filios: quia qui patrẽ incontinentem habuit, incontinens præsumitur. & ergo illegitimus sine dispensatione non promouetur, quia timetur crimen patris in filio, ca. j. de filijs presbyte. libr. vj. & lvj. dist. per totum. Vnde vulgariter dicitur, Sępe solet similis filius esse patri. Et sequitur leuiter filia matris iter. ca. venerabilem, iuncta gl. in verbo, progenitores, de ele. iuncta l. quod si nolit. §. qui mancipia, vbi est tex. no. iuncta glo. ff. de ædi. edict. Secundò istud argumentũ formatur aliter sic. A pręterito † præsumitur circa præteritum: tex. est notab. in cap.
5 quia sunt culpæ, xxviij. dist. Vbi ex eo, quòd aliqua mulier incontinenter prius vixit, pręsumitur quòd non fuit vxor diaconi: & per hoc dicunt ibi doct. quòd non præsumitur cõuersus, qui focariam habuit, & bona propria possedit, & veste laicali vtebatur: & ergo Abbas post mortem eius nõ poterit ipsius bona vẽdicare, nisi aliter appareat quòd fuerit conuersus ecclesiæ: quod est notandum contra abbates illos, qui auaricia excæcati sub tali colore bona decedentium sibi vsurpare conantur. Hinc etiam singulariter dicit Specu. in titu. de præsumptio. in ver. sed pone. quòd si quis comminatus fuerit alteri, se eum occisurum, & ille postea reperiatur occisus, sed nescitur à quo: præsumptio est, quòd ille hoc fecit, qui minas intulit: quæ præsumptio secundum eum est sufficiens ad torturam: & hoc dictum refert & sequitur Panorm. in dicto capitul. scribam, & idem Panorm. in capit. literas, de præsumptio. Ioan. Andr. tamen in d.

in d. verſ.ſed pone,requirit quòd aliud indiciũ adſit:quod commenda memoriæ, quia eſt quotidianum. Hinc etiam eſt,quòd ſi debitor annui redditus probat ſolutionem triũ continuorum proximorum annorum,pręſumitur facta ſolutio annorum præteritorum:tex.eſt ſingularis in l. quicũque,C.de apochis publicis, lib.x. qui tex.licet loquatur in præſtationibus fiſcalibus, tamen locum habet etiam in alijs pręſtationibus annuis:vt eſt gloſ.valde notabilis, in l. ij.C.de iure emphy.quam ibi ſequitur Salic.in ij.q.dicens Dy.ſic conſuluiſſe,& ſe in facto ita obtinuiſſe:& idem vult Salic.ibidem,in viij.q.circa finem,& Iaſon in col. lij. eiuſdem ,l.dicens d.gloſſam perpetuò notandam,& approbari per omnes.Iſtud etiam vult Sali.in l.cum de in rem verſo ff.de vſuris,vbi d.l,quicunque,reputat ſingularem.& idem Salice.in l.ſolemnibus,in fine,C.de rei vendic. quod comméda memoriæ,quia eſt quotidianũ in praxi.Tertiò iſtud
4 argumentum formatur aliter ſic.†A præterito pręſumitur circa præſens,d.l.ſi cui.§.ijſdem, & cap. cum in iuuentute, de præſumptio.& cap.monachus,lxxvij.diſtinctio.& l.non omnes.§.à barbaris,vbi eſt textus notabilis.ff.de re militari,in quibus iuribus habetur,quòd ſi quæritur de fama vel bono nomine alicuius,præſumitur bonus vel malus ſecũdum vitam præteritam.& idem probatur in l. final. iuncta gloſ.ff.de quæſ.cum ſimilibus.Et hinc quotidie pro defenſione accuſati de crimine,dantur articuli, quòd talis ſemper fuit habitus,nominatus,& reputatus boni nominis & famæ:& petuntur huiuſmodi articuli admitti ad probandum.Hinc etiam ex ſtatu præcedenti colligitur,cui incumbat onus probandi in præſenti,l.vis eius,vbi eſt tex.notab.
5 C.de probatio.Ad hoc tamen†vt hæc argumentatio à prę terito ad præſens procedat,requiruntur duo extrema,ſcilicet pręteritum verum,& hoc eſt extremum à quo:& præſens poſſibile,& hoc eſt extremum ad quod:Vnde olim dominus,hodie præſumitur dominus,vt eſt textus notabilis in l.ſiue poſſidetis,C.de probationibus. & pro regula tene,
6 quòd in omnibus prædicamentis Ariſtotelis,ſ.ſubſtantię, quantitatis,qualitatis,relationis,vbi,quando,actionis,paſſionis,ſitus, & habitus, valet hæc argumentatio à præterito ad præſens ,ſanè intelligendo prout infra declarabo: & quia hęc materia eſt quotidiana,& ſæpe de ea tractat in

causis, subijciam pro instructione iuuenum exempla. Et primò ponam exemplum in prædicamento substantiæ, qđ eñ olim fuit, hodie præsumitur esse: nisi probetur cótrariũ, tex. est no. in l. testiũ, in fi. C. de testib. & ĩ l. ij. C. de testa. & in l. si quis ex argentarijs. §. fi. cũ l. sequẽti. ff. de edendo, qui sunt textus ad hoc notabiles. Vnde qui dicit vel allegat peremptionem rei quæ fuit, debet hoc probare, vt in dictis iuribus: & talis probatio fieri potest per necessarias probationes, per probabiles, & per indicia. Exemplum primi, vt cum testes inducti ad probandum hominem vel animal de quo agitur mortuum, dicunt directò, quòd viderunt hominem vel animal de quo agitur, mortuum & care re motu, vel quòd viderunt hominem euisceratum, vbi de necessitate naturæ sequitur, quòd sit mortuus: vel inducti ad probandum hominem mortuum tempore quo dicitur fecisse testamentum, dicunt quòd tunc erat captus ab hostibus, & postea ibi mortuus est: vnde de necessitate iuris sequitur, quòd tempore conditi testamenti erat mortuus ciuiliter & intestabilis, l. lege Cornelia. ff. de testa. cum sim. Exemplum secundi, vt quia testes dicũt, hominem de quo agitur, natum esse iam sunt centum & decem anni: nam vt plurimum tam secundum naturam quàm secundum dispositionem iuris præsumitur desijsse esse, quia longissimũ tempus vitæ hominis est centum annorum. l. an vsusfructus. ff. de vsufructu, l. finali, C. de sacro. eccle. & l. proponebatur. ff. de iudi. Exemplum tertij, vt si probatur de morte hominis esse famam antiquam, quia vt plurimum talis fama si multo tempore durat & aliqua verisimilitudine cóprobetur, reperitur vera: iuxta notata per glo. Ang. Salic. & doct. in l. si quidem, C. solu. matri. & per gl. & canonistas, in c. quoniam frequenter. §. si verò, vt lite non contest. & per doct. in c. in præsentia. de sponsalibus, & in c. ij. de secundis nuptijs. & tantum de prædicamento substantiæ. In prædi-
7 camento quantitatis sit pro exemplo, ꝙ quantitas† rerum quæ fuit in deposito vel in legato, vel in alia obligatione, præsumitur etiam hodie esse: nisi probetur directò vel per obliquum, quòd facta est diminutio eius vel augmentum: tex. est no. in l. iurisgentium. §. adeò. ff. de pactis, & in l. iij. §. conditio. ff de adim. leg. & in l. quinquaginta, ff. de proba. & in l. j. C. eo. ti. in quibus iurib. reperies exempla. Et idẽ
videre

8 videre poteris in prædicamento qualitatis: quia † qualis quis quondam fuit siue bonus siue malus, siue pauper, siue diues, talis hodie præsumitur: nisi aliud ostendatur directè vel per obliquum, iuribus supra in princ. allega. & d.l. non omnes.§.à barbaris, & authent. sed quamuis, C.de rei vxo.acti & in corpore vnde sumitur, & ibi notatur per gl. & doct.& hinc dicit Pet.de Ancha.in consil.lxiij. incip. in Christi, &c.motiua iudicis, &c. ꝙ olim excommunicatus præsumitur hodie excommunicatus, nisi de absolutione constet: & ibi vtitur hoc argumento à præterito ad præsens, quē omnino vide. Hinc etiam est, ꝙ si quis olim fuit furiosus vel inops mentis, præsumitur etiam hodie talis: & ergo qui dicit eum postea fuisse vel hodie esse sanæ mētis, debet hoc probare: & si non probauerit, debebit actus ꝑ talem gestus post furorem declarari null⁹ & inualidus: quia furor semel accidens præsumitur adhuc adesse, nisi probetur cōtrarium: Ita dicit gl.sing.in c.fi.in verbo, cōpotem, in fi.& ibi Car.& Pan.eam multum commendant de succes.ab intest.& no.per gl.& doct.in c.indicas, iij.q.ix. Hoc etiā volunt Pet.de Anch.& Car.in cle.vnica, de homi.& ibi Pet.de Anch.dicit se sic cōsuluisse: de quo ēt vide per Io.de Imo. in l.qui testamento.§.nec furiosus.ff.de testa. Idē etiam videre poteris in prædicamento relationis siue ad aliquid,
9 nā † si cōstat aliquē fuisse patrē, relatione facta ad filiū: ēt hodie præsumitur esse, & ecōtra: & idem in dño & seruo, patrono & liberto, dño & vasallo, & ī alijs similib. relatiuis. vñ qui dicit eū desijsse esse talē, debet hoc probare directè vel ꝑ obliquū, vt est tex.in l.matrē, C.de prob.& in l.de ancilla, C.de liberali cā, & in l.si filius, & in l.quidā.ff.de ꝓba. Hinc ēt est, ꝙ ille qui fuit olim filiusfamiliàs & in ptāte patris, præsumitur in dubio adhuc hodie esse filiusfamiliàs. Ita dicit gl.notab.si bene pōderetur, in l.sed & si de sua, in prin.ff.de acqui.hære.& rō istius est, q̄a pater præsumitur viuere centū annis, vt supra dixi: nec fili⁹ præsumitur emācipatus, vel in adoptionē datus: quia hoc est facti, facta aūt nō præsumūtur, l.quæcunque.§.fi.ff.de public.& sic ex parte allegātis quē esse filiūfamiliàs, non est necessāria aliqua ꝓbatio, postquā cōstat eum aliqñ fuisse filiūfamiliàs ꝑ cōfessionē partis aduersæ, vel aliàs: q̄a ex quo allegans habet præsumptionē iuris ꝓ se, nō tenetur probare, nā præsum-

tiones legum sunt lucidissimæ probationes, & sufficiunt ad victoriam, vt est gloss. singularis in l. si tutor petitus, & ibi Bald. Sali. & doct. no. C. de pericu. tuto. & notatur per glo. Barto. & Alex. in l. absentem. ff. de pœnis, & est tex. iuncta glo. in l. omnes. §. Lucius. ff. quę in fraud. credito. & notatur per Barto. in l. in illa stipulatione si calendis, circa finem. ff. de verborum obliga. & dixi supra in loco à verisimili, & istud punctualiter tenet Ange. in dict. l sed & si de sua, quam legit sub l. hæres, & hoc dictum gloss. & Ange. refert, & sequitur Cæpola in cautela clxiiij. & hoc tene, quicquid dixerint alij in dict. l. sed & si de sua, quorum motiua non stringunt, si benè examinentur. quod nota, quia est quotidianum, & facit honorem scienti practicare, nam infiniti sunt actus prohibiti filiisfamiliàs, ad quorum annullationem sufficit allegare & probare, quòd ille qui gesserit actum, olim fuit filiusfamiliàs, nisi ex aduerso probetur, eum desiisse esse talem. & sic vides, quòd bona est argumentatio à præterito ad præsens in prædicamento relationis seu ad aliquid. Et idem videri potest in prędi-
10 camento vbi, nam circa † existentiam rei vel personæ, vera est regula, quòd vbi, id est, in loco quo res olim fuit, & nunc esse præsumitur, vt est textus pulcher in d. l. si quis ex argentariis. §. penul. Vndè qui dicit alibi esse, hoc probare debet directè vel per obliquum, vt supta dictum est. Hoc tamen intellige sanè capiendo, vbi, largo modo, putà in qua prouincia vel ciuitate, villa vel quatterio vt loquũtur, nec te restringas ad vnum angulum, quia in rebus quæ naturaliter mouentur, esset falsum, nec etiam in fugitiuo, vel errone, vel naui quæ in mari est, locum habet hęc præsumptio, quia consuetudo fugitiui, vel erronis, vel nauis, est nunquàm in eodem loco permanere, l. quis sit fugitiuus. ff. de ædi. edicto, & l. cæsar. ff. de publican. In præ-
11 dicamento † autẽ qñ, vt in ætâte, est distinguendũ, quia q̃dã est ætas mobilis, quædam immobilis: ætas mobilis est ætas minor, q̃ mouetur ad maiorem, sicut naturaliter omne imperfectum mouetur ad suam perfectionem naturalem, & tunc non habet locum præsumptio seu argumentatio hæc à tempore præterito ad præsens, propter naturæ necessitatem, quia solo cursu temporis ætas mutatur, vt dixi. Quædam autem est ætas immobilis, verbi gratia, post

quam

quam quis est perfectæ ætatis, immutabiliter & semper verũ est dicere, iste est ætatis legitimę: & tunc bene procedit argumentatio à tẽpore præterito ad pręsens, quia quod nõ põt à suo esse remoueri, necesse est veritatem continuare.
12 In prædicamento † autem actionis similiter procedit hęc argumentatio, nõ quantum ad ipsum agere vel actũ, qui habet suos terminos naturales, nam agere hominis nõ potest esse continuum secundũ naturã, l. seruitutes. iij. in principio. ff. de seruitu. & l. foramen. ff. de seruitu. vrb. prædio. vndè qui olim procurauit, vel litigauit, vel alicuius negotia gessit, aut quid aliud egit, non ideo præsumitur hodie id facere, quantum ad ipsum agere, sed quantum ad ipsum velle seu qualitatem mentis præsumitur perseuerãtia, nec præsumitur mens mutata à principio sui esse, vndè illo respectu bene procedit hæc argumentatio. d. l. si cui. §. iisdẽ, & d. l. non omnes, § à barbaris. & l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg iij. cum similib. & hinc certè dicit text. in l. ampli* non peti. ff. rem ratã haberi, ꝙ aliud est agere & aliud est agere velle. hinc etiã rectè dicit gl. in c. j. de collu. detegẽ. ꝙ Deus non est remunerator nominum, vel verborum, sed aduerbiorum, quia non sufficit aliquid facere, nisi bene fiat, nec cẽset bñ fieri, nisi ex bono animo fiat, vt dicit tex. pulcher in cap. non satis, lxxxvj. distin. Idem etiam videre
13 poteris in prædicamento passionis, † habito respectu ad passionẽ animi, vñ qui olim fuit amicus vel inimic⁹, etiã hodie talis pręsumitur, nisi directè vel ꝑ obliquũ cõtrariũ probetur, text. est notabilis in l. in ipsius, C. familiæ erciscundæ, & pulcher text. in d. l. iij. §. fin. ff. de adimen. leg. & hinc rectè text. in cap. accusatores, iij. q. v. admonet, inimico reconciliato non dandam fidem. de quo per Ioan. de Anania, & Felinum in cap. cum oporteat, de accusatio. Ille enim qui irascitur & alium odit, vel diligit, non dicitur agere sed pati, & ideo talia à philosophis appellãtur passiones animi, secus verò est, vbi quis patitur iniuriã per verba, vel alios motus extrinsecos, quia nõ sequitur, Quis est percussus, ergo nunc percutitur, vel febricitauit, ergo nũc febricitat, vt probatur in l. Martius, cum sua not. glo. ff. locati. Passiones enim intrinsecæ & mentales, præsumũtur cõtinuę, sed passiões ꝓueniẽtes ab actu extrinseco & corporales, nõ præsumũtur cõtinuę, vt lucidè videri põt in iu

ribus præal. Idem etiam videri pôt in prædicamento situs,
14 nam† si constat rẽ immobilem olim sitã fuisse infra certos terminos seu limites, prçsumitur etiam hodie ibi esse. c. ex literis, de probatio. nisi probetur directè vel per obliquũ, desiisse esse in loco per mutationẽ terminorũ, vt quia fundus auctus est vel diminut⁹, vel à flumine vel ab homine, l. si quis duas. §. ij. ff. com. præd. & l. si locus. ff. quemad. ser. amit. nam quod olim fuit iuxta viam, hodie potest esse iuxta flumen, d. l. si locus, cum similibus. Hoc etiam pôt contingere per rei veritatem, vt quia domus de qua quæritur est destructa, l. domum. ff. de contra. em. vel quia fundus chasmate periit, l. verũ. § sciẽdum. ff. de minoribus, & sic desiit esse in loco, in quo prius erat, quia desiit esse in substantia, & qui talem mutationem allegat, eam probare debet, vt est tex. pulcher in l. in finalibus, & in l. eos, ff. finium regundorũ, & in l. j. & ij. C. eod. Idem etiam videri pôt in
15 prædicamento habitus, † nam qui semel habuit, præsumitur & nunc habere, & qui allegat priuationem vel perditionem, debet probare, vt est textus in l. nec creditores. C. de pigno. actio. & in l. j. C. de non nu. pec. & in l. veluti. ff. de edẽdo, cum similibus. Vndè qui semel habuit ciuilitatem, & nunc præsumitur habere, & qui semel habuit dominiũ, & nunc præsumitur habere, d. l. siue possidetis, & qui semel possidet, & hodie præsumitur possidere, cũ distinctiõe tamen, quã statim subiiciã, quod bene explicat Bal. post Nicolaum Matarelli, cuius pro magna parte sunt hæc, in l. ex persona, C. de prob. & in l. de quibus, ff. de legi. & in l. data opera, C. de accu. vbi etiam declarat, quòd in omnibus huiusmodi decem prædicamentis testis potest deponere falsum, quem omnino vide, & vide Felinum in d. c. scribam.
16 Vt tamẽ plenè habeas notitiam dicti quotidiani articuli, an † & quando quod olim erat, hodie præsumatur esse, sic distingue, aut quæritur de eo quod solo tractu temporis mutatur, vt in ætate mobili, & tunc quod olim fuit hodie non præsumitur, vt est textus pulcher in l. si te minorem, C. de in integrum restit. aut quæritur de eo quod solo tractu temporis non mutatur, & tunc subdistingue. aut quçritur de eo, quod mutatur à natura, & tunc illud præsumitur semper esse, nisi probetur contrarium, iuribus supra allegatis, aut quæritur de eo quod per accidẽs euenit ex post-

facto

facto,& tunc aut quæritur de virtutibus antiquis,& tunc quod olim fuit,hodie præsumitur. Quinimò incrementum per continuum exercitium recepisse creditur, vt est textus pulcher in l.legatis seruis.§.ornatricibus.ff. de leg. iij.& in d.l.non omnes §. à barbaris. aut quæritur de vitiis,& idem,quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, iuribus supra in principio allegatis.Aut quæritur de alicuius rei dominio,& idem,quia semel dominus semper præsumitur dominus,nisi contrariũ probetur,d.l.siue possidetis,& l.id quod nostrum.ff.de reg. iur.& ratio est,quia illud difficulter mutatur,l.si quis vi.§. differentia, de acquirenda possessione, & d.l.id quod nostrum.Ex quo sequitur, quòd si ago rei vendicatione, & probo me fuisse dominum,debeo obtinere,& similiter si ago hypothecaria, & probo debitorem fuisse dominum, debeo obtinere,quia res præsumitur adhuc hodie debitoris. Ita singulariter dicit Alberi. de Rosate in dicta l.siue possidetis,in principio,quod nota. Aut quæritur de possessione quæ de facili perditur,& tunc subdistingue, aut ille qui olim possedit, negat se de præsenti possidere, aut affirmat & asserit se de præsenti possidere, aut nec affirmat nec negat: primo casu aut ipse negans habet causam ab actore,& tunc præsumitur hodie possidere,text.est notabilis in l.si creditor,C.de pigno.actio.aut non habet causam ab actore, & tunc aut probata est possessio tempore initij litis,& tunc res est clara, quia præsumitur hodie possidere.text.est iuncta gloss.in l.non ignorabit, C.ad exhibẽ. aut probata est possessio de anteriori tempore,& tunc sunt opiniones inter antiquos glossatores, nam Placentinus & Hugolinus dixerunt,quòd præsumitur etiam hodie possidere,Ioan. autem & Accursius tenẽt contrarium in dict. l.non ignorabit,& in dict.l.siue possidetis,sed pro concordia dictarum opinionum,potest probabiliter sic distingui, Aut tempus anterius est de proximo seu de recenti,& tunc præsumitur etiam hodie possidere, dict. l. non ignorabit, secundum vnam lecturam, & l.si rem.ff. de exceptio. rei iudica.nisi de alio possessore doceatur, quo casu si is qui possidebat, dolo desiit possidere, habetur pro possessore,l. si dolo,& l.si is qui.ff. de rei vendica.Præsumitur autem dolo desiisse possidere,si lite mota desiit possidere, nisi cõ

trarium probet, vt d l. si rem. aut illud tempus anterius nō est de recenti vel de proximo, & tunc nō præsumitur possidere. Quando autem dicatur de recenti vel de proximo, siue de antiquo, iudicis arbitrio relinquendum est. argumen. l. j. ff. de iure deliberandi. qui ex qualitate facti & rei cuius possessio debet probari, poterit arbitrari, iuxta eleganter notata per Salicetum in dicta l. non ignorabit. Secundo casu, quando affirmat se possidere, & ad probationē præsentis possessionis induxit testes, qui probant de anteriori possessione, tunc si quæritur, an ex illa possessione sic probata, præsumatur præsens possessio? dicendū est, quòd sic. Ita tenet glo. notabilis in dicta l. siue possidetis, sed hoc singulariter limitatur per Salicetum in dicta l. non ignorabit, nisi inter tempus possessionis probatæ, & præsentem assertionem cucurrit tātum tempus, quòd possessio dicatur perdita ex iuris dispositiōe, quod tēpus est maius & minus secundum rei qualitatē & eius conditionem, vt ipse idem notat in l. j. C. de seruis fug. nam minori tempore possessio perditur in re mobili, quàm in re immobili, & etiam quādoque in immobili perditur per negligentiam biennalē, vt videri potest in prædio tributario, l. qui agros, C. de om. ag. des. libro xj. Tertio casu, quando nec affirmat nec negat, tunc dico quòd præsumitur possidere, ex quo nō apparet alium possidere, vel ex quo non apparet eum tanto tempore neglexisse ad possessionem accedere, quòd præsumitur mediante obliuione possessionem perdidisse, l. peregrè, cum ibi notatis. ff. de acquirēd. possessione. l. furtum. §. fundi, cum sua notabili gloss. ff. de vsucapio. quod commenda memoriæ, quia articulus iste est valde vtilis & quotidianus, de quo etiam vide pulchrè per Bald. & Angel. in §. sic itaque, Institutio. de actio. & plenè per Albericum de Rosate in dicta lege siue possidetis, quò recurre. Quartò istud argumentum potest formari alio modo sic.
17 ✝ A præsenti præsumitur circa præsens, c. qui crimen, vj. quæstio. prima & cap. primo de accusatio. vnde si quis de præsenti est criminosus, præsumitur contra eum quòd accusat non bono zelo, iuribus supra proximè allegat. Hinc etiam est, quòd regulariter non creditur confesso se commisisse crimē contra alios quos dicit suos cōplices, vt est tex. in l. fi. cū sua notabili gl. C. de accus. & in

in c.j.de confes.Hinc etiam est, quòd si appellans petat dilationem ad soluendum, præsumitur appellationi renunciare, l.ad solutionem, C.de re iudica.& idem in similibus.

18 Quinto istud argumentum potest formari aliter sic. † A præsenti præsumitur circa futura, c.si quis diaconus, 50.distinct. Vnde si quis de præsenti est negligens seu incontinens, præsumitur quòd talis erit in futurum, & econtra: hodie diligens præsumitur in futurum, dict. capit. si quis diaconus, cum similibus. Sextò istud argumentum forma-

19 tur aliter sic. † A præsenti præsumitur in præteritum: textus est not. in l.si hi qui, & ibi Bal. C.de adulte. & bonus textus iuncta gl. in d.l.ex persona, & bonus textus in Auth.de resti.& ea quæ parit in xj.men.§.j.col. quarta & ibi gl.cum simil. vñ qui nunc non est soluendo, præsumitur retro fuisse non soluendo: nisi contrarium probetur, d.l.ex persona, cũ ibi notatis. Et qui nunc est incontinens, præsumitur retro fuisse incontinens, cap.cum per bellicam, xxxiiij. quæst. ij. Hinc etiam singulariter Albe.de Ros.in l.eum qui bona. ff. de iure fisci, in quæstione illa quotidiana: Bona cuiusdam hæretici fuerunt publicata, & omnia vniuersaliter cuidam vendita, creditores autem hæretici volunt agere contra istum emptorem: quæritur an possint? dicit distinguendum hoc modo, aut eo tempore quo contractus cum creditoribus fuit celebratus, ipse erat hæreticus, aut non, aut est dubium. Primo casu creditores emptorem conuenire non possunt, cum tempore quo cum eis contractum fuit, hæreticus ille non habebat facultatem administrandi bona sua vel contrahendi, imò iam eam amiserat: cap. cum secundum leges, de hæreticis lib. vj. & l.fina. C.ad legem Iuliam maiesta. Secundo casu bene possunt eum conuenire, argu. d.l.eum qui bona. Tertio autem casu, quando est dubium, dicit eum in dubio præsumi fuisse hæreticum tempore contractus celebrati cum ipsis creditoribus, cum de præsenti præsumamus in præteritum: & allegat aliqua ex iuribus supra adductis. sed cogita, quia hoc non est sine dubio.

20 † Ad hoc certè vt hæc argumentatio ex præsenti ad præteritum procedat, requiritur extremum à quo verum, vt est status præsens, & extremum ad quod possibile, vt est status temporis præteriti: & huiusmodi præsumptione frequenter vtuntur Iurisconsulti, tunc scilicet quando si non,

præsu

præsumeretur præteritum, parum operaretur præsens, verbi gratia, si ille qui est in possessione seruitutis, non præsumeretur retro seruus, parum operaretur vel prodesset domino præsens possessio: & econtra. quia præsumeretur violenta, clandestina, vel momentanea: & ideo lex statuit, quòd ex præsenti præsumatur in præteritum, ne aliàs abrumperetur effectus temporis præsentis: vt patet in l. liberis. §. fi. ff. de libe. cau. & in l. circa. ff. de probat. Per quod euidenter patet iniustitia sententiæ Appij Claudij decemuiri contra filiam Virginij per clientem Appij ad hoc subornatam in seruitutem assertam latæ: de quo in l. ij. §. initium secessionis fuisse dicitur. ff. de origi. iuris: & amplè per Titũ Liuium lib. iij. Vt tamen plenè habeas, quãdo hęc argumentatio à præsenti ad præteritũ procedat, dicas hoc modo: Aut loquimur in materia necessaria, aut in materia impossibili stante in eodem statu, aut in materia contingẽti: Primo casu procedit argumentatio à præsenti ad præteritum. Verbi gratia, sum hodie minor, ergo ex necessitate naturali sequitur, quod retro fui minor, & concludit ista probatio de necessitate, l. minor xxv. annis ex aspectu. ff. de mino. item de necessitate sequitur, sum natus, ergo fui conceptus, d. l. j. in Auth. de rest. & ea quæ parit in xj. mense, col la. iiij. Secundo casu argumentum à præsenti ad præteritũ non procedit, vndè si hodie sum maior, non sequitur, ergo in præteritum fui maior, dict. l. si te minorem, & l. cum te, C. de probatio. Tertio casu subdistingue, quia aut status præsens potest concurrere cum naturali veritate antecedentis status, & tunc ex præsenti præsumitur in pręteritum, vt in dicta l. liberis. §. finali. aut status præsens non potest concurrere cum veritate antecedentis status, & tunc secus: Exempli gratia, esse prudẽtem vel literarũ est quoddam contingens, & istud non potest concurrere cum veritate primi status hominis, quia nemo nascitur prudens, nemo oritur literatus: cum isti sint habitus acquisiti, non innati, l. Stichus. ff. de legatis iij. & ergo ex præsenti non procedit argumentatio ad præteritum. Et hinc est, quòd si Papa mãdat alicui prouideri de beneficio, si cõstiterit ipsum esse doctorem legum, vel literatam personam: licet tempore datæ præsentationis literarum appareat ipsum esse doctorem legum, vel literatum: tamen non præsumitur eum

retro

retro fuisse talem tempore datæ expeditionis literarum: Et ergo sibi non poterit prouideri de beneficio, nisi doceat se fuisse talem tempore datæ expeditionis literarum, quæ in hoc est inspicienda, c. si eo tempore, de resc. lib. vj. & cle. literas, cum ibi notatis eo. ti. & idem in similibus est dicen
21 dum. Quædam enim est qualitas † intrinseca, cum qua homo nascitur, scilicet quòd aliquis sit castus, pacificus, sobrius, & bonus: & hanc quis præsumitur habere, nisi contrarium probetur, c. fi. & ibi pulchrè per Inno. de præsumptionibus, & per gl. singularem in clem. vnica, de officio de legati, & per gl. in c. vnico, de seru. Quædam autem est qualitas extrinseca, vt literatura, gradus, & similes: & talis qualitas non præsumitur nisi probetur. Ita dicit gl. not. in c. si fortè, super verbo, scientiæ, de electió. libro sexto. & volunt Baldus Salicet, & doctores in dicta l. ex persona, & est de mente eiusdem Baldi in dicta l. si hi qui. Hinc etiam in simili dicimus, quòd solemnitas intrinseca præsumitur, §. final. Institut. de fideiussor. & l. sciendum, & ibi habetur plenè per Baldum & doctores. ff. de verborum obligatio. sed solemnitas extrinseca non præsumitur, dicta l. quæcunque. §. finali. Septimò argumentum ex hoc loco potest formari
22 aliter, à tempore † scilicet belli ad tempus pestis: quæ æquiparantur. nam sicut tempore belli cum ius non redditur in loco, non currit præscriptio. Ita nec tempore pestis. Ita singulariter decidit Bartolus in l. naturaliter. ff. de vsucapio. & Panormitanus & canonistæ in cap. ex transmissa, de præscriptio. Item sicut tempore belli nedum miles, sed quilibet alius in eodem discrimine existens potest testari quomodo vult, & quomodo potest, l. j. ff. de bonorum possessio. ex testament. milita. Ita etiam tempore pestis valebit testamentum conditum coram duobus vel tribus testibus: cum tunc difficillimum sit testes habere. Ita singulariter sentit Bartolus in dicta l. j. & apertius Bald. in l. fina. C. de testam & apertissimè Alexander de Imo. in l. scriniarios, C. de testam. milit. & Hip. de Marsi. in l. si in rixa. ff. ad leg. Cor. de sicariis: quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana: & vide quod dixi supra in loco à verisimili.

LOCVS A LOCO AD personas.

1 *Princeps an possit conderet legem sibi, & reipublicæ vtilem, si in consequentiam aliis non subditis noceatur.*

OCcurrit nunc locus à loco ad personas, à quo sumptum argumẽtum est probabile, frequẽs, & vtile: & eo vtitur Ioan. And. in regula cum non stat, in pulchra q. de reg. iur. lib. vj. in Mercu. & doct. sæpè alibi. Et formatur hoc modo, quod licet in loco meo, licet & in personis mihi subditis.
1 Vndè sicut in † loco meo possum facere quod volo, principaliter vt mihi prosim, licet aliis per consequentiam noceat, l. Proculus. ff. de dam. infe. & l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. cum similibus: & possum in meo, quod non possum in alieno, etiam si pendeat supra meum, l. quemadmodum. §. j. & ibi Bald. ff. ad legem Aquiliam, & l. si seruus, iuncta gl. & ibi Pau. de Ca. C. quod cum eo qui in alie. potest. est, & pulchrè per Inno. Pe. de Anch. Panor. & alios in c. j. de immu. eccl. & per Bar. & omnes in l. j. §. nunciatio. ff. de no. op. nun. Ita etiam in subditis meis possum promulgare legem mihi & reipublicę vtilem, licet alteri etiam clerico vel ecclesię per indirectum noceatur in suis redditibus vel prouentibus. Ita singulariter consuluit Bal. in pulchro & quotidiano casu in cons. inci. factum super quo petitur consilium tàle est: & est inter consilia Pe. de anch. xj. & idem reperio consuluisse Calderinum in cons. suo xxj. sub ti. de const. & incipit, Episcopus habens, &c. Cui consi. plures se subscripserunt, & ad idem tendit consilium Sign. de Homodeis xxj. & faciũt not. per Bal. in c. clerici. de iud. & not. per eundem in c. ecclesia sanctę Marię, ante fin. & in rub. de consti. Ad idem etiam tendunt latè scripta per Barbatiam in cons. lxv. quarti voluminis, & scripta per eundem Barbatiam in cõsilio xlvj. iij. vol. circa fi. & in c. quod clericis, in xxiij. col. & seq. de foro compe. vbi latè firmat, quòd

quòd lex principis seu municipalis in rebus subditi, potest refrenare potestatem subditi, etiam per respectum ad pias causas, vbi vide: & idem vult Roma in consi.clxvj.incip, viso diligenter, in primo dubio. Contrarium tamen in dicto casu quotidiano & similibus voluerunt plures alij præclari doct. vt videre poteris in consiliis xij.xiij.Pet.de Ancha. & latè per Car.in rep.c.perpendimus, præsertim in ix. & x. q.de sent.excom, & in locis per eos cōmemoratis. Sed quis iustius induerit arma, ex hincinde subtiliter allegatis perpendere poteris: materia enim est subtilis & quotidiana, studio camerali relinquenda, & maturam requirens discussionem: quare ad eos remitto. Et vide quod dixi supra in loco à persona ad locum.

LOCVS A RVBRO.

1 *Argumentum à Rubro est probabile & frequens.*
2 *Rubrum quando dispositiuè posit allegari, & nu. seq.*
3 *Rubrica quandocunque incipit per vt, vel per ne, tunc decidit, & habet vim textus.*
Idem si contineat orationem perfectam, & præcipiat vel prohibeat certum quid fieri
4 *Actio ex rubrica, sicut ex lege oritur.*
5 *Executores & conseruatores dati à Papa habent iurisdictionē delegatam.*
6 *Lex in dubio intelligenda vt conueniat rubrica sub qua ponitur.*
7 *Lex habens plures intellectus non potest præcisè allegari ad decisionem causarum.*
8 *Sententia lata contra legem habentem plures intellectus, non est ipso iure nulla, nisi talis lex sit certo modo intellecta per consuetudinem.*
9 *Intellectus in dubio debet capi qui est dubitabilis.*
10 *Rubrica an sint authentica.*
11 *Textus an debeat restringi per rubrum, & contrà.*
12 *Rubrica quando est contraria nigro, cui potius standum.*
13 *Legibus prohibitiuè loquentibus an cū iuramēto posit renūtiari.*

Nunc

Nunc subnectemus locum à rubro, à quo 1 sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile: text. est in l.j. & ibi not. per Barto. Bald. Ange. Sali. Pau. de Cast. Alexand. Ias. & doct. ff. si cer. peta. & bonus tex. iuncta glo. in §. hæc autem verba, de pœni. dist. j. & est gloss. in l. j. circa finem, C. ne fideiuss. dotium dentur, & glo. in Auth. nul. cred. agri. super verbo omnes, & gl. in Aut. ad hæc. C. de vsuris, & gl. in l. vnica, super verbo, ex vicaria, C. de prof. qui in vrbe Constantinopolitana, lib. xij. & hoc arg. vtitur gl. in l. ius emphyteu. prædij. in fi. C. de fund. patr. lib. xj. & gl. in c. potuit. de locato, & gl. in Aut. minoris debitor, in fi. C. qui da. tu. po. & gl in l. vnica. C. de mul. & in quo loco, li. x. & gl. in rub. de reg. iur. li. vj. & gl. in l. de quibus. ff. de leg. Eo etiam vtitur Io. And. in rubr. de cle. coniug. & idem Io. And. in c. vnico, e. ti. li. vj. & illic Dominicus: eo etiam vtitur Io. de Imo. in l. j. in prin. ff. de noui oper. nuncia. & doct. sæpe alibi: & de eo habetur per Bar. & alios in l. j. de confir. tut. & per Cy. in l. ij. C. eo. ti. & per Panor. in c. ex parte Madominæ, de appellatio. & per Ant. de But. Io. de Imo. Panor. & cano. in proœmio compil. Greg. & per Bald. in rub. extra de summa Tri. & per Speculatorem & Io. And. in tit. de dispu. & alleg. §. fi. in fine, & per Io. de Imo. in rub. ff. de verbo. obl. & per Angel. de Aretio in rubrica Institutionum. & per Ias. instit. de actio. in rubrica, & per glos. in proœmio sexti super verbo, titulis, quæ singu. dicit, quòd rubricæ sunt de textu, adeo quòd scriptor qui promisit scribere librum, tenetur etiam scribere rubricas. Et idem eadem ratione dici potest in superscriptione legis vel canonis: & ita decidit glo. in l. propter insidias, C. qui accusa. non possunt: quam ad hoc ponderat Lud. Roma. in repet. Authen. similiter, in xxxiij. speciali piæ causæ circa vltimas voluntates, C. ad leg. Falcid. Cui addo aliam glo. in l. j. C. de me. & metal. lib. xj. & illud Matthei xxij. Cuius est imago hæc, & inscriptio? cum his quæ ibi sequuntur. & hoc argumento à superscriptione vtitur Ioannes And. in regula, quod alicui gratiose & in regula, cum quid vna, de regulis iuris, libro vj. in Mercurialib. & Panorm. Felin. & alij, in cap. ex literis, de consti tu. & Cardina. in cap. significauit, de testibus: & idem Cardinalis in repe. cap. perpendimus, in vj. oppositio. de sent. excommu.

excommu.& doct.frequenter alibi. Et istud argumentum à rubro potest formari quadrupliciter ad quadruplicem ef-
2 fectum. Vno † modo potest allegari rubrum dispositiuè sicut ipsum nigrum: quando oratio est perfecta & consonat nigro: vnde quotidie allegamus in rubro & nigro, vt nemo in sua causa ius sibi dicat: & in rubro & nigro, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur: & in rubro & nigro, vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur: & in rubro & nigro, quod quisque iuris in alium statuit, ipse eodē iure vtatur: & in rubro & nigro, vt lite pendente nihil innouetur: & sic de infinitis alijs plenè commemoratis per Hēricum Boich in dicto proœmio Gregoriano. Omnes enim rubricæ consonantes textui possunt allegari pro textu, secundum Bald. in rubrica, C. an seruus ex suo facto, & est de mente glo. in rub. ff. si quis testamen. liber esse iuss. fuer. Et
3 † quandocunque rubrica incipit per vt, vel per ne, tūc decidit & habet vim textus. Quando verò rubrica incipit per an: tunc ponitur in modum quæstionis: Textus autem vel nigrum decidit secūdum Baldum, in d. rub. C. an seruus ex suo facto. Imò quod plus est, omnis rubrica continens orationem perfectam, & præcipiens certum aliquid fieri, vel prohibens non fieri, etiam si non incipiat p vt, vel per ne, dicitur continere ius commune, & potest allegari vt text. Ita notab. sentit Host. in summa in dicta rub. vt eccles. benefi. sine diminu. confe. & sequitur Felinus in rub. vt li. nō contesta. & exemplificant de rub. de sup. neg. prælato. & de pluribus alijs: vt videri potest per os. Ex quo etiam sequi-
4 tur, quòd ex † rubrica oritur actio sicut ex lege, glossa est notabilis, in l. j. C. de capita. ciuium censi. eximenda, quam ad hoc notat Pirrhus post Barbatiam, in l. vnica, C. de impo. lucra. descrip. lib. x. quando autem oratio rubri non est perfecta, vel dissonat à nigro, tunc non potest allegari dispositiuè, vel per se, quia tunc non habet aliquid diffinire, sed solum nigri materiam demonstrare: vt dicit Ioan. An. in dict. §. fina. in fine, & Ioan. de Imo. in dicta rub. ff. de verbo. oblig. potest tamen allegari ad alios effectus, de quibus infrà, secundum Ant. de But. & Panorm. in dicto proœ. Gregor. Secundò sumi potest argumentum à rubro ad eliciendum prælationem, l. ij. & ibi Bald. ff. de statu homin. & ita arguit glo. in rubric. ff. de eo per quem factum erit, & gl. &

docto.sæpe alibi:de quo quia latè dixi suprà in loco ab ordine rubricarum seu titulorum,hic non repeto.Tertio potest sumi istud argumentum à rubro pro elicienda qualitate potestatis eius,de cuius officio in rubrica vel titu.tractatur.Ex quo enim aliqua materia ponitur sub aliquo rubro ex hoc iudicatur esse illius naturæ, cuius est rubrum. Ita vult glo.notabilis in c.j.& in c.si super gratia, & ibi Dom. de offi.deleg.lib.vj.& gloss.in cap.tibi qui,de rescript.eod. lib.& glo.in clem.vnica,de offic.deleg. In quibus locis gl.
5 per hoc concludit,quòd executores, ✝ & conseruatores dati à Papa habent iurisdictionem delegatam, ex quo de ipsis ponitur in ti.de offi.deleg.& in titulo de rescri.& illas glo.multum commendat Panorm.in dicto proœmio Gregoriano,in c.suspicionis,de offi.delega.& Ioan.de Imol.in dict.rub.ff.de verbo.oblig. & Alex.de Imo. in consilio suo cij.iij.voluminis,incipiente,domini,&c. Super eo de quo quæritur,&c.Quartò potest sumi argumentũ à rubro, pro elicienda veriori lectura:nam quando lex vel canon habet plures lecturas,illa videtur verior,quę magis adaptatur rubricæ & eius materiæ:de hoc est glossa notabilis, in c.bonæ,de confirmatione vtili vel inutili,& ibi Panormitanus circa finem eam multum commendat,& bona gl.in c.cum monasterium,& ibi Io.An.Io.de Imo.Panorm.& doctores notant de elect.& gloss. in l. vnica,in verbo,tractare,& ibi Baldus notat,C.ne liceat tert.prouo.& illam glossam commendat Sozinus in consilio lv.circa medium,inci.præstan
6 tissime doctor.Lex enim ✝ vel canon in dubio debet intelligi,vt conueniat rubricæ vel titulo sub quo ponitur, l. Imperator,& ibi Bar.notat.ff.de in diem addictione:& idem vult Barto.in l.fina.in princip. ff. de condictio.indebiti,& Panorm.in cap.inter alia,circa finem de immunita. eccles. & Pau.de Cas.in l.actione,C.de transactio.Hinc dicit Bal. in d.l.vnica,C.ne liceat tertio prouoca. quòd quando textus est dubius,rubrica probat qualiter tex.sit intelligend', quod dicit valde notabile pro rubricis statutorum. Hinc etiam singulariter dicit Iason in l.de die. ff.qui satisdare cogantur,quòd l.non puto.ff. de iure fisci, debet restringi vt intelligatur,quando fiscus agit ex causa lucratiua,vt ibi lati' per eum,& per Alexan.in l.j.ff. soluto matrimonio. & per eundem in d.l.non puto,in apostillis ad Bar.& per Ang. in

§.Ens,

§.fin.Insti.quibus modis testamen.infirm.& per Ias.in §.si quis agens,Instit.de actio. Circa quod volo te incidenter scire quatuor alia pulchra & quotidiana dicta. Primũ est.
7 † quòd quandocunque lex vel canon habet plures intellectus,tunc huiusmodi lex vel canon non potest efficaciter & præcisè allegari ad decisionem causarum: Ita singulariter dicit Bart. in l.in ambiguo.ff.de reb. dubijs,& sequitur Alexan.de Imo.in d.l.j.in ij.col.ff.solu.matrim.& Felin. in c.j.circa fi.de cõsti.Quod enim multipliciter intelligitur, illius veritas ignoratur:vt post Aristo.dicit Bald.in l. data opera,C.qui accu.non poss.& idem Bal.in l.nec quicquam. §.vbi decretum,in principio.ff.de offi.proconsu. Secundũ est,quòd ille qui facit contra legem præcepti diuini vel ecclesiæ,in cuius intellectu sunt variæ opiniones,sequendo vnam earum non peccat, quamdiu non est facta præcisa declaratio per ecclesiam: licet postea illa opinio,quã prius secutus est,reprobetur. Ita singulariter dicit glossa relata ad textum rectè intellecta,in c.capellanus, de ferijs, & ibi Ioan.And.Anto.de Butrio,Panorm.& docto.id notant, & vult Alex.de Imo.in consi.j.volum.ij.Et pro isto est bona glo.in cap.vnico,super verbo,de cætero,de postul.prela.li. vj.& ibi illam commendant Dominicus,& Philipp.Franc. & bene faciunt notata per Innocen.& Bal.in cap. ne innitaris.de constitutio.Tertium est quod sententia † lata cõ-
8 tra legem vel canonem habentem plures intellectus vel lecturas,errore etiam in sententia expresso, non est ipso iure nulla,sed debet appellari ab ea , alioquin transit in rem iudicatam:tex.est singularis secundum vnum intellectum, in l.cum prolatis,& ibi hoc firmat Io.de Imo.ff. de re iudi. Hoc etiam firmant Anto.de Butrio,& Io.de Imo.in d.ca.j. de constitut.& facit cap.pastoralis, cum ibi notatis per Panormita.Felin.& alios de fide instrumen.Hoc tamen limitatur singulariter verum,nisi talis lex sit certo modo intellecta & interpretata per cõsuetudinem : ita notabiliter decidit Cy.post Iacobum,in l.ij.C. quando prouo.non est necesse:quod nota.Quartum est, quòd quando in lege vel cano-
9 ne sunt plures intellectus,debet † in dubio capi ille intellectus qui est dubitabilis,l.quod Labeo.ff.de Carbo. edicto & vult Panor.in c.cum in iure peritus,de electi.& frequenter alibi:quod est verum, etiam si talis duplicatus intelle-

ctus vel amphibologia surgat ex diuerso modo punctuan
di,etiam in constitutione pœnali:de isto est tex.iuncta sua
singulari gloss.in cap.j.in verbo,clericum, de tempo. ordi-
nan.lib.vj.quam reputat singularem Ludo.Roma.singula.
DCclviij.incipi.dicit statutum : & in consilio suo ccccccix.
Et quia dixi,quadrupliciter posse argui ex rubricis,sequi-
10 tur quòd rubricæ sunt† authenticæ:quod est verum in ru-
bricis legũ,& decretaliũ,sexti,& clementinarũ,sed nõ ꝓce
dit in rubricis decreti.quia illæ nõ sunt authẽticæ,imò sę-
pe sunt falsæ,vt patet ex gl.rubricæ,in c.chartæ iij.q.ix.&
notant Spec.& *Io*.An.in dict.titu.de disputa.& alleg.§.fina.
circa finem,& sic in eis non potest sumi argumentum à ru-
bro:& ita volunt Anto.de Butr.Henricus Boich, & Panor.
in dicto prooemio Grego.& Ioan.de Imo.in d.rubric.ff.de
verbo.oblig.& Ange.in d.rub.procc.Institu. & Salic.& do-
cto.in d.l.j.ff.si cer.peta.Sed hic cadit pulchrum dubium,
11 quid si textus † vel nigrum sit generalior vel generalius
rubro,an debeat restringi per rubrum ? Et dico quòd non:
gloss.est de hoc valde notabilis in authen.de incestis & ne
pha.nuptijs,in principio in verbo,illicitas,colla.iij. Vnde
licet rubrica ibidem solum dicat de nuptijs incestis & ne-
pharijs, tamen quia nigrũ generaliter loquitur de nuptijs
illicitis,cõprehendit omnes nuptias illicitas,etiam si non
sint incestæ vel nephariæ:& hoc expressè firmat Panor. in
rubrica de cler.peregri.& Io.de Imo.in dict. rubrica. ff.de
verbo.oblig.& Alex.de Imo.in dict.l.j.ff.si certum pet. vbi
dicit hoc esse vtile pro statutis habẽtibus rubricam specia
lem & nigrum generale,de quo latius ibi per eum:& est bo
na glo.in rub.& in l.j.cum ibi notat.per Salice.C.etiam ob
chirog.pecuniam pignus retineri posse.Quid autem econ
tra,si in rubro plus habeatur quàm in textu , vel nigro , &
sic rubrum est generalius nigro,prout quandoque contin-
git,vt patet in rub.C.de religio.& sumpti.fune.& C. de reb.
credi.& iureiurando , an tunc rubrum restringatur per ni-
grum?& dico similiter quòd non:sed potius ampliatur ni-
grum per rubrum,quando rubrum habet orationem perfe
ctam:glo.est notab.in d.l.j.& ibi eam commendat Bartol.
C.de capi.ciuium censibus eximen.libr. xj.de quo vide la-
tius per Io.de *Imo*.in d.rubrica.ff.de verbo. oblig. vbi di-
cit se hoc habuisse de facto:& ita etiã in pulchro casu con-
sul uit

fuluit Paul.de Castr.in consilio suo ccclxxxviij.incip.præsens casus modicam dubitationem habere videtur, in anri quis:& idem volunt Sali.& Alex.in d.l.j.ff.si cer.peta.& idē Alex.in consilio j.quarti volum.Aliter tamen in hoc sentit Alciatus paradoxorum lib.ij.capit.xviij.& Iason,in d.l. j.ꝑ sex fundamenta,sed contra Iasonem,& cum Ioan. de Imo. Pau.de Cast.Alexand.Salice.& alijs tenet Pet.Gerar.de petra sancta,in singulari septimo,vbi clarè respondet fundamentis Iasonis,quem omnino vide.Quid autem si rubrica
12 sit contraria†nigro,cui potius erit standum?& dico,quòd nigro tanquam posteriori: posteriora enim prioribus derogant,l.pacta nouissima,C.de pactis.& ita specificè voluē Albericus,Salice.Alexand.& Iason,in d.l.j.ff.si certum pet. & Ias.in d.rubr.de actionib.& Ang.in principio Institutionum in rub.& Pan.in d.procemio Greg. & patet exemplū in l.j.C.de præb.salario lib. x.Vnde conclusiuè & resolutiuè epilogando præmissa,dicas hoc modo,Aut rubricę non sunt authenticæ,vt sunt certæ rubricę Decreti,& tunc ab illis non licet arguere:aut sunt authenticæ,& tunc aut nō habent orationē perfectam,& non licet ab eis arguere dispositiuè,sed bene ad alios effectus de quibus supra: argu. in auth.de testa.imperfect.in princip. Aut habent orationem perfectam, & tunc aut rubrica contradicit nigro, & tunc non licet arguere à rubro,vt in d.tit.de præben.sala, lib.x.imò statur nigro,vt supra dixi,aut ei non contradicit, & tunc aut omnino concordat cum nigro, & hoc casu ab vtroque potest argui etiam dispositiuè,vt C.ne fideiuss.dotium den. & in pluribus alijs similibus, de quibus supra: aut in aliquo se excedunt, & tunc ab eo in quo concurrūt licet arguere,in eo verò in quo excedunt,licet arguere ab excedente non ab excesso.rubrum enim suppletur per nigrum,& econtrà.vt supra dixi.Et ergo si rubrica statuti habeat,quòd in causis laboratorum & societatum liceat procedere summariè & de plano,& in nigro solum fiat prosecutio de causis societatum,idem censebitur dispositum in causis laboratorum,propter rubrum. Ita singulariter dicit Sali.in d.l.j.ff.si cer.peta.& est de mente Panor.in d.procemio Gregori. & volunt alij in locis supra commemoratis. Qui etiā dicunt,quòd quando rubrica est negatiuè concepta & prohibitiua,nō potest ei consensu partium etiā cum

 iuramen

iuramento renunciari, per glo. notabilem in d.l.j.in fin. C. ne fideiusso. dotium dentur, quam sequitur Bart. in l. generali, illo eo. tit. dicens per hoc, quod statuto dicenti, quòd minor sine consensu propinquorum non potest contrahere, non potest renunciare etiam cum iuramento, & ergo si minor contrahendo iuret non venire in contrarium, tale iuramentũ non prodest aduersario. quod an sit verum, vide latius per doct. locis prædictis, & per Ioã. And. in addi. ad Specu. in tit. de instru. editio. in §. porrò, circa fin. & per Alexand. de Imo. in consilio suo xj. iij. vol. inci. viso, & per Io. de Imo. in rep. c. cum contingat, in antepen. in pen. & in vlt. q. de iureiu. vbi reperies, quòd licet legibus prohibitiuè loquentibus non possit renunciari sine iuramento, tamen legibus prohibitiuè loquentibus bene potest renunciari cum iuramento, & hoc puto verius. Quæ omnia cõmenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia & quotidiana.

13

¶LOCVS A SVBIECTA materia.

1 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

2 *Verba quando impropríentur ratione subiecta materiæ. & per totum locum.*

3 *Verba rogatiua quando stent præceptiuè.*

4 *Improprietas toleratur quam lex, communis intellectus, natura contractus, iudicij, & consensus partium tolerat.*

5 *Copulatiua aliquando ponitur pro disiunctiua.*
Dictiones quasi, & tanquam, quid denotent, & importent.

6 *Sententiæ verba impropriantur, vt saluetur mens iudicantis.*

7 *Venditor promittens defendere emptorem in re vendita, de qua defensione intelligatur.*

8 *Verba statuti aliquando impropriantur.*

10 *Dictionis iterum, natura.*

11 *Verba intelligenda secundum conditionem personæ ad quam diriguntur vel inquam dispositio confertur.*

12 *Continens pro contento, & contrà.*

13 *Verbum assigno, an importet dominij translationem.*

14 *Generalitas relata ad locum, restringitur secundum subiectam materiam.*
15 *Meum, tuum, suum quandoque trahuntur ad futurum.*
16 *Confessionis contra confiteentem quando non statur.*
17 *Verbum oportet, quando non importet necessitatem.*
Verbum debet, pro potest, & contrà.
18 *Dignitas nomine beneficij non venit in materia stricta.*
19 *Culpa appellatione quid intelligatur.*
21 *Masculus in feudis etiam foemineis praefertur foemina proximioris gradus.*
22 *Filiorum appellatione in feudis comprehenduntur omnes descendentes.*
23 *Lis de rebus facilè corruptibilibus celeriter debet terminari, vel res vendi.*
25 *Dictio, alius, quando non implicet similia.*
26 *Iurans in compromisso poenali stare laudo, potest contra venire soluendo poenam.*
27 *Officium aduocatorum & iudicum.*
28 *Receditur à materia subiecta, ne actus careant effectu.*

SVbsequitur nunc locus à subiecta materia, à quo sumptum argumentum est forte, frequens & valde vtile, & formatur hoc modo, Verba
1 debent intelligi secundum materiam subiectam, tex. est in c. solitę, & ibi canonistę notát, de maioritate. & obedien. & bonus textus in l. si vno, in principio, & ibi Bartolus & Salicetus notant. ff. locati. Verbum enim, dono, ratione subiectæ materiæ ibi impropriatur, & est pulcher tex. in l. damni infecti quidam, in principio. & ibi Angelus notat, ff. de damno infecto, & in l. fluminum. §. hæc stipulatio, cum sequenti illo e. tit. & bonus tex. in l. si stipulatus. ff. de vsuris, & tex. pulcher ponens casum quoti. in cap. fi. & ibi Aluaro. & feudistæ not. si de feudo fuerit cõtrouersia, in vsibus feud. & text. multum singularis in l. fi. C. de non nu. pe. vbi habetur, quòd etiam iuramentum intelligitur secundum naturam materiæ super qua præstatur. Sermones enim teste Aristo. expetendi sunt secũdum materiã subiectã. & hinc eleganter dicit Horatius in arte poëtica, Versibus exponi Tragicis res Comica nõ vult, & paulò post, Tristia mœstũ Vultũ verba decent, iratũ plena minarũ, Ludẽtẽ lasciua, seuerũ seria dicta, &c. Et isto ar

gumẽto à subiecta materia vtitur Paul.de Cast.in l.si preca rio,in pulchraq.ff.communi.prædio.& doctores sæpe alibi,vt infra patebit.Hinc est † ꝙ ratione subiectæ materię
2 verba impropriantur,etiam in materia in qua fit stricta interpretatio,d.l.si vno,& d.l.damni infecti quidam, & d.§.hæc stipulatio,& d.l.si stipulatus,cum ibi notatis, & l.conditio in præteritum,& l.decem.ff. de verborum oblig.& l.iij.§.desinere.ff. vsufructuarius quemad. caue.cum vtrobique no.per gl.& doct.l.insulam,& ibi Bar. & Pau.de Ca. not.ff.de præscrip.verbis, & habetur pulchrè & notabilitèr per Alex.de Imo.in consilio v. vol.iiij. incipiente, redemptoris,& puto de iure,&c. circa finem,& per Petrũ de Ancharano in consilio cclxxxj. incipiente, in Christi,&c. In auxilium veritatis,&c.circa finem. Hinc etiã videmus,
3 quòd† verba rogatiua, in materia præcepti stant præceptiuè,& non rogatiuè,vt est gl.in c.rogo, xj.q.iij.& text.in cap.vnico,in §.porrò,& ibi hoc notat Dominicus de statu regula.libro vj.Et verba imperatiui modi non semper stãt præceptiuè,sed impropriantur quandoque ratione subiectæ materiæ vel consuetudinis,vt est tex.singularis in cle.exiui de paradiso.§.& quia præter ea,de verborum significa.& volunt Panor.Ioan.de Imo. & canonistæ in c.nã cõ-
4 cupiscentiam,de constit.vbi vide.Toleratur†enim improprietas,quam lex,communis intellectus,natura rei,natura contractus,natura iudicij,vel consensus partium tolerat, vt pulchrè & eleganter declarat Bal. in l.fi.in xiiij.q. C.de hæred.insti. Hinc etiam est, quòd ratione subiectæ materiæ vna dictio ponitur pro alia,vt est glo.in l.eas causas.ff. de condi.& demonstra.quam reputat not.Ioan.de Imo.in l.fina.ff.de hæredi.insti.Hoc tamen nolo te ignorare,ꝙ vbi dictio potest stare nominaliter & aduerbialiter,potius intelligetur vt stet aduerbialiter, si ex intellectu nominali resultaret intellectus falsus vel iuri contrarius. Ita singulariter dicunt Domini.& Philip.Francus in c.vt circa,per illum tex.iuncta gl.in verbo,periculosè.de elect.libro vj.qđ est notabile pro intellectu statutorum & priuilegiorum.
5 Hinc etiam est,ꝙ copulatiua†ponitur pro disiunctiua, & econtra,l.penultima.cũ ibi plenè not. C.de verb.signifi. & vult Pano.in c.ij.& in c.inter cęteras,de rescr.& doct.sæpe alibi.Hinc etiã est,quòd dictio quasi,interdũ est nota veri

ri

ritatis,interdum nota imprprietatis,& interdũ nota simili tudinis,secundum materiam subiectam, vt dicit Sali.in l. quoniam multa facinora,circa finem,C.ad leg. Iuliã de vi publi.& patet Ioannis j.quasi vnigeniti à patre,& idem in dictione,tanquam,d.c.solitæ, cum glo.& c.ex parte, & ibi Panor.de sponsalibus,vbi recurre.Hinc etiam est,ꝙ verba
6 ,sententiæ † improprientur,vt saluetur mẽs iudicantis,gl. est notabilis in l.& puto.§.j.ff.fami.hercifcun.quam reputat singularem Bald.in l.cum virũ, C.de fideicom.& idem Bal.in c.fi.circa finem,de transla.episc. & idem Bald. in ca. cum super,circa finem,de re iudica.& Roma.singulari xix. & Iason in l.sed & si possessori,in §.item si inrauero, circa finem.ff.de iureiuran.& Ioan.de Imo.in l.j.§. si quis ita.ff. de verb.ob.Hoc tamen declara & limita, vt per Panormi. & Feli.in c.auditis,in principio de pręscriptio.Hinc etiam
7 est quòd si venditor † promittat defendere emptorem in re vendita contra quemcunque,non intelligitur promisisse,sed defensurum eundem à violentia extraiudiciali, vt est tex.valde notabilis in l.expulsos,C.de actio.empti. & vult Ang.in dict.l.damni infecti quidam. imò magis singulariter voluit Bald.in dict.l.expulsos,videlicet quod etiam si venditor promittat defendere emptorem de iure & de facto,vel à iure & à facto, tamen non tenebitur defendere à violentia extraiudiciali,vt ibi latius per eum, & idem vult Panor.in cap.fin.de emptio. & venditio. de quo vide latissimè per Bar.& doct.in l. stipulatio ista, in principio.ff. de verb.oblig.vbi plenè reperies. Aduerte tamen, quia præmissa procedunt in priuata persona, secus autem dicendũ est in principe, qui aliquem recepisset sub sua protectione vel defensione,nam intelligitur promisisse, quòd eum defendet & proteget contra illos qui eum de facto turbarent vel inquietarent,vt pulchrè decidit Pet.de Anch.in suo eleganti consilio lxxxvij.incipiente, in Christi, &c. omisso primo dubio,&c. & post eum Ioan.de Anania in c. penult.in fine de accusa. & faciunt notata per Barto.in l. j. C. de excusa. muner. libr. x. Hinc etiam est, quòd licet
8 † verba statuti debeant intelligi propriè & in proprio significato,l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.gestis, cum simi. tamen ratione personæ ad quã referuntur,& sic ratiõe subiectæ materiæ possunt impropriissimè ĩtelligi.Ita signgulari

ter vult Bart.in l.j.in principio.ff.ad legem Falcid.vbi cō-
cludit,ꝙ ſi ſtatutum dicat,quòd filia ſit contenta dote pro
Falcidia debita in bonis patris,terminus,Falcidia,intelligi
tur pro legitima,licet hoc ſit impropriare dictionē Falci-
dia,ſed hoc operatur ſubiecta materia,ſecūdum eū. & hoc
dictum refert,ſequitur, & multum commendat Iaſon in
Auth.vndè ſi parens, C.de inoffi.teſta.Hinc etiā eſt,quòd
verba apta referri ad actum & ad aptitudinem,referuntur
ad aptitudinem & habitum ſolum ratione ſubiectæ mate-
riæ,tex.eſt notabilis in c.maiores,& ibi Panor. not.de Ba-
ptiſ.Hinc etiā eſt,quòd interdū eadem clauſula relata ad
diuerſos,poteſt operari diuerſos effectus ſecundum ſubie
ctam materiam,tex.eſt notabilis in c.ab excommunicato,
& ibi Cardi.Io.de Imo.& Pano.eum ad hoc not.de reſcri.
& idem Panor.in c.primo de mu. peti. & idem vult Cardi.
in cap.olim, per illum textum quem dicit ſingularem, de
9 reſcript.Hinc etiam eſt,quod idem †actus reſpectu diuer-
ſarum perſonarum poteſt parere actiones diuerſi generis,
vt eſt text.in l.ſi mandatum,C. de neg. geſt.Hinc etiam eſt,
quod ſi dicatur in inſtrumento,Concedo tibi talem rem in
emphyteuſin perpetuam, & quicquid iuris habeo in illa
pro penſione annua,talis contractus cenſebitur cenſualis
& non emphyteuticus, & illud verbum in emphyteuſim,
impropriabitur ratione ſubiectæ materiæ,& exponetur id
eſt in conceſſionem cenſualem perpetuam, propter verba
illa ſequentia,& quicquid iuris habeo in illa.Ita ſingulari-
ter dicit Io.de Imo.in c.ad audientiā.de reb.eccle.nō alie.
& eſt tex.ſi bene ponderetur,in c.cōſtitutus,& ibi hoc vult
Panor.de reli.domi.& dixi ſupra in loco ab emphyteuſi ad
cenſum.& hinc rectè dicit glo.in cap.ſi papa,in fi.de priui.
lib.vj.quòd vnum & idem verbum diuerſificatur ſecundū
10 adiuncta.Hinc etiam eſt,quod licet dictio †iterum, vel ite
rare,ex propria ſignificatione deſignet geminationem, &
numero binario ſit contenta, tamen in materia editionis
inſtrumentorum ratione ſubiectæ materiæ exponitur id-
eſt,quoties opus fuerit,l.veluti.§.hæc vox. ff.de edendo,&
eſt glo.in c.ſua nobis,& ibi hoc notat Panormi.de appel,&
idem dicit de verbo rogo, de quo dixi ſuprà, & de verbo
volo,qđ ratiōe ſubiectę materię impropriatur & exponit̄
ꝑ velle debeo,vt Mat.vij.omnia quęcūque vultis vt faciāt
vobis

vobis homines,& vos facite illis: & trāſſumptiuè in principio decreti,vbi de hoc eſt bona gl.quod nota.Hinc etiā eſt,quod verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ ad quam diriguntur,vel in quam diſpoſitio cōfertur,vt eſt tex.not.& vulgaris in l.plenum. §. equitij, & ibi Bart.Bald.& doct.notant.ff.de vſu & habita.& bonus text. in d.c.ſolitę.Et ergo ſi teſtator legauerit vxori ſuæ lectum, non venient in legato culcitræ de ſerico:quia non conueniunt perſonæ viduæ,ſecundum Bald.in d.§. equitij. & idē vult Bald.in l.j.in verſi.item quæritur.C.de lega.quem refert & ſequitur Felin.in c.ſedes,in iij.col.de reſcri. & idem Feli.in c.cauſam quæ,eo.tit. quem omnino vide. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo tenet Bart.in l. librorum.§.fi.& ibi per gl..de leg.iij.& idem Bar.in l.fi.§.j. ff. de au.& arg.leg.ſed primam opin.credo veriorem & communiorem. Hinc etiam eſt,quod verba contractuum & vltimarum voluntatum intelliguntur ſecundum perſonas contrahentium,& illorum ad quos diriguntur,ſecundum Bald.in d.l.expulſos,circa finem:& eſt gl.ſing. in l. Lucius. §.tres hæredes,& ibi Ioan.de Imo.ff.ad Trebel.& pro hoc allego tres textus egregios,ſcilicet l.ex militari.ff.de teſta. mili.c.ſi pater,de teſta.lib.vj.&c.cum de beneficio,de præbendis eodem libro : de quo articulo vide pleniſſimè per Iaſonem in d.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui. Hinc etiā eſt : quod
12 in iure† continens ſæpe ponitur pro contento,& econtra, l.ſolent,& ibi not.ff.de of.procon.& eſt gl.in l.certo generi,& ibi Bald.& Pau.de Caſ.not.ff.de ſeruitut.ruſtic.præd. vbi inter cætera dicit Bal.quòd ſi mercator habens cameram cōductā in platea,leget alicui in teſtamēto cameram ipſam,intelligitur legaſſe ea quę habet in camera illa & nō camerā ipſam & capitur contentum pro continente.quod commenda memoriæ, quia eſt quotidianū,& habes ſimile in §.ſi quis agens,& in §.ſi minùs. Inſti.de act. & vtrobique obiter notat Iaſ.poſt gl.in verbo intētione.Hinc etiā eſt,ꝙ
13 † verbum aſſigno,qñq; ſignificat dñij tranſlationē,& quādoque non , ſecūdum quod ratio iuris & materia ſubiecta patitur : Ita notab. dicit Bar.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matr.& ſequitur Bald.in l.vbi adhuc.in fin.C.de iure dotium.Hinc etiam eſt, q̀uòd generalitas relata ad locum , vt quia dicitur vbicunque locorum,reſtringitur ſecundum ſubiectam mate

materiam,capit.vt animarum.§.j.de constitu.lib.vj.& notat gloss.in l.j.ff.de eo quod certo loco, & gloss.in l.si duo, in principio,in verbo vbique.ff.de constitu.pecu.Item generalitas relata ad res vel bona, etiam restringitur secundum subiectam materiã: vt in pulchro casu consuluit Pet. de Anchar.in consilio suo clxiij.incipiente,in Christi, &c. visis & diligenter inspectis, &c.quod commenda memo-
15 riæ: quia facit ad multa. Hinc etiam est, quod hæc† pronomina, meum, tuum, suum, quorum propria natura est trahi ad nunc,hoc est,ad tempus præsens,l.si ita.ff.de aur. & argen.lega.trahuntur contra propriam significationem ad tunc & futurum, propter materiam subiectam. Ita notabiliter dicit Ioan.Andr.in reg.qui sentit, & in regu.qui tacet.in pulchra quæst.de regul. iur. lib. vj. in Mercuriali. Hinc etiam est,quòd dictio perpetuum,quæ sæpe ponitur in testamentis,contractibus,& aliis dispositionibus, aliter & aliter accipitur secundum materiam subiectam: Ita singulariter dicit Alber.de Rosa.in proœmio.C. quem refert & sequitur Franciscus de Crema in singulari suo cxv.Hinc etiam est quod interdum simpliciter dicitur fieri,quod re uera fit conditionaliter: quando videlicet conditio inest ex natura actus.ita singulariter dicit Bal. in l. Gallus. in §. quidam rectè,super primo exemplo gloss.ff.de libe.& post hu.Inferens ex hoc,quod licet statuto caueatur,quod positioni debet simpliciter responderi,potest tamen responsio conditionari secundum naturam rei vel actus: quod dicit multum notabile.& optimè faciunt nota.per Domi. & alios in c.cupientes,in principio,super gl.in verbo malignãtium,de elect.lib.vj.& no.per Pau.de Cast.& alios in l.j. §. si quis simpliciter.ff.de verbo.obliga.Hinc etiam est,quod
16 licet †regulariter stetur confessioni contra confitentem,l. vnica,C.de confessis,cum similibus. Hoc tamen locum nõ habet,quando ratio subiectæ materiæ suadet confessioni non stari,propter præsumptam collusionem, vel aliàs: tex. est notabilis in c.super eo,de eo qui cognouit consangui. vxo.suæ.quem tex.ad hoc notat Panormita. in cap. is qui fidem,de sponsalib.& Domi. in c.ferrum,50.distinct. quod
17 commenda memoriæ.Hinc etiam est quod verbum † oportet,quod ex proprio significato importat necessitatem, ratione subiectæ materiæ impropriatur vt importet solum
hone

honeſtatem,& exponitur pro decet.tex.eſt in l. j. in princip.iuncta glo.ff.de iuſti.& iu.& in procœmio Inſtitutionũ in princip.Sic etiam verbum tenetur,quod regulariter neceſſitatem importat,d.cle.exiui de paradiſo.§.& quia prę-terea, in fin.propter ſubiectam materiam mutat naturam: vt eſt tex.ſing.in c.inter alia, de ſenten.excom.Sic etiam verbum debet,ratione ſubiectæ materię impropriatur, & interdum ponitur pro poteſt: & econtra verbum poteſt, pro debet:vt eſt tex.iuncta glo.in l.ij.C.vbi in rem actio,& in l.obſeruare.§.poſt hęc.ff. de offic. procon, & interdum verbum debet,ratione ſubiectę materię ponitur pro decet,etiam ſi pręcedat dictio pręciſa omnino:vt eſt tex. iuncta glo.in c.j.de deſponſa. impube. & ibi notatur per Pan. & per Iaſonem in l.ad egregias,ff.de iureiu. & per Hippo. de Marſiliis in ſua ſingulari repetitione l.vnicę,C.de raptu virg.Hinc etiam eſt,quod licet propriè illud dicatur fieri concorditer,quod fit ab omnibus nemine diſcrepante: vt vult gloſſ.notabilis in d.c.cupientes,in §.ad hęc,in verbo, concordem,& glo.in c.vbi periculum.§.j. in verbo,ſingulis,eod.titu.& lib.tamen ratione ſubiectę materię illud dicitur fieri concorditer,vel in plena concordia,quod fit per maiorem partem vniuerſitatis vel collegij.Ita ſingulariter dicit Panormita.in cap.cum olim.in fin.de re iudica. Hinc etiam eſt, quod verba ambigua ſunt interpretanda largè vel ſtrictè ſecundum materiam in qua fit ſermo de eis. Vndè ſi materia in qua proferuntur eſt fauorabilis, fit larga interpretatio:ſi verò eſt odioſa & pręiudicialis, fit ſtricta interpretatio. Ita notabiliter dicit Domin.in cap.cum in illis.§.fin.de præben.lib.vj. & idem vult Ioan. Calderin. in conſilio ſuo cxxij.vbi per hoc decidit pulchram q. Et hinc
18 eſt, † quòd in materia ſtricta appellatione beneficij non venit dignitas,cap.fin de præben.& tamen in materia fauorabili,appellatione beneficij venit dignitas,c.j.& ibi glo. de regu.iu.lib.vj.Hinc etiam eſt,quòd in materia odioſa pluralis locutio reſtringitur ad duo,cap.is cui,& cap.non poteſt,de præben.lib.vj.ſecus autem eſt in materia fauorabili,c.ſi propter tua debita, & ca. ſi gratioſè, de reſcrip. lib. vj.& c.penultim.de verbo. ſigni. cum ſimilibus.Hinc etiã eſt,quòd verbum ſubiunctiuum ad euitandum abſurditates & in odioſis exponitur in præteritum vel in futurum, ſecun

secundum quod melius conuenit materiæ subiectæ:gl.e st notabilis in d.c.vt animarum.§.j.in verbo,commiserint. & volunt Panor.Domi.& Feli.in c.ad hæc,de rescri.per glos. ibidem,& Rom.in consilio ccccxxxiij.vbi vide.Hinc etiam est,q̃ rõne subiectæ materiæ æstimatio aliud & aliud operatur: vt pulchrè & elegáter declarat Bar.in l. si vt certo.§. nunc videndum.ff.commo. Hinc etiam est, quòd oblatio aliud & aliud operatur secundum materiam subiectam, vt pulchrè declarat Henricus Boich in c. constitutus, de in inte.restitu.& doct.legistæ in l.acceptam.C.de vsuris.Hinc etiã est interdũ quid dicitur fieri in domo propria quod fit in domo aliena,quam quis inhabitat,ratione subiectæ materiæ etiam in materia pœnali,nedum ad excusandum delictum,vt dicit Sali.in l.Gracchus,in ij.col.C.ad leg.Iul.de adult.verum etiam ad punitionem,l.lex Cornelia, versicu. domum.ff.de iniur.Hinc etiam est,quod licet † appellatio
13 ne culpæ quãdo profertur à lege ĩ dubio intelligatur de leui:vt notat Bal.in Auth.quod locum,in ij. q. C.de colla. & idem Bal.in d.l.acceptam,in vj.q.& sentit gl.in l.in vẽditione,& ibi Bart.ff.de bonis auct.iudi.possi. tamen ratione subiectę materię interdum aliter accipitur,vt notat Alex. in l.si mora.ff.sol.mat.post Bar.Bal. & alios per eum relatos:vbi recurre.Hinc etiam est,quòd si iudex in causa summaria dicat se adhibuisse plenam causæ cognitionem,illa dictio,plenam,intelligitur secundum quod natura causarum summariarum requirit.Ita sing.dicit Bar.in extrauag. ad reprimendum,super verbo summariè,circa fi. & idẽ Pe. de Anch.& Io.de Imo.in cle.sæpe,de verb.sign.Hinc etiam est,quòd verbum debitum, ratione personæ loquentis & eius ad quem sermo dirigitur,verificatur in debito naturali tantum,l.quibus.§.dominus.ff.de condi.& demonstra. licet aliàs appellatione debiti non veniat debitum naturale tantum nisi abusiuè,l.fideiussor obligari.§.fideiussor accipi,in fine.ff.de fideiussoribus, cum similibus. Hinc etiam est,quòd si in contractu vel iudicio ponatur nomen vnius & effectus alterius,iudicandum est secundum naturam illius cuius effectus positus est,& appositum quod non concernit effectum habetur pro non apposito.Ita singulariter dicit Bal.in pulchra,& quotidiana q.in rubrica, C.de iure emph.in bona lectura,in fine, & allegat d.§. item si iuxta ue

ro,&c

re.& d.l.si vno,& Nicol.de Mata.in l.j.ad fin.C de iure em phy.& idē sentit ibi Cy.in iiij.q.pro qua decisione etiā facit d.l.insulam,&l.si rem.§.si cum vnum bouem.ff.de præscr.verbis,& l.Lucius.ff.de dona.& l.vbi ita donatur.ff.de do.cau.mo.qui sunt text.ni fallor,ad hoc peculiares. Hinc
20 etiam est,quod † verba sonantia in conditionem, impropriantur vt importent solum modum ratione subiectę materię:vt de hoc est tex.sing.iuncta gl.in l.Męuia.ff.de man.test.Hinc etiam est,quòd si relinquitur alicui vsusfructus domus causa habitandi,sola habitatio relicta videtur,&nō vsusfructus,ratione adiuncti:tex.est de hoc singularis in l.si habitatio.§.sed si sic relictus. ff. de vsu & habita. & licet Ludouicus Rom.in suis singularibus singulari lxj. ponderet d.tex.ad aliud propositum,tamen nihil facit: licet credam dictum suum verum ex vi verbi.Hinc etiam est,quòd quis dicitur præsens vel absens variis modis,secūdū materiam subiectam,vt est gl.notabilis in Auth. de fideiusso. in prin.col.j.quam ad hoc notat Pan.in c.de quarta,de præscriptio.& habetur per gl.Ang.& doc.in l.fi.C.de præsc. longi temp.& per gl.in l.præsens.ff.de proc.quò recurre. Hinc e-
21 tiam videmus,†quòd si simpliciter facta sit inuestitura feudi hoc tenore,vt filij & filiæ succedāt:hoc casu tamen non succedent filię masculis extātibus:cū hoc sit de natura feudi,vt filiæ non admittantur masculis extantibus: & sic ratione subiectæ materiæ verba dictę inuestituræ capiunt aliam interpretationē,quā verba prima facie sonare videntur.Ita notabiliter dicit Bal.in c.cęterum,de iudiciis:& est tex.nota.in c.j.§.filia verò,& ibi id notat & valde cōmendat Bal.de successio.feudi:& pulcher tex.in §.quinimo, & ibi etiam Bal.& Aluaro.id notant in ti.episcopum vel abbatem,in vsibus feudorum,quos text.etiā ad istud propositū notat & commēdat Iacobinus in libe.feud.in verbo,& fœminis,& Alex.de Imo.in cons.xxix.primę partis, incipiente,quoniam abunde,in pen.col.& Albe.de Rosate post Dy. in pulchra & quotidiana q.in l.tres fratres. ff. de pactis: & quod fortius est,istud procedit etiam, quando feudum semel radicatum fuit in personam filiæ,vt est tex.in c.j.in ti. de eo q sibi vel hæ.suis masculis vel fœminis, vbi ponitur regula generalis,quod nō patet loc⁹ fœminę in successiōe feudi,quādiu masculus superest ex eo,q primus de eo feudo inuo

do inuestituram accepit,& ibi pulchrè de hoc habetur per Andream de Isernia, Bald. Aluaro. Præpo. & alios. Quod procedit, etiam si masculus sit in remotiori gradu quàm fœmina, habito respectu ad eum de cuius successione quæritur, etiam si fœmina sit filia defuncti. Ita singulariter decidit Calderinus in consilio suo xiiij. in tit. de feudis, & post eum Bald. in consilio cxxxvij. in secunda parte, & Frãciscinus in suo singulari libello feudorum parte tertia, in tit. de success. feudi, limitatione xvj. licet Baldum corruptè alleget, & de Calderino mentionem non faciat, & probatur apertissimè in dict. capitulo primo de eo qui si bi vel hæredibus suis &c. Et ita pridem consilui in ardua quæstionæ, & sic etiam iudicari vidi in magno consilio Cæsaris in simili quæstione non minus ardua in feudo Zelandico, quod redemptioni subiacebat, agnato remotioris gradus & sorore defuncti inuicem contendentibus de prælatione. quod commenda memoriæ, quia est quotidianum & valde singulare, & quilibet prima facie diceret contrarium. Hinc etiam est. quòd si res concedatur alicui & hæredibus suis in feudum, intelligitur de liberis seu descendentibus hæredibus, & non de extraneis hæredibus: quia hoc est de natura feudi. Et ergo si vasallus talis decedat sine liberis seu descendentibus, relictis agnatis, feudum reuertitur ad dominum, & non deuoluitur ad agnatos. Ita dicit gloss. valde notabilis in l. ex facto. §. finali, & ibi Dyn. Bartolus Paulus de Castro Alexand. & doctor. ff. ad Trebel. & gloss. Bar. & doctor. in l. etiam, in principio. ff. soluto matrimon. & plenè per Bart. & doct. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posthu. & vult Bald. in dict. l. fin. in vj. oppositione, C. de hære. institu. & idem Bal. in l. j. in xlviij. q. ff. de rerum diuisione, & idem Bald. in l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pactis: pro quo est bonus tex. in ca. j. §. & si clientulus, in ti. de alie. feudi, & in d. c. fi. si de feudo fuerit controuer. in vsibus feudorum. Et ista est communis opinio secundum Alexand. in dict. l. ex facto. §. fi. & est ipsa veritas, quicquid dicat Cyn. in l. liberti libertæque. C. de ope. liberto. quod memori teneas mente. Hinc etiam est † quòd
21 appellatione filij ratione subiectæ materiæ in feudis veniunt omnes descendentes masculi in recta linea masculina à primo acquirente feudum, quando feudum cõcessum

& rece

& receptum est pro se & filijs suis: Ita singulariter decidit Iacob.in libello feud.in illis verbis,præsentes & recipiétes pro se & eorum filijs,per glo.notab.in d.c.j.§.& si clientulus,in verbo,ad dominium,ibi,sed tu instabis, & ibi Bald. quod commenda memoriæ,quia est singulare, & quilibet prima facie diceret contrarium,propter l.liberorum, cum ibi no.per Bar.ff.de verbo.signifi. vbi habetur, quòd appellatione filiorum in contractibus non veniunt nepotes, & debet fieri interpretatio contra eum qui potuit legẽ apertius dicere,l.veteribus.ff.de pactis:sed hoc nõ obstat,vt videre poteris per Iacobinum vbi supra,de hoc tamẽ vide latius per Frãciscinum in d.suo singulari libello feudorum parte ij.in versic. circa hanc materiam acquisitionis feudi &c.& in pluribus colũ.seq.vbi plenissimè de hoc reperies: & tetigi supra in loco à feudo ad emphyteusim. Hinc etiã
23 est,quòd propter † naturam rei citò perituræ statuitur breuius tempus ad decidendum causam,adeò & in tantum, quòd lis de rebus breuissimo tempore corruptibilibus expediri debet adeò celeriter, quòd euitetur rerum corruptio. Ita sing. dicit Bar.in l. j. ff.de glande legen. & hoc dictum refert & sequitur Fel.in c.j.circa finem de iudicijs:& si ob aliquam causam lis existens super rebus aliquo modo interituris, vel mora deterioribus futuris,terminari non possit, debet huiusmodi res vendi & precium ad vtilitatem ius habentis deponi:vt est tex.sing.in l.fi.& ibi not.per Bar.& docto.ff.de requiren.reis:quod tene menti,quia est quotidianum. Hinc etiam est,quòd si forma mandati sit per verba communia,verbi gratia,mando tibi quòd geras negotia mea,vel quòd contrahas pro me:talis poterit gerere actũ tanquam procurator,vel tanquam nuncius,prout sibi videbitur in his quæ possunt vtroque modo geri: secus autem si non possunt geri vtroque modo, quia tunc videtur ei mãdatũ vt gerat prout negotij natura & materia subiecta desiderat. Ita singulariter decidũt Bal.& Sal. in l.multùm interest, C.si quis alteri vel sibi, vbi de hoc reperies
24 plura pulchra & quotidiana exempla.Hinc etiam est,† quòd vsu siluæ legato, vsusfructus censetur legatus: quia nisi liceret legatario cędere siluã,& vendere,legatum esset inutile.text. est notabilis in l.diuus.ff. de vsu & habita. patet ergo verbum vsus impropriari ratione subiectæ materiæ,

N quod

quod nota. Hinc etiam est, quòd licet lex vel statutum requirat plenam probationem, tamen si secundum subiectã materiam plena probatio à communiter accidentibus fieri non possit, tunc valebit probatio talis qualis fieri pôt, à communiter accidentibus in similibus rebus: & potest poni exemplum in adulterio & filiatione, quæ plenè probari non possunt, c. præterea, de testibus, & l. Lucius Titius, iuncta glo. ff. de condi. & demonst. cum sim. Ita singulariter dicit Hippolytus de Marsilijs in repe. rub. C. de proba. & ante eum hoc voluit Pau. de Cast. in consi. suo clxxv. incip. super primo, in vltimo dubio in antiquis, & Alex. de Imo. in consilio lj. incip. viso & discusso, in j. volum. quod tene menti, quia quotidie occurrit. Hinc etiam est, quòd licet dictio

25 † alius, alia, aliud, ex suo proprio significato implicet similia: vt est glo. notab. in l. si fugitiui. & ibi Sali. & docto. C. de seruis fug. tamen hoc fallit, vbi ratio subiectæ materiæ aliud inducit, vt ĩ euãgelio, & suspẽsi sunt alij duo latrones cum eo: de quo per gloss. Anto. de Butrio, Io. de Imo. Pano. Felin. & docto. in ca. sedes, de rescriptis, & per glo. in Auth. de manda. princip. colla. iij. & sæpe alibi. Hinc etiam est, ꝙ aduerbium euidentissimè, positum in aliqua dispositione, diuersimodè intelligitur secundum subiectam materiam. Ita notabiliter dicit Bart. in dict. l. si constante, quem omnino vide. Hinc etiam est, ꝙ interdictum ciuitatis, ne vilescat censura ecclesiastica, includit suburbia & continentia ædificia, quæ aliàs sub verbo ciuitatis non comprehendun tur: vt est tex. singularis, in ca. si ciuitas, & ibi Pet. de Anch. & omnes notant, de senten. excom. libr. vj. Hinc etiam est, quòd si feudum concedatur generi, vel illis de aliquo genere, verbum genus ratione subiectæ materiæ restringetur ad genus paternum tantum. Ita singulariter dicit Francis. in libel. feudo. parte iij. in ver. vigesimosextò quæro, dicẽs idem esse si feudum posteris concedatur, vt ibi per eum, ꝓ quo est bonus tex. in l. j. in fi. cum ibi no. per gloss. ff. de iure immu. & sentit And. de Isernia, in d. c. j. de succe. feu. & apertissimè hoc decidit Præpo. in d. c. j. §. hoc quoque, quod nota, quia potest frequenter cõtingere in practica. Hinc etiã

26 est, ꝙ iurans simpliciter † obseruare laudũ seu arbitriũ ferendum, nõ tenetur præcisè stare laudo, sed euadit soluendo pœnã, quia iuramẽtum intelligitur secundũ materiam

subiectam

ſubiectam & naturam actus, ſuper quo interponitur, d. l. ſi. C. de non nu. pec. Ita ſingu. dicit Inno. in c. per tuas, de arbitris: quod tene menti. Hinc etiam eſt, ꝙ ab executione mādati ſuperioris licitè ſuperſedetur, quādo ex hoc oriretur ſcandalum: & ſic ratione ſubiectæ materiæ excuſatur quis ab obedientia, vbi aliàs non excuſaretur, c. cum teneamur, de præben. & c. ſi quando, iunctis ibidem ſingulariter not. per Car. & Io. de Imo. de reſcrip. quod commenda memoriæ, quia eſt ſingulare, & vidi ſępius practicari: & idem eſt quando res aliter ſe habet quàm contineatur in mandato ſuperioris: tunc enim non obediens non incurrit cenſuram etiam ipſo facto latam, cum hoc non intendat mandans, nā clauſula, ſi preces veritate nitantur, quæ in omni reſcripto ſubintelligitur, c. ij. de reſcri. tenet cenſurā in ſuſpenſo: Ita ſingul. dicit Pet. de Anch. in conſi. ccxl. incip. per prædicta ſubtiliter: & ſequitur Feli. in d. c. ij. & in d. c. ſi qñ, & in c. ſi. in ix. col. de præſumptio. & Hippo. de Marſilijs in ſingu. cliij. quod memori teneas mente, quia eſt valde ſingulare. Hinc etiam rectè dicit Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de libera. lega. quod dictum docto. & glo. debet intelligi ſecundum legem quam allegant. & idē ſentit Sali. in l. ſi ex cautione, C. de non numerata pecunia, & Io. And in c. cum nuntius, circa finem, de teſtib. & Præpo. in ca. cum ceſſante, de appel. & docto. ſæpe alibi. Et hoc eſt quod quotidie dicimus in practica, intelligētia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, ca. intelligentia, de verborum ſignifi. Hinc etiam eſt ꝙ iura interdum reſpectum habuerunt ad perſonæ excellentiam, interdum ad perſonæ vilitatem, interdum ad rei paruitatem, interdum ad ſenectutem, interdū ad minorennitatē, & ad multa alia: ex quibus optima ratione aliter & aliter ſtatuerunt, vt ad longū pulchrè & eleganter videre poteris apud Ludou. Roma. in aurea ſua repet. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. & Felin. in dicto cap. cauſam quæ: ad quos breuitatis gratia remiſiſſe
27 ſufficiat. Aduocatus † igitur, qui vult ſecurè agere, prouidè ac diligenter conſideret ſingulas circunſtantias & qualitates cauſæ & perſonarū: & an clientulus ſuus agat petitorio an poſſeſſorio: itē an ſit actor vel reus, & præcipuè cōſideret naturā actionis intentandę per clientulum ſuū, vel intentatę contra eundē: & maximè reſpiciat ad concluſio-

nem,in qua consistit modus agendi,& virtus libelli seu petitionis:vt est gloss. singularis in capitulo,hoc quippe,iij. qõne vj.& vult Inno.in capitulo super literis , de rescript. & Panorm.in capitulo ex parte B. de foro competenti , & Baldus in l.edita,C.de edendo.& Iason in l.j. ff.eodem , & Alexander de Imo.in l.Aurelius. §. Sticho,in apostillis ad Bartolum.ff.de libe.leg.& si sis iudex, caueas ne in sententiando excedas cõclusionem vel petitionem : quia sententia debet esse conformis libello,c.licet Heli.de simonia:& vltra id quod in iudicium deductum est , potestas iudicis excedere non potest,l.vt fundus.ff.commu.diui.Imò fatu' est iudex,qui pronunciat super non petitis,l.final.C. de fideicom.libert.Quinimò tria debent esse conformia,libellus,probatio,& sententia:vt singulariter dicit Bal.in l. j.in fi.C.si plures vna sentẽ.condemna.fuerint.Hæc paucis admonere volui,quia sæpe vidi tam iudices, quàm aduocatos hac in re turpiter errare.Illud tñ nolo te ignorare,ꝙ vt
28 verba† habeant efficaciam,& actus sortiatur effectum, recedimus à subiecta materia:d.l.iurisgẽtium.§.ꝙ ferè,& ibi hoc no.Iason limitans hoc modo d.l.si vno,& alia iura dicentia , verba debere intelligi secundum materiam subiectam.Si tamen verba aliquid operentur secundum naturã præcedentis actus,licet nõ omni respectu hoc sufficiat , & ad hoc tendunt singulariter no. per Io.de Imo.Pau.de Cas. & Alexan.in l.miles.§.decem aut noxæ dedere.ff.de re iu. qui singulariter volunt,ꝙ iura dicentia,stipulationem intelligi secundum naturam actus præcedẽtis,d.l.damni infecti quidam,& d. l. si stipulatus , sunt intelligenda quoad hoc,ne in plus exigatur,quam effectualiter posset exigi secundũ naturam præcedẽtis actus:nõ autem omni alio respectu,vt patet in d.l.miles.§.decẽ aut noxæ dedere,quia si stipulatio,de qua ibi,intelligeretur ex toto secundũ naturã actus præcedẽtis vtrunq; alternatiuorũ nõ esset in obligatione,sed vnũ in obligatione & aliud in solutione.cuius rñ contrariũ ibi dicitur: & s̃m præmissa intelligo ẽt id , qđ sing.no. Ale.de Imo,in cõs.xxj.v.vol.inci.dñi,&c.viso compromisso,&c.in ver.nõ obstat,& id quod no. Bal.& Sali. in l.j.C.commo.vbi volunt,ꝙ licet verba debeãt aliquid operari,l.si quando,in prin.ff.de leg.j.& vult notab.Bald.in rubrica,C.de contrahen.emptio.& vend.in ix.qõ.tamen non debeat

debent operari nisi secũdum naturam actus, super quo interponuntur, vel de quo agitur: vt scilicet in plus exigatur, quàm effectualiter posset exigi secundum naturam actus praecedentis. Quae omnia commenda memoriae tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

¶LOCVS A RATIONE casus conuersiua.

1 *Petere quis non debet, cuius contrarium in casu conuerso non esset postulaturus.*

2 *Statutum prohibens alienationem in non subditum an includat clericos.*

3 *Solutio in qua moneta fieri debeat, si valor augeatur vel minuatur.*

4 *Argumentatio à ratione casus conuersiua quando non procedat.*

Offert se nunc locus à ratione casus cõuersiua, à quo sumptum argumentum nedum est probabile, sed forte, frequens, & valde vtile: text. est notabilis, in l. j. ff. de solutio. & in l. pen. C. eodem ti. & tex. iuncta gl. in l. si & rem & pre-
1 tium. ff. de peti. haeta. Et formatur hoc modo: † non debet quis petere, cuius contrariũ in casu cõuerso nõ esset postulaturus. & potest exemplificari per casum d. l. j. vbi debitore diuersarum summarum ex diuersis causis soluente, & non declarante in quam causam soluit, creditor potest incontinenti declarare, in quam causam recipit: dummodo declaret se recipere in illam causam, quam ipse verisimiliter eligeret pro se, si esset debitor: aliàs non: quia non debet quis ab alio requirere, quòd ipse nollet per alium à se requiri: vt ibi. Item potest exemplificari per casum d. l. penul. vbi notabiliter habetur, quòd in datione in solutum melioratio aestimationis seu valoris superueniens, industria recipientis, vel ex euentu, non prodest danti in solutum,

N 3 sed

ſed recipienti tantum,& ideo petens dationem in ſolutũ, quæ habet vim venditionis reſcindi propter deceptionem vltra dimidium iuſti pretij, debet probare deceptionem ſecundum æſtimationẽ quæ fuit tempore dationis in ſolutum,& non ſecundum tempus præſens inſtituti proceſſus,ſecundum Bald. & Salice.ibidem. pro quo eſt textus ſingularis in l.ſi voluntate,in fine,C.de reſcin. vendi.& ita ſæpius vidi practicari.Põt etiam exemplificari per caſum d.l.ſi & rem & pretium,iuncta l.ſeq.& iſto argumento à ratione caſus conuerſiua vtitur Ioan.And.in regula, qui ad agendum,& in regula,qui prior,& in regu.non eſt ſine culpa,de reg.iur.lib.vj.in Mercurialib.& docto.ſæpe alibi, vt infra patebit, quod facit ad multa. Et in primis per iſtud ſingulariter decidit Io.And.in regula,ex eo,de reg.iur.lib. vj.in Mercu. quòd paganus vel Iudæus baptizando non contrahit cognationem ſpiritualem, licet ſecus dicat eſſe in hæretico baptizante,de quo vide ibi latius per eũ.Secũdò iſtud facit pro emphyteutis, & feudatariis,qui ſua induſtria,ſolicitudine,& cultura,fundos vberiores fecerunt & cariores, vt feudum & emphyteuſis non poſſint eis auferri,nec etiam canon augeri,quia quod contingit proſperitate fortunæ, aut induſtria ipſorum feudatariorum vel emphyteutarum,debet cedere ad eorum commodũ: quia in caſu conuerſo,puta deteriorationis, dominus directus id poſtulaturus non eſſet,nec vellet canonẽ diminuere,iuribus præall.& vult Bal.in d.l.penul. Tertiò iſto argumento vtitur Alberi.de Roſate in ij.parte ſtatutorum q.ij.in q. illa quotidiana,Statuto ✝ laicorum cauetur, quòd nullus ſubditus poſſit alienare rem immobilem in non ſubditum quoquo modo,niſi prius ſoluat cõmuni x.ſolidos de qualibet libra iuſtæ æſtimationis ipſius rei quæ alienaretur, & niſi habita licentia ipſius domini loci,An tale ſtatutum valeat, & an includat clericos & eccleſiaſticas perſonas? Vbi vide latiſſimè per eũ, & ampliſſimè per Signorolũ de Homodeis in conſi.xxj.incipiente,ſtatuto ciuitatis, &c. vbi tenet contra Io.And.in cap.fi.de immu. eccle.libro vj. in nouella,quem vide, quia inaudita loquitur,& idẽ videtur velle Barbatia in cõſilio ſuo lxv. quarti voluminis. Opinio tñ Io.And.communiter approbatur,vt videre poteris per recentiores in d.ca.fi.& latè per Card.in rep. capit.

per

perpendimus, præsertim in ix & x.q. de senten. excommu. & per Philip. Francum in quadam sua eleganti disputatione petitorij & possessorij in quarto dubio. Sed quis horum melius senserit & iustius induit arma, tu apud te ipsum perpende. Quartò istud facit pro emptoribus assisiarum, teloniorum, & gabellarum: quia si multum lucrentur, non debemus eis inuidere: nam si essent in damno non vellemus, nec teneremur eis quicquam de canone remittere: Ita not. dicit Bald. in d. l. penul. quæ ad hoc est uot. de hoc tamen vide latius per Barto. in l. cum plures, in princ. ff. loca. & per eundem Barto. in l. cotem ferro §. qui maximos. ff. de publicanis, & per Pau. de Cast. in l. insulam ff. de præscrip. verbis, & per Io. de Imo. in d. §. qui maximos. vbi de hoc satis plenè reperies. Quintò istud facit ad hoc, quòd lex vel canon etiam pœnalis loquens de vltramontano, & aliquid disponens propter longitudinem viæ, curia existente citra montes, locum etiam habet in casu conuerso, puta in citramontano curia existente vltra montes: quãdo eadem subest ratio. Ita determinant Hostien. Panor. & doctores in c. nihil, de elect. & Guil. & Garsias in ca. auaritię. eod. tit. li. vj. & dixi supra in loco à ratione legis larga, ampla seu generali ad extensionẽ ipsius legis, in tertio casu

3 principali, vbi vide. Sextò istud facit ad hoc, ꝙ si per † statutũ florenus statutus sit ad xviij stuferos, deinde eius valor seu æstimatio crescat ad xviij. cũ dimidiato, ꝙ debitor obligatus ad florenos debeat soluere xviij. stuferos cum dimidiato, per rationẽ casus conuersiuã: quia si florenus decreuisset & nõ valuisset nisi quindecim, nõ voluisset debitor soluere nisi quindecim. Ergo, &c. & ita hãc q. quotidianã decidit Bal. in l. si quis argentũ, C de dona. dicens se sic cõsuluisse. sed idẽ Bal. in con. suo ccxiij. v. vol. incip pũctus quæstionis talis est, dati fuerunt, &c. hãc quæstionẽ exactè examinãs dicit & concludit, ꝙ debitor non morosus satis facit soluẽdo florenos iusti põderis. & idẽ vult Sali. in l. cũ quid, circa fi. ff. si cer. pet. ꝑ hunc locũ à ratione casus cõuersiua. limitat tamẽ Bal. in d. consi. nisi florenus fuisset ęstimatus ad libras, quo casu sentit debere fieri solutionem respectu æstimatiõis seu valoris qui fuit tẽpore cõtract᷒. & idẽ vult Pe. de Anch. ĩ cle. si beneficiorũ, de decimis, vbi facit mentionẽ de cons. Bal. & idẽ est de mẽte Bar. & aliorũ

in l.Paulus.ff.de solutio.quod commenda memoriæ,quia est vtile & quotidianum in practica. De hac tamen materia monetæ vide plenius per Bar.Pau.de Cast.Io.de Imo.& alios in d.l.Paulus,& per eundem Bart.& alios nouissimos, in d.l.cum quid,& per Cy.in l.in minorum,C.in quib.cau. in inte.resti.nõ est ne.& per gl.& Panor.in c. olim causam, & in cap.cum canonicis,de censibus, & plenè per eundem Panor.& alios canonistas in c.quanto de iureiu.& per glo. & doctores in c.quis ignorat,xxxij.q.iiij. & per Pet.de Ancha.Io.de Imo. Card.& doctores in d.cle.si beneficiorum. Septimò isto argumento vtitur Albe.de Gandi.in tractatu maleficiorum titulo vltimo,in versiculo,item pone contineri in statuto ciuitatis Castelli,&c. & versiculo sequenti, in illa quotidiana quæstione,stante statuto ciuitatis Castelli,quòd nullus compellatur restituere rem, quam publicè & sine fraude emit:nisi pretium integrè ei fuerit restitutum,contra regulam traditam in l.inciuilem.C.de furtis,si Aretino fuerint subtracti boues,& ducti ad ciuitatẽ Castelli,& ibi venditi,an Aretino dictum nocebit statutũ ciuitatis Castelli?& quid econtra,si statutum ciuitatis Castelli sit contra reum,& pro accusatore forensi,an possit retorqueri contra reum?& in vtraque quæstione concludit, quòd non,vt ibi latius videre poteris per eum.Ex qua decisione inter alia quatenus proposito seruit hoc te singulariter notare conuenit,† ꝙ tunc non procedit hæc argumẽ-
4 tatio,quando extrinsecus quid obstat, vt quia deficit potestas in statuente,vt in exemplis dictarum quæst.vel quid simile,aliàs autem validissima est hæc argumẽtatio,quod nota,& vide quod de ratione dixi supra in euidentialibus euidentiali sexto.

LOCVS AB AVCTORITATE.

1 *Experto in sua scientia credendum est.*
2 *Argumentum ab auctoritate interdum est probabile tantùm, interdum etiam necessarium.& nu.5.9.*
3 *Argumentum ab auctoritate non ligat eos qui non subsunt auctoritati.*

4 *In negotiis decidendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas.*
5 *Exemplis an & quando iudicandum, vel non.*
7 *Doctoribus iuris canonici & ciuilis magis est standum quàm Theologis in controuersiis originem trahentibus à iure diuino.*
8 *Canonista et Theologo electis ad episcopatum, quis praferēdus.*
10 *Decisiones rota, Capella &c. non habent vim legis.*
11 *Et quid in regulis cancellaria apostolica.*
12 *Doctori quantumcunque magno non tenemur credere, nisi prebet opinionem suam,*
13 *Iudex iudicando quando posit à communi opinione recedere.*
14 *Communis opinio habet vim consuetudinis.*
15 *Glossa ponens plures opiniones, & nullam expreßè eligens, videtur cum vltima transire.*
16 *Opinio qua eligenda, quando non est reperire qua sit cōmunis.*
17 *Argumentum ab auctoritate tenet affirmatiuè, sed non negatiuè.*
18 *Doctorum quorundā praestantißimorum laus. vsque ad finem.*

AB auctoritate seu exemplo maiorum, vel vt alij volunt, à praeiudiciis seu pronunciatis sumptum argumentum interdum est probabile tantum, interdum verò etiam necessariū vt infra declarabo. Et formatur hoc modo.
1 Experto † in sua scientia credendum est, text. est in l. antiqui, & ibi Odofr. & doct. not. ff. si pars heredi. petatur, & in l. septimo mense. ff. de statu ho. & in l. si pater. ff. de solu. & bonus text. in c. cum haberet, & ibi Cardi. not. de eo, qui duxit in matrimonium quā polluit per adulterium, & text. non inelegans in c. omnes principes, cum ibi notatis per Ioan. And. de maio. & obed. & tex. pulcher in cap. significasti ij. & ibi etiam Ioan. An. not. de homicidio, & eius meminit glo. in l. j. Cod. ne liceat potentio, & Bald. in l. conuenticula, Cod. de episcopis & cle. eoque vtitur gloss. in l. mulier bona. ff. de iure dotium, & Bald. in Authen. si quas ruinas, in pulchra & quotidiana q. Cod. de sacros. eccle. & Erasmus noster frequēter & maximè in libro cui titulus, Christiani matrimonij institutio, & doct. saepe alibi. Et procedit haec argumentatio ab auctoritate seu exemplo ma-

iorum, nedum in exemplis Christianorum, sed etiam in exemplis paganorum, vt est tex. pulcher in c. quęsta, & ibi Archi. xiij. quæst. ij. & in c. sacerdotibus xj. q. j. & ibi Domi
2 nicus notat, & Erasmus vbi supra Et hæc † argumentatio ab auctoritate seu exemplo maiorum, vel si malis à præiudiciis seu pronunciatis, interdum est probabilis tantũ, interdum autem probabilis & necessaria, interdum autẽ nullius penitus momenti, quod declaro. nam quando allegatur auctoritas eius cui data est potestas legis condendæ, tunc argumentum ab auctoritate est probabile & necessarium. Vnde bene valet argumentatio, seu vt vocant consequentia, Celsus Iurisconsultus ita dicit, ergo ita est. tex. est in l j. & ibi Bar. Bal. Ang. Pau. de. Cast. Alex. Iason, & docto. id not. ff. si cer. peta. vbi Vlpianus Iurisconsultus probat intentionem suam per auctoritatem Celsi Iurisconsulti, & est similis tex. in l. si socer à genero, in prin. ff. sol. ma. vbi Paulus Iurisconsultus suam opinionem cõfirmat auctoritate Neruæ, Catonis, Pomponij, & Aristonis, & similis tex. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, in fine, ff. de pactis, vbi Paulus iurisconsultus suam decisionem confirmat auctoritate Sceuolæ, cum similibus, & hoc vult Barto. in l. legata. ff. de supelle. leg. & Bald. in dict. l. conuenticula, & multo fortius valet hæc argumentatio, si arguatur ab auctoritate papæ vel Imperatoris in his quæ iurisdictionem cuiuslibet eorum respiciunt, l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiã de iactu, l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscri. cap. solitæ, de maio. & obedi. cap. nouit de iudi. & cap. causam quæ, & c. per venerabilem, qui filij sunt legit. cum vtrobique not. per glo. & doct. aliàs secus, vt est glo. notabilis in l. ij. & ibi Sali. & docto. notant, C. de crimine sacrile. & notatur per canonistas in c. ecclesia. S. Mariæ, de constitu. & in
3 clem. pastoralis, de re iudi. & ratio istius vltimi est, † quia argumentũ ab auctoritate non ligat eos q non subsunt auctoritati, secundum Bald. notabiliter in rubrica, C. de fide instr. circa fi. & in casu conuerso lex etiam perquàm dura à subditis est seruanda, l. prospexit. ff. qui & à quib. & c. in memoriam, xix. dist. Quando autẽ allegatur auctoritas eius, qui non habet, nec habuit potestatem condendi legẽ, puta allegatur auctoritas gl. vel alicuiꝰ simplicis doctoris, quãtũcũq; etiã famati & periti, tunc hoc argumentum ab

auctoritate solū est probabile: quia vt dixi, vnicuique experto in sua scientia credendum est d.c.significasti,ij.c.fraternitatis,de frigidis & maleficiatis,l.j & ibi Bar.ff.de ventre inspicien.& l.semel,cum gl.C.de re mili.lib.xij.cum similibus:non autem est necessarium,quia interpretatio gl. vel doct.non est necessaria,sed probabilis tantum, quatenus ratione iuuatur,l.j.C.de prof.qui in vrbe Const.li. xij. & vult gl.in c.j.& ibi Pan.de postu.præla.& gl.in l. si de interpretatione.ff.de legi.& gl.& doct.in l.j.C.e.ti.Vndè hoc casu argumentum tollitur per textum,vel per rationem necessariò concludentem contra gl. vel doctorem:vt est tex. notabilis in l.Labeo,in vers.sed & si.ff.de sup.leg.& ibi Albe.notat.nec mirum,quia quo quisque magis ratione vtitur,eo maioris auctoritatis eius verba habentur.Et in ne-
4 gotiis† definiendis non solùm est necessaria scientia, sed etiam potestas:vt elegāter inquit tex.in c.j.xx.dist.Et hinc
5 est,quòd licet† exemplis supremi principis bene fit iudicādum,& eius sententia faciat præiudicium inter omnes,& in omnibus causis similibus, causæ per eum decisæ, vt est tex.singularis de iure ciuili iuncta gl.in l.fin.C.de legib. & tex.sing.de iure canonico in ca.in causis,& ibi Feli.& doct. de re iud.tamen exēplis inferiorū iudicū non est iudicandum,nec eorum sententiæ faciunt præiudicium,vt est tex. in l.nemo,C.de sent.& inter.om.iud.cum simi.Ab auctoritate autem improbabili & incerta nullum sumitur argumentum,secundum Bal.& bene,in d. l. conuenticula, vt si ab auctoritate theologi concludatur in materia merè legali:vel ab auctoritate medici in materia merè theologica: Cui consonat illud vulgare adagium.Ne sutor vltra crepidam,& illud,ne cæcus de coloribus,cum similibus,Et licet hæc possent sufficere pro iuuenibus,pro pleniori tamē no-
6 titia huius quotidiani articuli,volo eos scire,quòd† quædam sunt scripturę seu auctoritates approbatę per summū pontificem vel Imperatorē,& tales probant & cōcludūt necessariò in his quæ iurisdictionem cuiusque eorum respiciūt:vt supra dixi:& sic argumētum ab auctoritate talium scripturarū nedum est probabile,sed & necessariū,& adeo forte,quòd propter æquitatē non scriptā non receditur à rigore scripto,sed habet hoc casu locum id quod dicit tex. in §.oportet,in Aut.de iudicibus col.vj. scilicet iudicē nō

videri

videri clemētiorem lege,de quo plenè per Cyn.& legiſtas in l.placuit,C.de iud.& per Odofre.& alios in d.l.j.C.de legibus,& per Panor.& alios in c.fi.de tranſactio.& per Bar. in repetitione l.omnes populi.ff de iuſt.& iure.Habet etiā hoc caſu locum d.l.proſpexit,& d.c.in memoriam, ſcilicet quòd lex etiam perquam dura ſeruanda eſt.Scripturæ autem approbatæ & pariformiter apocriphæ,ponuntur in decreto xv.xvj.& xx.diſtinct.vbi vide.& hinc eſt,quòd nedū probabile,ſed neceſſarium eſt argumentum ab auctoritate ſcripturæ diuinæ & canonicæ: vt eſt gloſſ. ſingularis apud legiſtas in §.conſiderauimus,in verbo eloquiorū,in Auth. vt iud.ſine quo.ſuffr.quam ad hoc notat Bal.in Aut.ad hęc. in ij.col.C.de vſuris:ſed quia ridiculum eſt allegare gl. vbi tex.habetur,idcirco ego ad hoc allego bonum tex.in c.ego ſolis,ix.diſt.& tex.pulchrū in c.qualiter & quando ij.de accuſa.& ibi Pano.& Felin.hoc no.Hinc etiam eſt, quod validum,probabile,& neceſſarium eſt argumētum ab auctoritate alicuius ſancti muniti auctoritate noui vel veteris teſtamēti:quia dictum alicuius ſancti munitum auctoritate noui vel veteris teſtamenti in deciſione cauſarum præfertur deciſioni papali:ſecus ſi non eſſet munitum auctoritate legis diuinæ,quia tunc conſtitutio papæ præfertur dicto cuiuſlibet ſancti,quia papæ & non ſanctis fuit data auctoritas & poteſtas legis condendæ.Ita ſingu.dicit gl.in ca.de libellis,& ibi hoc ſequuntur Archi.& Domi.xx.diſtinct. Illam gloſſ.etiam multum notat & ſingularem reputat Pan. in d.c.qualiter & quando,ij.& poſt eum Ioan.de Anania. & Felin ibidem.& Ludoui. Roma. in ſingulari ſuo ccccccl xxxij.de quo vide latius per Panorm.in c.tua,de decimis, &in cap.ne innitaris de conſtitu.& per eundem Panormi. in ſua eleganti diſputatione incipiente,epiſcopus & quidam rector,& per Felin.in d.c.qualiter & quando ij.& pleniſſimè per Antonium de Roſellis in ſuo tractatu de poteſtate imperatoris ac papæ folio lxiij.in verſi. nunc vtilem quæſtionem attingo.In quibus autem ſit ſeruanda lex veteris teſtamēti,vide tex.& gl.in §.his itaque,& ibi pulchrè per Domi.vj.diſt.& per gl.in c.fi.& ibi pulchrè per Ioan.de Imo.de conſuetu.& pulchrè per Henricum Boich,in ca. j. in ij. prin. membro diſt.de conſt.ad quos recurre.Quando autē doctores ſeu interpretes diuinæ ſcripturæ ſunt

varij,

varij,cui tunc magis est standum, habes gl. vulgatam in c. vt veterum,ix.dist.quæ dicit,quòd Augustino est standum in disputationibus,Gregorio in moralibus, & Hieronymo in trãslationibus: de Ambrosio autẽ nihil dicit,sed cõmuniter dicitur,quòd Ambrosio statur in sacramentis. Ita dicit Ioann. de Imo. in repetitione l.si verò.§. de viro,ff. solu.matrim.vbi d.gl.reputat singular.Sed circa istud cadit
7 pulchrum & subtile dubium, videlicet quibus † magis sit credendum,an sacræ theologiæ magistris,an verò doctoribus iuris canonici,quando est controuersia inter Theologos,& Canonistas de materia originem trahente à iure diuino,vt est materia vsurarum,matrimonij,decimarum, & similis,& licet prima facie videatur magis credẽdũ in talibus materiis magistris sacræ Theologiæ tãquã magis peritis ĩ iure diuino,à quo originẽ trahit ꝓhibitio vsurarũ, c.quia in omnibus,& c.super eo,de vsuris,& institutio matrimonij ca.vnico,cum ibi notatis de voto lib: vj.& solutio decimarum,Deutero.xviij.Exodi.xxij.& Nu.xviij. cõtrarium tamen decidit singulariter Petr. de Ancha. in disputa.incip.antiquis & modernis temporibus viri catholici,&c. motus hac ratione,quia scientia canonica principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum in casibus dubiis pertinentibus ad moralem philosophiam : vt patet in procæ.Decre. Scientia verò theologica pertinet ad interpretationem iuris diuini,quoad opera domini nostri Iesu Christi.Hinc videmus, quòd in libris iuris canonici sunt decisiones summorum põtificum super dubiis iuris naturalis & diuini:nam in compilatione decretalium habemus de decimis,de baptismo,de voto,de matrimonio, de simonia,de furtis,de vsuris,de iuramento,& de similibus materiis,de quibus sunt tractatus & tituli speciales,quorũ ꝓprium est elucidare dubia,quæ oriuntur in prædictis materiis originem trahentibus à iure naturali & diuino:& sic residet in hoc, quòd interpretatio iuris diuini quatenus spectat ad moralitatem quæ dirigit actus nostros in Deũ, pertinet ad doctores iuris canonici, qui ex constitutionibus canonicis & decretis sanctorum patrum debent ius diuinum adiuuare & supplere , iuxta ea quæ notantur per canonistas in d.c.si.de consuetu.& in c.quæ in ecclesiarum de const.& per legistas in l.fi.C.si contra ius vel vtilitatem,

publi

publicam. Quatenus autem ius diuinum tendit ad spiritua litatem & cognitionem veræ fidei, in hæreticos, Iudęos, & alios infideles, spectat ad Theologos, secundū eū loco prædicto: qui subdit, quòd sæpe vidit magistros in sacra pagina respondentes super dubiis quæ occurrunt super decimis, testamentis, matrimoniis, vsuris, & similibus, errare: & ideo periculosum est eis aliquid in his affirmare vel negare, secundum eum. & hanc decisionem ad literam sequitur Alex. de Im. in consi. j. ij. voluminis, & in consi. cvij. eo. vol. incip. redemptoris, &c. pro inuestigatione prædictorum, & c. & idem vult Ias. in d. l. j. ff. si cer. pet. & faciunt not. per An. de But. & Pan. in dicto c. tua, de decimis. Vidi etiam ego, dum eram scholaris, quendam magistrum nostrum vehementer errare, cum vellet sustinere, excommunicatum post appellationem legitimam non tutè nec securè celebrare diuina, nec tutè absoluere sibi confessos: sed validitatem & efficaciam huiusmodi actuum & similium, qui geruntur ex officio publico, pendere ex futuro euentu: cui restitum fuit in faciem, quia reprehensibilis erat, per recolendæ memoriæ dominum Arnoldum de Becha præceptorem meum, per textum in cap. solet, in fine, iuncta glossa de sen ten. excom. lib. vj. & c. licet, eodem titu. & libro, & per textum in cap. ad præsentiam, in cap. dilecti, & in cap. pastoralis. §. verum, cum vtrobique notatis, de appellat, vt videri potest in quodam libello suo desuper confecto, de qua materia habetur plenissimè per Panor. in consilio suo xxxiij. j. vo. & per eundem Panormi. in dispu. incip. Gandulphus, in tertio dubio, & per Ioan. And. in regula cum sunt partium iura obscura, de regulis iuris libro vj. in Mercurialibus, & per Philippum in dict. c. pastoralis. §. verùm, qui etiam in hac materia & similibus tradit singularem doctrinam in c. constitutis, in ij. colum. eodem titu. de appellat. quem omnino vide. & ita etiam practicari vidi in oppido Delphensi comitatus Hollandiæ contra episcopum Tractensem, qui post appellationem ex rationabilibus causis interpositam, posuit in dicto oppido interdictum, qui succubuit in vrbe per tres sententias conformes: quod te-
8 nementi. Hinc etiam est † quòd si sint duo electi ad episcopatum, quorum vnus est theologus, & alter canonista, data paritate in cæteris, & hæresi non pullulante in illo episcopatu

patu, vel vicino, præferendus est canonista. Ita notabiliter dicunt Hosti. Io. And. Pan. & doct. in c. j. de consan. & affin. qui textus secundum Hosti. & Ioan. And. ibidem expressè probat, quòd ecclesia Dei non posset regi per puram & solam theologiam, licet aliqui theologi contrarium temerariè asserere non vereantur, & malè, vt ibi per eos. Et quòd canonista cæteris paribus præferatur theologo in promotione ad dignitatem ecclesiasticã, tenet etiam Fel. in c. clerici. de iud. de hoc tamen articulo, an ad theologum, an ad canonistam spectet cognitio de materiis originem trahentibus à iure diuino, vide latissimè per venerabilem sacræ theologię professorem Conradum de sommenhart in suo opere septipartito de contractibus in q. xlix. & in prologo suo in vj. vij. viij. & ix. colum. & per Feli. in d. ca. ne innitaris, circa finem. Et tantum de scripturis approbatis à summo pontifice vel imperatore. Nunc videndum erit † de non approbatis per summum pontificem vel Imperatorem, nec etiam reprobatis. Et istæ sunt duplicis generis, quædam enim sunt scripturæ enunciatiuæ, narratiuæ, vel recitatiuæ gestorum, vt sunt libri historiales, chronicæ, & similes: & talibus si à nostris maioribus creditũ videmus, nos etiam credere debemus, sicut aliis scripturis antiquis: de quo plenè per Pan. Felinum, & alios canonistas in ca. cũ causam, de probat. & per Bar. & doct. in d. l. j. si certum peta. & faciunt no. per Io. And. in c. j. de renuncia. lib vj. & nota. per eundem in regula non est sine culpa, de reg. iur. lib. vj. in Merc. & no. per Fel. in c. ij de rescri. & est bona glo. in c. cum olim, de censibus, & bona glo. in l. j. & ibi Ioan. de Platea notat, C. de fun. limitr. lib. xj. & gloss. in rubrica de reg. iu. li. vj. Quædã autem sunt scripturæ, quæ procedunt disponẽdo & determinando, non autem enunciando solum, & in his aduertendum & considerandum est, quid seruant studia seu vniuersitates, in quibus sunt plurimi periti. quędam enim scripturæ tanquam authenticæ reputantur in studiis, vt decretum, vsus feudorum, dicta Hippocratis, Aristotelis, & similia: & istis est standum, & sic argumentum ab auctoritate talium scripturarum est probabile & necessarium, secundum Bar. & doct. in d. l. j. ff. si cer. peta. & Ang. in §. cumque, in procemio Institutionum, & Pan. Feli. & alios in d. ca. ij. de rescrip. & Bal. Aluarot. Iasonem, & alios

lios in prælu.feu.& plenè per Francisci.in libello feudorũ
part.j.q.j.Pro quo etiam facit d.l septimo mense,vbi Pau-
lus Iurisconsultus pro confirmatione suæ opinionis alle-
gat auctoritatem doctissimi viri Hippocratis. facit etiam
d.l.si pater, vbi Iulianus iurisconsultus pro sua opinione
astruenda allegat auctoritatem Aristotelis, quod ego intel
ligo verum quando illæ auctoritates sunt approbatæ per
legem vel canonem, vel saltem non habemus legem in
contrarium. Si enim lex sit in contrarium, tunc non est
standum talibus auctoritatibus vel scripturis, quia maior
est auctoritas legis, vt patet in l.intantum.§.si.cum l.seq.ff.
de re.diui.& quod fortius est, id etiam patet in auctorita-
te Pau.ad Rom.vij.& ad Gal.iiij.si filius, ergo hæres, quia
illa auctoritas Pauli nõ procedit, si filius se non immiscuit
hæreditati paternæ. Vnde intentio creditorum nõ est fun-
data contra filium, nisi probent filium hæreditati patris se
immiscuisse, l.j.cum ibi nota.per glo.& doct.C.si vt ab hæ
redi.se absti.& l.necessarijs,& ibi glo.& Bar.ff.de acqui. hę
red.& notat Panorm.in capi.quod nobis, qui filij sunt leg.
quod not. Quædam autem sunt scripturæ, quæ ab vniuer-
sitatibus & studijs generalibus non approbantur nisi iuuẽ
tur ratione, vt sunt dicta glossarum, Bar. Bald. Lyrani, & a-
liorum doctorum:& istæ dicũtur magistrales probationes,
non autem necessariæ. Et ergo eis non est standũ, nisi qua-
tenus ratione iuuentur. Vnde si ratio necessariò conclu-
dens, vel textus sit in contrarium, non est illis standum:&
sic argumẽtum ab auctoritate talium scripturarũ est dun-
taxat probabile, vt supra dixi: Ex † quo sequitur, quòd ar-
10 gumentum ab auctoritate decisionum Rotæ, Capellæ, vel
Delphinatus, solum est probabile: quia tales decisiones nõ
habent vim legis. Ita singulariter dicit Dominicus in cap.
duobus,& sequitur ibi Philip. Francus de rescrip.lib.vj.&
idem Domi.in cap.neque,ix.dist.& sequitur Felin. in dict.
cap.ij.de rescri.& Iason in d.l.j. ff. si cert. peta. De regulis
11 † autem Cancellariæ apostolicæ, an sint constitutiones ge
nerales,& ligent existentes extra curiam, sunt opiniones:
nam Petrus de Ancha.in consilio suo ccxcvij.incip. effica-
cibus,& Card.in cons.suo xcix.inc.redemp.&c.dico quòd
acceptatio,&c.tenent, quòd non: Sed Feli.in d.cap.ij. tenet
contrarium,& sic sub iudice lis est. Patet ergo, quòd pro-

pter

pter rationes magis pregnantes licitum est recedere ab opinione glossæ, vel alterius doctoris quantumcunque famati,& etiam à decisionibus Rotę, Capellæ Tolos.& deci. Delphinarus, per d. l. Labeo.§.sed & si. Hinc dicit Archi.in
12 c.nolite timere.xj.q.iij.ꝙ cuicunque, licet magno†doctori non tenemur credere, nisi probet opinionem suam per authenricam scripturam: per illum tex.& per tex.singularē Augustini in dict.cap. ego solis. Hinc etiam dicit Card. in consilio lxxvij. incip.frater vnice,&c.quòd nulli voluit vnquam in opinionibus cedere, nisi vrgēte ratione,& hoc dictum refert & sequitur Felinus in d.cap.j.in fine de constitu.quod nota.& vide quod dixi supra in loco à lege cessante,& in loco à cessatione rationis. Dicit tamen Iacobus Butrigar.valde singulariter in l. j. C qui pro sua iurisdict. quòd in iudicando non est recedendum ab opinione glossæ, quando habet vnum famatum doctorem post se. Sed hoc dictum impugnat Panor.in cap.capellanus, de ferijs,
13 hac ratione, quia etiam à communi †opinione potest iudex recedere in iudicādo, quando talis communis opinio est euidenter falsa, vel quando conuinci potest euidentib⁹ rationibus: vt vult Ioan.And.& post eum Bal.Felin.& communiter doct.in d.c.j.de consti.Et probatur in d. cap.capellanus,& in l.j.ibi, sed neque ex multitudine auctorum,&c. C.de vete.iure enucle.de quo tex.facit festum ipse Panor. in d.c.capellanus, teputans eum singularem, sed ego ad idē propositum allego duos alios textus, qui non consueuerunt ad hoc allegari. Vnus est in ca.vnico, de summa trini.& fi.catholi.lib.vj.ibi, incommutabilis & vera sentētia, quasi innuat, quòd non est satis, opinionem aliquā esse cōmunem, nisi etiam sit vera.& hoc sentit ibi Do. Alius text. est in cle.vnica, in fi.eo.ti.ibi, probabiliorem & dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologiæ magis consonam & concordem, &c.& facit illud vulgatum dictum Senecæ, non te moueat dicētis auctoritas, sed quid dicatur attende.pro quo est bonus tex.in d.ca.ego solis, & ibi Do. Verum tamen est, ꝙ in dubio in iudicando nō est recedendum ab opinione glossæ, quæ est maximæ auctoritatis, vt dixi supra in loco à cōtrario sensu circa fin.nec ab opinio
14 ne communi, quia†communis opinio habet vim consuetudinis, secundum Bal.in d.c.ne innitaris,& iudicans secū-

O dum

dum communẽ opinionem ẽt falsam, non facit litem suã, & excusatur in syndicatu, vt dicit Pano. post alios in d.c.j. de postu. præla.& sequitur Fel. in d.c.j. in fi. de cõsti. de hoc tamen vide omnino Zasium in scholijs suis super l.ij.ff. de origin. iuris, vbi accuratissimè hunc articulum examinat.
15 Quando autem † gl. ponit plures opiniones & nullam expressè eligit, vel approbat: tunc videtur transire cum vltima,& illa dicitur sua opinio: Ita vult glo. notab. in l. qui filium, circa finem, ff. ad Trebel.& idem dicendum est de opinio. Inno. vt quando ponit diuersas vel contrarias opiniones, prout sæpe facit, vltima dicatur esse sua: Ita notabiliter dicit Host. in cap.j. de pœnis. lib. vj. & sequitur Ioan. And. in c.j. de senten. excom. eodem lib. in nouella.& pariformiter quãdo in aliqua l. per aliquem Iurisconsultum recitantur diuersæ opiniones, & nulla expressè eligitur per Iurisconsultum, videtur iuriscon. transire cum vltima. Ita dicit Bar. in l. bona fides. ff. depositi.& volunt Bal.& Ange. in l. si idem cum eodem. §. fin. per illum tex. ff. de iurisdict. omnium iud. Hoc tamen limita tribus modis, vt ibi pulchrè habetur per Iasonem, ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat. Si autem Iurisconsultum non recitat opiniones, nec arguit ad partes, sed simpliciter mouet quæstionem & aliter non decidit: tunc si format quæstionem affirmatiuè, præsumitur decidere affirmatiuè: si autem formauit quæstionem negatiuè, tunc præsumitur decidere negatiuè. ita notabiliter dicit Iason post alios, in l. cum fundus. §. seruũ tuum impru. ff. si certum pet. per plures tex. hoc bene probantes: quod nota. Vbi autem non † est reperire communẽ
16 opinionem, sed tot sunt opiniones pro vna parte, quot pro alia, quæ opinio tunc debeat eligi, vide per Cyn.& legistas in l. cum de nouo, C. de legib.& per Lamb. de Rampo. in l. non possunt. ff. eo. tit.& per Panor.& cano. in d.c.j. de constitu.& per Matth. in tractatu de ele. opin. ad quos remisisse sufficiat.& hoc casu iudex eligendo vnam opinionem etiam minus veram, dummodo sint rationes prægnantes & apparentes pro ea, & dummodo credat eam veram, non facit litem suã: quia non peccat, ex quo processus est multum dubius. Ita notabiliter dicit Bald. in d. c. ne imitaris, & idem vult Ang post alios in l. dos à patre, C. solu. mat.& faciũt not. per gl. Institut. de obli. quæ ex quasi malefi. nasc. in princ.

in princ. Quid autem sit faciendum, si Iurisc. inter se reperiantur discrepare, vide sing. decisionem Theodosij & Valentiniani in tit. de respõsis prudentum, Codic. Theodos. lib. j. tit. iiij. Ad vnum tamen aduerte, & hoc pro regula tene in omnibus quæstionibus occurrentibus, quòd si reperias diuersas opiniones doc. potius adhęreas opinionibus antiquorum, quàm modernorum: nisi reperias textum expressum in cõtrarium. Ita sing. dicit Io. Pet. de Ferr. in practica sua noua in forma capitulorum, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, in fine. Item & illud
17 volo te scire, quòd † argumentum ab auctoritate tenet affirmatiuè, sed non negatiuè: quod facit ad multa, vt videre poteris per Præpo. in c. Constantinus, xcvj. dist. vbi saluat donationem Constantini, licet de ea in pluribus antiquis historiis & chronicis non habeatur: de quo articulo obiter dixi suprà in loco à verisimili. Item & illud nolo te ignorare, quòd non valet hæc consequentia, talis doctor est canonizatus, vel inter sanctos relatus, ergo prohibitum est aliter opinari, quàm ipse scripserit: nec etiam valet hæc consequentia, talis non est canonizatus, ergo dicta eius nõ sunt recipienda: sed bene valet ista consequentia, talis est canonizatus, ergo licitè leguntur & tenentur eius opera, vt vult Felin. in d. c. ij. de rescrip. post August. de Anco. in lib. suo de potestate ecclesiastica, vbi recurre & ratio pręmissorum assignari potest, quia sanctitas vitæ non eximit quem ab humanitate: & si homo est, labi & errare potest vt alij. Pro quo etiam est bonus tex. in d. c. ego solis, ibi, quantalibet sanctitate, &c. & tex. elegans in decretali j. vt lite pendente, intelligendo ꝙ loquatur de sancto Thoma Cantuariensi, vt ibi intelligunt Io. An. & Bal. & consonant tempora: quia S. Thomas Cantua. fuit tempore Alex. iij. auctoris dictæ decretalis j. vt attestantur Platina & Sabellicus & alij, quos vide: quia reperies industria Alex. iij põtificis maximi auctum patrimonium ecclesiæ in Britannia, quam nunc Angliam appellamus: ex quibus patet, quòd vtilis est argumẽtatio sumpta ex hoc loco, & quod interdum concludit necessariò, interdum probabiliter tantũ, & interdũ nullo mõ: licet dialectici dicant, locum ab auctoritate esse infirmũ. & quia dixi supra, magnam esse auctoritatẽ glossę, non inutile duxi, aliqua ex laudib. nonnullorum aliorum

18 præstatissimorum doctorum referre. Et in primis occurrit Innocentius, de quo dicit Arch. in ca. primo. de except. libro vj. quòd ipse fuit pater & organum veritatis. de eo et dicit Ludo. Roma. in repe. l. si vero. §. de viro, in iiij. fallentia: ff. solu. matrim. quòd ipse est pater canonistarum: de eo etiam dicit Specu. in procemio sui speculi, quòd ipse Inno. est pater iuris: & verè fuit pater, quia ipse pauit nos duplici pabulo, scilicet solenni apparatu vt magister, & constitutionibus quas fecit vt pontifex, quas nunc habemus in sexto. Ita notabiliter dicit Ioan. And. in addi. ad Specu. in rubrica ne sede vacante, & ibi latius per eum, & per Felin. in dict. cap. ij. de rescrip. & per Iasonem, in d. l. j. ff. si certum peta. Et sic argumentum ab auctoritate Innocen. iiij. aliquãdo est probabile & necessarium, qñ scilicet fit ex constitutionibus per eum tempore sui pontificatus editis, publicatis, & receptis. Aliquando autem est probabile tantum, puta quando fit ex commen. suis, editis super volum. Decretalium, & super alijs constitutionibus per eum & alios editis, quæ hodie habentur in sexto: & si de eo plura videre volueris, vide Platinam & alios in vita eius, & ea quæ habentur & notantur in c. ad apostolicæ, de re iud. lib. vj. fuit enim mirabilis artifex, vt ille cõperies. Secundò occurrit Hostiẽsis, de quo dicit Specu. in d. procemio sui speculi, quòd ipse fuit lumen iuris: & verè fuit maximus, & profundissimus Canonista. Tertiò occurrit Ioan. And. de quo dicit Cardin. in procemio Clementinarum, quòd ipse solus plus illuminauit ius canonicum, quàm omnes alij doctor. simul in centum annis, & Panor. in c. de quarta, de præscri. dicit de eo, qđ quando ipse voluit apponere studiũ ad decidendũ cæteris scribentibus silentium imposuit: de eo etiam dicit Panor. in c. ex parte Adæ, de testibus, quòd ipse longè melius alijs solitus est compendiosè & eleganter summare textum, adeò quòd communiter docto. sequentes soleant cum ipsius summarijs transire. magni autem artificis est, totum comprehendere sub exiguo, vt dicit Seneca in epistola liij. ad Lucilium circa finẽ, & et in legationẽ venienti ad vrbem fertur dixisse summus põtifex, bene venerit qui lux mundi cognominatus est, vt refert Antõ. de prato vetere in princ. sui libri qui repertorium Bartoli intitulatur: & Bal. in princip. lecturæ feudorum vocat eum verificæ scientiæ iuris

tiæ iuris canonici patrem,& idem Bal.in preludiis feud.in prima diuisione mentionem faciens de nouella Io.An.dicit,quòd est opus nobilissimum & omni laude dignum:& Iaso.in l.j.in ij.lectura,C.de summa Trinit.:& vocat eum pincipem canonistarum,& idem Iason in l.sancimus,C.de testa.dicit de eo,quòd ipse fuit vtriusque iuris fons,& tuba:nec mirum,quia ipse in decimo anno incepit studere canones,vt ipsemet refert in c.cum apud,de sponsalib.& tempore quo cõfecit additiones ad speculũ,studuit 50. annis, vt ipsemet refert in additio.ad specu.in ti.de salarijs.§.sequitur,in princip. Quartò occurrit Guido de Basio,vulgò Archidiaconus cognominatus,præceptor Io. An.qui eleganter & magistraliter scripsit super decreto & sexto; de quo dicit Felinus in d.c.j.de constitu.in fine, quòd opinio Archidiaconi super sexto etiam singularis præfertur opinioni cõi,& allegat quandam decisionem Rotæ. hunc etiã multum commendat Io. An.in glo.sua super sexto. Quintò occurrit Bartolus,de quo dicit Panorm.in c.cum vobis,de præscrip.quòd ipse omnium iudicio cunctos scribentes in æquitate,& veritate præcessit:& de eo dicit Io. Baptista in repe.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure,quod in ipso fuit admirabilis prudentia vltra altam legum peritiam, & quòd ingenio eius nullum numen abfuit:& de eo dicit Iason,in d.l.j.C.de summa Trin. quòd ipse Bartolus fuit princeps legistarum:de eo etiam dicit Bal.in c.j.de success. feudi, in vsibus feud. quòd ipse fuit homo subtilis & doctor suus, tenens semper opiniones multum placentes laicis: & hoc fecit opinionibus suis multum honoris,secundum eum.& idem Bald.in l.j.C.qui accu.non poss.dicit,quòd ipse Bar. fuit homo multum inhærens practicæ, & quòd fuit assessor primò Tuderti,& postea Pisis; & idem tandem legere cœpit,& deinde venit ad ciuitatem Perusij,vnde legendo optimus factus est,secundum eum:& de eo dicit Iaso.in l. precibus,C.de impu.& alijs substi.& Franc.de Aretio consilio clv.quòd ipse fuit pater iuris:de eo etiam dicit Ludo. Roma.in consi.cccclxxix.incip.quoad primum propositæ consultationis.quòd in Bar.semper esse solet substantia veritatis : & ergo in consulendo dicit ab eius opinione non esse recedendum:& idem dicit Iason in l.illud,C.de collatio. de eo etiam dicit Barbatia in capitu.Raynutius,de te-

ſtamentis,ꝙ ipſe fuit luminare Iuris ciuilis ardentiſſimũ. & de eo etiam dicit Ang.in conſi.cccc j.ꝙ ipſe fuit iuris ciuilis ſpeculum & lucerna,ac dominus & præceptor ſuus.nec mirum,quia ipſe citò incœpit.nã in xvij. anno publicè de iure diſputauit,vt refert Ang.in l.j.§.pueritiã ff.de poſtulãdo,& vt ipſemet Bar.refert in l.quidam cũ filiũ.ff. de verb. oblig.ipſe incœpit ſtudere leges ſub Cyno de Piſtorio, in xiij.anno,& in xx.anno publicè repetiit,& diſputauit,& in xxj.anno gradum doctoratus adeptus eſt,& ex verbis eius ibidem ſatis colligitur,ꝙ ipſe fuit expoſitus, & per quẽdã fratrem Petrum recollectus, educatus,& inſtructus,de eo etiam plura dicit Antonius de Prato veteri loco prædicto. Sextò occurrit Bald.de quo dicit Roma. in ſingulari c c c lxxix.incipiente,ſcires tu , quòd ipſe omnia ſciuit & nihil ignorauit.& idem de eo dicit Iaſon in d.l.prima.C.de ſum. trini.& idem Iaſon in §.ſed iſtę,Inſtit.de actio.dicit,quòd Baldus nihil intactum reliquit.fuit enim valde ſubtilis,& propter nimiam excellentiam & ſubtilitatem ingenij ſæpe varius,non autem malitioſè, vt refert Paul. de Ca.in l. de ætate,C.de in integ.reſtit. & iſte Bald. etiam citò incepit,quia in xv.anno repetiit,l.cẽtum Capuæ.ff.de eo quod certo loco,vt refert Ange.in d.l.j.§.pueritiam,& legit ferè 50.annis,vt ipſe teſtatur de ſeipſo in præludiis feudorum, & in cap.j.in fin.de iureiur.& habuit duos fratres etiam vtriuſque iuris doctores,ſcilicet Petrum & Ange. vt refert Ange.in l.ij.ff.de origine iuris,& de iſto Baldo dicit Paul. de Caſt.in l.aduerſus,in fine, C. ſi aduer.rem iudica. quòd ipſe fuit ſubtilior Barto. ſed Barto.ſemper magis inſecutus eſt veritatem,ſecundum eum.Dignus etiã eſt memoria Ange.de Peruſio frater Baldi optimus doctor,qui incœpit aduocare in xx.anno, & aſſumpſit doctoratũ & cœpit legere in xxiiij. anno , vt ipſemet refert in dict. l.j.§. pueritiam. Nec omittendus Paulus de Caſtro clariſſimus & optimus legum doctor, & vt ait Iaſon in §. prętereà quaſdam,Inſtit.de actionibus,& ſæpe alibi,& excellentiſſimus inter modernos.Occurrit etiam Nicolaus de Neapoli ſublimis ſcientiæ doctor & textualis maximus, quẽ ſic extollit Roma.in Rep.Authen.ſimiliter, in quarto ſpeciali piæ cauſæ circa vltimas voluntates,C.de leg.Falci. & Iaſon Inſtit.de actio. in principio. Item Ioan. de Imola

quem

quę posteriores doctorem veritatis appellant, qui semper conatur sustinere glo.& Bar.de quo dicit Iason in d.l.j. C. de summa trinitate & fide catholica,in ij.lectura,ꝙ ipse est eximius vltra omnes modernos,& non possent sufficiēter eius laudes exprimi.Occurrit etiam Alexander de Imola, qui fuit laboriosissimus & aure⁹ doctor, vt dicit Iason in d. l.j.C.de sum.tri.& vberrimus fons iuris,vt dicit Prępositus in prçludiis feud. in finalibus verbis,ex cuius dictis & scri ptis fermè omnia sumpta sunt, quæ reperiuntur collecta per Barbatiam in iure canonico,per Iasonem in iure ciuili, & per Bertachinum in repertorio. Neque prætermittendi sunt Anto.de Butrio,Franc.Zabarella cognomento Cardinalis, Petrus de Ancha.& Nicolaus Siculus cognomento Abbas vel Panormi-illustres iuris pontificij elucidatores.Neque etiā Odofredus clarus doctor & gl.necnō antiquorum doctorum fidelis relator & explanator. Occurrit etiam Henricus Boich summus & celeberrimus iuris pontificij doctor, quem multum commendat Felinus in cap.cum quidam, de iureiuran. meo iudicio obuiis, vt aiunt, vlnis amplexandus. Necnon Gandinus maximus practicus,maximè in materia maleficiorum, vt attestatur Paul.de Castro in consilio cxcvij.incipiente, visa inquisitione.in antiquis,& Ioan.And. in additionibus ad Speculum in tit.de procurato. §. j. in additione quæ incipit, per hoc videtur.Occurrit etiam Guliel. Durandi cognomēto Speculator,maximus practicus,de cuius laude vide Ioan. And.in additionibus ad Spe.in tit.de offi.om.judi.in §.fin. circa princi. fuit enim ipse Speculator auditor Rotæ in suo xxxiiij.anno,vt ipsemet refert in Speculo in titulo de appella.in §. nunc breuiter, in versiculo item iusta causa est.& hinc Paulus de Castro de eo mentionem faciens in l.properandum,in principio.C.de iudiciis,dicit ipsum fuisse mirabilem.qui in tam pauco tēpore factus est tā excellens,& de eo dicit Iason in § itē si quis in fraudem,& in §. actionum,Instit.de actionibus , ꝙ ipse est pater practicæ. Commemorandus etiam Oldradus de Laude aduocatus cōsistorialis,& maximus practicus,à quo plura habuit Io. And.maximè in additionibus ad Speculum,licet de eo frequenter mentionem non faciat,cui causam quandā acriter oranti Pontifex maximus dixisse fertur, sile calumniator,

vt refert Paul. de Cast. in l. verbum, C. ex quibus causis infamia irrogatur, & eum ex displicentia decessisse quidam alij attestantur. Occurrit etiam Albericus de Rosate, maximus practicus & fidelissimus conseruator antiquitatis, vt refert Ias. in l. j. §. j. ff. si quis ius dicenti nō obtēp. si nō omnibus præferendus, meo iudicio tamen nemini postponēdus. Item Lambertus de Ramponibus resolutissimus doctor, quem multum commendat Io. And. in c. si pater, de testamen. lib. vj. in nouella, asserens eum fuisse profundę sciētiæ doctorem, de quo etiam meminit Cyn. in l. fi. C. de vsufructu, dicens eum fuisse doctorem suum. Occurrit etiam Cy. de Pistorio præceptor Bar. vt supra dixi, subtilis & clarus doctor, qui vulgo sequela Petri appellatur. Necnō Frācisc⁹ de Aretio, qui vulgò subtilitatū princeps appellatur. Item Ioan. Fabri solennis doctor, attestante Sozino in l. si quis ita. ff. de rebus dubiis, cuius fuit egregium & mirabile ingenium, secundum Iasonem in §. item si quis postulāte, Instit. de actionibus, & eius sæpe meminit Ioā. de Imo. in repetitione c. cū contingat, de iureiu. Item Matthæus Matef. egregius & summæ subtilitatis doctor, attestāte Iasone Inst. de actionibus, in principio. Occurrit etiam clarus & non contemnendus doctor Ang. de Aret. Benedictus de Plumbino, Philip. Cornæus, & Sozinus, illustres & clari legum doctores. Item Felinus & Iason, celeberrimi, clari, & aurei doctores. Occurrit etiam ex vetustioribus Azo, quem Bald. in l. contractus, C. de fide instrumentorum, appellat fontem legum & vas electionis. quæ omnia cōmenda memoriæ tanquam pulchra, iucunda, ac scitu ac recitatiōe digna, & vide quod dixi supra in loco à lege cessante.

¶LOCVS A PARTIVM enumeratione.

1 *Argumentum à partium enumeratione bene formatum, est necessarium, & optimum in iure. 2.*

3 *Argumentum à partium enumeratione non procedit, si in enumeratione aliquid omittitur.*

4 *Argumentum ab enumeratione in quibus procedat.*

Nunc

NVnc subnectemus locū à partium enumeratiōe, qui per aliquos vocatur à diuisione, &
1 per alios ab inductione, à quo sumptū † argumentū est frequēs, validū, & necessariū, qn̄ bene formatur enumeratis singulis partib⁹, tex. est notabilis in l. patre furioso, & ibi Bar. & Bald. Ange. & doct. notāt, ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & bonus tex. in l. ex maleficiis. §. hęres. & in l. obligationū ferè. §. placet. ff. de acti. & oblig. & tex. in c. ij. post medium, de Sum. Tri. & bonus tex. in c. cū dilectus, & ibi Panor. notat, de iure patrona. & tex. in c. si vir, de cogna. spiritua. & in c. quo iure, & ibi Domin. notat viij. distinct. & in c. per tuas, de sen. exco. & in c. quanto, circa medium, de iureiur. & tex. iuncta glo. Institut. de oblig. quæ ex quasi contractu nas. in princ. & quasi per totum, & tex. pulcher iuncta glo. Inst. de obl. quæ
2 ex quasi mal. nas. & ibi Ang. de Are. dicit, quòd † argumentatio à partium enumeratione est optima in iure, & eius meminit Bal. in l. conuenticula, C. de episco. & cle. & Iason in l. eùm quid, in prin. in prima lectura. ff. si cer. pet. & idem Iason in §. omnium, in §. æquè, in §. sed istę, & in §. rursus, Instit. de actio. & idem Iason in l. filium quem habentem, C. fam. erci. & Ioan. And. in regula, sine culpa, & in regula non est obligatorium, & in regula, peccatum, & in regula, qui tacet, & in regula, quod semel, & in regula, quod alicui gratiosè conceditur, de reg. iur. lib. vj. in Mercu. Eius etiam meminit gloss. in l. aliàs autem. ff. de iureiuran. & Barto in l. iusiurandum quod ex cōuentione. §. procurator, sub quo legit dict. l. aliàs autem, illo eodem titulo. & idem Barto. in l. qui vsumfructum, ff. de verb. obligati. & hoc argumento à partium enumeratione vtitur doctor irrefragabilis Iesus Christus saluator noster Matthæi xij. post medium, ibi, Aut facite arborem bonam, & c. & idem saluator noster Ioan. xviij. ibi, Si malè locutus sum, &c. Item gloss. Barto. Alberi. Salice. & docto. in Authen. ex causa, Cod. de liberis præte. & glo. in §. aliud quoque capitulum, in Authent. vt eum de appella. cognosci. & gloss. in l. si quis pro eo, & ibi Barto. & Paul. de Castro notant. ff. de fideiussoribus, & Ioan. And. in additionibus ad Speculum in tit. de teste. §. j. versicu. sed pone, egi contra te ad decem, & Pau. de Cast. in l. siue apud acta, C. de transact. & Alberi. de Ro-

ſate in pulchra & quotidiana quęſtion e in prima parte ſtatutorum q.xxxvj. & Pet.de Anch. in conſilio ccclxxiij.incip.reuocatur in dubiū,& Roma.in conſilio xlvj.& in conſi.cij.Hac ſpecie argumenti etiam frequenter vſus eſt Socrates,vt refert Cicero in Topicis,& doctores ſæpe alibi. Et tunc optima eſt hæc argumentatio, quando partes ſufficienter enumerantur,vt dixi ſupra,in principio , ſed ſi in
3 † enumeratione partium aliquid omittitur,tūc argumentum non procedit:textus eſt notabilis iuncta gloſſ. in l.filius.§.filiusfamiliàs miles.ff.de lib.& poſth. & bonus textus in c.venerabilem, & ibi Io. An.Bald.& Panor.id notāt, de electiōn. Soluitur enim argumentum à partium enumeratione ſeu à diuiſione vel inductione per tertiū adiacens,id eſt,per nec ſic, nec ſic : quia datur tertius caſus. vt eſt tex.in d.c.venerabilem,& ibi hoc expreſsè dicit Bald.& Bart.in l.interdum,in principio.ff.de condict.indebi.Et ſi alia petas exempla, vide vnum per Gell.Noct. Att.lib.ij. c. vij.& aliud per eundem li. v. c.xj.& aliud ſecundum Tiro. Tullium,apud eundem Gellium libro vij. cap.iij. & aliud per Cyn. poſt glo.in l.in bonæ fidei,in princip.C.de rebus creditis,& aliud per Ciceronem lib.de Inuentione primo, & aliud Ioannis ix.in principio.Nec mirum,quia ex propoſitionibus particularibus , vel ſingularibus ſimpliciter ſumptis, non ſequitur propoſitio vniuerſalis:vt docet Cicero tertio Rhetoricorum, & probatur in capitulo in Geneſi,de electiōn.& ibi hoc notant canoniſtę,maximè Ioan. de Imo.Ioannes Calderin. Panor.& nouiſſimi. Et hoc eſt quod dicunt dialectici,ex puris particularibus nihil inferri, & minus ex ſolis negatiuis. Hinc Bartolus in l.ſi quis neget.ff.de liberis agnoſcendis, reprehendit Dyn. in eo ꝙ arguit ab inſufficienti enumeratione: quando eīn in enumeratione aliquid omittitur,argumentum iſtud non procedit, vt dixi:& vult gloſſa in l.cum hi. §. ſi prætor , & ibi Paulus de Caſtro notat.ff.de tranſactioni.& gloſſa in l.prima.& ibi etiam Paulus de Caſtro C.qui & aduerſus quos: imò committitur tunc fallacia conſequētis. ſecundum
4 dialecticos. Et procedit † iſtud argumentum non ſolum in dictis legum vel canonum , ſed etiam in dictis teſtium. vnde ſi teſtis dicit quòd conſilio non interfuerunt decem homines , quia enumerauit eos,& non erant niſi octo,valet di

let dictum eius, quia ratio eius concludit per locum à sufficienti partium enumeratione: & idem in rimatione scripturarum, vt si volumus per scripturam archiui probare, quòd Titius non soluit collectas, quia omnes soluentes sunt ibi descripti, & non ipse: textus est notabilis in l. prima. & ibi Bar. Ang. & Io. de plat. nó. C. de exact. trib. lib. x. & vult Bal. in dict. l. patre furioso, in prima lectura, & Franciscus de Are. in l. in illa, in v. col. ff. de verb. obl. Et idem dicẽdum est de hac negatiua, tu non es in testamento descriptus: & de hac, tu non es in matricula matriculatus: & de hac, tu non es descriptus in æstimo, & similibus: quæ omnes probantur ex inspectione scripturæ. & concludit talis probatio per locum à sufficienti partium enumeratione. Ita dicit gl. in l. fi. & ibi plenius Bar. Bal. Salice. & doct. C. de rebus cred. & gl. in l. ij. & ibi etiam Bar. Bal. Sal. & docto. C. de erro. aduo. & gl. in l. cum fideicommissum, & ibi Ang. ff. de conf. & gl. in l. cum de lege. ff. de probatio. de qua facit festum Ias. in §. item si quis in fraudem. Inst. de act. de isto articulo vide plenè per eundem Ias. in l. fi. §. licentia. C. de iure deli. & per Franc. de Aret. in l. decem, ff. de verb. obligat. cuius etiam meminit Pirrhus in rub. C. de suscep. præpo. & arc. libr. x. quod commenda memoriæ, quia est quotidianum, & seruit ad multa.

¶LOCVS A VI NVMERI.

1 *Singularis locutio vno contenta est: pluralis verò plures exigit: & non verificatur in vno. 3. 4.*
2 *Dictionis seu natura.*
3 *Verba in dubio ita sunt intelligenda, vt saluetur ratio recti sermonis.*
4 *Intellectus c. vnic. de cleric. coniug. lib. vj. & c. si iudex laicus, de sent. excom. l. b. vj. remißiue.*
5 *Instrumentum publicum per duos testes reprobatur.*
6 *Pluralitas resoluitur in singularitates, & quando. 7. 8. 9. 10.*
8 *Singulare quando resoluitur in plurale. & nu. seq.*

11 *Quod*

11 *Quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem.*

12 *Idem iuris est de principio numeri, quod de numero.*

OCcurrit nunc locus à vi numeri, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens & vtile: & formatur multipliciter ad multiplicē effectum: vno modo sic. Singularis † locutio
1 contenta est vno, & plures abhorret, maximè in materia restringibili: sicut ediuersó pluralis locutio vno non contenta non est, vt dicam infra. Et hoc argumento imprimis vtitur Apostolus ad Gala. iij. ibi, Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit & seminibus &c. & Inn. iij. summus pont. in c. gaudemus, de diuor. & originaliter Adam Genesis iij. in fine, & multipliciter ac singulariter multū Alex. primus papa in epistola de fide sanctæ Trinitatis ad probandum vnitatem, & Trinitatem in Deo, & Bonifacius viij. papa in extrau. vnam sanctam, circa finem, de maio. & obed. ibi. in principio & non in principiis &c. & in pluribus aliis locis extrau. Hoc argumento etiam vtitur Io. And. in reg. pluralis, de reg. iu. lib. vj. in Merc. vbi per hoc decidit quæstion. illam quotidianam: Aliquis ab eodem & coram eodem iudice conuenitur, diuersis tamen libellis & super diuersis rebus, iudex in vna actione eum condemnat, & demum eodem contextu condemnat in altera, condemnatus appellat & impetrat super appellatione rescriptum in hac forma, Conquestus est talis, quòd talis iudex iniquam tulit diffinitiuam sententiam contra ipsum, à cuius sententia ad sedem apostolicam appellauit; demum petit impetrans per hoc rescriptum vtramque sententiam reuocari: Ex aduerso autem excipitur, quod non fuit appellatum ab vtraque sed tantùm ab vltima, & concludit, quòd ex quo in rescripto dicitur de sententia in singulari numero, non audietur nisi contra vnam, vltimam scilicet vel duriorem: vt ibi latius per eum. Isto argumento etiam vtitur Ioan. And. in reg. imputari, de reg. iur. lib. vj. in Mercuriali. ad decisionē illius q. quotidianæ, an diaconus promotus ad ecclesiam parochialem, qui vltimo die Septembris habens pacificam possessionem dictæ ecclesiæ, neglexerit vsque ad quatuor tempora Septembris sequētis pro

moueri

moueri ad sacerdotium, in sabbato autem quatuor temporum dicti mensis Septembris, obstante impedimento, nullo modo potuit promoueri, sit priuatus ecclesia parochiali? per c. licet canon. de electio. lib. vj. & post multa concludit, quòd non debet censeri priuatus, vt ibi latius per eum. Præterea isto argumento vtitur idem Ioã. And. in reg. delictum personæ, de reg. iuris lib. vj. in Mercuria. ad decisionem plurium quotidianarum q. videlicet an percutiens clericum excommunicatum incurrat excommunicationem: Item an percutiens monachum bigamum incurrat excommunicationem. Item an percutiens vno ictu tres clericos sit pluribus excommunicationibus innodatus vel vna: Itẽ an vni monacho bigamo vno impetu tres ictus inferens, sit excommunicatus vnica excommunicatione, an pluribus: de quo vide ibi latiùs per eum. Isto argumento etiam vtitur Ioan. And. in c. j. de rebus eccle. non alie. lib. vj. in nouella, ad illum effectum quòd in alienatione rei ecclesiæ non requiruntur plures tractatus, sed quòd sufficit vnus solennis, & diligens. cùm textus in hac materia loquentes vtantur verbo singularis numeri, & non verbo pluralis numeri: vt ibi videre poteris: & eius meminit Ioann. de Imo. in c. j. de his quæ fi. à præl. sine cons. cap. Isto argumento à vi numeri vtitur etiam Bald. in c. inter cæteras, de rescrip. vbi per hoc decidit q. illam quotidianam, Testator habẽs equum album & nigrum in testamento suo legauit Seio equum suum album, seu nigrum, Seius autem legatarius pe-
2 tit ambos equos † dicens, quòd dictio, seu, de sui natura est ampliatiua, & habet vim copulæ: vt est tex. singularis in l. si quis ita legauerit, & ibi Bar. Alber. & alij ff. de auro & argen. lega quare ambos habere debet. Contrarium tamen singulariter decidit Bal. in d. c. inter cæteras, ex eo quòd testator vsus est verbo singularis numeri, & sic videtur sensisse de vno, & non de pluribus, per prædicta: & hanc decisionem Bal. refert & reputat sing. & mirab. Iason in l. cùm quidam, C. de verb. sign. quem omnino vide. Secundò istud
3 argumentum formatur alio modo sic, Verba † pluralis numeri non verificantur in vno. tex. est not. in l. fi. ff. ad Treb. Propositio enim concepta pluraliter, vel in plurali, requirit concursum saltem duorum, nec est contenta minori numero duorum, l. vbi numerus ff. de testibus, & d. reg. pluralis

lis,cum similibus.Nec mirum,quia in dubio verba ita sunt intelligenda,vt saluetur ratio recti sermonis, d.l.fin.& ibi hoc notant Ang.& Ioã.de Imo. & est bonus tex.in l. Plaucius,in fi. & ibi Bar.ff.de au.& arg.leg.& in l.itẽ veniunt. §. aptanda.ff.de petiti.hær.& isto argumento à vi numeri ad istum effectum vtuntur Bald.& Præpo.in c.fin.de appel. vbi per hoc dicunt,quod protestatio, de qua ibi , debet fieri ad minus coram duobus bonis viris, & non sufficeret eam fieri coram vno,ex quo tex. ibi vtitur verbo pluralis numeri:de quo vide latiùs per Lapum in all.xxxix.& per Philip.& Pan.in d.c.fi.Isto argumento à vi numeri ad istum effectum vtitur etiam gl.in clem.sæpe §.si tamen.super verbo,partibus,de verbo.signifi. dicens per hoc videri , quòd altera parte tantũ contradicente,iudex põt seruare ordinẽ iudiciarium in causis summariis,ex quo tex.ibi vtitur verbo pluralis nu.Hoc etiam argumento à vi numeri ad istum effectum vtitur etiam gl.in cle.appellanti,super verbo,expressas,de appella.inferens ex hoc contra stylum curiæ Romanæ.Isto eodem argumento ad istum effectum vtuntur etiam Io.And.in no.Pet.de Anch.Philip.Fran.Dom.& alij in c.vnico,de cleri.coniug.lib.vj.& in c. si iudex laicus , de sent.exc.eo.lib.dicentes, & concludentes per illos text.in quibus habetur verbum pluralis numeri,vestes clericales, quòd omnis vestis clerici apparens tam interior,quàm exterior debet esse clericalis,aliàs non debet gaudere priuilegio clericali,quod dicunt bene no.& reuera est notabil. quia aliàs nimium præiudicaretur iurisdictioni temporali,quod non præsumitur fuisse de intentione summi pontificis,iuxta protestationem quam in simili casu facit in c. causam,quæ.ij.qui filij sunt legit.& in cap.nouit,de iud. & idem vult d.Helias in d.cap.vnico,dicens Tolosæ per hoc quendam fuisse laqueo suspensum:& ita etiam practicari
4 vidi:quod nota.Et pro † declaratione ampliori d.c. vnici, & præall.c.si iudex laicus,vide Bal. in l. si qua per calumniam,C.de episco.& cleri.& decisi.Guid.Papæ cxxxviij.& Lapum allegatione sua cxxvj.incipiente,quæritur non leuiter,& Cæpolam in consilio suo xj.& Petr.de Anch.in repetitione regulæ,ea quæ fiunt à iudice,in xij.q. de reg. iur. lib.vj.& Anto.de Butrio in ca.j.de apostatis,& in c. ex parte iij.de priuile.Isto argumento à vi numeri vtitur etiam

Sali.

Sali.in l.ij.C.de cust.reo. ad illum effectum, quod confessioni vnicæ spontaneæ apud acta emanatæ non stetur, cùm tex.in l.seruos, in prin.C.ad leg.Iul.de vi publi.loquatur in plurali, ibi, confessionibus &c. De quo tamen articulo quotidiano vide ibi latiùs per eum, & per Alex.de Imo.in consil.xix.vij.volu. Isto argumento etiam vtitur Philipp. Frã. in rub.de testa.lib.vj.in j.col.ad nota. effectum, de quo ibi per eum. Eodem argumento à vi numeri vtitur etiam Sali.in l.fi.in vltima col.C.de quæst.ad illum effectum, quòd ad torturam requiruntur plura indicia, nec sufficit vnum indicium, cùm iura in diuersis locis loquantur in plurali: de quo ibi pulchrè per eum, & per Bart.& Hippo.in l. fi. ff. de quæstio. Isto argumento etiam vtuntur doct. & præcipuè Hippolytus de Marsiliis in rubrica, C.de prob. ad illũ effectum, quòd multæ sunt species probationum, cùm rubrica ibi & in Digest. loquatur in plurali, de quo articulo vide ibi latissimè per Hippo.post Bal.ibidem. Isto argumẽto vtitur etiam Oldra.in consilio suo cxlij. in pulchra, & quotidiana q. Eo etiam vtuntur Ioan.de Imo. & Alexã. in l.Titius, in princip.ff.de liberis & posthu. Vtitur etiam eo Pirrhus in l.infamia, C.de decurio.libr. x. inferens ex hoc, quòd monoculus non repellitur à dignitate acquirendi, vel honore consequendo: & (quod fortius est) etiam ab honore adepto non repellitur per illum tex.qui vtitur verbo pluralis numeri oculorum: & idem vult ibi Iacobus Rebuffi: & bene facit tex.si nõ calumnietur, in l.j. §.quamuis, in fine.ff.de postu.quod nota. Item per hunc arguendi modum infertur etiam quòd licet ad legatum relictum filiæ non admittatur filia posthuma, nisi aliud appareat fuisse de mente testatoris, l.qui filiabus, in princi.ff.de lega.j.tamen quando testator solum habeat vnicam filiam viuentem, & in testamẽto vel codicillis relinquit legatum filiabus suis in plurali numero, tunc quia illa pluralis locutio non potest verificari nisi sensisset de posthuma, ideo hoc casu posthuma etiam admittitur ad legatum, arg.d.l.fi. Ita no.dicũt Bar.& Pau.de Cast.in l.qui quartam.§.fin.ff. de legatis j. & Bar.in d.l.qui filiabus: quod nota. Item per istum arguendi modum deciditur etiam quæstio illa pulchra & quotidiana: Testator instituit duos suos filios masculos vniuersales hæredes, & filiam suam instituit in certa quantitate. deindo

deinde subiecit, quòd si aliquis eorum decesserit sine liberis, quòd portio eius deueniat ad superuiuentes, hoc casu vno ex filiis masculis mortuo, filia admittetur cum fratre ad fideicommissum,* ex quo ratio recti sermonis non patitur, quod illud participium superuiuentes, quod est pluralis numeri, verificetur in solo filio remanente. Ita singul. decidit Barr. in d.l.fi.ff. ad Treb. per illum tex. & illam decisionem referunt & sequuntur Ang. & Iason in §. præ, iudiciales, Inst. de actio. tene mẽti. Item p istũ arguẽdi modum deciditur etiã alia quæstio notabilis: certum est quod in generali rebannimento, vel remissione criminis non venit crimen falsi: nisi hoc exprimatur, vel ex verbis euidẽter colligatur: ita est singularis doctrina Bal. in l. Lucius, per illum textum. ff. ad Turpilia, quam refert & sequitur Petrus de Anchar. in rep. c. canonum statuta. in viij. q. prin. de consti. & doct. sæpè alibi. modo dispositio ita loquitur generaliter hoc modo, omnes banniti sint & censeantur rebanniti, & non sint nisi tres banniti, quorum duo sunt banniti pro crimine falsi, & tertius pro homicidio: hoc casu in generali dispositione venient & banniti pro crimine falsi, quia aliàs rectus sermo pluralis numeri verificari non potest, & sic ex vi numeri debemus dicere, bannitos pro crimine falsi hoc casu in dispositione generali includi: & ita singulariter reperio velle Io. Baptistam in rep. l. omnes populi. de iusti. & iure, & Hipp. de Marsiliis in rub. ff. de falsis.

5 Hinc etiam est, quòd per duos† testes reprobatur instrumentum publicum, ita singulariter dicunt Inno. & Ioã. An. in c. cum Ioan. eremita, de fide instru. quam opinionẽ credo veram, quicquid dicant & varient glo. & doct. vtriusque iuris in plurib⁹ diuersis locis: & in hoc etiam persistit Io. An. in d. regula pluralis, in Mercurialib. quod nota. Tertiò argumentum ex hoc loco formatur alio modo sic, plurali-
6 tas † resoluitur in singularitates, tex. est notabilis in l. falsa demonstratio. §. fi. de condi. & demon. vbi est casus, quod si quis in testamento dixerit hoc modo, lego Titio Stichum & Pãphilum si mei erunt cũ moriar, & postea vnum ex his alienauerit,

ADD. * Fideicommissum. Limitat Barto. in dict. l. fin. nisi aliud appareat de mente testatoris, P. Prateius.

alienauerit,alienatus non debebitur Titio legatario, sed
non alienatus sic: quia lex interpretatur illum sermonem
pluralem si mei erunt cum moriar, vt importet duas ppo-
sitiones singulares, videlicet hanc, si Stichus meus erit cũ
moriar, eum Titio lego: & hanc, si Pamphilus meus erit
cum moriar, eum Titio lego. Est etiam pulcher tex. in l. j. C.
de condi. inser. & in l. iubemus. §. sin autem, C. ad Trebel, p
hoc etiam est pulcher tex. in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel
lia. & bonus tex. iuncta glo. quæ ponit concordantias in l.
iij. §. negotia. ff. de nego. gest. & in c. vnico, & ibi Baldd⁹ &
Alua. in titu. de duobus fratribus à cap. inuest. in vsib. feu.
qui tex. ni fallor ad hoc peculiariter sunt notabiles. Sic ẽt
econtra oratio singularis interdum conuertitur in plura-
lem: nam quod lex dicit, quod falso tutore auctore factum
est, locũ etiam habet in eo, quod falsis tutorib⁹ auctorib.
factum fuerit. vt est tex. in l. j. §. ij. qui incipit, hoc edictum.
ff. quod falso tuto. auct. factum fuerit, & bonus text. in l. ij.
§. homines, ver. sed & si vnus. ff. vi bono. rapto. cum simili-
bus. Sed ne erres volo te scire, quòd ista resolutio pluralis
sermonis in singularem non fit ex proprietate sermonis, d.
l. fina. ff. ad Trebel. & dict. l. j. & ibi Bal. C. de condi. insertis,
sed ex mente loquentis, quasi disponens fuerit in plurali
locutus ratione celerioris locutionis: argu. l. si quis hære-
7 des ita, in fine. ff. de hæred. institu. & † tunc demum locum
habet hæc resolutio pluralis sermonis in singularem, qñ
non potest remanere in propria significatione, quin seque-
retur iniquum, vel inconueniens: vt patet Instit. de iure p-
so. in prin. iuncta gl. & ibi Io. Fabri, Ang. & doct. & in c. om- 8
nes leges, & ibi glo. & doctores. j. dist. & in ca. vt priuilegia.
§. illud, & ibi Panorm. & doct. de priuilegijs. vbi autem nõ
resultat nisi æquum, & iustum, tunc non fit resolutio plu-
ralis sermonis in singularem. Et hinc est, quòd vbi lex cõ-
trarium suadet, non fit resolutio pluralis sermonis in sin-
gularem, sicut ibi: vbi numerus testium non adijcitur, ibi
duo sufficiũt, d. l. vbi numerus. Per hoc enim inferri nõ po
test, q vnus sufficiat: quia lege cauetur, quòd duo testes p-
bant, & non vnus. l. iurisiurandi, in fi. C. de testibus. & ca. cũ
à nobis, eodem titul. cum similibus. Omne enim quod
non potest constare nisi ex pluribus, requirit eorum con-
cursum, iuribus supra allegatis. Et hinc est, quòd cum plu-

res personæ necessariò in iudicio sunt exhibendæ,non sufficit vnum * exhiberi,l.si seruus.§.si plurium.ff. si quis cautio.& l.fina.ff.in ius vocati vt eant.Nihil enim videtur esse actum,cum aliquid superest agendum,l.penul. C. de his quibus vt indig.Hinc etiam est,ꝙ vbi pluralitas est de forma vel de essentia actus,ibi non potest fieri resolutio pluralitatis in singularitates:ita dicit gloss.singularis in l.iij.§. hoc autem à superiore.ff.de itinere actuque priuato : pro quo est bonus tex.in l.cum hi.§.si prętor. ff. de transactio. & faciunt quæ dixi supra in loco à defectu formæ,Hinc et est,quòd vbi voluntas disponentis refragatur, non fit resolutio pluralis sermonis in singularem,vt est textus,in l. cũ quidam,& ibi Bald.in primo notab.notat, C.de impub.& alijs substitutionibus,& volunt Petrus,Io.de Imo. & doct. in dicta l.falsa demonstratio.§.fin.de qua voluntate potest apparere multipliciter, vel quia in dispositione ponitur dictio collectiua,vt in dict.l.cũ quidam,vel ratione inæqualitatis vitandæ,vt in l.quamuis.C.de impuber.vel ratione qualitatis adiectæ,quia aliud est factum simplex, & aliud est factum qualificatum: vnde vbi lex vel statutum requirit factũ qualificatum,non sufficit factum sine qualitate:& ergo hoc casu non fit resolutio pluralis sermonis in singularem,l.Fulcinius.§.j.& ibi Bar.ff.ex quibus cau.in poss.ea. & c.licet causam.de proba.& dixi suprà in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse:& idem qñ ex pluribus simul coniungendis resultat quid perfectum,quę si disiungatur non resultat quid perfectum,vt patet in l.j.C.qui
8 num.tute.Econtra,singulare†non resoluitur in plurale,nisi quando est collectiuum,l.in vsu.ff.de verbo.signi.vel qñ rationis paritas vel connexitas hoc inducit.vt in l.si cui lana.ff.de leg.iij.de qua materia videre poteris latiùs ꝑ Bal. Io.de Imo.& doct.in d.l.falsa demostratio.§.fi.& per Odofre.Bal.& doct.in d.l.iij §.negotia,& per Bal.in d.l.cũ quidam,& per eundem Bal.in dict.l.j.C.de conditio.infer.pulchrè per Domi.& Præpositum,in dicto cap. omnes leges, per Ioannem Fabri,& Ange.Institu.de iure perso.in princ.

per

ADD. * Vnum. Verum si pro rata vnius quod debetur offeratur exceptione doli vtetur is, qui eo nomine cõuenitur d.§. si plurium.P.Prateius.

per Barto.& doct.in d.l.si seruus.§.si pluriū,& per Bar.Aluaro.& alios in dict.cap.vnico,de duobus fratrib.à cap.inuest. Vnde deducendo vtilitatem ex hac argumentatione prouenientem ad praxim,istud in primis facit ad hoc: dictat statutum,quòd extantibus masculis,soror non succedat,modo superest vnus solus masculus:quæritur an soror excludatur?certè sic.argu.d.l.j.C.de condi.inser.& d.l.iubemus.§.fin autem,& ita vult Bal.in d.l.j.quia naturalis ratio magis est attendenda quàm pluralis oratio: ergo pluralis numerus resoluitur in singularitates, id est, in clausulas separatas & absque modo coniunctionis:& faciunt ea quę eleganter scripsit Gellius Noctium Attic.libro ij.cap.xiij. Secundò istud facit ad quæstionem statuti dicentis, quòd si mulier decesserit sine liberis,vir lucretur dimidium dotis,quòd non dicitur decedere sine liberis illa,quæ ex eodem marito reliquit vnicam filiam, & sic plurale resoluitur in singulare.Præterea hoc inducit natura dictionis, sine,quæ requirit omnimodam carentiam,sicut dictio absque:& sic est perinde,ac si statutum diceret sine vllis liberis:& ita concludunt Iacob. Butri,& Alberic.de Rosate:& Bald.in dicta l.j. Tertiò istud facit ad quæstionem statuti dicentis:quòd non exeatur de ciuitate pro consilio habendo, nisi partes habeant omnes sapientes illius ciuitatis suspectos:modo vna pars tantùm habet omnes sapientes illius ciuitatis suspectos, nunquid possit haberi consilium extra ciuitatem?in qua qō. licet multa allegari possent ad partem negatiuam,tamen cōcluditur pro parte affirmatiua quod sic:& quod illic plurale,partes,resoluitur in suas singularitates:ita singulariter decidit Spec.in ti. de requisitione consilij,in versi.quid si est statutum. & hoc dictum refert & sequitur Albe.de Rosate in ij.parte statutorum q.centesima.Quartò istud facit ad hoc,q̄ si per † statutum,producens falsos testes puniatur certa pœna, eadem pœna imponetur producenti vnū falsum testem:Ita notabiliter dicit Bar.& post eum alij in d.l.iij.§.negocia, & idē Barto.in d.l.ij.§.sed si vnus.& sequitur Ang.in §.j. Institu. de obliga.quæ ex quasi contractu nascun.& idem Ang.Institu.de iure perso.in principio,& Alberi.de Rosate. in ij. parte statutorum q.xxvij.& Francis. de Aretio. in l.si quis ante.ff.de acquiren.possess.& idem volunt Præposi. & Felin.in

l.in.in]dict.cap.omnes leges:& hoc tene quicquid ibi dicat Domi. Sic etiam econtra, statutum puniens producentem falsum testem & sic loquens in singulari, verificatur etiam in plurali, ne delicta maneant impunita: Ita notabil. dicunt Ange.& Albe. locis dictis,& Bald. in l.iij.in prin. vbi etiam dicit, quòd si statutum dicat, si quis dederit damnum in re alterius, intelligitur siue masculi siue fœminæ, cuius pót esseratio, quia masculinum concipit fœmininum, l.j.ff.de verborum sign.& ibi Barto.c.generali,& ibi glo.& doct.de elect. libro sexto, c. si quis suadente,& ibi Archi.xvij.quæs. iiij.& plenè per Iasonem in l. si quis id quod.ff.de iurisdict. omnium iud.& plenissimè per Philippum Decium in lege secunda.ff.de regu.iur. Quintò istud facit ad decisionem illius q̃stionis quotidianæ, Titius,& eius vxor donauerũt sua bona post mortem eorum ecclesiæ, quæritur an vno ex eis moriente ecclesia debeat habere partem decedentis? & videtur ꝙ sic, per textũ in d.l. Lucius.§.Caio, vbi de hoc videtur casus,& ita ibi simpliciter transit Io.de Imo.& Angel. institu. de iure persona. in prin.& ibi etiam Io. Fabri,& Iacob. de Are. sed cogita, quia apud me hoc non est sine dubio, versi. inducitur iste tex. Sextò istud facit ad hoc, ꝙ si ecclesia concedat duobus fratribus in feudum, vel emphyteusin certa prædia eo pacto, ꝙ post mortem eorum decedentium sine liberis, illa prædia reuertantur ad ecclesiam, an vno ex fratrib. moriente sine liberis, portio decedentis reuertatur ad ecclesiam,& ita tenere videtur Bar. in l. si mihi & Titio.ff.de verborum obliga.& Io.de Imol. in d.l. Lucius.§.Caio,& Ang. vbi supra, potissimum ea ratione, quia in contractibus non est locus iuri accrescendi, dict.l. si mihi & Titio, maximè post emolumentum iam quæsitum, l. j. circa fin.ff.de vsufructu accrescen. contrarium tñ tenet Speculator in titu. de emphyt.§.nũc aliqua, ver.lxix. quem refert & sequitur Ludo. Roma. consil.xix. incip. in Christi &c. in casu quæstionis &c. de quo articulo pulchro & quotidiano vide per Cynum, Bald. Salic.& alios in l.j.C. quando non peten.par.peten.accres.& per eundem Salicet. in l. ij. circa finem, C. de iure emphy.& plenissimè per Albericũ de Rosate & modernos in d.l. si mihi,& Titio,& exactissimè per Pet.de Anch. in consi. suo ccxlv. inci. duo prima dubia: ad quos remisisse sufficiat. Iste enim articulus dubius est,&

est,& disputabilis.Septimò istud facit ad decisionem illius
10 vulgatissimæ & vtilissimæ quæstionis,an † vno ex institutis,quibus facta est substitutio,moriēte,substitutus admittatur ad partem decedentis,nec ne? De qua quæstione,quia materia est longa,vide pulchrè per Bar.Ang.Pau.de Ca.Io. de Imo.Alexā.& modernos in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad Trebellia.& per omnes scribentes in d.l.cum quidam,& pulchrè per Bar.in d.l.j.C.de condi.in ser.& per Io.And. in c.si pater,de testam.lib.vj.in nouella, & plenissimè per Socinum in l.j.circa ij.q.Barto.ff.de vulga.& pupil.vbi hāc materiam in quinque casus distinguit, & circa quemlibet congruētem decisionem ponit:ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat.Octauò istud facit ad quæstionem statuti dicentis,quòd si quis accesserit ad domum alterius cum hominibus armatis,puniatur graui pœna:quidam accessit cum vno homine armato,an puniatur illa pœna? & decidit Bal.in dicta l.iubemus.§.sin autem,quòd non:quia non est 13
eadem ratio,secundum eum:& ergo plurale non resoluitur in singulare.Et quia istud posset videri cōtrariari ei,quod supra dixi in statuto punientе producentem falsos testes: ideò Alex. in d. §. sin autem,in apostillis ad Bald.hoc animaduertens dicit saluando Bald.quòd aliud est cum agitur de damno,& aliud cū agitur de iniuria personæ. Nonò istud facit ad hoc,quòd substitutio facta posthumis, si in pupillari ætate vel postea quandocunque sine hærede decesserint, non nocet matri vno tantum posthumo nato, & in pupillari ætate decedente,cùm agatur de exclusione matris à luctuosa hæreditate filij,& sic de odio:quare plurale non resoluitur in singulare.Ita singulariter decidit Oldra. in cōsilio cxlij.inci.factum tale est,Testator habens vxorē prægnantem:& idem,suppresso nomine Oldradi,vult Ioā.An. in addi.ad Spe.in ti.de testa.§.j.in pen.q.incip.quarta quæstio,& sequitur Alex.de Imo.in d.l.j.in apostillis ad Bal.quod est benè notandum.Quartò argumentum ex hoc loco for-
11 matur aliter sic,† quod iuris est de toto quoad totum,idē iuris est de parte quoad partem in proportione numeri: tex.est notabilis in Authen.sed & si quis,& ibi gl.& Bal.in noua lectura no.C.de secun.nup:quēadmodum enim nullo liberorum existente,nullus reuocat alienationē factā per cōiugem trāseuntem ad secunda vota:Ita aliquo ex pluri-

 bus exi

bus existente, existens proportionabiliter reuocat, id est, pro virili, non in totum. De ista proportione numeri est etiam tex. elegans in l.fi.C.de commeatu li.xij. vbi sing. habetur, quòd miles qui sine cõmeatu abest, pro tẽpore quo abest proportionabiliter numero militũ seu collegiatorũ postponitur. Ita quòd crescente contumacia, proportionabiliter crescit & pœna, & ibi hoc notat Io.de Platea. de ista proportione numeri meminit etiã gl. in l.illud, C.de sac. eccl. & in l.sancimus, in verbo quingentorum, C.de dona. decidẽs per hoc multũ singulariter, quòd donatio ad pias causas hodie valet sine insinuatiõe, vsque ad octingentos aureos: quod nota. De hac proportione numeri meminit glo. in l.fi.§.si autem à locis, in verb. consummationem. C.de iure delibe. vbi vide. De ista proportione numeri etiam meminit Bal. in cons. suo cccvij. primæ partis in prin. Quintò argumen. ex hoc loco formatur aliter sic. Idem
11 ¶iuris est de principio numeri quod de numero, text. est notabilis in l.maritus, iuncta gl. C.de procurato. & ibi Cy. Pau. de Ca. & Alex. de Imo. id notant, & inducunt ad quæstionem illam vulgatam, an emptio, & locatio cõtrahi possint vno nummo? & videtur quòd nõ, quia vnitas non est numerus, sed principium numeri, vt dicit gl. in d.l. si quis ante, sed emptio & locatio non possunt contrahi sine precio & pecunia numerata, Inst. de emptio. & vendit. §. precium, & seq. & Inst. de locato, in princi. Ergo, &c. In cõtrarium autem facit d.l.maritus, inducendo eam prout illam inducunt Cy. Pau. de Cast. & Alex. ibidem. de quo articulo vide latiùs per eos ibidẽ, & per Cy. & doct. in l.nõ ideo minùs, C.de hære. inst. & per omnes in d. l.si quis ante. Si aũt circa hanc materiam videre libeat plures alias pulchras decisiones, recurre ad Feli. in d. ca. omnes leges, ad quem remisisse sufficiat.

¶LOCVS A VI COMPARATIVI.

1 *Comparatiuus præsupponit suum positiuum, & eum infert, & per totum.*

2 *Superlatiuus rem certam & perfectam designat.*

2 Com

1 *Comparatiuus interdum resoluitur in suum positiuum.*
3 *Argumentum à vi comparatiui quando non procedat.*
4 *Electione aliquibus commissa an sufficiat eligere bonum, si possint habere meliorem.*
4 *Licitum in foro iudiciali quando censeatur licitum in foro conscientiæ.*
5 *Comparatio non cadit nisi inter plura.*
6 *Ius petendi est tripartitum.*

OFfert se nũc loc⁹ à vi cõparatiui, ex quo sumptũ argumentũ est probabile, frequens, & vtile, eoq; vtitur Pan. in c. quæsitum, de rerum permuta. & Sali. in Auth. sed nouo iure, ĩ ver. quæro tertio, C. de seruis fugiti. & doct. sæpe
1 dibi. Et licebit formare hoc modo. †Cõparatiuus ꝑsupponit suũ positiuũ, & eũ infert in se & in alio, tex. est notabilis in l. vbi aũt non apparet, in princip. ff. de verb. obl. econtra autem positiuus nõ infert cõparatiuum in se, sed bene in alio, quia bono melius reperitur, d. l. vbi aũt non apparet, & l. certũ. ff. si cer. peta. Superlatiuus aũt vni soli cõuenit & rẽ certã, & perfectã designat, d. l. vbi autem nõ apparet, & notatur per gl. in c. Metropolitano, lxiij. dist. Inter superlatiuum enim & positiuũ est dare mediũ, quod appellatur cõparatiuũ, de quo est sermo, vt probatur in d. l. vbi autẽ non apparet, & in l. si lancem. ff. de auro & argen. lega. Et quia magna est differentia inter positiuũ, comparatiuũ, & superlatiuum, vt patet ex prædictis, Hinc est, quòd iurans nõ venire contra contractum vel laudum ratione enormis læsionis, poterit nihilominus venire contra, ratione enormioris læsionis vel enormissimæ, & ita singulariter vult Io. de Imo. in rep. c. cũ contingat, de iureiurando, post Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, & Ange per eũ relatum in quadam sua disputatione, & idem vult ipse Ange. in consilio clxxij. & Panorm. & alij in cap. Quintaualis, de iureiur. & doct. locis frequentibus, quod nota. Posset & ad multa alia induci hic arguendi modus, quæ breuitatis gratia omitto, & studioso in republica nõ occupato
2 indagãda relinquo. Hoc tamẽ volo te scire † quòd interdũ comparatiuus non stat propriè, sed resoluitur in suũ positiuum, vt prudentiùs pro prudenter, l. hæres, & ibi gloss.

Odofre.& doct.ff.de nego.gestis,cautius pro cautè, l.ij.& ibi etiam gl.Odofre.& doct.C.de furtis. benigniùs pro benignè,l.benigniùs.ff de legibus.& veriùs pro verum, l. in hac.ff.de tritica.actio.& l.verius.ff. de probati. quæ figura loquendi Iurisconsultis frequens est, vt in iuribus præallegatis,& in l.j.C.de dolo,& in l.si lógius,in prin.ff.de iud.
3 cum similibus. Et tunc non procedit hoc argumentum à vi comparatiui, quia tunc in effectu non est cóparatiuus vel est comparatio abusiua,quæ non admittitur cum quid absonum sequeretur,secundum Angel.& Iasonem in §. si quis agens,in versi. plus autem, Instit. de actio. & idem si comparatiuus non reperiat, ad quod fiat cóparatio, quia tunc stat in forma simplicis positiui, vt est tex. notab.in l si seruus legatus §. si ita scriptum,in vers.si ei cui.ff.de leg j.per quem tex.dicunt ibi Barto.Ange.Paul.de Cast.& Fl de S.Petro,quòd si ex forma statuti potestas condemnans aliquem vltra vel in plus quàm debuerit, teneatur ei restituere in syndicatu,licet statutum videatur loqui, quando in aliquo condemnáuit debitè, tamen si potestas aliquem ex toto condemnauerit indebitè,quia scilicet debuit eum simpliciter absoluere, tenebitur ex illo statuto ad restitutionem totius.quia tunc comparatiuus facit comparationem,quando reperit aliquid,ad quod comparatur per illú tex.& per l.j.§.hæc verba.ff.si cui plus quàm per leg.Falci. licuerit, & sequitur Iason in l. & si post tres, ff.si quis cautio.Hinc etiam dicunt Guil.de Cuneo,& Paulus de Cast.in l.illud. §.si cuius. ff. de tributo. quòd si ego & tu conuenimus,vt qui minus ex nobis duobus currat, soluat decem, & ego curro & tu nó,ꝗ debes soluere decem, quia videris minus cucurrisse.námminus facit,qui nihil facit.d.§.si cuius. Non procedit etiá hęc argumétatio, qñ quid videtur poni cóparatiuè,& non ponitur cóparatiuè, sed abusiuè seu priuatiuè, exépli gratia, scandalú dicitur dictum vel factum minus rectum,alteri præbens occasionem ruinę, Matthæi xviij.cum sua gl.c.nisi cùm pridem,de renunciatio.& c.ij.de noui ope.nuncia.cú similibus. Minus rectú autem in dicta descriptione non dicitur per comparationem propriè dictá vt idé sit,quod rectú quo est aliquid rectius, sed abusiuè ꝑ priuationem rectitudinis, vt sensus sit minus rectú,id est,deficiés à rectitudine:aliàs sequeretur,quod dictú vel factum

re

rectũ,quo est aliquid rectius,esset scandalum & per cõsequens peccatum, arguendo à vi cõparatiui,quod non est verũ,vt firmat glo.singul.in c.licet ergo, viij.q.j. regulariter autem de natura comparatiui est designare excessum inter casus comparatos,& relinquere formã positiui & in extremo ipsum præsupponere & addere ad positiuum, vt dicit Bart.in l.legata inutiliter, in principio. ff. de leg. j. & idem Bart.in l.si purè, ff.de lega. iij. & tunc procedit hæc argumẽtatio,vnde quia iure cauetur quòd eligi debet melior,sanctior,& idoneior,d.cap.licet ergo, imò debet eligi optimus,vt dixit tex.in d.c.Metropolitano,ergo † nõ suffi-
4 cit eligere bonum,nisi eligatur melior, imò peccant eligentes bonũ,si possent eligere meliorem & eũ nõ eligant. Ita singulariter dicit Archidiaco.in d.c.licet ergo,dicens, quòd in voluntariis bonis sufficit facere bonũ ad euitãdũ peccatum, licet non fiat melius. & ita intelligit glossa in d.c.licet ergo,secus in necessariis, vt in electiõe & similibus. Idẽ sentit Federicus de Senis in consilio suo xcv.incipiẽte,super dubitationũ articulis,circa principiũ. Idẽ etiã volũt Anto.de Butrio,Pan.& Præpo.in c.constitutis,de appella.glo.tamen in d.ca.licet ergo,tenet totũ contrarium, scilicet quòd eligentes bonum hoc casu non peccẽt.& hoc idem reperio velle Philippum in d.c.constitutis,vbi hanc materiã exactissimè discutit, & inter alia tradit singularẽ doctrinam,videlicet quòd omne illud quod est licitum & permissum de iure canonico in foro iudiciali, quando factum est certum & de eo constat,censetur etiam licitum & permissum in foro conscientiæ, ad quem remisisse suffi-
5 ciat.Illud autem certum est, quòd † comparatio non cadit nisi intra plura,& ita notat Salice.in l.maiorem,C.de falsis. Item illud nolo te ignorare,quòd licet in pœnis sit reperire positiuum,comparatiuum & superlatiuum, tamen cõparatiuus nunquam excludit qualitatem positiui. Et ergo si statutum dicat,quòd pro insultu sine sanguinis effusione imponatur pœna decem solidorũ, pro insultu autẽ cum sanguinis effusione imponatur maior, arbitrio iudicis,& pro insultu cum cicatrice imponatur maxima, certe ista maior & maxima pœna non poterit esse nisi pecuniaria.Ita singulariter dicit Bald.in l.ij.C.de proba.& idem in effectu vult Bal.in l.& si post tres,ff.si quis cautio. vbi per

P 5 hoc

hoc & per l.cùm filius.§.pater.ff.de lega.ij.concludit,quòd si per statutum extrahens viduam per vim de domo, puniatur in mille,& plus ad arbitrium iudicis, non poterit iudex talem decapitare,quia comparatio debet esse de codé genere, & comparatiuus sic debet interpretari, vt includat positiuum,non vt excludat,& inducat aliud penitus diuersum. Vnde debet intelligi dictum statutum de modico pluri in quantitate, non in alio genere pœnæ, & dicit ita fuisse determinatum per Cy.& quęstionem fuisse de facto Florentiæ,& hoc dictum refert & sequitur Iason in d.l.& si post tres,quod nota & commenda memoriæ, quia est singulare,& potest seruire ad multa. Postremò volo te scire,
6 †quòd ius petēdi est tripartitum,nam aliud est bonum,aliud est melius,& aliud est optimum,quod declara,vt bene declarat glo.in l.j.Cod.quando & quibus quarta pars deb. ex bo.decu.lib.x.quam glo.reputat not. Roma.singu.xvij. illam etiam ponderant & valde commendant Barto. Ang. Io.de platea,& alij in d.l.j.& est similis glo.in l.j.C.de vsuris,& ibi doct.quod tene menti.

¶LOCVS A SPECIALI.

1 *Argumenti à speciali forma.*
2 *Solutio,qua dicitur quid esse speciale reiicitur, nisi aßignetur ratio specialitatis.*
3 *Iura à communibus regulis exorbitantia, quando extendantur ad alias personas & res. 5.& 6.*
4 *Filius & filia regulariter aequaliter succedunt parentibus, fallit in feudo.*

Nunc subnectem' locū à speciali,à quo sumptū argumentū est forte,frequēs, & vtile. Et formatur hoc modo,†Si speciale est in hoc vel
1 tali casu,ergo in contrariū est ius cōmune, l.quod verò contra,& l.ius singulare.ff. de legib.l.j.ff.ad municipal.& regula quæ à iure,de reg.iur.lib. vj.cum similib.& est bona glo.iuncto tex.in c. præsenti.§. loca.de præb.lib.vj.& in l.vnica,C.si quae.præd. potestate.

Et

Et hoc argumento à speciali vtitur gl.in pulchra & quotidiana quæstione in l.si is qui.ff.de iure fisci,& gl.in ca.j.de hæreticis lib.vj.& gl in l.6.ff.de publicis iudicijs,& gl.in l. eos,C.de fabricensibus.lib.xj.Isto argumento vtitur etiam Pan.in c.inter alia,de imm. eccl.& idem Pan.in c.j.de statu mo.& in c.cum in cunctis.§.inferiora,de elect.& in c.perpendimus,de sent.exc.Eo etiam vtitur Ioã.And.in regula, cui licet,& in regula,plus semper,de regulis iuris lib.vj.in Mercurialibus.Isto argumento etiam vtitur Bal.in l.j.C.de edendo,& idem Bal.in l.omnes,in vers.verùm si apparitor, C de episco.& cle.Eo etiam vtitur Roma.in rep.auth.similiter,in xix.speciali piæ causæ,circa vltimas voluntates, C. ad leg.Fal.& in rep.l.si verò.§.de viro,in xxxj.& xxxij.fallẽtia.ff.sol.matri.& idem Ludo.in quotidiana quæstione in consi.cccl xxxj.incip quæstio est.Isto argumento etiam vtitur Dy.in regula,qui prior,de regulis iu.li.vj.ad probãdũ quòd hypotheca expressa,& tacita regulariter paribus passibus ambulant.Eo etiam vtitur Io.de Imo,in l.constitutiones.ff.de appella.Isto argumento vtuntur etiam Pe.Cy. & Pau.de Cast.in pulchra quæstione in l.si tutor,C. in quibus causis in integ.resti.non est necessaria,& idem Paulus de Cast.in pulchra quæstione in l.ij. C.de his qui veniam ætа.impe.& idem Paul.de Cast.in pulchra quæstione in l. matrem,C.de probatio.& in l.ij.C.per quas perso.nobis acqui.Eo etiam vtitur Feli.in c.cum ordinem,de resc.& doct. in infinitis aliis locis.Illud tamen nolo te ignorare, quod non sufficit dicere aliquid esse speciale, nisi assignetur ratio specialitatis.leue enim est dicere,fallit,secundũ Bar.in l.repeti,ff.de qõnib.quẽ refert & sequitur Pan.in c.j.de cõfessis:vnde nunquam recipienda est solutio,† qua dicitur aliquid speciale,nisi assignetur ratio specialitatis: quæ si non assignetur,habebit locũ contra sic respondentem argumentum à simili.Ita dicit Host.in c.si quando,de rescri. & Dom.in c.cùm episcopus,de offi.ordinarij lib.vj.& probatur multum bene in c.licet de vitanda,in fine, de elect. & idem est de hac solutione,aliud hic & aliud ibi: non enim est recipienda,nisi detur ratio diuersitatis: quæ si non detur,arguitur à simili,vt suprà dixi: hoc probatur in cap. cum apostolica,& ibi hoc notãt Host.& Io.And.de his quę fiunt à prælat.sine consensu capit. & pariformiter non

valet

valet solutio vel responsio communis aduocatorum, quæ respondent ad leg. Infortiati, dicentes illud speciale in vltimis voluntatibus: debent enim dicere quare est speciale, aliàs replicari posset: si in vltimis voluntatibus hoc locum habet, ergo etiam in beneficiis, vt dicit gl. in c.j. super verbo vltimis, de concess. præben. lib. vj. quòd quando procedit, dixi supra in loco à dispositione vltimarum voluntatum ad rescriptum motu proprio concessum: & si in vltimis voluntatibus hoc locum habet, ergo & in contractibus subsistente identitate vel maioritate rationis, vt dixi supra in loco à contractibus ad vltimas voluntates, vbi vide. Et eadem ratione reprehenditur solutio, quæ datur per ignaros ad legem loquentem in fisco, dicentes speciale in fisco: quia talis solutio non valet, nisi assignetur ratio specialitatis, vel nisi decisio facta in fisco sit contraria dispositioni iuris communis, vt dixi supra in loco à fisco ad ecclesiam vel piam causam, vbi vide. hinc bene dixit glo. iuncto tex. in cap. fi. xxix. distinct. quòd sicuti chirurgus imperitus volens omnium oculos vnico collyrio sanare, reprehensione dignus est: Ita etiam imperitus iurista, volēs omnia argumenta vnica solutione tollere dicendo, aliud de iure ciuili & aliud de iure canonico, vel illud ius antiquum, istud nouum, meritò est reprehendēdus. Nō enim pōt vna aliqua vniuersis morborum generibus salubris esse medicina, nec ad diuersa iura vna solutio. Et generaliter non est admittenda solutio quæ lege non probatur: quia erubescimus (inquit imperator) cum sine lege loquimur, in authē. de tri. & semi. §. consideremus, de quo dixi satis amplè supra in loco à lege cessante. Illud etiam nolo te ignorare, quòd licet argumentum à speciali sit forte, fundatum super eo, quod iura † à communibus regulis exorbitantia, non
3 debent extendi ad alias personas, si sint fauore, præmio, vel respectu certarum personarum introducta, iuribus supra in principio alleg. & l. j. ff. de consti. prin. & l. iij. in fine, C. de legib. c. sane, de priuileg. & c. constitutus, de concess. præben. & d. l. si verò. §. de viro, cum similibus: tamen in tribus casibus iura exorbitantia, statuentia aliquid speciale, extenduntur ad alias personas vel res. Primò enim in exorbitantibus à iure communi fit extēsio de casu expresso ad casum non expressum, quando casus non expressus comprehendi

prehendi potest sub casu expresso, inspecta lata significatione vocabuli. hoc probatur multum bene in l. senatuscõsulto. ff. de ritu nup. & in l. filium habeo. ff. ad Macedo. & in l. si filius, C. eod. titul. iuncta l. iusta, & l. liberorum, cum ibi notatis per Bar. ff. de verborum significa. & faciunt notata per Bal. & Pau. de Cast. in l. maximum vicium, C. de liberis præte. & no. per Bal. Paul. de Castr. & Ioan. de Imo. in d. §. de viro, & notata per Cyn. in l. j. C. quæ sit long. consuet. & nota. per Dom. & Philip. Francum in c. j. de tempo. ordin. lib. vj: in quibus locis præfati doctores singulariter decidunt, quòd statutum excludens filiam à successione paterna extante filio, extenditur ad neptem ex filia, vt sic illa excludatur extante filio: licet de ea statutum non loquatur quia in ea est maior ratio exclusionis, & quodam modo filia dici potest. Si ergo in correctoriis fiat extensio hoc casu vt in dicto exemplo, fortius in exorbitantibus hoc casu fiet extensio: cum magis prohibita sit extensio in correctoriis, quã in aliquo alio casu, vt dixi s. in loco à rõne legis larga, ampla seu generali, ad extensionẽ ipsius legis. Et pro instructione iuuenum potest poni exemplum quotidianum, regula est † quòd filius, & filia æqualiter succedunt parenti-
4 bus, d. l. maximum. hæc autem regula fallit in feudo, ĩ quo filia non succedit extante masculo, etiam si feudum receptum sit pro se, & filiis suis masculis & fœminis: vt est text. in c. j. in princi. & in §. filia verò, de successiõ. feudi, & in §. quinimo in tit. episc. vel abba. in vs. feud. modo occurrit q. de nepte, de qua in lege noua declaratiua, seu distinctiua non fit mentio, & prima facie videri posset, quòd standum esset regulæ d. l. maximum, & per consequens, quòd neptis succederet in feudo æqualiter cum patruo. Sed contrarium est dicendum per supradicta & per tex. in c. j. §. hoc autem. qui feud. da. pos. & per tex. in c. j. in prin. de eo qui sibi, vel hær. masculi. & fœm. & idem in similibus. Secundò in
5 exorbitantibus fit † extensio de similibus ad similia, quando sumus in fauorabilibus, quibus iura fauẽt propter publicam vtilitatem vel pietatem, vel aliam causam fauorabilẽ: ita vult gl. notabilis in l. illud, super verbo, alia causa, & in l. si. super verbo, captiuorum, C. de sacro. eccl. & gl. in regula, quæ propter ff. de reg. iur. & bona gl. in l. si constante, in prin. & ibi pulchrè per Bar. in ix. q. j. par. principalis. ff. sol. matri.

matrimo.& bona glo.in l.si à primo, super verbo vt natus, & ibi Ang.& Ioan.de Imo.ff.de libe.& posthu. Et hinc est, quòd ea quæ introducta sunt contra ius commune in libertatibus, extenduntur ad pias causas. Ita not. dicit Bart. in l.si vnus, C.de testa.& idem Bar.Io de Imo. & docto. in l.proximè, in fine, ff.de his quæ in testa.del.& idem Bar. in l Titio vsusfructus.§.primo.ff.de cond.& demon. & Bald. in l.ij.C.de fideic.lib.& idem Bal.in l.si iure. C.de man.testamen.& idem Bal.in l.j.§.fi. C. commun.de manumis.de quo vide latissimè supra in loco à libertate ád piam causam. Hinc etiam est, quòd iura exorbitantia loquentia in alimentis, extenduntur etiam ad piam causam, secundum Bart. Bal. Ang. Alex.& Iasonem in l.si certis annis, C.de pactis: de quo vide amplissimè suprà in loco ab alimentis ad piam causam. Hinc etiam est, quod iura exorbitantia loquentia in alimentis, extenduntur ad dotem, secundum Bart.in d.l.si certis annis, & in l.cùm de in rem vers.ff.de vsu.& dixi latè supra in loco ab alimentis ad dotem, vbi vide.
6 Tertiò in exorbitantibus à iure cōmuni fit extēsio de vno casu ad alium quādo à lege antiqua tales casus æquiparantur in omnibus & per omnia, vel saltem in eo in quo facienda est extensiò. de hoc sunt plures gl. vna in d.l.quod verò contra, alia in l.si quis seruo, C.de furtis, & tertia in l. ij.C.de curat.furio. quæ singulariter vult, quòd omnia priuilegia concessa minoribus vel pupillis, extenduntur ad prodigos minoribus æquiparatos: de quo dixi supra satis plenè in loco à minoribus ad furiosos, prodigos, mente captos, seu dementes: & in loco à ratione legis larga ampla seu generali ad extensionem ipsius legis, in secundo casu principali: ex quibus conclusiuè habes, quòd casus specialis vel ius exorbitans non debet extendi nec trahi ad consequētiam, nisi ad personas quæ sub lata significatione vocabuli cōprehenduntur sub casu expresso: vel nisi essemus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam vtilitatem, pietatem, vel aliam fauorabilem causam: vel nisi essemus in æquiparatis à iure communi antiquo. In his enim tribus casibus bene fit extensio, & sic in istis tribus casibus argumentum à speciali non habet locum, sed potiùs argumentum à simili ex identitate rationis, per supradicta: quod cōmenda memoriæ, quia est vtile & quotidianum.

LOCVS

LOCUS AB IMPOSSIBILI.

1 *Creditor quando liberetur dando apocham.*
2 *Praeceptum iudicis impoßibile, an valeat. 3.*
4 *Confeßio fundata super impoßibili non praeiudicat, quominus sequatur absolutio.*
5 *Impoßibilitas multiplex, remißiue.*

Occurrit nunc locus ab impossibili, à quo sumptum argumentum est fortissimum, frequẽs, & vtile. tex. est notabilis in l. si decesserit. ff. qui satisda cogan. & in regula, nemo potest ad impossibile obligari, de regulis libro vj. cũ similibus. Et isto argumento ab impossibili vtitur Io. And. in pulchra & quotidiana quæstione, in regul. ratihabitionem, de regulis iuris libro vj. in Mercurialibus, & Zasius in libello lib. j. respo. sing. cap. xvj. & doct. sæpè alibi vt infra patebit. Hinc est, † quòd creditor, qui reddere non potest chirographum propter impossibilitatem, quia intercidit, liberatur dando apocham: tex. est not. iuncta gl. in l. huiusmodi. §. si ita legatum, in verb. maiorem. ff. de leg. j. & in l. pecuniæ, C. de solutio. Hinc etiam est, quòd † præceptum iudicis continens impossibile, est ipso iure nullum. etiam si iudex hoc ignoret, d. l. si decesserit, & ibi hoc volunt Alberi. de Rosate, Bald Angel. Pau. de Cast. Alex. de Imol. & docto. & ergo à tali præcepto vel sententia continente quid impossibile, non est opus appellare. l penult. & fi. ff. quæ sen ten. sine appel. rescin. & l. de qua re. §. fin. ff. de iudiciis. Hoc tamen limita & intellige verum, quando præceptum iudicis continet omnino impossibile, secus si non sit omnino impossibile, sed difficile: quia tunc si iudex fuit ignorans, valet præceptum seu sententia: licet pars contra quam est lata talis sententia, posset petere restitui in integrum aduersus dictam sententiam: secus si iudex fuit sciens. tex. est notabilis in l. quæsitum, cum sua glossa & ibi Bartol. & Ioan. de Imo. ff. de re iudic. & volunt expresse Ang. Pau.

de Cast. Alex. & doct. in d.l. si decesserit. Secundò hoc limitа, nisi præceptum iudicis à principio contineat quid possibile, explicandum intra certum tempus. nam licet tūc impossibilitas superueniat ex postfacto infra tempus, præceptum non redditur nullum, quia in tali præcepto subintelligitur conditio, dummodo fuerit possibile fieri adueniente tempore. ita notabiliter vult Pau. de Cast. & alij in d.l. si decesserit, per illum tex. Et ergo si pœna fuerit apposita, illa non committitur, ex quo non stat per illum qui iussus fuit illud facere, secundum eum & alios ibidem, & bene faciunt notata per Inno. Hostien. & alios canonistas in c. P. & G. de offi. deleg. vbi disputatur, an ille contra quē est lata excommunicatio, si infra certum tempus non solueret decem, lapso termino & solutione ob impotentiam non facta, sit excommunicatus, & an medio tempore posset appellare, & an iudex habita notitia de impotentia, debeat sine difficultate eundem absoluere, vbi recurre. Hinc
4 etiam est, quòd confessio † fundata super impossibili non præiudicat, quo minus sequatur absolutio, l. inde Neratius. §. fi. cum l. seq. ff. ad leg. Aqui. & ergo in practica obseruatur, quòd cum quis confitetur se homicidium vel furtū alicubi commisisse, semper mittitur ad locum ad sciēdum an ibi homicidium, vel furtum fuerit commissum, & quando, cum aliis circunstantiis. cui consonat l. confessionibus, cum l. seq. ff. de inter. actio. Hinc etiam est, quòd si testis inductus ad probandum quòd Titius certo die non fuit vulneratus, dicit, quòd tali die Titius non fuit vulneratus, quia præcedente die fuit occisus, probat: quia dictum eius concludit per locum ab impossibili. ita notab. dicit Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cle. & probatur in l. j. cum sua glo. secūdum quintam lecturam, C. qui accu. non poss. Imò etiam in sacris literis procedit argumentatio ab impossibili, teste diuo Hieronymo in commētario suo super Hieremiam c. xxxj. ante finem, super illis verbis, hæc dicit Dominus, si mensurari poterunt cœli & terra &c. vbi vide, De
5 multiplici † autē impossibilitate & eius effectu ex quo resultat vtilitas huius argumentationis, vide gl. magistralem in d. regula nemo, & doct. illic scribentes, & gl. notabilem & doct. in §. impossibilis, Insti. de hære. insti. & Bart. magistraliter loquentem, in l. j. ff. de condi. institu. & l. impossibilis

bilis.ff.de verborum oblig.& Io.Fabri,Ang.& doctor.in §. si impossibilis,Institu,de inuti.stipula.& canonistas maximè Præpositum,& nouissi.in ca. fi. de condi.appo.ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat.tene menti.

¶LOCVS AB ÆQVIPOL-lentibus.

1 AB hoc loco ab æquipollentibus sumptum argumentum est forte,frequens,& vtile:vt infrà patebit & formatur hoc modo. Nō † refert quid ex æquipollentibus fiat:tex.est not. in l.mulier,in princi. ff.ad Trebel.& pulcher tex.iuncta gl.in l.si mater,C.de instit.& substit. sub condi factis,& bonus tex.in l.Gallus.§.& quid si tātùm.ff. de lib.

2 & posthu.& in l.fi.C.de don.q̄ sub mō.Aequipollentiū † eā

Q eadem

eadem est disciplina & idem iudicium:c.in his,de verb.sig. c.tua;cum ibi no.de consanguini. & affi.c. licet ex quadã, de testibus.cle.exiui de paradiso,de verbo.sig.l.fi.in fine.ff. mandati,& l.fideicommissa.§.si cui.ff.de leg.iij.cum simil.
3 Sunt autem † æquipollentia,quæ habent eandem rõnem, vel maiorem,& quorum effectus est idem:vt no.Bal.in l.il lud,C.de sacrosanct.eccl.& patet in iuribus s̃. alle.Hinc di
4 cit Bar.in l.ab emptione,ante finẽ.ff.de pact.ꝙ † æquipollens semper subauditur & sufficit,dicens per hoc qõ. illam quotidianam, vendidi tibi rem & tradidi verè;deinde placuit inter nos recedere à dicto contractu,& tu constituisti te meo nomine possidere,quæritur, an per hoc videatur re cessum à dicto primo contractu? & videtur quòd nõ, quia non interuenit actus retrò similis verè,qa res nõ fuit verè retradita,quod videt requiri, d. l.ab emptione.ipse.tñ decidit contrarium per præmissa,vt ibi latius per eũ:quẽ illic sequuntur Ang.Pau.de Ca.Iason & doct.& Io.de Imo.in l. qui mihi donatum,in fi.ff.de dona.& facit quod in casu cõ uerso dixi suprà in loco à commodato ad precariũ,vbi vide:& vide etiam singulariter notata per Bal.in quodã alio casu singulari,in l.j.C.quando liceat ab emp. disce. Hinc ẽt est,ꝙ si testator mãdet rem seruari,perinde est,ac si prohibuisset alienari:quia eadem est natura verborũ æquipollentium.tex.est no.in l.ij.C.de vsuca.pro empto.& ibi hoc
5 no.Bal.Hinc ẽt est,quod † æquipollens potest deduci in stipulationem,vt tres solidi pro xxxvj.denarijs, l.si sub vna, & ibi glo.& l.quæ extrinsecus,& ibi Bart. Alex.& doct. ff. de verb.ob.& idem Alex.in l.j.§.fi.circa fi.illo eo.ti.Regula æquipollentiũ ẽt locum habet in alio cõtractu p̃ealle. l. fi.C.de dona.q̃ sub modo,cum simi.Hinc ẽt est, ꝙ æquipollens sufficit in s̃nĩa,tex.est cum gl.in d.c.in his:& vult Bal. in addi.ad Spec.in ti.de arbi.in verf.quid si vnus.vbi dicit, ꝙ si vnus iudicũ dicat,cõdemno in vno solido,& alter dicat,condẽno in xij.denarijs,valet s̃nĩa,& sunt cõcordes, ꝑ d.l.quæ extrinsecus. Hinc etiam rectè dicit gl. in l.præses, C.de sent.& interlo.om.iudic. ꝙ licet sententia diffinitiua debeat cõtinere absolutionẽ,vel cõdemnationem,vt ibi dicit tex.debet tñ suppleri vel æquipollẽs:& idem vult gl. in d.c.in his,& Ang.in consi.cclxxvij.in ci.tutor,vbi singu.dicit,ꝙ si iudex declaret reum debere decem, perinde est ac

si eum condemnaret in decem:& bene faciunt no. per do-
cto.in c.vt quis duas,de ele.li.vj.vbi dicunt,ꝙ si inter duos
litigatur super electione coram superiore, & ille superior
adiudicet vni illorum ecclesiam,ꝙ videtur illum cõfirma-
6 re.Hinc etiam est,quòd † creditor qui reddere non potest
chirographum propter impossibilitatem, quia intercidit:
liberatur dando debitori apocham,seu(vt vocant)quitan-
tiam vel recepisse.tex.est notab.in l.huiusmodi §.si ita lega
tum cui esset.ff.de leg.j.& in l.pecuniæ.C.de solu. maximè
si creditor iurauerit,se chirographum perdidisse.Et est rõ,
quia nõ refert quid ex æquipollentibus fiat,iuribus supra
in prin.alle. Hinc etiam est,quòd testes sunt concordes &
cõtestes,si vnus deponat de tribus solidis,& alter de xxxvj.
denarijs,quod est verũ,nisi testes producerentur super for
malitate verborum,vel vocis:tunc enim non sufficeret, ꝙ
testes deponerent per æquipollens. Ita singulariter dicit
Bal.in c.bonæ j.de ele.& volunt Ant.de But.& Pan. in c.ni-
hil,de verb.sig.& idem Ant.in c.cum ecclesia,de causa poss.
& propri.& sequitur Alex.in d.l.j.§.fi.& in d.l. quæ extrin-
secus,& in l.iij.§.ideoque, in apost.ad Bar.ff.de testi. & idẽ
Alex.in consi.cxij.iij.volum.circa fin.incip.viso superiore
themate:quod commenda memoriæ,quia est quotidianũ,
& habui de facto in quadam ardua quæstione matrimonia
li.Caueat ergo nouellus aduocatus,ne articulando forma
lia verba in illis persistat,sed addat,vel his in effectu simi-
lia vel æquipollentia,vt faciunt boni & experti aduocati.
Hinc etiam est,quòd qui non potest per potestatem retine
ri vt assessor propter statutum prohibens,non poterit etiã
7 retineri vt consiliarius:quia † de æquipollentibus idem est
iudicium,& in statutis cõprehenditur & subauditur æqui-
pollens: Ita notabiliter vult Barto.in l.nemini, C. de ad-
uoca.diuerso.iudic.sufficit enim aliquid exprimi per æqui
pollentia eiusdem rationis,etiam in materia restringibili;
cum ad æquipollens extendatur dispositio etiam restrin-
gibilis,vt est gloss.notabilis in capit.si postquam.§.j.& §.
fina.de electionibus,libro vj.Hinc etiam est,quòd dispoſi-
tio cap.licet canon,de electionibus,libro vj. quæ est pœ-
nalis, comprehendit etiam vicarios perpetuos,in quibus
est ratio æquipollens:vt est textus in clemen. vnica, cum
notabi.gloss.de officio vicarij:& commemorat Cardina.in

consilio xxx.post prin.& Ant.de Butrio,in repe. c.fi. de cõsue.& Lanfran.in repe.l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.in v.cõclusione interpretationis extensiuæ, licet erret in allega-
8 tione rubricæ seu tituli:imò † quod fortius est,illud quod est æquipollens non intelligitur exclusum per statutum, etiam si in eo sit dictio taxatiua,tantum,vel similis.Ita singulariter dicit Paul.de Cast.in consilio ccc.incip. In Christi nomine,ad primum quæsitum,in antiquis: & sequitur Iaso.in l.vnica,in princ.ff.si quis ius dicenti nõ obtemperauerit,& idem Iason in d.l.si mater.Istud etiam facit ad decisionem illius quęstionis quotidianę:Quidam filios suos hæredes instituit,& vxori suæ Seiæ mille legauit fruenda toto tempore vitæ suæ,donec in viduitate permãserit sine viro,& post mortem vxoris voluit illa mille dari Titio:modo contingit,q̄ dicta Seia quondam vxor transit ad secunda vota,& sic perdit legatum:quæritur, an ea viuente,Titius debeat habere dicta mille , an verò debeat expectare quousque dicta Seia moriatur,ita q̄ interim illa mille remaneant apud filios institutos? & deciditur,q̄ Titius potest incõtinenti petere dicta mille , non expectata morte dictæ Seiæ:quia testator qui reliquit mille Titio post mortẽ Seiæ vxoris:credidit quòd Seia vxor deberet durare in viduitate,& ideo quamdiu Seia haberet,noluit Titium cõsequi illa mille:quãdocunque ergo Seia desinit habere, siue per mortem,siue per transitum ad secunda vota, Titius debet admitti : quia testator habuit respectum ad effectũ: & quãdo habemus effectum, non curamus de modo:nec
9 refert † quid ex æquipollentibus fiat,iuribus prælleg. Ita pulchrè disputat & determinat Bar.post Rayneriũ de Forliuio in repe. auth.hoc locum,C.si secun.nup.mulier.& Ioan.And.in addi.ad Spec. in rubrica de secun.nupt.& Socinus,in cõsilio cclix.& Alex.de Imo.in d.l.mulier,in princi. per illum textum,& Pau.de Cast.in l.si quis hæres.ff.de acqui.hære.& Alex.de Imo.in d.l.Gallus.§.& quid si tantùm, & idem Alex.in cons.ciiij.volu.j.incip.visa parte testamẽti. Posset tamen contraria opinio disputando sustineri, argum.l.vxori.ff.de vsufructu lega. & quia cum testator in conditione posuerit,si in viduitate permanserit,satis id cogitasse videtur,eam potuisse nubere, vñ cum nõ vocauerit Titium nisi post vxoris suæ mortem,satis manifestè appa-

ret in

ret in casu nuptiarum voluisse eum interim excludi: in iudicando tamen non esset à communi opinione facile recedendum. cogita tamen, quia articulus iste non est sine dubio. Istud etiam facit pro illo, cuius equus cucurrit ad brauium cum ipsum sessorem eiecisset, q scilicet ipse debeat habere brauium: cum non referat quid ex æquipollentib⁹ fiat, nec sit curandum de modo, dummodò habeamus effectum. dicta l. si mater. cum alijs iuribus supra alle. & ita determinat Ioan. Fab. in breuiario, in dict. l. si mater. Sed in hoc ponderanda essent verba edicti, & secundum hoc danda esset sententia: vt in simili dicitur, in c. porrò, de priuile. & in l. aut qui aliter. §. fin. cum ibi nota. per Bartol. ff. quod vi aut clàm: & ita expressè vult Barto. in l. j. §. item acquirimus, circa finem, ff. de acqui. poss. & Alberic. de Rosate in l. qui fundum, ff. quemadmodum serui. amit. Istud etiam facit ad illam vulgarem & pulchram quæstionem, stipulatus sum à te x. cum Titius morietur, quæritur, an possum illa x. petere si Titius fuerit occisus? & dicitur quòd sic: quia occisus dicitur mortuus: & qui occiditur, ita iudicio Dei moritur, sicut qui morte naturali decedit, vt est glo. notab. Instit. de cap. dimi. sup verbo, cõmutatio, quam ad hoc notat Bald. in extrauag. de pace. Constan. in verbo vocatione diuina: est etiam gl. in l. proinde, in prin. & ibi eam ad hoc notat Bal. ff. ad leg. Aqui. & ita determinat Petrus de Anch. in cle. j. de pœni. & remissi. quem refert & sequitur Alex. de Imo. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Ex quo habes, quòd

10 † appellatione mortis venit etiam mors violenta, sic etiam appellatione mortis venit mors ciuilis, quando est omnino eiusdem effectus cum naturali: de quo per Cy. in l. Deo nobis, C. de episc. & cler. & per Panorm. & cano. in ca. cum sis, de conuersi. coniug. & per gloss. & doct. in c. susceptum, de rescrip. libro vj. & faciunt notata singu. per Bart. Bald. & docto. in l. cum pater. §. hæreditatem j. ff. de legatis ij. & notata per Socinum, in consilio xcij. incip. dominus labia &c. circa primum &c. vbi singulariter per eos deciditur, quòd substitutus alicui si moriatur sine liberis, admittitur, instituto ingrediente religionem mendicantium: licet secus esset instituto ingrediente religionem capacem bonorum: iuxta ea quæ notantur in capitul. in præsentia, de probati. & in Authent. nisi rogati, C. ad Trebell. cuius non est alia

ratio, nisi quia mors ciuilis in primo casu est eiusdem effe ctus, cuius est mors naturalis, & non in secundo casu. vt latissimè per Socinum loco prædicto, quod est perpetuò memoriæ commendandum, quia est in practica quotidianũ, & seruit ad multa. Id tamen quod suprà dixi limitatur singulariter, nisi ille qui stipulatus est sibi dari decem cũ Titius morietur, præbuerit causam mortis, vt quia eũ occidit, vel occidi procurauit, tunc enim ei non debentur decem, imò puniendus est grauissimè, vt est tex. notabilis in l. si ab hostibus. § j. ff. sol. matrim. & vult Pet. de Ancha. in d. cle. j. in fine, quod nota. Item per istum arguendi modũ
11 potest inferri, quòd sicut † constitutio loquens per verba præceptiua ligat contrauenientem ad mortale peccatum, ca. quod præcipitur. xiiij. q. j. & cap. ij. de maior. & obedi. cũ modificatione tamen posita per Archi. post sanctum Thomam in c. vtinam, lxxxvj. dist. & per Panor. & Felin. in cap. quoniam contra, de proba. & in c. nã concupiscentiam, de constitu. Ita etiam constitutio loquens per verba æquipollentia præceptis, vt per verbum inhibemus, vel simile, ligat contrauenientes ad mortale peccatum. Ita notabiliter vult Archid. lvj. dist. in summa. in finalibus verbis. & idem volunt Anto. de Butrio, Cardi. Ioan. de Imo. & Panor. in d. c. nam concupiscentiam, & idem dicendum est in verbis imperatiui modi, nisi consuetudo, vel subiecta materia aliud suadeat, secundum Panor. & alios in d. cap. nam concupiscentiam, & est tex. melior de iure in d. cle. exiui de paradiso, in §. & quia præterea, vbi etiam habes plura verba æquipollentia præceptis. Hinc etiam refert Bald. in ca. vnico, de duobus fratribus à capitaneo inuestitis, Ioã. xxij. dixisse, cùm verba sunt dubia recurrendum esse ad æquipollentia, dicens inter alia, carere & nõ habere, esse æquipollentia. & inducit hoc ad pulchram & quotidianam q. sed de hoc vide plenius per glo. singularem in cle. in plerisque, in verbo & populo, de elect. & illic per Paulum de Leaza Genzelinum, Anto. de Butrio, Cardi. & Io. de Imo. vbi plenè reperies. Per hanc regulam æquipollentium etiã
12 infertur, q † negatio præposita signo vniuersali, æquipollere facit suo cõtradictorio. Negatio verò postposita signo vniuersali facit æquipollere suo cõtrario: & negatio pposita & postposita signo vniuersali facit ęqpollere suo subalterno,

terno: de quo dixi, satis plenè suprà ĩ loco à toto ad partẽ. & ergo hic non repeto. Posset & ad multa alia ĩduci hæc argumentatio ab æquipollentibus, quæ breuitatis gratia omitto, & studioso in republica nõ occupato indaganda relinquo. Sed (ne decipiaris in hoc quotidiano articulo,) volo te scire, ꝙ contra regulam antè tactam, non refert quid ex æquipollentibus fiat, sunt tria fortia contraria. Vnũ est il-
13 lud, casus † omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis, l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. l. si cũ dotem, in priñ. ff. sol. matr. & d. c. susceptũ. Secundum est illud, conditiones debent impleri in forma specifica, & non sufficit eas impleri æquipollenter, l. Mæuius, & l. qui hæredi. §. fi. ff. de condi. & demon. Et tertium est illud, licet casus fictus sit similis vero, tamẽ nũquàm fit extensio dispositionis loquentis in casu vero ad casum fictum, nisi hoc exprimatur, l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis, & l. fi. C. de his, qui ve. æta. imp. vndè si fiat mẽtio de ætate, intelligitur de naturali, & non de illa, quæ beneficio principis suppletur, d. l. fin. & si fiat mentio de morte, intelligitur in dubio de naturali, & non de ciuili, l. ex ea parte §. insulam ff. de verb. oblig. & notatur per gloss. in cap. placuit, xvj. q. j. & in d. ca. susceptum. Ad quæ contraria tollẽda per maiores nostros variæ & diuersæ reperiuntur tradi-
14 tæ doctrinæ. Vna est † quòd aut insurgit ex æquipollentibus idem effectus, & tunc non refert quid ex æquipollentibus fiat, iuribus in principio allegatis: aut non insurgit idẽ effectus, & tũc refert quid ex æquipollẽtibus fiat, & sic procedunt cõtraria. Ita dicit Cy. post Dy. in d. l. si mater, & est originaliter de mente gl. in d. l. Gallus. §. & quid si tãtũ. cũ respondet ad d. l. cõmodissimè. Alia doctrina traditur per Io. Fab. in Breuiario in d. l. si mater, videlicet ꝙ aut est tradita certa forma, aut nõ, & si nõ, aut insurgit diuersitas in ratione vel interesse. Et his duobus casibus, scilicet qñ est tradita certa forma, vel nõ est tradita certa forma, sed insurgit diuersitas in ratiõe vel interesse, refert q̃d ex ęq-pollẽtib' fiat. Extra aũt dictos casus stat regula antè tacta, nõ refert quid ex æquipollẽtibus fiat. Alia & tertia doctrina traditur per Bal. in d. l. si mater, videlicet ꝙ in ambitiosis & restringẽdis, casus omissus habet̃ pro omisso, nec attẽditur ibi similitudo, d. c. susceptũ. sed in fauorabilibus &

extendẽdis distinguitur, aut ratione casus omissi deficit solemnitas & habetur pro omisso, d.l.cõmodissimè, aut non deficit solẽnitas, & tunc si est eadẽ æquitas & omnimoda similitudo, casus omiss⁹ habet̃ ꝓ expresso, d.l.si mater, aut nõ est omnimoda similitudo, & tũc habet̃ pro omisso, d.l. fi.C.de his, qui veniam æta.impe. siue omittatur à canone, siue à consuetudine, vel statuto etiam iurato, siue à paciscente, siue ab impetrante, siue ab appellante, siue à iudicẽ dante, siue à procuratorem dante, & vbicunque põderatur modus magis quàm finis, vt ibi latiùs per eũ post Io. And. ĩ d.c.susceptũ, in nouella. Alia & quarta doctrina traditur ꝑ Pet. quẽ refert & sequitur Bal. ĩ d.l. Gallus. §. & quid si tãtũ, quam vide per te. Alia & quinta notabilis doctrina traditur per Salicet. in l.fi.C.de posthu.hære.inst. quã etiã vide per te, quia nimis lõgũ esset singula enarrare. Alia & sexta doctrina cõmuniter approbata traditur per Bar. in d.l.Gallus. §. & quid si tantũ. vers. his præmissis. quẽ insequendo

15 aliquibus additis in hoc quotidianissimo art. an † prouisio facta in vnum casum extẽdatur ad alium, & vtrùm refert, quid ex æquipollentibus fiat, distinguo hoc modo. Aut ꝓuisio facta est in vnum casum per modum dispositionis, aut per modum conditionis. Primo casu aut ex virtute expressi, casus omissus põt intelligi, & tunc ad illud porrigitur, tex. est in §. illud, Insti. de societa. & in l. si nõ fuerint, ff. pro socio. Aut ex virtute expressi casus omissus nõ põt intelligi, & tunc aut põt cõstare de voluntatè disponentis, ꝙ velit dispositionem porrigi ad casum omissum, & tunc ad illum porrigitur. tex. est notab. in l. Titius §. j. ff. de lib. & post. & tex. in d.l.fi. secundum vnam lecturã, C. de posthu. hære. instit. & ibi vide Bart. Bald. Pau. de Cast. Alexand. Ias. & docto. quibus adde tex. cum sua singulari glo. & notata per Bart. Bal. Pau. de Cast. Alex. Iaso. & docto. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pactis. Aut de mente vel volũtate disponentis non potest constare, & tunc aut casus fuit penitus omissus, vel fuerunt expressi duo casus qui obuenerunt coniũctim. Primo casu aut casus omissus est similis expresso & habet eundem effectum, & tunc ad illum extenditur, tex. est in d.l.fin. in fine. ff. mandati, aut non est similis, & non extenditur, nisi casualiter ex legis prouisione & interpretata mente disponentis aliud sit inductum, vt potest videri

ri in substitutione vulgari, quæ in se comprehendit tacitā pupillarē,& ecōtra.l.iam hoc iure. ff.de vulgar.cū similib.

16 Secundo casu quando fuerunt expressi duo casus qui obuenerunt coniunctim,& tunc aut loquimur in materia in qua debet fieri interpretatio plena,vt in testamentis,& ad illū porrigitur,& sic hoc casu sub simplicibus comprehenditur mixtum,tex.est notabilis in l.si ita scriptum, in principio.ff.de libe.& posthu.& in l. Clemens patronus. ff. de hæred.instit.& vide aliud exēplum quotidianum per Bal. in l.fi.in princ.C.de legatis,in patre legante filio libros legales si efficiatur doctor legum,vel philosophicos,si promoueatur in artibus,nam eo promoto in legibus & in artibus,consequetur vtrosque,secundum eū:quod nota. Aut loquimur in materia non fauorabili,in qua non debet fieri plena interpretatio, & tunc casus omissus ad illum non extenditur,& sic sub simplicibus hoc casu non cōprehenditur mixtum,tex.est notabilis in l. vim passam.§. præscriptione,iuncta l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.ad leg.Iul. de adul.Hinc est, quòd habens potestatem dispensandi cū spurio,& itē cū incestuoso,nō poterit dispensare cum spurio & cum incestuoso simul,vt putà cū nato ex consanguinea maritata.Ita decidit Bart.in d. l. vim passam. §. præscriptione , & habetur de hoc per Bart.& alios in l.ij.ff. de verbo.obl.& per Panor.& canonistas in c.at si clerici. §. de adulteriis.de iudiciis.Causa tamen euitandæ contrarietatis vel absurditatis,sub simplicibus comprehenditur mixtum etiā in materia restringibili.d.l.ij.& ibi not.per gloss. Bart.& doct.& ita communiter tenetur , licet quidam dicant,dictā facultatē dispensandi latè interpretandam. de quo vide latè per Alex. de Imo. in d.l.ij.& per eundem in rub.C.de iudiciis,& per Io. And. in addi. ad Specu.in rub. qui filij sunt legitimi.& per Corneū in cōsi. lxiij. in ij.vol. & per Ange.in consi.cclvij.& per Ludo.Roma. in consilio suo ccccxcviij.incipiente,in casu,& in consilio ccxciiij.incip.hæc confessio.& per Alex.in consilio suo xcvj.ij.volu. incipiente,viso processu,vbi vide.Hæc vera,quando quæritur,an dispositio concepta in vno casu vero, trahatur ad alium casum verum,sed si quæratur , an dispositio concepta in casu vero trahatur ad casum fictum,omissis diuersis opinionibus doctorum , traditis in diuersis locis , sic di-

ſtinguo, Aut loquimur in diſpoſitione iuris cõmunis, aut in diſpoſitione ſtatutaria, aut in diſpoſitione hominis. Primo caſu ſubdiſtinguo, aut agitur de fauore concernente publicam vtilitatem, ſcilicet teſtamenti conſeruãdi vel ſimilem, & tunc fit extenſio, vt eſt gl. quam ibi ponderant Ange. & Ioã. de Imo. in l ſi à primo. ff. de liberis, & poſthumis. & probatur in d. l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. Aut nõ agitur de fauore, & tunc non fit extenſio. & ſic procedit regula d. l. iij. §. hæc verba. Secundo caſu quando loquimur in diſpoſitione ſtatutaria, tũc etiam diſtinguo, Aut ſtatutũ diſponit idem quod ius cõmune in materia fauorabili, & tunc ſtatutum diſponens in caſu vero, habet etiam locum in caſu ficto, tex. eſt notabilis in c. ad audientiã, de cler. nõ reſiden. & ibi hoc notant Anto. de Butrio, Io. de Imo. & Panor. & bene faciunt notata per gl. ſingularem in c. j. de cõſtitu. lib. vj. Aut ſtatutũ diſponit præter, vel contra ius cõmune, vel diſponit idẽ quod ius commune in materia non fauorabili, & tunc regulariter ſtatutum non extenditur ad caſum fictum, niſi aliud appareret de mente diſponentis, ſecundum Io. de Imo. loco prædicto. Tertio caſu quando loquimur in diſpoſitione hominis, tunc etiam diſtinguo, Aut loquimur in reſcriptis, & tunc diſpoſitio in caſu vero non trahitur ad caſum fictum, etiam ſi ſit eadem vel maior ratio, vt eſt caſus in d. c. ſuſceptum. Aut quærimus in alia diſpoſitione hominis, & tunc ſi ex caſu ficto reſultat expreſſe idem effectus qui ex vero quoad id de quo quæritur, & tunc fit extẽſio ad caſum fictũ, tex. eſt in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ, & §. ſeq. & in d. l deo nobis, aut nõ reſultat idẽ effectus, & tunc ſecus, d. l. ex ea parte. §. inſulã, cum ſimilibus ſupra allega. Secundo caſu principali quãdo prouiſio ſit in vnum caſum per modũ conditionis, tũc diſtinguo, Aut caſus omiſſus eſt diſſimilis expreſſo, & ad illum non porrigitur, & ſic loquitur d. l. ſi cum dotẽ, in principio, & d. l. cõmodiſſimè, & l. ſi ita quis, in fi. ff. de leg. ij. & p̃ all. l. fin. C. de his qui veni. æta. impetra. Aut caſus omiſſus eſt
17 ſimilis expreſſo, & tũc ſubdiſtinguo, aut † eſt conditio neceſſaria ad ipſum actum, aut eſt conditio neceſſaria ad effectũ actus, aut eſt cõditio voluntaria. Primo caſu quãdo eſt cõditio neceſſaria ad actũ, de qua habes exẽplum in d. l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ, vbi ad hoc vt ſubſtitutio vulgaris

habeat locum, necesse est quòd institutus non sit hæres, & tunc dispositio facta in vno casu porrigitur ad alium, & nõ refert quid ex æquipollentibus fiat, nec est necesse quòd conditio impleatur in forma specifica: sed si exprimitur vnus casus per quem non potest esse hæres, porrigitur vt dixi ad alium similem: d. §. & quid si tantum, & ibi habetur per Bar. & doct. Secundo casu, quando loquimur de conditione necessaria ad effectum actus, exemplum, si relinquitur filiofamilias, ad hoc vt ipse effectualiter habeat, requiritur quod efficiatur sui iuris: & tunc idem est quod in præcedenti casu, quia si exprimitur vnus casus per quem si efficiatur sui iuris, testator vult eum consequi legatum, porrigitur ad alium sibi similem: vt est casus in d. l. si mater, & ibi Paul. de Ca. Ias. & doct. & in d. l. mulier, in prin. & in d. l. fin. C. de do. quæ sub mo. qui sunt tex. ad hoc nota. Tertio casu quando loquimur de conditione voluntaria, tunc debet impleri in forma specifica, nec porrigitur ad casum non expressum: vt est casus in d. l. Mæuius, & in d. l. qui hæredi. §. fi. & declarat optimè Socin. conf. cclix. & ratio diuersitatis est, quia in primis duobus casibus testator cogitauit de effectu, sed in hoc vltimo casu cogitauit de forma seu modo tantum, ex quo apposuit conditionem voluntariam: vt pulchrè & subtiliter declarant Bar. Pau. de Cast. & doct. in d. §. & quid si tantum: de quo articulo videre poteris latius si libet per Io. de Imo. Alex. & nouissimos in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, & per eundem Io. de Imo. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falc. & per Henr. Boich. in c. cum tibi, in ij. dist. de testa. & per doctores alibi. Est enim hæc materia subtilis & quotidiana, & doctores diuersimodè sentiunt, quare maturè deliberandum censeo, cùm casus aliquis occurrerit dependens à voluntate tacita disponentis, qui ab vna parte dicitur tacitè comprehensus in expresso, & ab alia parte dicitur omissus: ex quibus omnibus si per modum epilogi recolligantur, habentur plures notabiles limitationes ad dictam regulam, non refert quid ex æquipollenti-
18 bus fiat. Primò † vt non procedat, quando ratione casus omissi deficit solemnitas d. l. commodissimè. Secundò vt nõ procedat in ambitiosis & restringendis, d. cap. susceptum. Tertiò vt non procedat, quando insurgit diuersitas in ratione vel diuersus effectus: & ratio est euidens, quia tũc nõ

sunt

sunt propriè æquipollentia, vt ex supradictis patet. Quartò vt non procedat quandò fuerunt expressi duo casus in materia non fauorabili qui obuenerunt coniūctim, d. §. præscriptione. Quintò vt non procedat, quando aliqua sunt æquipollentia solum secundum fictionem & non secundū veritatem: nam tunc lex disponens in casu vero si est exorbitans vel odiosa, non trahitur ad casum fictum: siue sit dispositio iuris, siue statutaria, siue hominis: secus autē si sit fauorabilis, vt supra dixi. Sextò vt non procedat, quando dispositio in se est dubia, & tractatur de odio, l. j. §. & si q. s. ff. de ventre in pos. mitten. quam ad hoc ponderat Sali. in d. l. fi. C. de posthu. hære. inst. Septimò vt non procedat, quando dispositio est qualificata, & propter qualitatem inducitur variatio seu alteratio substantiæ rei. Ita sentiunt Bal. & Ang. in d. §. & quid si tantum: & faciunt notata per Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adul. & quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse. Octauò vt non procedat, quando est tradita certa forma, vt quando apposita est conditio voluntaria, quæ impleri debet in forma specifica, vt dixi: & hoc est quod alij dicunt, de conditione extrinseca: & generaliter non procedit vbicunque magis ponderatur modus quàm finis: quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana. & vide quod dixi supra in loco ab expresso ad tacitum.

¶LOCVS A COMMVNITER accidentibus.

1 *Factum præsumitur, quod communiter fieri solet. cum num. seq.*
2 *Argumentum à communiter accidentibus vtilissimum in probationibus.*
3 *Deterioratio rei non præsumitur in pretio vel substantia, nisi probetur.*
4 *Matrimonium probatur per instrumenta dotalia.*
5 *Filius in dubio præsumitur natus post contractū matrimonium.*
6 *Probatio*

6 *Probatio debet necessariò concludere, limitatur.*
7 *Permutatio beneficij pinguis cum tenui an sit fraudulenta & simoniaca.*
8 *Meretrix præsumptiuè qualiter probetur.*
9 *Locus, tempus, persona &c. inducunt præsumptionem mali, & illam faciunt cessare.*
10 *Argumentum à communiter accidentibus quando procedat.*

TRactabitur nunc locus à communiter accidẽtibus, à quo sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtile: tex. est nota. in c j. & ibi hoc notant Card. Io. Cal. Io. de Imo. Pan. & doct. de cleri. non resid. & tex. in l. ideóque, & ibi tãgitur per gl. ff. de legib. & tex. pulcher in l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. & est gl. not. in l. neque natales, C. de proba, & ibi Cy. Bal. Sal. & docto. not. & tangit gl. in l. cùm dotem, & ibi etiam Bal. C. de iure dotium, & gl. in l. eum qui, in prin. ff. de publici. & gl. in l. j. C. de arbi. Et formatur hoc modo,
1 †quod communiter fieri solet, præsumitur factum esse. Vel sic, prout communiter & frequenter accidit, ita præsumitur veritas se habere, d. ca. j. & l. eum qui probabilem, C. de epis. & cleri. & l. cui dens, & ibi Ang. ff. de ædili. edicto,
2 cum similibus. Et argumentum † sumptum ab hoc loco à communiter accidentibus est vtilissimum in materia probationum, & etiam in materia permissiua, secundum Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cleri. imò locus à communiter accidentibus concludit in materia probationum, vt dicit Bal. in c. fi. de causa pos. & propric. & idem Bald. in ca. j. §. vasallus, in ti. si de feudo fue. contro. & Bal. in l. data operа, C. qui acc. non poss. & est iste locus valde not. vbicũque procedit ex præsumptionibus, secundum Bal. in rep. l. cũ mulier, in xxiiij. col. ff. sol. mat. & in consi. lxx. j. par. incip. apparent quædam instrumẽta. Hinc dicit Odofre. in l. j. C. de transact. quod omnes tutores sunt baratatores à communiter accidentibus. Hinc etiam dicunt Cy. & Bal. in l. cũ oportet, C. de bo. quæ lib. quòd omnes Astenses sunt vsurarij, à communiter accidentibus. Hinc etiam sing. dicit Bal. in l. ij. circa fi. in vers. sed pone quidam dicebat, C. de resci. vend. quòd vera æstimatio rei seu iustum precium probatur præsumptiuè, si testes dicant, quòd per annũ ante tempus

pus contractus res valebat decem, quia ex hoc præsumitur tantum valuisse tempore contractus quod inspicitur, l. si voluntate, in fine illo eodem ti. nam 5 ✝ non præsumitur deterioratio rei in pretio vel in substantia, nisi probetur. nam in breui tempore per locum à communiter accidentibus non contingit mutatio notabilis. quantitatis in rebus immobilibus seu stabilibus vt vocant: nisi aliud probaretur, secundum eum ibidem quod reputat notabile. Hinc etiam dicit Soc. in cons. xlij. quòd fatui communiter reputant se sapientes, à communiter accidentibus, tollens per hoc depositiones quorundam testium, in pulchra quæstione, de qua ibi per eum. Hinc etiam dicit Bal. in aut. habita, C. ne fil. pro pa. valere hanc consequentiam, talis stetit in studio longo tempore, ergo fecit magnas expensas, per locum à communiter accidentibus: quod dicit facere pro fratribus scholarium, qui remanserunt domi: quasi velit dicere, quòd talis impensa sibi debeat deduci de portione filiali: de quo articulo vide plenius per Bal. & Pau. de Cast. in l. filiæ cuius, C. fa. ercis. & per Barto. in l. j. §. nec castrense. ff. de col. bon. & per Bal. Pau. de Cast. & doct. in l. omnimodò. §. imputari, C. de inof. testa. & pulchrè per Nicolaum de Vbaldis in tractatu successionis ab intestato, in vers. sextò quæro, quò recurre. Hinc etiam dicit Bal. in l. cum in te, C. de don. an. nupt. quòd præsumptio illius singularis legis fundatur in loco à communiter accidentibus: nam communiter accidit, quòd sponsa nō ducitur ad domum spōsi, nisi priùs contrahatur matrimonium: si ergo in domo spō. si facta sit donatio, præsumitur facta post contractum matrimonium, vt ibi. Hinc etiam dicit Bal. in l. neque j. C. de 4 nup. quòd per ✝ instrumenta dotalia probatur matrimoniū, arguendo à communiter accidentibus: de quo latiùs ibi per eum, & per Ludo. Roma. in singulari cccclxxxviij. incip. nunquid per instrumentum dotis, & per canonistas in c. illud, de præsumptio. Hinc etiam dicit singulariter Bal. in l. iij. §. cognoscit. ff. de of. præfe. vigi. quòd in dubio incendium ortum in aliqua domo præsumitur culpa inhabitantium processisse: per illum tex. nam licet locus à cōmuniter accidentibus non sit necessarius, est tamen probabilis, & sequendus, secundum eum. Hinc etiam dicit singulariter Bal. in additio. ad Spec. in ti. de locato, in vers. si autem

non

nõ appareat, quòd si de originali forma concessionis in emphyteusim non appareat concessio facta per ecclesiam, præsumitur in dubio facta in tertiam generationem, quia ita consueuit: vndè à communiter accidentibus ita præsumere debemus, secundum eum: & allegat l. pen. C. de fideiuss. sed debuit alleg. l. fi. Hoc argumento à cõiter accidentibus vtitur etiam Hippolytus de Marsiliis in l. j. §. duus. ff. ad le. cor. de Sica. ad probandum, quòd percutiens aliquẽ in capite cum capulo ensis, præsumitur habuisse animũ occidẽdi, licet non percusserit cum ense vel ferro: cum vulnus illatum in capite à communiter accidentibus sit læthale: de quo ibi latiùs per eum, quem omnino vide. Hinc etiam dicit singulariter Sal. in l. non hoc, C. vndè cognati, & sequũtur ibi Alex. & Ias. quòd si mortuus sit aliquis qui reliquit multas possessiões, & agnatus apprehẽdit dũtaxat aliquas res mobiles ad defunctũ, dũ viuebat, pertinentes: per hoc nõ præsumitur adiuisse hæreditatẽ, quia cõiter, qui adeunt hæreditatẽ, apprehẽdunt primò res immobiles magis pretiosas: de quo ibi latius per eos, & per Bal. in tit. an agnatus vel filius agnati, in vsib. feu. vbi idẽ sentit. sed istud nõ procederet in locis, in quib. de cõsuetudine apprehẽdentes bona mobilia, tenẽtur soluere æs alienũ, vt Louanij, Bruxellę, & alibi: sed cessante cõsuetudine, & vbi essemus in terminis iuris cõis, dictum Sal. est valde notabile: quia vidi in casu occurrẽte magnã fieri difficultatẽ. Hinc etiam dicit Sal. in d. l. neque natales, quòd in dubio filius præsumitur natus post matrimonium cõtractum inter patrem, & matrẽ, & non antè: licet quandoque contingat, quòd antè nascatur, & posteà legitimetur, c. tãta, qui filij sunt legit. & l. cũ quis, C. de natural. li. cum similibus: nam magis frequẽter, & regulariter contingit, quod vxores non fuerunt prius amasię viri: vndè probato tempore matrimonij patris & matris, præsumendum est filium posteà natum, nisi probetur contrarium: & sic
5 † minor ætas filij præsumptiuè probatur ex dinumeratione annorum inchoanda à tempore matrimonij inter patrem & matrem contracti, secundum Salice. loco prædicto. Et ergo asserens contrarium, debet hoc probare, ex quo habet præsumptionem iuris contra se, vt dixi suprà in loco à verisimili. vbicunque enim probatur vnum, videtur probari reliquum quod cum primo frequen

frequenter contingit, licet non semper, vt vult glo. in d. l. neque natales, quam ad hoc reputant singularem Salice. Alexand. de Imo. & Iason in d. l. non hoc. & in hoc est vtilis iste locus à communiter accidentibus, quia transfert onus probandi in aduersarium, vt vult glo. in d. l. neque natales, quã ad hoc ponderat Ludo. Roma in suis singularibus singulari ccccj. incip. quis debet probare. Et per istud limita-
6 tur regula quę habet, quòd † probatio debet necessariò cõcludere, & quòd non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse c. in præsentia, de probatio. & d. l. neque natales, d. l. non hoc, quia illud est verum, nisi probatio concludat à communiter accidentibus. nam illa sufficit, quia lex præsumit pro eo quod frequenter accidit. Ita not. dicit Feli. in dict. cap. in præsentia, in ver. quartò limita, & Ioan. Fabri, in breuiario, in dict. l. neque natales, & est de mente Salice. Alex. & Iaso. in dicta l. non hoc: quos omnino vide, quia ponunt multas singulares limitationes ad regulam antè tactam Item per hunc arguendi modum à communiter accidentibus Odofre. in l. generaliter, C. de nõ nume. pecu. mira dexteritate concordãt quædam iura, quæ videntur omnino cõtraria. Et procedit hic arguendi modus à communiter accidentibus etiam in malo præsumendo, vt optimè probatur in dicto c. j. & in d. l. eum qui probabilem, & vult expressè Panor. in c. ij. in fi. de elect. & Io. Calde. in d. c. j. vbi per illum tex. dicit, ꝙ argumentum à communiter accidentibus valet ad ferendum sententiam, etiam cum agitur de crimine ciuiliter: & hoc dictum refert, & sequitur Panor. in consilio suo cxiij. secundi voluminis, incipiente: tria sunt principaliter in causa mota &c. & Iason in d. l. non
7 hoc, licet alium numerum assignet. Et hinc est, quòd † permutatio præsumitur fraudulenta, & simoniaca, si beneficiũ pingue fuerit permutatũ cum tenui, de quo articulo quotidiano vide plenè per Io. And. in c. ij. de renuntia. lib. vj. in nouella, & per alios ibidem, & per Anto. de Butrio, Pet. de Ancha. Io. de Imo. Panorm. & alios in d. c. j. & per eundem Panormit. & alios in cap. quia verisimile, de præsumptio. Hinc etiam dicunt Iacob. Butrig. & Bald. in d. l. neque nata
8 les, quòd aliquam † esse meretricem probatur per hoc, ꝙ scholares passim de die & de nocte vadunt ad eam, licet non probetur tactus, vel alij actus Venerei, à communiter acci

accidentibus,quando enim ſcholaris loquitur cum muliere,non præſumitur ei dicere Pater noſter,ſecundum Bald. in d.l.neque natales,& in dict. l.data opera, & habetur per Bal.& Io.de Imo.in l.fi.ff.de hære. inſtitu.& faciunt no.per Bart.in l.iij.in pi in.ff.de furtis,& notata per eundem Bart. in l.ij.§.fi.& in l.quod ait lex,in ptin.& in l.capite quinto. ff.ad leg.Iul.de adult.& no.per Pan.& canoni.in c.tertio loco,circa finem,de proba.Hoc tamen locum non habet in ſacerdote,vel viro religioſo, qui ſi amplectitur mulierem, præſumitur cauſa benedicendi hoc facere,non cauſa libidinis.Ita dicit glo.ſingularis in c.abſit,xj.q.iij. Sed tu dic, in hoc conſiderandas & ponderandas circunſtantias loci,
9 & temporis,& qualitates perſonarum:quia † locus,tempus perſona,& cauſa,inducunt præſumptionem mali, & illam etiam faciunt ceſſare.l.aut facta.ff.de pœ.& habetur in ca. in omnibus,& in c.clericus,lxxxj,diſtin.& in c.ſciendum, xxix.diſt. Alioqui decipi poſſes,vt fertur de bono illo viro ad cuius vxoris languentis lectũ monachus quiſpiam ſub prætextu audiendæ confeſſionis accedens,ſui ordinis fœmoralia illic reliquit,ſi Poggio credimus: quod & apertè vult Panor.in d.c.j.in fin.de clericis non reſiden.& Feli.in c.audiris,de præſcrip.& ergo diſtingue in hoc caſu tempora,& loca,& inſpicias coniecturas,& concordabis ſcripturas,c.ſi peccauerit,ij.quæſ.j.& l.apud antiquos,C.de furtis. Hinc etiam eſt,quod in dubio reo dicente ſe tortum & metu tormentorum confeſſum,iudice autem cum notario dicente,eum ſponte confeſſum,alio non probato,præſumendum eſt eum tortũ & metu tormentorum confeſſum. per locum à communiter accidentib.Ita ſingulariter dicit Bal. in conſi.ccccclxxix.quintæ partis,incip.in Chriſti &c. tres ſunt caſus &c ſecundum numeros meos:& Pet.de Anch.in conſi.xxiiij.incip.viſa inqiſitionẽ:& meminit Alex.in cõſilio v.primi vol.incip.redemptoris &c.in cauſa inquiſitionis &c.in principio:& Hipp.de Marſil.in ſuis ſingularibus ſingulari primo.Hinc ẽt dicit Bal,in l.ęde m,C.locati,quod locans domũ ſuã ſcholari iuueni, nõ poterit eũ expellere ob hoc,quod meretrices in eam induxerit,quaſi in re locata malè verſatus eſſet:quia hoc præſumere debuit,per locũ à cõmuniter accidentib.ſecùs, ſi locaſſet domũ ſuã ſacerdoti,ſecundũ eũ:quod nota. Illud autem eſt indubitatum,

R quòd

10 quòd † argumentum à communiter accidentibus, quod fundatur in verisimili,& probabili,tunc demum procedit, quando formatur ab eo,quod frequenter, & vt plurimum contingit adesse & rarò abesse: Alioqui autem non procedit,sed habet locum regula antè tacta:non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse,scilicet frequenter & facilè, vt dicit gl.singularis,in d.l.neque natales,in verbo,cum nihil,& ibi hoc bene declarant Cy.Bal.Sali.& docto.& Salic. Alex.Ias.& doct.in d.l.non hoc:imò committitur tunc fallacia consequentis,vt dicunt dialectici.Non enim valet cõsequẽtia,iste est comptus, ergo adulter:vel,pater istius est ingenuus,ergo ipse est ingenuus , quia oppositum consequentis stat cum veritate antecedẽtis.Et hoc est quod nos quotidie dicimus:non probat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse,d.l.neque natales,& d.l.non hoc,& l.matrem,C. de proba.quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,singularia,& quotidiana: & vide quod dixi supra in loco à subiecta materia circa finem.

¶LOCVS AB ORDINATIONE.

1 *Dispositum & ordinatum ad vnum finem, non debet eius contrarium operari,cum nu.seq.limitatur,nu.2.*

3 *Inducta ad diminutionem non operantur augmentum:limitatur.*

4 *Adiectio non semper auget dispositionem.*

5 *Ordinatum vel dispositum an habeatur pro facto.remißiuè.*

Offert se nunc locus ab ordinatione,seu (vt alij volũt) à destinatis, à quo sumptũ argumẽtum est ꝓbabile,frequẽs, & vtile : & formatur hoc
1 modo.† Dispositum vel ordinatũ ad vnũ finẽ, nõ debet eius cõtrariũ operari,l. legata inutilier.ff.de adimen.leg.l.ij.ante finẽ,C.de iureiu. ꝓpter calũ.dan.l.qui hominẽ.§.fi.ff.de solu.l.cũ is.§.j.ff.de condi.inde,l.siue hæreditaria negotia.in fi.ff.de neg.gest.c.maiores.§. sed adhuc, de baptismo:& cle.exiui de paradiso.§.deinde, de verb.sig. cum

cum si.quod seruit ad multa. Et particulariter deducendo vtilitatem ex hac agumẽtatione ꝓuenientẽ ad practicã, ex multis pauca colligẽdo, ex isto infertur primo, q̃d eadẽ solutio nõ operatur liberationẽ, & repetitionẽ, d.l. qui hominẽ. §. fi. & d.l. cũ is. §. j. Secundò ex isto infertur, q̃d excipiẽs nõ videtur cõfiteri intẽtionẽ agẽtis: q̃a ordinatũ ad exclusionẽ agẽtis, nõ fundat intentionẽ agentis, ſm Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cle. de quo articulo quotidiano vide latiùs per gl. & doct. in regula, exceptionẽ objiciẽs, de reg. iur. li. vj. & plenissimè p gl. Pan. Fel. & doct. in c. cũ venerabilis, de excep. & p Bar. & legistas in l. nõ vtiq;. ff. de excep. & in l. decẽ. ff. de verb. obli. ad quos remisisse sufficiat. Tertiò ex isto infert̃, q̃d inducta ad priuationẽ, nõ inducũt dispositionẽ, l. ex facto ẽt. ff. de hær. insti. & l. Titia. §. fi. ff. de manumissis testa. Vñ si pater exhęredet filiũ absentẽ si ad patriã nõ redierit, non videtur eũ instituisse si ad patriã redierit: q̃a ex dispositionib. priuatiuis nõ resultat habitus, d.l. ex facto ẽt: & ex dispositionib. negatiuis nõ resultat affirmatio, d.l. Titia. §. fi. & ita no. decidit Bal. in l. ij. C. de condi. inser. & sequitur Pet. de Anch. in rep. c. canonũ statuta, in xiiij. q. princip. ante fin. de cõsti. Et rõ istius est euidẽs, q̃a nõ põt sumi argumentũ à cõtrario sensu in dispositionib. cõditionalib. q̃n de institutione, vel substitutione agitur. l. Luci⁹, vltima, & ibi est gl. sing. quã doctores cõiter approbant. ff. de hære. insti. & vult expressè Bal. in d.l. ex facto ẽt, & dixi s̃. in loco à cõtrario sensu, vbi vide. Quartò ex isto infertur, ꝙ conuentio q̃ principaliter ordinatur ad resoluendũ, nõ põt operari productionẽ actionis: tex. est not. in l. ab emptione in fi. ff. de pactis: & similiter pactũ ordinatũ ad excipiendũ nõ valet ad agẽdum. Ita not. vult Bar. & sequũtur doct. re-

2 probata gl. in l. traditionib. ff. de pactis. Hoc † tñ limitatur dupliciter. Primò vt procedat, nisi actum sit expressè vel tacitè quod agi posset: nam tunc cessat ratio prædicta: tex. est notab. in lege, ex empto. §. is qui vina, & in §. præcedẽti, & vtrobique Bar. ff. de actio. emptio. Secundò limitatur, vt procedat, nisi verba resolutiua sint taliter concepta, quod ĩtelligat̃ celebrata noua vẽditio: q̃a tũc bñ agi posset, l. iurisgẽtiũ. §. adeò, & l. si vnus. §. pact⁹ ne peteret, vet: idẽ dicem⁹. ff. de pact. & ita decidũt Guil. & Ang. in d. l. ab emptiõe.

3 Quĩtò ex isto infertur, † quod inducta ad diminutionem

R 2 non

non operantur augmẽtum, d.l.legata inutiliter,& l.legata inutiliter.ff.de leg.j.& ratio eſt,quia actus argentium non operantur vltra eorum intentionem,l.non omnis,in prin. ff.ſi cer.pe.Hoc tamen ego limito ſingulariter verum, qñ inducta ad diminutionem poſſent operari effectum diminutionis non operando augmentum: ſed quando inducta ad diminutionem non poſſent operari diminutionem niſi prius operentur augmentum,tunc inducta ad diminutionem operantur augmentum tanquam neceſſarium antecedens:pro hoc allego tres tex.notab.quorum primus eſt, in l.Proculus,in prin.& ibi hoc volunt Bald.& Ang.ff.de vſufru.& ſequitur Franc.de Crema in ſingul.xxviij.Secundus eſt in l.ſi.ff.de vſu.ea.re.quæ vſu conſ.Et tertius eſt in l.denique.§.interdum.ff.de pecu.leg.qui tex.plus probant, videlicet quod adiectio auget diſpoſitionem etiam contra proprium ſignificatum verborum:quod nota,quia eſt ſingulare & quotidianum.Hoc tamen nolo te ignorare,quod
4 adiectio † non ſemper auget diſpoſitionem, ſed interdum diminuit:tex.eſt ſingularis in l.penul.& ibi Bal.no.ff.de ſer ui.ruſti.præ.de quo exclamat Lud.Ro.ſingu.lxxj.& Franc. de Crema in ſing.lxj.& Iaſ.in §. æquè, Inſti.de actio.& vide alium caſum ſingularem & quotidianum per notarios & practicos communiter ignoratum,in quo adiectio diminuit diſpoſitionem ſupra in loco à commodato ad precarium.Et vnum alium caſum per Bar.in l.generali.§. vxori. ff.de vſuſru.leg.quò recurre.Sextò ex iſto infertur,ꝙ inducta ad augmentum non operantur diminutionem,l.ſi mancipium,in prin.ff.de fun.inſtru.Et hinc ſingulariter dicunt Gulie.Alb.de Roſ.& Ang.in l.nulla,ff.de legib.ꝙ ſi teſtator legauerit vxori domũ cum adiectione tali,ꝙ ſi domus valeat minus quã ducentas libras, debeat ei ſuppleri, ita ꝙ vxor habeat valorem ducentarum librarum: ſi contingat, ꝙ domus valeat plus,illud non debet ei auferri:quia dicta verba fuerunt prolata à teſtatore ad ampliandum & in fauorem vxoris.Ergo non debent interpretari in oppoſitum argu.d.l.nulla,& præalle.l.ſi mancipium.Illud autem non eſt obliuioni tradendũ, ꝙ licet ordinata ad vnum finẽ ſeu effectum non debeant vel poſſint operari contrarium,iuribus præal.tamen ordinata ad vnum finem bene operantur effectum diuerſum,concurrentem tamen:tex.eſt notab.in
l.in nu

l.in numerationib.& ibi gl.Bar.Pau.de Ca.& doct.no. ff.de solu.& habetur eleganter per Alb.de Rof.in prima parte sta
5 tutorum q.cxlvij.An†aũt ordinatum seu destinatum habeatur pro facto, vide per Albe.de Rof.in secunda parte statutorum q.ccv.inci.item quæro duas pulchras quęstiones: & per Bar.Bal.Alex.& doct.in l.cætera.§.sed & si parauerit. ff.de leg.j.vbi per hoc reperies decisas quasdam quæstiones quotidianas, quæ omnia commenda memoriæ tanquã pulchra, vtilia, singularia, & quotidiana.

¶LOCVS AB VSITATO SEV à solitis.

1 *Argumentum ab vsitato, seu à solitis probabile & vtilißimum: eius forma.2.*
3 *Consuetum fieri dicitur necessarium, & solita apponi licet non apponantur, habentur pro appositis.& nu seq.*
4 *Consuetudo optima legum interpres.*
5 *Notarius semper intelligitur rogatus, vt apponat clausulas consuetas.*
6 *Clausulæ insolitæ appositæ in instrumento inducunt præsumptionẽ latentis fraudis.*
7 *Res fiscales vendi vel locari non possunt, nisi plus offerenti.*
8 *Electus ad aliquod officium in dubio intelligitur electus cum salario consueto.*
9 *Consuetudo excusat notarium à pœna falsi.*
10 *Citatus debet comparere hora, qua actus potest expediri.*
11 *Dictio taxatiua extranea excludit, & pertinentia ad contractum includit.*
12 *Masculinum in contractibus non concipit fœmininum.*
13 *Argumentum à solitis quando non procedat.*
14 *Fiendum cursu temporis non tollitur.*
15 *Consuetudo non debet extendi de persona ad personam.*
16 *Consuetudo patrisfamiliàs testantis, contrahentis, vel ali-*

 ter

ter disponentis est prius inspicienda, quàm consuetudo regionis.

1 NVnc subnectemus locum ab vsitato seu à solitis vel consuetis fieri, à quo† sumptum argumentum est probabile, frequens, & vtilissimũ vt patet in iuribus infra allegandis. Et primo de hoc est tex. notabilis ĩ l. si quis donaturus, & ibi gl. ff. de vsufruc. Secundò in l. quod si nolit. §. quia assidua, & ibi Bal. ff. de ædili. edict. Tertiò in l. certi condictio. §. si nũmos, & ibi Bar. Ang. Alex. Ias. & do. ff. si cer. pet. Quarto in l. vt liberis, & ibi notatur per Alb. de Rosate, Iasonem & doct. C. de collatio. Quinto in c. cùm M. Ferrariẽsis, & ibi Anto. de Butrio, Io. de Imo. Panor. Fel. & doct. canonistæ no. de const. Sexto in l. fi. ff. quod cum eo. Septimo in l. certè, in fine ff. de precario. Octauo in c, cum Marthæ. & ibi notatur per gl. de cele. miss. Nono in c. ꝑ venerabilẽ, in §. quod autem, & ibi Præpo. no. qui filij sunt legit. Decimo in c. prudentiam, in prin. & ibi Card. notat. de offi. delega. Vndecimo in l. excepto, C. locati, & in l. iurisgẽtium. §. pactorũ, & ibi glo. ff. de pactis, & ĩ l. & si fine, ibi, & quotidie prætores. ff. de minor. in l. item si vnus. §. fin. ibi, sed est vsitatum. ff. de arbitris, & in l. ei qui, in fin. ff. de petitio. hęredita. item bonus tex. in §. fi. Insti. de satisdatio. & ibi Bal. dicit, quod argumentum ab actu quotidiano est validũ in iure. & idem dicit Bal. in l. iij. §. cognoscit. ff. de offi. præf. vig. & si plures alias videre libeat concordantias, vide Alc. & Iasonem in d. §. si nummos, & Albe. & Iasonem in d. l. vt liberis, & Albe. in d. l. si quis donaturus, & Batt. & Alex. in apostillis ad Barto. in l. si prius. §. rectè placuit. ff. de aqua pluui. arc. & eundem Alex. in apostillis ad Bar. in l. vel vniuersorum, ff. de pigno. acti. Et argumentũ ex hoc loco formatur hoc modo.

2 † Attẽdendũ est quod fieri solet. Vel sic, quod quotidie fit vel solitũ est fieri, legitimè fit seu legitimũ est. d. §. si nũmos, vbi Iuriscõsultus sic arguit, & sępe alibi, vt patet in iurib⁹ supra allegatis. Et istud facit ad multa & inter alia in primis ad hoc, q̃d ꝓsumendũ est pro his q̃ diu agitata sunt in ecclesia Dei, patiẽte & tolerãte superiore, c. constitutus, & ibi Panor. notat, de religio. domibus, & capit. ecclesiasticarum, xj. distinct. Vnde eleganter dicit

VI

Vlpianus Iurisconsultus in l.antepenult.ff.de constit.prin. non recedendum ab eo iure, quod diu æquũ visum est, nisi euidens subsit vtilitas. Hinc etiã eleganter dicit Bald. in l. quicunque, in iiij.notabili, vers. scias aũt. C. de seruis fugi.
3 quòd id †quod consuetũ est fieri, nõ dicitur arbitrarium, sed necessariũ, pro quo ego adduco bonum tex. in c. ex parte, de censib. Hinc etiã est, ꝙ illud quod consueuit apponi in contractu, licet non sit appositum in instrumento cõtractus, habetur pro apposito, d.§.quia assidua, & d.c.cum M. Ferrariensis, & d.l.si prius.§.rectè placuit, & ibi Bar. & Alex. in apostillis ad Bart. Imò generalius dicit Inno. in c.a.olim tibi, in princ. de verb. sign. quem refert & sequitur Panor. in c. certificari, de sepultu. & frequẽter alibi, quòd omnis dispositio, siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum, recipit interpretationem & suppletionem à cõ-
4 suetudine, & ab eo quod fieri solet. Consuetudo †enim est optima legum & aliarum dispositionum interpres, l. si de interpretatiõe. ff. de legib. & idẽ reperio velle Pe. de Anch. & Io. de Anania in c. quàm graui, de crimine falsi. Hinc etiam est, quòd ex vsu, vel consuetudine viuentis præsumẽda est vltima voluntas eiusdem morientis, l. Titia. §. qui Marco. ff. de an. leg. & l. Sẽpronio. §. fi. ff. de vsuf. leg. Hĩc etiã dicit not. Bal. in c. j. post prĩ. qui feu. dare pos. ꝙ illud q̃d fit de cõsilio sapiẽtũ, præsumitur factũ bona fide, & sine calũnia, l. Polla. cũ ibi, no. per gl. in verb. pupilli. C. de his qui bus vt indig. quia ita consuetũ est fieri, secundũ eũ, quod dicit notabile, subdens quod cõsuetudo habet vim decreti, itẽ vim iustitiæ, item dat mandatũ, itẽ dat iurisdictionẽ etiã arbitris, & ibi pleniùs per eũ. Hĩc etiã videmus, quod omnes clausulæ quæ solent apponi in diplomatibus apostolicis aut bullis, vt vocant, si sint omissæ, subintelliguntur in eis, & habentur pro expressis. c. accepimus, & ibi hoc notat Anto. de Butrio, de æta. & qualit. & est text. optimus & melior de iure in d.c. cũ M. Ferrariensis, & si clausula solita poni in certo loco, transponatur, habetur ꝓ apposita ĩ loco proprio & solito, text. est notabilis in c. causam quæ, & ibi canonistæ ad hoc notant illum tex. de rescrip. Hinc etiã est quod notarius semper intelligitur rogatus, vt apponat clausulas, in similibus contractibus apponi consuetas, etiã si à cõtrahentibus hoc nõ fuerit dictũ. tex. est not.

in l.fi.in fi.C.de fideiuss.& ibi Bal.dicit illum tex. esse meliorem de iure,& idem vult Bal.in l.huiusmodi, in princ. ff.de leg.j.& idem Bald.in l.si quis sub conditione, in fi.ff. de condi.insti.& idem Bal.in l.ita demum.§.j.ff.de arbit.& idem Bald.in rub.ante finẽ,C.de reuocan.his quæ in frau. cred.Alex.de Imo.in consi.xxvij.ij.vol.incip.in causa,& lite.& idem Alex.in consi.cvij.eiusdem vol.inc.pro inuestigatione,&c. & idem Alex.in d.l.huiusmodi, & Bald.in l.j. circa finem.ff.sol.mat.vbi per hoc dicit, quòd notarius in instrumento dotis potest apponere obligationem hypothecariam,etiam si non sit dictum à partibus,ex quo solet apponi in illis instrumentis.Hinc etiam sing.dicit Io.And. in addit.ad Spec.in tit.de instru. editio.in §. instrumentũ, in versi.quid si à contrahẽtibus,ꝙ notarius simpliciter rogatus in contractu donationis,vel venditionis, aut simili, potest adiicere clausulam precarij vel cõstituti,puta quòd donans vel vendens constituit se precario, vel simpliciter possidere pro donatario vel emptore, quia ita fieri consueuit,& efficacius per hoc venitur ad mentem contrahentiũ: & hoc procedit secundum eum etiam si non fuit adiectũ, quòd instrumentum conficeretur ad sensum sapiẽtis,quia hoc adiecto etiam inconsueta possent suppleri, dummodo non sint substãtialia,vel essentialia. nã illa à principio sic insunt contractibus,quòd sine illis vitiantur, secundũ eum.Per dictam aũt clausulam,ad sensum sapientis,nõ est dubium quin consueta possint suppleri,iuxta no. per gl.& doct.in l.si mandato Titij.§.fi.ff.mandati, vbi est bona gl. in verb.accepta quib.tractans de virtute dictæ clausulę,ad sensum sapientis,de qua etiam habetur per gl.Bar.& doct. in l.illa institutio ff.de hære.inst.& per gl.& doct.in l.ex ea parte,in prin.ff.de verb.oblig.& per Io.de Imo.in c.j.in fi. de constitutio.& per Speculato. in tit.de emptio.& vend. in §.j.in versi.sed quid si in instrumento, & per eundem Spec.in d.tit.de instr.editi. §.instrumentum,versi.quid si à contrahentibus, & per Bal.in l.cùm quid. ff. si cer.peta.& per Salice.in l.captatorias,C.de testam.milita.& per Per.de Ancha.Io.de Imo.& Barbatiã in c.cum tibi,de testa. Hinc
6 etiam inferri potest arguendo à solitis † quòd clausulæ insolitæ positæ in aliquo instrumento inducũt præsumptionem latentis fraudis,vt est glo.singularis in d.l.si quis sub-
con

conditione, quam ibi cōmendāt Bart. Bal. Ang. & docto. & Feli. in c. ij de rescrip. & idē Feli. in c. causam quę, ij. de test. & docto. sæpe alibi. Hinc etiā est, quòd mandatū regis vel principis intelligitur secundū consuetudinem loci, l. missi opinatores, C. de exacto. tribu. li. x. Vndè si rex mādet exactori tributorū, quòd exigat, & coerceat omnes debitores fiscales soluere, ea coarctati ōe quę sibi videbitur magis expedire, tenebitur tamen exactor seruare cōsuetudinē loci: & ergo si ex consuetudine debitores fiscales nō possint incarcerari, nō poterit procedere per capturā quia cōmissio semper intelligitur salua consuetudine. Ita singulariter dicit And. de Bar. in d. l missi opinatores, quē refert & sequitur ibi Io. de Platea vers. sic etiam. & Bal. in l. j. C. si propter publi. pensi. vbi hoc reputat nota. dignum, & Io. de Anania in d. c. quàm graui, & doctores sæpe alibi. Hinc etiam est, quòd officiales deputati ad vendendum gabellas alicuius communis, non possunt cū emptoribus inire pacta cōtra solitū morem, & pacta aliter inita per eos sunt nulla, quoniam intelligitur eis concessa potestas, vt vendant more solito, & non aliter. Ita sing. dicūt doct. in l. j. C. de pascuis public. vel priua. li. xj. & vult Anto. Corsetus in sing. lij. Il-
7 lud autem certum est, †quòd res fiscales vendi, vel locari non possunt, nisi plus offerenti, præcedente subhastatione l. j. & l. si tempora, C. de fide instumen. & iure hastæ fisca. li. x. iunct. al. loca, C. de locatio. prædi. ciui. vel fisc. lib. xj. & primus conductor si offert tantum quantū nouus, debet preferri l. congruit, illo eo. tit. & veniens intra tempus in subhastatione præfixum, debet admitti, licet res iā alteri fuerit vendita, d. l. si tempora, qui sunt tex. singulares, quod tene menti, quia vidi sæpius de facto. Hinc etiam est, quòd officia intelliguntur concedi secundum consuetudinē, L. magistratus, & ibi hoc notat Bar. ff. ad municipales, adeò
8 †quòd electus ad aliquod officium, in dubio intelligitur electus cum salario consueto, secundum Ia. de Rauenna, & Salic. in d. l. excepto. sicut in simili dicit glo. singularis in d. l. excepto, quòd vbi in locatione non est facta mentio de certa mercede, illa secundum consuetudinem præteritam est soluenda, quod alibi non reperitur secundum Sali. & Ange. ibidem. Circa quod volo te incidenter scire, quòd si variè sit obseruatū in salario dādo seu præstādo electo ad

officium, & in literis habeatur clausula cum salario consueto, illo casu electus ad officium habebit salarium, quod nouissimo anno præstitum fuit, siue illud sit maius siue minus, quàm salarium præteriti temporis. Ita singulariter dicit Bal. in l. binos, circa fi. C. de aduoca. diuerso. iudi. per l. Mela. §. j. ff. de alimen. & cibar. legat. & ibi hoc dictum Bal. refert & sequitur Alex. de Imo. in apostillis ad Bar. ꝑ quo dicto etiam bene facit l. si mater, iuncta glo. cũ ibi not. per Bal. C. ne de stat. defuncto. & faciunt nota. per Bal. in l. si filia, in fi. C. de inoff. test. & notata per eundem Bal. in §. notandũ. qui feu. da. pos. in vsib. feudo. Hinc etiam est, quòd contractus simpliciter celebrati, intelliguntur celebrati secundum quod consueuerunt fieri in illo loco. d. l. quòd si nolit. §. quia assidua, & d. l. si prius. §. rectè placuit. & d. l. excepto, cũ sua singulari gl. & ibi Ang. Sali. doct. & idẽ Ange. in l. licet, C. locati, & ita notabiliter decidit Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis, & Pan. in d. c. cũ M. Ferrariẽsis. & Salice. in d. §. quia assidua. Hinc etiã dicit Bal. in l. j. in ij. q. C. pro socio, quòd si quid consuetum est fieri, intelligitur hoc tacitè actum in contractu, quia per consuetudinem tacitè pactum induci videtur, d. l. licet. Hinc etiã dicit idẽ Bal. in l. incendium, circa finem, C. si cer. peta. quòd illud præsumitur factum, quod fieri consueuit in loco. & allegat d. l. quòd si nolit. § quia assidua. Hinc etiam est, ꝙ si protocollũ & instrumentum extensum, discrepẽt inter se, statur protocollo, tanquam principali per locũ à solitis, quod est validũ in iure, secundum Bar. in l. si librarius. ff. de
9 reg. iur. Hinc etiã est, † quòd consuetudo excusat notariũ à pœna falsi. ita singulariter dicit Bal. in c. j. de feudi cognitio. & post eum Lud. Roma. in singulari ccclxxxiij. & volunt canonistæ in c. quanto, de his quæ fiunt à prælato, & Ange. de Aretio in libel. maleficiorũ, in verbo falsario, in versi. & est aduertendum. Hinc etiã est, quòd ad repetendũ vsuras sufficit probatio per præsumptiones, vt puta quòd mutuans fuit vsurarius, & solitus fœnerari ad tantum pro libra, & quòd repetens modò vsuras habuit ab eo mutuò, & tenuit sortem per annum, & sic vsuræ ascendebant ad tãtã quãtitatẽ, & quòd ipse vsurarius restituit pignora, quę verisimiliter nõ restituisset, nisi vsuræ fuissent sibi prius solutę, sicut sors quã fatetur se recepisse, per locũ à solitis.

Ita

Ita singulariter dicit Io.An.in c.quanquam,de vsuris li.vj. in nouella,dicens ita in iudiciis seruari. Et istam decisionem sequitur Pau.de Ca.in l.j.C.de proba.Est tamen verū, quòd Iac.de Are.Pe.Cy.& Bal.in d.l. j. tenent contrarium, & similiter Archi.in d.c.quanquam: Dom.autem & Philip. Francus in d.c.quanquam,post multa allegata pro & contra concordant opiniones: vt si nihil ex parte vsurarij allegetur ad tollendum huiusmodi præsumptiones,habeat locum opinio Io.And.& sequacium, aliàs autem procedat opinio Archidiac.& aliorum: ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat.Hinc etiam est,quòd si papa scribat pro ali quo beneficiando etiam motu proprio, non præsumitur tamen velle aliter quàm sit consuetum.Et ergo si clericus secularis impetrauit beneficium non solitum conferri clericis secularibus,sed regularibus duntaxat: non valet talis impetratio,etiam si in diplomate vel bulla, vt vocant, sit clausula motu proprio.Ita singulariter dicunt Bal. & Florianus de sancto Petro in l.fideicommissa.§.si seruo, per il lum tex.ff.de leg.iij.& est bonus tex.in c.cum de beneficio. de præb.lib.vj.& in c.possessiones,iunctá gl.de reb.eccl.nō alie.Hinc etiam est,quòd si episcopus citet aliquem nō ex presso loco ad quem, intelligitur vt citatus compareat in loco consueto.Ita notabiliter dicunt Pet.de Anch. Philip. Francus,& docto.in capi.cum episcopus, de offici. ordina. libr.vj.& benefacit l.penulti.ff.de iusti.& iure. Hinc etiam
10 est † quòd citatus debet comparere ea hora qua congruè potest expediri actus ad quem citatur: Et ergo si ille actus solet fieri de mane, vt contingit in electionibus propter missam sancti Spiritus quæ solet præmitti, tunc debet cōparere de mane ante prandium.si autem actus potest congruè expediri de mane & etiam tempore vespertino,& ita solitum est fieri: tunc citatus potest differre vsque ad vesperas,quia tota dies sibi cedit,c.consuluit, de offici.deleg.& Insti.de verb.oblig.§.j.cum similibus. Ita notabiliter dicit Panorm.in c.cum nobis olim,circa finem,de elect. & Inn. & doct.in d.c.consuluit.Hinc etiam est, quòd citatus non comparens excusatur à contumacia,quando citatio non erat expedita secundum consuetum morem citandi. Ita singulariter dicit Ang.in l.fi.C.de can.largi.ti. li.x. quē refert & sequitur Felinus in d.c.ij.& in d.c.causam, quæ. & idem

Feli

Felinus in c.quoniam contra falsam.in vij. colum.de probatio.& Io.de Anania in d.c.qnam graui,& Hippolytus de Marsiliis in singulari suo cxviij.Hinc etiam est,quòd procurator simpliciter constitutus ad vendendum vel donandum, potest in instrumento apponere omnia pacta etiam pœnalia,quæ sunt solita apponi in similibus instrumentis, licet super hoc non habeat speciale mandatum.Ita singulariter dicit Ang.in l.bene à Zenone,per illum tex.in verbo, pactis conuentionalibus,C.de quadri.præscr. & idem vult ipse Ange.in l ij.ff.de iurisf.omnium iud.& docto.frequenter alibi.Hinc etiam est,quòd legati seu ambasiatores,vt vocant,simpliciter dati,ad pacem componendam,licet nõ habeant expressum mandatum ad apponendum pœnam, poterunt nihilominus apponere pœnam & obligare dominum constituentem pro obseruantia eius quod gerunt.Ita singulariter dicit Panorm.in cap.ij.de preca.per d.l.bene à Zenone,cum aliis iuribus per eum alleg.& reputat multũ notabile.Ego tamen suadeo,quòd de hoc habeatur speciale mandatum.Hinc etiam est,quòd procurator simpliciter constitutus ad fideiubendum, potest renuntiare beneficio ordinis seu excussionis: & talis renunciatio præiudicabit constituenti procuratorem, si de consuetudine fideiussores similes renuntiationes facere consueuerunt.Ita singulariter dicit Bar.in l.fina.ff.de his quæ infraudem creditorum:& hoc dictum refert & sequitur Panorm.in ca.j. in ix. colum.vt lite non contestata.& doct.sæpe alibi.Hinc etiã est,quòd habens mandatum ad capiendum mutuum, potest etiam dominum suum obligare ad cambium & recambium,quando consuetudo loci habet,quòd mutuetur cũ cambio & recambio:etiam si in mandato habeatur dictio
11 taxatiua,quia illa † extranea excludit. sed pertinẽtia ad ipsum contractum includit,cle.exiui de paradiso.§.cum autem,de verbo.signifi.& ita singulariter decidit Roma.in cõsil.cxiiij.incip.visis supra consultis,&c.Hinc etiã est, quòd si de originali forma cõcessionis in emphyteusim non appareat concessio facta per ecclesiam, præsumitur facta in tertiam generationem,quia ita fieri consueuit. Ita singulariter dicit Bal.in addi.ad Spe. in ti.de locato,in vers.si autẽ non appareat,& allegat l.pen.C.de fideiusso. sed debuit allegare l.fi.& idem reperio velle Alex.de Imo.in d.l.si prius.
§.rectè

§.rectè placuit,ĩ apostillis ad Bar.& Ang.ĩ §.emphyteusim, in Auth.de non alie.aut permu.reb.eccl.col.ij. Hinc etiam est,quòd concessio in emphyteusim facta simpliciter pro se & filiis:intelligitur etiam de filiabus,quando ita est con
12 suetum fieri:licet† in contractibus masculinum non concipiat fœmininũ,vt notat Archi.in c si quis suadente diabolo,xvij.q.iiij.Ita singulariter decidit Io.de Imo.in cap.potuit,circa finem,de locato,& sequitur Alex. de Imol. in d. §.rectè placuit,in apostillis ad Bar.& doct sępe alibi.Hinc etiam est,quòd si papa consueuit in inuestituris,quas olim fecit principibus super terris & oppidis ecclesiæ,concedere iurisdictionem publicationis bonorum,& vltimi supplicij,ista duo venient in simplici concessione facta per papam,etiam si in inuestitura non exprimantur. Ita valde singulariter decidit Ludouic. Roma.in consilio suo lix.incipiente,ad discutiendum,in ij.columm. ego tamen suadeo, quòd hæc exprimantur. Hinc etiam est, quòd pro specie debita potest solui pecunia,quando ita solui erat consuetum,tex.est notabilis in l.domini prædiorum,& ibi Bar. & Io.de platea notant,C.de agrico.& censi.libr.xj. Hinc etiã est,quòd conducens operarios simpliciter,tenetur eis præstare alimenta,expensas,& ferramenta,si ita erat consuetũ: Ita notabiliter dicit Bal.in l.liberti libertæque,in iij colũ. C.de oper.liber.& doct.sæpe alibi.Hinc etiam est, quòd si duo reperiantur lætaliter vulnerati ,& nescitur quis eorũ fecerit ad defensionem,in dubio præsumitur, quòd ille incœpit qui est magis rixosus,& quòd alter fecit ad defensionem,quia cuiusque consuetudo attendenda est,d.l.vel vniuersorum,& l. qui semisses. ff. de vsuris, cum similibus. Et ita singulariter reperio decidere Alberi.de Rosate post Vbertum de Bobio, in l. vt vim. ff. de iustitia & iure, & vult Card.in clem.vnica,in xxxij.q. de homicidio,& Gepola in cons.suo xxix.in iiij.colum.de quo articulo tamen vide latius per Alber.de Rosate in l.j.§.si arietes.ff.si quadr.paup. fecis.dica.Hinc etiam est,quòd si per statutum pœnæ duplicentur post tertium sonum campanæ, & quodam tempore campana non fuerit pulsata,sicut contingit in die veneris sancta,debemus considerare horam, qua consueuit campana pulsari:quia statutum ad id tempus se refert,quo fieri solet:text.est notabilis in l.liberorũ.§.& si tales, & ibi

hoc

hoc sing.no.Bal.ff.de infa.& idem vult Alb.deRosate in secunda parte statutorum q.vij.Hinc etiam est, quòd in electione officialiũ mos antiquus seruari debet, aliàs electio seu creatio est nulla,tex.est not.in l.actuarios,& ibi Bar.notat.C.de num.actu.&c.li.xij.& illum tex. etiam ad hoc notat Ant. Corsetus in sing.lvij.quod tene menti. Hinc etiã est,quòd nedum à dolo, sed etiam à culpa excusatur, ille, qui fecit quod consuetum est fieri:tex.est not.in l. si pignore.§.fi.& ibi gl.Bar.& doct.ff.de pign.actio.& tex. optimus iuncta gl.in l.pignus,& ibi Bar.Bal.Ang.Paul.de Ca.Sal. & doct.notant.C.eo.ti.illum tex.etiam ad hoc notat Franciscus de Aretio consi. xxxviij. incip. consultissime domine. Et ergo deponens pecuniam apud campsorem fide approbatum,apud quem est communis concursus deponẽtium, excusatur,licèt ille postea efficiatur fugitiuus,seu (vt vulgò loquimur)bancoruptor.Ita dicunt Bar.Ang.& Sal. in d. l.pignus. Hinc etiam est, quòd si maior pars rusticorum iuit ad certum molendinum cum suis equis, excusatur is, cui commodaui equum vt duceret suum frumentum ad molendinum,si iuit ad molendinum ad quod communiter omnes ibant,licet per incursum hostium equus sibi fuerit ablatus,cum non fuerit in culpa faciendo quod communiter omnes faciebant,dict.l.pignus, & ibi hoc volunt Bal.Ang.Pau.de Cast.Sal.& doct.ex isto etiam infertur ad decisionem illius quæstionis quotidianæ,Titius commodauit vel locauit Seio equum,Seius reuersus non reperiẽs stabulum apertum posuit equum in pascuis, vbi Titius solitus erat dimittere, venit lupus de nocte, & comedit, vel fur & subripuit:quæritur,an dictus Seius commodatarius, vel conductor teneatur?& dicendum est quòd non: * quãdo communis consuetudo loci & Titij commodantis vel locantis erat,dimittere equum in pascuis. Ita singulariter volunt Cy.Bal.& Pau.de Ca.in l.iij.C.de episc.aud.& tangitur per gl.Odofre.Bar.Bal.Ang.Pau.de Ca. & docto. in l. si negotia,ff.de neg.gestis:& per Spec.& Io.An.in titu.de locato.in §.porro,in versic. quid si locaui tibi boues. Hinc etiam est,quod sicut habens mandatum ad aliquid faciendum,po

ADDI. *Non.Istud limitat Bal.in d. l. iij.nisi ratione nouæ caussæ debuisset adhiberi maior custodia.P.Prat.

dum,potest ea facere,quæ dominus solitus est facere etiã in præiudicium domini,vt est tex.notabilis in d.l.vel vniuersorum,& ibi gl.Bar.& docto.& bonus tex.in l.dominus sticho.§.testamento,& ibi bona gloss.ff.de peculio leg. Ita etiam potest omittere in præiudicium domini,quando dominus non consueuit ea facere, puta non fœnerari pecuniam quando dominus non erat solitus fœnerari: vt est tex.peculiaris in d.l. qui semisses,in fine: quem textum ad hoc reputat singularem Ludouicus Roma. in suis singularibus singulari xj Hinc etiam est, quòd conductor equi percutiens equum cum fustibus, vel lignis adeò quòd ex hoc deterioretur,tenetur:quia calcaribus pungi debet, nõ fustibus vel lignis cædi:tex.est notabilis in l.j.& ibi Bar.notat,C. de cursu publico libro xij. & ratio est, quia attendi debet quod fieri consueuit,iuribus præallega. & ita etiam reperio singulariter velle Antonium Corsetum in singulari suo lx.Hinc etiam est,quòd solutio decimæ beneficiorũ concessæ alicui,fieri debet secundum taxationem decimæ consuetam,factam in illis partibus,in quibus est facta concessio:tex.est singularis in clement.si beneficiorum,de decimis:& ibi vide gloss. singularem super verbo taxationem, & super verbo consuetam : quod tene menti. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, sed præmissa pro iuuenibus abundè sufficiunt. Quæ tamen dupliciter veniunt

13 limitanda.†Primò vt procedant in consuetis communiter & plurimum, non autem in his quæ raro vel omnino extraordinariè solent fieri. Ita singulariter vult Alexander in dicta l. vel vniuersorum,in apostillis ad Bar. & colligitur ex notatis per Bar.in l.Seio,§.medico.ff. de annuis lega.per illum tex.qui ad hoc est valde notabilis & menti cõmendandus:& pro hoc etiam est textus optimus in l.fistulas.§.frumenta.ff.de contrah.emptio.inducendo, & declarando vt pulchrè habetur per Ias.in l. iiij.§. quæsitum.ff. si quis cautio.quicquid ibi dicunt alij:& de hoc vide magistraliter per Alex.in cõs.suo xxviij.vo.j.ĩci.redẽptoris, &c. visis & accuratè ponderatis,&c.est etiam bonus tex in ca. quod translationem,& ibi Panorm.& Barbatias ad hoc notant illum tex.de off.leg. & bonus tex.in l.apud Iulianum, §.fin.ff.de lega.j.vbi probatur illud esse impossibile, quod ex sola voluntate principis dependet, quando non con

sueuit

sueuit illud concedere, secùs si consueuit illud concedere, de quo vide plenè per Feli. in cap. sedes, de rescript. & per Socinum in l. quidā relegatus. ff. de rebus dubiis, ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Secūdò illud limitatur
14 verum, † nisi omissa forma obseruari solita in contractu ex more regionis contractus reperiatur celebratus sub alia forma, nam tunc stabitur literis contractus, nec fiet supple tio à consuetudine, tex. est singularis secundum vnum intellectum, quem tangit ibi Ang. in d. l. licet, & sequitur Iason in d. l. vt liberis, & sentit Salicetis in d. §. quia assidua. & ratio istius est, quia quando contractus est celebratus sub alia forma, & de hoc apparet per instrumentum publicum, tunc sumus certi, ergo non est recedendum à certo propter coniecturam surgentem ex consuetudine, quia in incertis, non in certis locus est coniecturis, l. continuus. §. cùm ita, in fine. ff. de verbo. obliga. de qua materia vtili & quotidiana si plenius vis instrui, vide Alber. de Rosate & Iasonem in d. l vt liberis, & in d. §. si nummos, & Alexan. Imo. in apostillis ad Bar. in d l. vel vniuersorum, & in d. §. rectè placuit, & Feli. in d. c. cum M. Ferrariensis, & Barbatiam in d. c. quod translationem, & aliquid per Sal. in l. j. in iiij. oppositione, C. quomo. & quan. iud. Illud autem certum est, quod ab insolitis non valet argumentum, maximè vbi ius contrà disponit: vndè non valet hæc allegatio imperitorum aduocatorum. Nunquam hoc factum fuit, ergo fieri non debet: cum fiendum cursu temporis non tollatur, c. cum ex officij, & ibi hoc notat Bal. de præscri. & facit l. sed licet, ff. de offi. præsidis, & cap. cum causam, de ele-
15 ctione. Illud etiam indubitatū est † quòd consuetudo non debet extendi de persona ad personam, l. si vnus. §. ante omnia, ff. de pactis: & notatur per Io. And. & canonistas in ca. fin. de offic. archi. Nec de re ad rem, l. prima, §. Iulianus, el ij. ff. de itine. actuque priuat. quod seruit ad decisionem plurium quæstionum, de quibus per Bartol. in dict. l. prima, §. si quis hoc interdicto: & per Iacobinum in libello feudorum, in verbo, in feudum, parum ante finem: & per Felin. in capit. auditis, de præscripti. Illud etiam dubitatio-
16 ne caret † quòd prius inspicienda est consuetudo patrisfamiliàs testantis, contrahentis, vel aliter disponentis, quàm consuetudo regionis: Ita notabiliter probatur, in l. si seruus plu

uus plurium.§.fi.ibi,ante omnia ipfius patrisfamiliâs cõfuetudo, deinde regionis ĩ qua verfatus eft,exquirẽda eft. ff.de leg j.& in l.hæredes.§.fi quis poft,in fi.ibi,ex confuetudine patrisfamiliâs.ff.de tefta. Ceffante autem confuetudine patrisfamiliâs teftantis,contrahentis,vel aliter difponentis,fieri debet interpretatio fecundũ cõfuetudinem loci vel regionis,in quo vel qua actus celebratus eft, d. §. quia affidua,& alijs iuribus fupra alleg.iuncta l. femper in ftipulationibus. ff.de reg. iur. quæ iura fic debent intelligi fecundum Ang.in l.ij.ante fin.C.de iure emphy.& idẽ vult Lud.Ro.fingulari cccccclxxviij.licet fit corruptus.Illud ẽt non eft omittendum,quod licet Fabius lib.j.Orato.Inftit. cap.xij.dicat,quod non debemus id vocare confuetudinẽ, quod plures faciunt:quia hoc periculofum daret præceptum non orationi modò,fed (quod maius eft) vitæ: fed confuetudinem fermonis vocabimus confenfum eruditorum,& confuetudinem viuendi confenfum bonorum,fecũdum eum:quem etiam citat & fequitur Budæus in l. princeps,in fi.ff.de legib. & adftipulatur alibi magnus ille Erafmus,afferens peffimum tum viuendi tum fentiendi auctorem effe vulgũ:tamen hoc non puto indiftinctè effe verũ, fed folum in terminis in quibus loquuntur:in indifferentibus autem,& vbi non agitur de venuftate fermonis,nec de peccato,vt in exemplis fupra pofitis,hoc non puto procedere:fed habere locum fupradicta,& ea quæ tractãtur per doct.in materia confuetudinis,in l.de quibus.ff.de legib⁹, & in l.ij.C.quæ fit lon.confue.& in c.fi.de confue.& quæ dixi fupra in loco ab opinione vulgi:quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra,vtilia,fingularia, & quotidiana.& vide quod dixi fupra in loco à communiter accidentibus,& quod dicam infrà loco proximo.

¶LOCVS A STYLO CVRIÆ SEV more iudiciorum.

1 *Stylus curiæ, & mos iudiciorum, qui olim obtinuit, eft feruandus.*

& per totum locum.

2 *Libellus fundatus super consuetudine procedit.*

3 *Iudex non debet admittere libellum contra stylum, vel consuetudinem.*

4 *Stylus quid.*

5 *Stylus & consuetudo sunt diuersa.*

SVbsequitur nunc non incongruè locus à stylo curiæ, seu more iudiciorum, à quo sumptũ argumentum est validum in iure. Seruãdus † enim
1 est stylus curiæ, & mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, l. fi. C. de iniur. l. ij. C. quem. testa, ap. & l. iij. §. fi. cum ibi no. ff. de testib. & c. venerabilis, de cõfir. vtili vel inu. vbi allegatur stylus curiæ Romanę, & c. ex literis, de consti. & ibi Panor. expressè notat, stylum curiæ facere ius, & posse allegari ad decisionẽ causarum: de quo etiam meminit glo. in cle. j. §. secùs, de concess. præbend. & glo. in clem. appellanti, in verbo, expressas, de appel. & Ioã. An. in c. vnico, de rerum permu. lib. vj. in nouella: & Philip. Franc. ibidem, in viij. q. & docto. sępe alibi. & hinc quotidie videmus quæstiones decidi per stylum curiæ. Et gratia euidentioris doctrinæ aliquot ponam exẽpla: & imprimis isto argumento à stylo curiæ vtitur Io. An. in regula delictum, de reg. iur. lib. vj. in Mercu. in illa q. An percutiens plures clericos vno ictu sit pluribus excommunicationib' innodatus, an vna: & per hunc locum à stylo curiæ cõcludit, q̃d vnica dũtaxat, & ibi lati' per eũ. Isto argumẽto etiã vtit̃ Cal. in cõsi. viij. sub ti. de rescr. in pulchra, & quotidiana q. concludẽs p hoc, nõ cẽseri dispẽsatum cũ inhabili in ętate ad obtinendũ beneficiũ, licet ætas in narratiõe sit expressa, & datũ mandatũ de prouidendo, nisi papa expressè dicat, se dispẽsare sup ętate, propter stylum curiæ, qui habet, q̃d in defectu ætatis semp adijciũtur hæc verba, sup quo tecũ de vberioris dono gratiæ dispẽsamus, qui stylus obseruãdus est, secundũ eũ: quẽ vide. Isto argumento à stylo curiæ etiã vtitur Lap' in allegatione sua xxxiij. in ci. An frater minor, vbi p hoc cõcludit, stari cardinali dicẽti sibi aliq̃d à papa * commis

ADD. * Papa. Dic q̃ iste stylus est contra l. vnicam. C. de mand. princ. & ibi Bar. & Bal. hoc not. P. Prateius.

commissum viuæ vocis oraculo: quia sic habet stylus curię qui obseruandus est, secundum eum: quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in c. excommunicamus, in §. quia vero, in fi. de hære. & Fel. in c. causam quæ. ij. de testib. & in ca. ij. de rescrip. quod nota, quia videmus quotidie emanare literas à curia Romana, quibus pœnitentiarius papæ asserit sibi à summo pontifice viuæ vocis oraculo commissum, vt cum tali vel tali dispenset: vel talem à voto, si ita est vt narratur absoluat: Quibus literis statur propter stylum curiæ, quem papa scit, & tolerat: & ex eo plena inducitur probatio, secũ dum Io. de Grassis in opusculo suo in arbore iudiciorum. Isto argumento à stylo seu consuetudine concedentis priuilegium, vel rescriptum vtitur etiam Franciscus de Aret. in consi. suo viij. quem vide per teipsum. Hinc etiam est, ꝙ quando dubitatur de falsitate instrumenti, nõ solum fit cõparatio literarum in scriptura, sed etiam in stylo. Ita singulariter dicit Bald. in l. vnica, in fi. C. de emenda. Iusti. Codi. quem refert & sequitur Io. de Ana. in ca. quã graui, vbi pro hoc est bonus tex. de crimi. falsi. & Feli. in d. c. causam quæ, & in d. c. ij. referẽs memorabile dictũ Plutarchi de Pirrho rege Epirotarum, quem vide. Eo etiam sæpe vtitur magnus ille Erasmus, vt in suis lucubrationibus videre licet. Hinc ẽt est, quod qñ rescriptum, vel priuilegium directũ alicui ad exequẽdum, deuiat à cõmuni stylo curiæ, à qua emanauit: commissari⁹ potest sine reprehẽsione supersedere, & expectare secundam iussionem. Ita singul. dicit Pano. in d. c. ij. per illũ tex. & ibi eum refert & sequitur Feli. idq; ẽt vult Pan. in c. ex parte, ij. in fi. de offi. deleg. pro quo dicto est tex. optimus in c. pe. de capellis monacho. & in c. ad nostrã, & in c. porrecta, de cõfir. vtil. vel inuti. & in c. qđ super his, de fide instr. & in c. si qñ, de rescri. & in d. c. quàm graui. cũ pluribus similib. Hinc ẽt est, quod citatus non comparens excusatur à contumacia, quando citatio non erat expedita secundum consuetum stylum curiæ: Ita singulariter dicit Ang. in l. fi. C. de cano. largi. ti. lib. x. quem refert & sequitur Io. de Ana. in d. c. quã graui, & Fel. in d. c. ij. & in d. c. cãm quæ, & in c. quoniam contra falsam, de proba. & Hippo. de Marsil. in singulari cxviij. & in repetitione legis, de vnoquoque. ff. de re iudic. Hinc etiam est, quòd vbi stylus

curiæ est diuersus, quia partes litigantes sunt diuersorum territoriorum, in præparatorijs iudiciorum seruandus est stylus loci iudicij, vbi scilicet quæstio ventilatur: In decisorijs autem seruandus est stylus seu consuetudo loci contractus, delicti, vel dispositionis, de quo vel qua est quæstio. Ita singulariter decidit Bar. quem alij sequuntur in l. cunctos populos, ver. & primò quæro. C. de summa Trini. & de quo articulo singulari & quotidiano vide plenè per Panorm. & canonistas, in c. quod clericis, de foro compet. & per Pet. de Anch. in repe. regulæ ea quæ fiunt à iudice, in xxvj. q. de reg. iur. lib. vj. & plenissimè per Iasonem, in dicta l. cunctos populos, in vtraque lectura, & per Cy. in l. j. in fi. C. quæ sit long. consue. ad quos breuitatis gratia remisisse
a sufficiat. Hinc etiam est † quòd procedit libellus fundatus super consuetudine; Ita dicit Inno. in c. dilectus. de offic. ordin. Quem refert & sequitur Ang. in dict. l. fi. C. de iniur. Vnde quotidie videmus libellos fundatos super consuetudine admitti, vt in ducatu Brabantiæ, matrimonio soluto per mortem alterius ex coniugibus, superstes cõtendit ad mobilia, & creditores contra superstitem agunt insolidum ad solutionem crediti, proles autem, vel in defectum prolium proximi agnati, vel cognati ad hoc cõtendũt quod superstes nõ possit alienare immobilia, & si fuerint alienata, ad annullationem: cum per consuetudinem plurium locorum & territoriorum Brabantię superstes in illis bonis immobilibus efficiatur duntaxat vsufructuarius. In Flandria autem Hollandia, & Zelandia videmus aliter obseruari de consuetudine: nam, in his comitatib. videm⁹ quotidie per superstitem contendi * ad medietatẽ omnium bonorum tã immobilium quàm mobilium, quando in cõtractu antenuptiali non est aliter dispositum, quia sic habet illic consuetudo generalis: & itẽ in infinitis alijs casibus. Et ideo Ang. in d. l. fi. C. de iniur. volẽs instruere aduocatum cõtra cuius clientulum est ius commune, dicit quòd ipse semper debet sic arguere, licet ita sit de iure, tñ stylus curiæ vel consuetudo aliter

ADD. * Contendi. Consuetudine marchiana mulier nihil præter dotem consequitur artic. cclxxj. maritus autem lucratur lectum vestes, & iocalia, eadem consuet. artic. ccxx. & vtrobique dixi P. Prateius.

do aliter se habet,& ideo non est ab eo recedendum. Hinc
3 etiam est,quòd iudex† non debet admittere libellum contra stylum,vel consuetudinem,sicut nec contra ius.glo. est notab.in l.de quibus,& ibi Bal.& Ang.ff.de legib.& in l.diuturna,illo eo.tit.& ibi etiam Ang.& idem Ang.in l.j.ff.de offi.asseſſo.& ibi etiam hoc vult Iason & Feli.in d.c.ij.Imò plus singulariter dicit Felin.in d.c.causam quæ,in fine, videlicet ꝙ sententia lata contra communem stylum,est nulla.& allegat glo.in d.l.de quibus,& Ang.in d.l.j. Sed neque glo.neq; Ang.hoc dicit:quinimò quod valet sententia contra consuetudinem,tenet Cy.post Iacob.in l.ij. in fi. C. qñ prouo.nõ est necesse.& Bal. in extraua.de pace Cõstan.Notabis tñ illud dictum Felini propter ipsi⁹ auctoritatẽ, fuit em̃ summus canonista,& lõgo tp̃e auditor Rotę:& quicqd sit,debemus esse cauti,vt non recedamus à stylo curiæ,vel consuetudine,aut more regionis: quia (vt eleganter dicit Bald.in repe.l.Aemilius,ver.leges in scholis,ff.de minor.) locus ab experientia debet nobis esse pro via veteri,& tuta:nihil enim† aliud est stylus,quàm cõsetudo, seu practica confirmata,secundum Bal.in l.fin. C.quæ sit longa consuetu.qui etiam ibidẽ subdit, ꝙ in curia Romana dicitur, ita est de stylo curiæ,id est,de obseruantia præscripta ipsi⁹ curiæ:quæ obseruantia habetur pro forma & ab ea non est recedendum secũdum eũ:& idem vult Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo succeſſionis ab inteſtato in prima parte principali,vbi sæpè facit mentionem de stylo curiæ Romanæ,& dicit ab eo non recedendum.& per præmissa dixi pridem in q.facti,quod rescriptum derogans,c.statutum, de rescrip.lib.vj.quoad vnam dietam, & cõcilio generali quo ad duas dietas,necnon quibuscunque alijs constitutionibus apostolicis,&c.iurisdictionẽ commissario in eo nominato non tribuebat:Ex quo tã actor,quàm reus erant eiusdem diœcesis,& causa extra diœcesim erat commissa, nec in hoc derogatum fuit d.c.statutum,neque facta fuit mentio de casibus,in quibus potest fieri commissio extra diœcesim,de quibus in d.c.statutum.§.cum verò,& maximè de perhorrescentia, de quo casu ex stylo curiæ Romanæ semper consueuit fieri mentio,vt milies ipse vidi, tum etiam propter decretũ irritãs,positũ in fi.d.c.statutum. Nec me mouet dicta clausula gñalis,nõ obstãtib.quibuscunq; alijs

cõstitutionibus apostolicis,&c.in d.rescripto posita, quia ex quo ĩ dicto rescripto specialiter derogatur d.c. statutũ, quo ad vnam dietam,& concilio generali quo ad duas dietas,absque eo,quòd derogatum fuerit d. c.statutum, in §. cum verò,dicta limitata derogatio nõ potest operari vltra virtutem verborum eiusdem derogationis, quia limitata causa limitatum producit effectum, l. in agris.ff.de acqui. rerum dom.& §.quod autẽ,& ibi Bal.& Ang.per illũ text. Instit.de legit.agna.tute.& habetur plenissimè per Felin.& Barbatiam in c.cũ ordinem,de rescript. & generalitas sequens restringitur per præcedentia,vt dixi latè supra in loco à generalitate,& in loco à subiecta materia, & dicã infra in loco à nomine dignitatis,officij,vel appellatiuo. Vide etiam ad propositum sing.decisio.Rotæ ccclxxij.in nouis,incip.si in forma communi, vbi reperies, quòd stylus curiæ restringitur ex causa,vt in casu quotidiano illic posito in subdelegatis,quibus non committitur nisi nudum
5 ministerium.Hoc etiã volo te scire† quòd aliud est stylus & aliud consuetudo, vt pulchrè declarat Alex. de Imo.in consi.xxxvj.ij.vol. incip. viso themate,circa finem,post alios per eũ relatos,& vide quod dixi suprà loco proximo.

LOCVS A PRIMO AD vltimum.

1 *Argumẽtũm à primo ad vltimum valet, quando media quadrant,& se consequuntur.*
2 *Constitutum habet vim consensus.*
3 *Regula,si vinco vincentem te,&c. quatenus locum habeat.*
4 *Regula,cùm non stat per eum,de regu.iur. lib. vj. quando non procedat.*

1 Ccurrit nunc locus à primo ad vltimũ,à quo sumptum argumentum nedũ †est probabile, sed & etiam frequens, vtile, & necessarium, quando media quadrant & se consequuntur. eoque vtuntur doct.in variis locis, vt infra patebit, Et in primis eo vtitur Bal.in l.ij.C.de cõdi. ob causam,

ſam,& idẽ Bal.in l.j.circa fi.C.de fideic. eo etiã vtitur Sali. in l.vnica,C.de raptu virginũ,eo etiam vtitur Albe.de Roſa.in j.parte ſtatutorum q.cxxxvj. Iſto argu.etiam vſus videtur Socrates,dicens omnia eſſe bonorum virorum, non ſecus quàm deorum, vt meminit Eraſmus in Chiliadibus ſuis adagio primo. Deorũ enim,inquit, ſunt omnia, boni viri deorum ſunt amici, & amicorum inter ſe communia ſunt omnia, bonorum igitur virorum ſunt omnia. Hoc argumento etiam vtitur Hoſtienſis in ſua aurea ſumma ſub tit.de exceſſib.pla.circa fin. vbi inter alia poſtquã enumerauit mala q̃ ꝑueniũt ex ludo taxillorũ,dicit, ꝙ de ludo veniť ad verba,& de verbis ad verbera,& de verberib' ad vulnera,& de vulnerib' ad homicidia,& ſic,à primo ad vltimũ de ludo venitur ad homicidiũ.ergo talis ludus noxius, eſt vitãdus, qđ nota, q̃a vidi multos perditos, & ex diuitibus pauperes effectos per talẽ ludũ, & tãdẽ miſerabiliter vitã finiiſſe, vt etiã cõmemorat Imperator ĩ cõſtitutiõe,alearũ vſus,C.de religio.& in j.cõſti,Digeſt.circa finẽ. iſto argumẽto etiã vtitur Scęuola in l.de acceſſionibus. ff.de diuer, & temp. præſcript. vbi habet regulam illam vulgatam, Si vinco vincentẽ te,ergo vinco te*.Hoc argumento etiam vtitur Albe.de Roſate in ij.parte ſtatutorum q.cxj.vbi per hoc cõcludit, ſtante ſtatuto, quòd mater non ſuccedat filio cũ collateralibus cuiuſcunque ſexus per lineã maſculinã vſque ad tertium gradum, nec præferatur eiſdem, & filius decedat relictis matre, fratre vterino tantùm, & amita, ꝙ amita excludet matrem & etiã fratrem vterinum, per dictam regulam, Si vinco vincentem te, &c.vt ibi latiùs per eum. Iſto argumento etiam vtitur Socinus in conſi.j. vo.j: circa finem, vbi dicit, quòd in caſu ſtatuti, de quo ibi filia excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris per agnatos qui excluderentur vigore eiuſdem ſtatuti à fratre vterino, multò magis debet excludi ab ipſo fratre vterino, licet ſtatutum loquatur de fratre carnali, per regulam antetactã, ſi vinco vincentem te, &c. de quo vide ibi latiùs per eum. Hoc argumento etiam vſus videtur Paulus Iuriſconſultus in l.qui occidit.§.in hac.ff.ad legem Aquil. vbi habes

re

ADD. * Te.Limita illam regulam vt per Bar.in d.l.de acceſſionibus.

regulam illam vulgatam, Qui occasionem damni dat, dā. num dedisse videtur, de qua vide plenè per gl. Henricum Boich & doctores in c. de cæterò, de homicidio, & per glo. in verb. dederunt & doct. in c. sicut nobis, de testib. Isto argumento etiam vtitur Iason in §. omniū. Instit. de actio. ad probandum ꝙ ex præscriptione tanti tēporis, de cuius initio non est memoria, acquiritur dominium directū licet secundum cōmunem conclusionē per præscriptionē regulariter non acquiratur nisi vtile dominium, inducendo ad hoc l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. hoc modo longinquitas tanti temporis, de cuius initio nō est memoria, habet vim tituli. capit. j. de præscriptio. lib. vj. & vim constituti, vt est tex. in d. §. ductus aquæ. Constitutum

2 †aūt habet vim cōsensus. l. j. in principio. ff. de consti. pecu. & ex consensu quæritur directum dominium, vt vult Bal. in Auth. nisi tricennale, C. de bonis maternis, ergo (de primo ad vltimum) per præscriptionem tanti tēporis, de cuius initio nō est memoria, acquiritur dominium directū, Et istam conclusionem firmat Bal. in l. traditionibus, C. de pactis, per d. l. hoc iure. §. ductus aquæ, licet tex. illum non inducat, quod nota. Isto argumento etiam vtitur Iason in §. item si quis postulante, Instit. de actio. contra Ange. de Aretio ibi, vt videre poteris per teipsum. Isto argumento etiam vtitur Marcellus summus pont. nisi fallit inscriptio, in c. rogamus, xxiiij. q. j. & ibi meminit gl. no. in verb. sedi. Isto argumento etiā vtitur Bal. in consi. cccxlvj. j. partis, &

3 doct. frequenter alibi. Pro clara tamen † & lucida decisiōe dicti quotidiani articuli, Si vinco vincentem te &c. distingue post Pet. & Cy. in Authen. licet patri, C. de natura. libe. & post Io. And. in c. auctoritate Martini, de cōcess. prǣb. li. vj. in nouella, & Pet. de Anchara. ibidē, & post Lam. de Rāponibus in l. Claudius Fœlix. ff. qui potio. in pigno. habe. & post Lud. Rom. in consi. ccccxxxvj. incip. quod indultum. circa finem, hoc modo, Aut quæritur in diuersis casibus, aut quæritur in eodem casu. primo casu non habet locum dicta regula, si vinco vincentem te ergo vinco te, & ita loquitur d. Authen. licet patri, & l. ij. §. obiicitur, & l. æquissimum. §. si ex filio. ff. ad Tertulli. & §. his consequens, in Aut. de æqua. dotis. Secundo casu, cùm quæritur in eodē casu, subdistingue, aut est eadem ratio vincendi te quæ est

vin

vincendi vincentem te,& tunc est vera regula supradicta, quia fortiùs te vincere debeo,d.l.de accessionibus, aut nõ est eadem ratio vincendi te,quæ est vincendi vincentẽ te, & tũc non habet locum dicta regula. & ita loquitur dict.l. Claudius,& d.c.auctoritate Martini,vbi est text* pulcherrimus,& ad præmissa vide Salicetum in Auth. quo iure,C. qui potiores in pign. habean. vbi singulariter decidit, ꝙ mulier ratione suæ tacitæ hypothecæ, quam habet in dote,præfertur mutuantibus in refectione rei etiam prioribus tẽpore tacitã hypothecã habentibus, licèt illi præferãtur habentibus expressam hypothecam in re,in cuius refectiõe mutuarũt,& non mulier,quia rationes victoriæ sunt diuersæ,& sic non habet locum dicta regula,Si vinco vincentem te,ergo fortiùs vinco te, quẽ omnino vide, quia magistraliter loquitur.Illud tñ nolo te ignorare ꝙ si promisisti mihi decem si te vicero in ludo, licitũ erit tibi impedire implementũ huius conditionis, & taliter ludere, quòd te nõ vincã,q̃a sic videtur tacitè esse actũ, vndè hoc casu non habet locum regula de qua in l.iure ciuili. ff. de

4 conditio.& demonstra.& in regula † cũ nõ stat,de reg.iuris lib.vj.quia dicta regula non procedit,quando tacitè actũ est,quod licet impedire implementũ conditionis,sicut in casu suprà posito.Ita dicit glo.notabilis in dicta regula, cùm non stat,& gl.in l.in executione.§.fi.in verb.nihilominus.ff.de verb oblig.& ibi Pau.de Cast.& idem Pau.de Ca. in d.l.iure ciuili,circa finem,& idem vult Bald. in l.j.in x. quæstione,C.de institutio.& substitutio.sub cõ.fact.quod nota,quia habui de facto. Quidã enim iactitauit se, quòd alium vinceret in ludo, & cùm hincinde stipulatione interueniente,non potuisset propter resistentiam alterius,q̃ eo meliùs lusit,& quo minus vinceretur impediuit,voluit se defendere cum regula d.l.iure ciuili,& declaratum fuit quòd non potuit,licuit enim alteri facere quicquid potuit ludendo,ne vinceretur. Sed si ille noluisset ludere & propter hoc nõ potuisset vinci,tunc haberetur pro victo,quia hoc casu verè staret per eũ, quo minus vinceretur,& nõ ꝑ virtutem suam.Ita sentit gl.singularis in l.si tibi rẽ inspiciẽdam.§.fi.ff.de præscrip.verbis,quã refert,& sequitur Pau. de Cast.in d.l.in executione.§.fina. & idẽ volũt Guliel.& Pau.de Cast.in l.illud.§.si cuius, per illũ textum.ff.de tributo.

buto.actio.vbi dicunt,quod si ego & tu côuenimus,vt qui minùs ex nobis duobus currat,soluat decem,& ego curro & tu non,tu debes soluere decem,quia minus videris cucurrisse,nam minus facit qui nihil facit.d. §. si cuius, qui quotidie ad hoc allegatur.Idem etiã videtur de mẽte Bal. in d.l.j.ĩ xj.q.vbi dicit post Dinũ,quòd si per testatorẽ relicta sint centum fratribus prædicatoribus pro sepultura,& ille decedat excommunicatus,ita quod sepeliri nõ põt,debetur legatum,quia conditio habetur pro impleta,ex quo stat per testatorem,quo minùs impleatur.quod tene mẽtĩ.

¶LOCVS A NATVRA.

1 *Argumentum à natura fortissimum,& per totum.*
2 *De probatione eorum quæ fiunt de nocte.*
3 *Furtum quando non præsumatur factum culpa custodum.*

1 Offert se nunc locus à natura,à quo † sumptũ argumentũ est fortissimum, text.est notabilis in l.Arethusa.ff.de statu hominũ, & ibi Bald. ad hoc notat illum text. vno eñ impetu non possunt duo infantes simul de vtero matris excedere natura hoc permittẽte, vt ibi dicit tex.& per hũc arguendi modum à natura, Oldradus de Laude aduoca-
2 tus consistorialis maximùs practicus defendit† quendam accusatum de delicto commisso de nocte,nam cum testes deponerent de visu,ipse petiuit ab eis interrogari, in quo loco ipsi testes tunc temporis erant, qui dixerunt de loco aliquantulum remoto,& vlterius fecit eos interrogari, si erat ibi lumen ignis vel candelæ,qui dixerunt quod non, vel hoc fuit probatum per alios testes,vndè ipse Oldradus articulans & probans,quod illa nocte non fuerat lumẽ lunæ, conuicit testes, quia homines non vident de nocte & sic teste natura euasit accusatus. Ita dicit & refert Bal.in c. j.§.porro,quæ fuit pri.causa benefic.amit.in vsibus feud.& idem vult ipse Bald.in d.l.Arethusa,vbi dicit, se hoc audiuisse à præceptoribus suis.Idẽ etiam referũt Bald. & Ang. in l.si cum exceptione.§.in hac actiõe.ff.quod met.causa, & ibi

& ibi est gloss. singularis super verbo, ignorantiam, in fine, quæ notabi. dicit, iustè ignorari ea, quæ fiunt de nocte, vel in multitudine hominum: quam ad hoc reputat singularē Angelus in §. quadrupli, Institut. de actio. vers. aduertas tamen, & de hoc habetur pulchrè per Felinum in capitu. si cut, de re iudicata. Dicit tamen Baldus in l. si non speciali, circa principium, C. de testament. quòd licet testes deponentes de actu, qui factus est de nocte, in loco vbi non aderat lumen candelæ, vel ignis, aut luna lucens, non probent: tamen tales testes sufficiunt ad torturam, si dicāt se cognouisse delinquentem vel contrahentem per vocem. & hoc dictum refert & sequitur Ias. in l. non minorem, circa fin. C. de transaction. & dicit bene notandum. Hinc etiam est,
3 † quòd licet furtum præsumatur factum culpa custodum in l. iij. §. cognoscit, versi. effracturæ. ff. de offic. præf. vig. tamen hoc fallit, quando esset factum in loco qui bene custodiri non poterat, vel tempore quo custodiri non poterat, nam tunc culpam abesse probatur per rerum naturam: ita singulariter dicunt Bal. & Alb. de Rosate in d. l. iij. §. cognoscit: & pro hoc est tex. singularis aureis literis scribendus in l. semper. §. sed & si is sit. ff. quod vi aut clam. Itē per hunc locum à natura ego vidi semel decidi q. vnam filiationis satis arduam: quia ille qui dicebatur pater negauit se cognouisse carnaliter illam mulierem cuius erat partus, nisi intra tempus intra quod nō potuit nasci perfectus partus, puta intra cētum octuaginta duos dies, l. intestato. §. fi. ff. de suis & leg. hæ. & l. septimo mēse, cū ibi no. ff. de sta. ho. quare dicebat partum non esse suum, & se non esse patrē repugnante natura: & ita fuit iudicatum. & idem videmus in alio casu, quando maritus fuit absens per annum, ita quòd paruulus post reditum in domo repertus non potest esse suus filius repugnante natura, l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. De nato autem in vndecimo mense, vide mirabile quiddam per Aulum Gelliū in noctibus Atticis lib. iij. cap. xvj. & per Alciatum paradoxorum lib. iij. cap. vij. & per Aymarum Riuallium in libello suo historiæ iuris ciuilis & pontificij, super illa lege xij. tabularum, IN DECEM MENSIBVS HOMINEM GIGNI. &c. vbi comperies Adrianum Cæsarem requisitis veterum philosophorum, & medicorum sententiis

tiis causa cognita decreuisse, in xj *quoque mense iustum partum edi posse: cuius contrarium tamen decidit Imperator Iustinianus, in Auth. de resti. & ea quæ parit in xj mens. §. fi. sed credo ad frequentiam eum respexisse, & propterea ita statuisse, arg. l. nam ad ea. cum duabus ll. præcedentibus. ff. de legibus, ad quod etiam facit Solonis dictum, cuius meminit Cicero in oratione pro Roscio Amerino: Solon, inquit, cùm interrogatus esset, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse: & dicitur sapienter fecisse, vt ibi, & per Budæum in l. tertia. ff. de legib. quod nota. & præmissis adde not. magistraliter per Petrum Iacobi. in practi. in ti. de generatione. posset etiam hic addi, quod de natura naturante, & natura naturata alibi scribitur, sed de hoc remisisse sufficiat ad not. per gl. & doct. in §. conditiões, in verb. naturam. Insti. de verb. oblig. & ad not. per gl. & doct. in l. cũ ad præsens, cum duabus ll. seq. ff. si cer. pet. & in cle. sæpe, in fine de verb. sig. quò recurre.

ADDI. * In xj. Vide lib. iij. Vet. iurisp. P. Pratei.

¶LOCVS A NATVRA alternatiuorum.

1 *In alternatiuis electio est debitoris. 2. 3. fallit nu. 4. 5. 7.*

2 *Copula carnalis facit de sponsalibus conditionalibus sponsalia pura.*

6 *Iudex quando eligit pœnam, debet hoc facere causa cognita in figura iudicij.*

8 *Ad veritatem alternatiuæ vel disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram.*
Fallit quintupliciter. nu. 9. & seq.

12 *Dictiones seu, & siue.*

13 *Alternatio semper præsumitur esse inter æqualia, & parum distantia.*

14 *Membri appellatione quid contineatur.*

15 *In alternatiuis altera pars alternatiuæ trahit secũ suum effectũ.*

16 *Prohibitum simpliciter, est prohibitum etiam alternatiue.*

Nunc

NVnc subnectemus locum à natura alternatiuorum, à quo sumptum argumentum nedũ est ꝓbabile, sed & forte, frequẽs, & vtilissimũ. Formatur aũt multipliciter ad multi-
1 plicem effectũ. vno modo sic, ĩ † alternatiuis electio est debitoris, reg. ĩ alternatiuis, de reg. iu. li. vj. l. plerunque. §. fi. ff. de iure dotium, & §. huic autem qui loco, & ibi habetur plenissimè de natura alternatiuæ per *Io.* Fabri, Insti. de actio. cum similibus. Hæc autem regula ampliatur dupliciter. Primò, vt procedat etiam in matrimonio. Promittens enim aliquam ducere in vxorem si ipsum ad copulam admiserit, vel ei dare mille: habet electionem, an velit eam ducere in vxorem, an velit dare mille: non tamen hæc facultas eligendi tollitur per carnalem copulam subsecutam, quia hoc nullo iure cautum reperitur. *Ita* sing. dicit Alb. de Rosate in dictionario suo super verbo matrimonium, v. circa fin. & Astezanus in Summa in titul. de modo contrahendi sponsalia, titulo tertio ante finem, & Antoninus in iij. parte suæ summæ, titulo primo capit. xix. versic.
2 quinto circa finem. Copula † enim carnalis facit de sponsalibus conditionalibus sponsalia pura, & facit ea purificata eodem momento transire in matrimonium, cap. de illis, & ibi Panormitan. hoc notat de condit. appo. & vnicus actus copulæ inducit duo impedimenta, vt notat Præp. in c. ad audientiam, de sponsalibus, & breuiter copula respondet ad omne quare, vt dicunt Hostiensis. & *Ioan.* Andreæ in cap. tua nos, illo eodem titu. Sed copula carnalis non adimit nec tollit facultatem eligendi alterum ex alternatiuè promissis, quia hoc nullo iure cautum reperitur, vt dixi. Quod commenda memoriæ, quia est valde singulare, nec alibi legi & multum limitat cap. is qui fidem, de sponsali-
3 bus. Secundò ampliatur † dicta regula, vt procedat etiam vbi dubitatur de incursu periurij: nã auctoritas superioris duo alternatiuè iniungẽtis, excusat facientem alterum à periurio: licet alterum alternatiuorum faciendo nullum periculum periurij subesset: exempli gratia, in casu capit. constitutus. de rescrip. papa mandauit capitulo facta mentione de numero, & iuramento, vt reciperent C. clericum in canonicum, & ei præbendam conferrent non obstante iuramento, vel centum ei darent, si canonici hoc casu recipiunt

cipiunt C.clericum in canonicum, non erunt periuri, ex quo derogatum est iuramento: licet habuerint facultatem dandi centum, & quamuis dando centum potuerint seruare iuramentum: nam auctoritate papæ licitè videntur facere quodcunque alternatiuorum fecerint, propter optionem seu electionem datam per alternatiuam, facta mentione de numero, & de iuramento. Ita singulariter vult Vincentius in d.cap. constitutus, quem ibi sequuntur Anto. de Butrio, Io. de Imo. & doct. & Fel. in c. inter cæteras, de rescriptis. quod memori teneas mente, quia est singulare & quotidianũ seruiens ad multa. Sed dicta regula, in alternatiuis electio est debitoris, sic ampliata, recipit plures singulares
4 limitationes: quarum prima est, vt † nõ procedat in legatis alternatiuis, gloss. est singularis iuncto textu in l. Lucio. ff. de leg. secundo, quæ notabiliter dicit, quòd in legato alternatiuo si verba diriguntur ad hæredem, ipsius est electio: si autem verba diriguntur ad legatarium, eius est electio. Si autem testator vtitur verbo lego, quod est indifferens, vel simili, tunc in dubio electio est legatarij, & non hæredis: vt ibi latius per eam, & per Ioannem de Imola in d.c. inter cæteras, vbi dicit d. gl. esse singularem & meliorem de corpore iuris: illam gloss. etiam reputat singularem Alexand. de Imo, in l. qui duos. ff. de legatis j. & idem per omnia vult Bal. in §. si quis agens, Institu. de actionibus, & idem Bald. in d.l. Lucio, & Dynus in dicta regula, in alternatiuis. Se-
5 cũdò fallit dicta † reg. in pœnis alternatiuis impositis per legẽ, canonẽ, vel statutum, nam qñcũque per legem, canonem, vel statutum imponitur pœna alternatiuè, tunc iudicis est electio, & non rei: textus est cum glossa in verb. vel beneficio, in c. à crapula, & ibi habetur per Panormit. Io. de Imo. & doct. de vita & honesta. clerico. per. Panorm. in d. c. inter cæteras: est etiam de hoc bona glo. fi. in c. fraternitatis, & ibi habetur per Dominicum xxxiiij. distinct. & bona gloss. in cap. sicut, de Iudæis: & idem vult Salice. in l. si fugitiui, C. de seruis fugiti. de quo articulo quotidiano vide latius per Barto. in l. j. * ff. de effracto, & per Bald. & Salice. in l.

ADDIT. * l. j. Hoc intelligit Barto. ibidem quando verba sunt directa ad iudicem: aliàs secus, vt ibidem per Bart. P. Prat.

in l.quicunque,C.de seruis fugiti.& plenissimè per Feli. in d.c.inter cæteras,& per Io.de Anania in d.c.sicut, ad quos
6 breuitatis gratia remisisse sufficiat.Hoc autē scias, † quòd quando iudex eligit pœnam debet hoc facere causa cognita in figura iudicij,& sic parte vocata,sedendo,& non stando,secundum Bal.in d.l.si fugitiui,in fi.quem refert & sequitur Alex.in d.l.quicūque,in annot.ad Bar.& pro hoc est tex.in d.l.j.ff.de effracto. & ibi duobus verbis hoc tangit Bar.& doct.sæpe alibi:quod nota.Tertiò fallit dicta regu
7 la,† quando alternatiua ponitur inter duo , quorum vnū est in obligatione,& aliud apponitur ad cautelam creditoris:tūc enim electio nō est debitoris,sed creditoris.Ita no. volunt Guliel.& Bar.in l.quamuis, per illum text.ff. de pignora.actio.& Paul.de Cast.& Alex.de Imo.in l.iiij.§.si ex conuentione.ff.de re iudicata,& idem Pau. Cast.in l.cùm proponas.in fine,C.de trāf.& Alex.de Imo.in d.l.qui duos. Hinc dicit Bal.in l.fi.vers.quæro,in isto.C.de petitio.hęre di.quòd licet in alternatiua soluendi,electio sit debitoris: in alternatiua tamen exigendi,electio est creditoris.Et per hoc deciditur quæstio illa notabilis & quotidiana:promisisti mihi soluere decem intra mensem,vel dare pignus,aut fideiussorem,elapso mense,volo te cogere ad soluendum decem,tu verò vis dare pignus,vel fideiussorem: quæritur quid iuris?Et licet prima facie videatur,quòd non possim te cogere ad soluendum decem,quia obligatio fuit alternatiua,ergo electio debet esse debitoris,dicta reg.in alternatiuis,cum simil.Contrarium tamen decidunt præfati doct. & Sal.in l.quod fauore,in fine,C.de legib. & ad dictam regulam in alternatiuis,cum similibus,respondent, quòd illa iura procedunt,quando alternatiua ponitur inter duo, quorum quodlibet est in obligatione,& solutione:secus,si vnum est in obligatione, & aliud apponitur ad cautelam vel in fauorem creditoris,vt in casu supra tacto : hoc vidi sæpe de facto.Quartò fallit d.regula, vbi ex mente disponentis seruari debet ordo scripturæ,tex.est not.ponens casum quotidianum in c.mandato,in fi.de præben. lib. vj. & volunt Io.de Imo.& Feli.in d.cap.inter cæteras, & faciunt no.per gl.ī verb.ex presbyteris.ī c.metropolitano,lxiij.dis. Quintò fallit dicta regula, in gratiis,seu officiis alternatiuè collatis:Vnde si vacātibus tribus officiis,prīceps alicui cōferat

ferat omnia alternatiuè, ille eliget quod eorum velit, text. est in l.ij.C.de Castren.& ministe.lib.xij.quem text.ad hoc notant Guliel.Bald.& Ange.in l. penul. ff.de const.princ. & Bal.in d.l.Lucio,& idem Bald.in d.l.qui duos,& ibi etiã Ioan. de Imo.& Alexan.& idem sentit ipse Bald. in l.cum quidam,C.de verb.sig.& Feli.in d.c.inter cæteras.Et ratio istius,quia beneficium principis latissimè debet interpretari, d.l penult.cum simil. Secundò istud argumentum
8 †formatur aliter sic. Ad veritatem alternatiuæ, vel disiunctiuæ sufficit alteram partem esse veram , dicta regula in alternatiuis,& d.c.inter cæteras,& ibi habetur per Pan. notab.iij.Feli.& canonistas, & est bonus tex. in l.si hæredi plures.in fin.ff. de conditio. instit.& in l.si quis ita stipulatus fuerit decem.ff.de verb.oblig.& in §.penultim.Institu. de hæredi.instituen.& in l.si is qui ducenta. §.cùm ita, & §.verùm, & ibi habetur plenè de natura alternatiuæ. per Barto.ff.de rebus dubiis,cum similibus.Et istud est verum, nedum quando alternatiua concipitur per verba affirmatiua,vt in exemplo posito in d.ca.inter cæteras,cum similibus,quo casu nullum est dubium:sed etiam quando alternatiua concipitur per negatiua.sufficit enim alterum non esse factum.Exempli gratia:promitto tibi centum,si Imperator hoc anno in Italiam non venerit,vel filius mihi non nascatur:sum enim obligatus si aliquid istorum non eueniat,licet alterum eorum eueniat:si autem ambo eueniant vt quia Imperator in Italiam venit, & filius mihi intra annum nascitur, tunc non teneor. Ita notabiliter volunt Io.de Imo.& Felin.in dict.cap.inter cæteras, & probatur in d.l.si quis ita stipularus fuerit decem,circa finem: & ibi hoc volunt Io.de Imo.& Alex.probatur etiam in dict.l.si is qui ducenta.§.vtrum,& §.cum ita,primo respon.& ibi hoc volunt Dynus,Ray,& Socinus,& idem Dynus in dicta reg. in alternatiuis,& ibi etiam Ioannes Andr. in Mercurialib. Sicut enim alternatiua affirmatiua vult alterum fieri , ita alternatiua negatiua vult alterũ non fieri,& per consequẽs neutrum fieri:quia altero non facto,verum est dicere,illud aut illud factum non esse,d.§.cum ita,& d.§.vtrum,& d.l.si quis ita stipulatus fuerit decem,in fi.Ex quo liquidò patet quod ad euitandam pœnam promissioni alternatiuæ negatiuè conceptæ adiectã,oportet vtrũque fieri. Ad hoc autẽ

vt pœ

vt pœna cõmittatur,sufficit alterum nõ fieri iurib.prçalle. Et ergo si promisi dare decem,si Sthichum, aut Pamphilũ non dedero,ad hoc vt euitetur pœna, necesse est vtrũque dari:& ad hoc vt pœna committatur, sufficit alterum non fieri,quia altero nõ facto, verum est dicere, illud, aut illud factum non esse,vt dixi. Vera est ergo regula,ꝙ ad veritatẽ alternatiuæ negatiuè conceptæ,si stipulatio incipit à præcedenti conditione,sufficit alterum non esse factum vt cõmittatur stipulatio,at vt non cõmittatur,requiritur, quòd vtrũque fiat:& ita tene,quicquid inaduertenter dixerint Cardin.& Panor.in d.c.inter cæteras,& Iason eos simpliciter sequens in d.l.cum quidam,in fine: quod tene menti, quia(vt vides) maximi doctores in hoc vehementer errarũt. de hoc tñ vide latiùs in iurib. ꝓallegatis,& in d.l.si is qui ducenta.§.fi.Sed dicta regula,ad veritatem alternatiuę sufficit alteram partem esse veram,sic,vt pręmittitur declarata,recipit etiam quinque notabiles fallentias. Prima est
9 †quando alternatiua ponitur inter personas:nam tunc resoluitur in copulatiuã,& sic requiritur cõcursus vtriusque copulati:tex.est in d.l. cum quidam : vnde si testator instituat hæredem Titium,aut Seium,ambo erunt hæredes, vt ibi.Hinc etiam est,ꝙ si papa conferat beneficium Titio aut Seio,vtrique debetur beneficium,& si vnus nõ vult,accrescit alteri:& dictio,vel,tunc ponitur copulatiuè.Ita notab. volunt Archidiaconus,& Domi.in c.pastoralis.vij.q.j.per d.l.cum quidam,& sequitur Feli.in d.c.inter cæteras. Hoc tamen quod dixi,alternatiuam positam inter personas resolui in copulatiuam,recipit octo notabiles limitationes, quas ponit Iason in d.l.cum quidam,ad quem remisisse suf-
10 ficiat.Secundò dicta†regula fallit fauore dotis, cuius fauore alternatiua non verificatur nisi in altero solo: vt si auus maternus vel extraneus,qui dotem dedit,stipuletur illã reddi soluto matrimonio mulieri, vel sibi, fauore dotis acquiritur mulieri duntaxat actio,& non donanti:etiam si ordine scripturæ præpositus sit ille qui dotem dedit: text. est singu.in l.Caius.ff.soluto matrimo.& ibi hoc not.Bart. Bal.Pau.de Ca.& doct.& Felin.in d.c.inter cæteras, & Ias.
11 in d.l.cum quidam.Tertiò fallit†dicta regula,quando alternatiua ponitur inter genus,& speciem, nam tunc resoluitur in cõiunctam: text.est notab.in l.Quintus.j.in fine:

&ibi Barto.no.ff.de auro & argento leg.& idem Barto. in l.si quis ita legauerit,illo eod.titu.& in d.l. si is qui ducenta.§.vtrum,& Feli.in d.c.inter cæteras.Quartò d.regula fallit in alternatiua impropria, quæ appellatur subdisiunctiua,vt†est dictio seu,& dictio siue:Vnde si lego Titio vina quæ habeo Romæ,seu Bononiæ,debentur omnia: tex. est singu.in d.l.si quis ita legauerit.& ibi Bar.& Albe.de Rosa. notant.Illum tex.etiam ponderant ad hoc Anto.de Butri. Card.Io.de Imo.Panorm.& Feli.in d.c.inter cæteras.Idem esset,si dicerē,lego Titio vina,quæ habeo Romæ siue Bononiæ:quia dictio siue,etiam non est simplex disiunctiua, vt est tex.iuncta glo.j.in l.ad protegendam,C. de in liteem dando. tuto.& ibi Salice.notat,& Bartol. & Ioā. de Platea, in rub.C.de nauicul.lib.xj.dicit enim idem Io.de Platea q̄ dictiones seu,& siue, non sunt merè disiunctiuæ, sed habent naturam copulatiuæ:secus,si legarem alicui vina quę habeo Romæ vel Bononiæ:non enim deberentur omnia. quia dictio vel,est simplex disiunctiua:& sic non habet locum d.l.si quis ita legauerit,quæ non loquitur in disiunctiua simplici,sed in ea, quæ ampliationem inducit, secundum Ioannes de Imol. & Feli. in dicto capitul.inter cæteras:quia hoc iure non cauetur secundum eos.Contrarium tamen in hoc vltimo voluit Card.in dict. capitu. inter cæteras,& Cy.& Albe.de Rosate in d.l.cum quidā:quod tamē priùs dixi,tenet Bar.in d.l.si quis ita legauerit,& idem Bar. in d.§.vtrū,vbi dicit,opinionē Cy.esse falsissimam. Idē ēt tenet Ias.in d.l.cum quidam,vbi multum bene declarat d. l.si quis ita legauerit,& post multa in hoc vltimo tenet cū Bar.Fulgo.Io.de Imo.& Fel.cōtra Card.Cy.& Albe.Hoc verū in vltimis volūtatib.secùs in cōtractibus ſm Io.de Plat. in d.rubri.C.de nauicu. qđ nota, quia est singulare,& posses facile decipi,si nō perpenderes.Vide tñ mirabilē restrictionem,quam ad d.l.si quis ita legauerit,tradit Rogerius antiquus glo.referēte Accursio in d.l.si quis ita legauerit. Quintò d.regula nō procedit quoad effectū trāsmissionis: Vñ si alicui legentur duæ res alternatiuè,vna purè, & alia sub cōditione:Si moriatur legatarius pēdente cōditione, nō trāsmittit ad hæredē legatum rei purè sibi relictę,alternatiuè tñ:tex.est singu.& mirabilis,in l.cū illud,in prin. ij. respon.ff.quando dies leg.cedit,quem valde exclamat Lu

do.

do.Ro.sing xc.Tertiò argumentũ ex hoc loco formatur a-
13 lio modo sic. † Alternatio semper præsumitur esse inter æqualia,& parum distantia,text. est no.in l.prima, secundum vnam lecturam, * ff. de rebus dubijs. Et iste modus arguendi est valde notab.& vtilis in materia punitionis criminum,secundum Bal.in l.conuenticula, versi.item est argumentũ à natura. C. de episco.& cler. Vnde si statutũ ꝑ certo delicto imponit pœnã amputationis mẽbri,putà pedis vel aliã,nõ poterit imponi pœna pecuniaria, quia illa nõ cõuenit in genere pœnæ cũ pœna amputationis mẽbri:quia solus ictus fustium grauior est,quã pecuniaria dãnatio,l.in seruorũ,in fi.ff.de pœnis.nec ẽt poterit amputari caput,q̃a illa pœna nimis remota est à mutilatione mẽbri, secundũ Bal.in d.l.cõuenticula:& idẽ vult Bal.in l.& si post tres,ff.si quis cautio.quem refert & sequitur Fel.in d.c.inter cæteras,& Socinus in d.l.j.& idem vult gl.iũcto tex. in d.l.si fugitiui,in verbo,alia pœna,& ibi habetur ꝑ Bal.Ang.
14 Pau.de Ca.Sal.& doct.Circa qđ volo te incidẽter scire,† ꝙ mẽbrum appellatur,qđ habet officiũ distinctũ ab alijs corporis partib.vt ocul',man',vel pes,c.singul. iũcta gl.in verbo,ocul'.lxxxix.dis.& bene declarat Ang.in Aut.sed nouo iure,C.de ser.fugi.Vnde digit' nõ est ꝑpriè mẽbrũ,sed pars mẽbri,secũdum eũ,& Sali.ibidẽ.Ex quo singulariter sequitur,ꝙ detruncãs alicui digitũ in pugna, nõ incurrit ꝑ hoc irregularitatẽ,q̃ nõ incurritur ex sola effusione sanguinis: sed oportet,ꝙ interueniat mors,vel mẽbri mutilatio:vt est tex.pulcher in cle.si furiosus,& ibi Car.de homi.& generaliter non incurritur,nisi in casib.expressis in iure:vt est tex. in cap.is,qui,de senten.excommu.libro vj.& ita singulariter determinant Panorm.Præpo.& doct.in cap.j.qui cleri. vel vouentes, vbi etiam volunt, quòd debilitans membrũ alicuius,ita quod sit quasi inutile,si tamen illud non sit detruncatum,non incurrit irregularitatem : de quo vide ibi latiùs per eos,& per Panorm.& alios in c.cum illorum de senten.excommu.& per Bald.Ang.Pau.de Cast.Salic.& docto.in d.Aut.sed nouo iure,& per Bar.Ang.& Ioan.de Imo. in l.

ADD. * Lecturam. Quæ negatiua est in Pand.Flor. quæ & vera est,vt ibi no.gloss.

in l.2.ff.de public.iud.& per Bal.in ti.de no.for.fide in prin. in vsib.feud.& per Albe.de Rof.in ij.parte statutorũ q.xxv.
15 quò recurre. Quartò istud † argumentum formatur aliter sic. In alternatiuis altera pars alternatiuę trahit secum suũ effectum. Bal.in d.l.conuenticula. hinc est, quòd in legato alternatiuo non transit dominium in legatarium ante electionem, sed demum post electionem: tex.est in l.huiusmodi. §. Stichum.ff.de leg.j.& in l.apud Aufidium, in fin.ff.de optio.leg.& ergo non potest agi rei vendicatione pro speciebus alternatiuè legatis ante electionem: quia ante electionem legatarius non est dominus, vt dixi: post electionem autem ipse est dominus rei electæ: nec habet ius ad aliam rem alternatiuè legatam. Ita nota.sentit gloss. j. quæ semper ad hoc allegatur in l.si in rẽ aliquis agat,& ibi Bal. declarat, ff.de rei ven. Ex isto etiam singulariter infertur, ꝙ duobus seruis alieni alternaiuè legatis, si alter pereat ante electionem, perit hæredi qui adhuc est dominus, iuxta regulam, l.pignus, C.de pigno.actio.habet tñ hæres electionem, an velit soluere superstitem in alternatiua obligatione ex vltima voluntate descendente comprehensum, vel pretium ipsius mortui; vt est text.in l. cùm res.§.sed si Stichus.ff.de leg.j.secùs autem est in obligato alternatiuè ex contractu inter viuos, nã, altero mortuo, tenetur præcisè ad superstitem, vt est tex.in l.iij in princ.versi.& ideo qui Stichum.ff.de eo quod cer.loco,& in l.si in emptione. §. si emptio.ff.de contrah.emp.& in l.cũ is, in prin.ff.de condi. inde.& in l.Schichum, aut Pamphilũ.ff.ad legẽ Aquil. Quæ autem sit ratio diuersitatis inter hos casus, vide pulchrè p Lambertum de Rampoηib.& doct.in d.§.qui Stichum, & in iuribus supra alleg. Vide etiam omnino Barto. aliter in hac materia loquentem in l.Stichum, in prin.ff.de solu.Il-
16 lud autem nolo te ignorare, † ꝙ id, quod est prohibitũ simpliciter, est etiam prohibitum alternatiuè. Hinc est, quòd qui iurauit non venire contra contractum, non potest petere alternatiuè contractum rescindi propter deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, vel iustum pretium suppleri, intentando remedium legis secundę. C.de rescin. vẽ, quod si fecerit, est periurus. Ita sing dicit Bal.in l.quæ sub cõditione.§.si quis sub. p illũ tex ff.de cõdi.insti.& hoc dictũ tãquã notabile refert,& sequit Fel.in d.c.inter cęteras,
&

& idem maiore iurante nõ venire;contra * cõtractum tenet gl.& sequitur eam Bar.& doct.in d.L.ij.& glo. in verbo, restituerẽt. in fi.& doct.in c.pe.de emp.& ven.secùs dicentes in minore sic iurãte,de quo vide q̃ dicã latè infrà, in loco à vi,energia,seu efficacia iuramenti,in sexto effectu.

ADDI. * Cõtra. Poterit tamen impetrari iurisiurandi relaxatio per c.j.de iureiur.in qua quid requiratur, docet Guid. Pap. decis.140.

¶LOCVS A NATVRA COpulæ.

1 *Copula auget,ampliat,seu adijcit ad præcedentia,in materia larga, secus in stricta.*
2 *Copula repetit qualitatem præcedentem.*
3 *Copula coniungit.*
4 *Copula &,differt à copula,cum.& qui effectus resultẽt ex hac differentia,nu.5 cum sequen.*
6 *Expresso vitiato an & quando vitietur tacitum.*
7 *Legatum fundi cum instrumento,& legatum fundi & instrumenti,differunt.& nu.8.*
9 *Copula alterat naturam aduersatiuæ.*
10 *Disiuncta vbicunque resoluitur in coniunctam,retinet propriã naturam si simul ponantur coniuncta & disiuncta.*
11 *Copulæ natura est cadere inter diuersa.*
12 *Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtranque partem esse veram.*
13 *Copula quando mutet naturam.& nu.seq.*
14 *Copula posita inter personas inter quas est ordo charitatis:inducit ordinem.*
15 *Natura orationis soluta,remißiuè.*
16 *Dictio, que,copulat.*
17 *Copula,&,posita inter plures personas ponitur partitiuè,seu viriliter,dictio verò alternatiua attribuit cuilibet actum insolidum,si potest.*

COmmodiſſimè nunc ſubſequitur loc⁹ à natura copulæ, à quo ſumptum argumentũ nedum eſt probabile, ſed forte, frequens, & vtiliſſimũ. Formatur aũt multipliciter ad multiplicẽ effectũ.

1 Vno modo ſic. †copula auget, ampliat, ſeu adiicit ad præcedẽtia, tex. habes & exemplũ in l. ea tamen. iuncta glo. & ibi Bart. not. ff. de leg. iij. & vult Bald. in l. j. C. qñ non pet. par. pet. ac. & in rubrica in ix. quæſt. C. de contrahen. emp. & idẽ Bal. in l. j. ff. de iuſticia & iure, & eſt de men te Cyni in Aut. eiſdem C. de ſec. nup. Vndè ſi relinquatur legatum mille florenorum doctoribus iuris, & medicis Louanienſibus, tale legatum comprehendit tam medicos quàm doctores iuris, nec requiritur, quod idẽ ſit medicus & doctor iuris ſimul. Ita notabiliter determinat Baldus in d. l. j. ff. de iuſti. & iur. quem ſequitur Felinus in c. ſecundo, de reſcript. vbi dicit, quòd ſi legatũ relinquatur militibus & doctoribus, includitur ſimplex miles, & ſimplex doctor. Hinc etiam eſt, quòd ſi teſtator legauerit equum ſuum, & arma, intelligitur legaſſe arma equi, & equitantis, quia natura copulæ eſt ampliare quàm plurimum poteſt. d. l. ea tamen. & ſic abſolutum ſermonem abſolutè intelligere debemus. Ita ſingulariter dicit Bald. in l. j. ſub qua etiam legit l. ij. C. de verb. ſig. Quod autem dixi copulam augere & ampliare, procedit in materia larga, vt in materia legatorum, ſed in materia ſtricta copula reſtringit. Ita notabiliter dicit Ioã. de Imo. in cle. in pleriſque, de elect. vbi per hoc dicit, quòd pœna impoſita à ſtatuto nobili, & baſtardo percutienti officiarium regis, requirit vtrãque qualitatem, & ſic nobiles non baſtardi, vel baſtardi non nobiles, non comprehenderentur in tali ſtatuto, ſecundum eum, quod nota. Secundo argumentum ex hoc loco formatur aliter ſic. Copula

2 repetit †qualitatem præcedentem, textum habes, & exemplum in l. auia, in princ. iuncta gl. ff. de condit. & dem. & in l. Seiæ. §. Caio, & ibi tractatur magiſtraliter per Barto. qui notabiliter diſtinguit ff. de fundo inſtructo. Ex quo ſequitur primò, quòd ſi teſtator legauerit Titio fundum ſub cõditione, ſi nauis ex Aſia venerit, & domum, in legato domus cenſetur repetita dicta conditio, ſi nauis ex Aſia venerit, per textũ iuncta gl. in d. l. auia, & in d. l. Seiæ. §. Caio, & ibi hoc vult Bartolus & Iaſon in dict. l. j. ff. de iuſtitia &

iu.

iur.quod nota.Hoc tamen limita,vt per Bart.in d §.Caio. Ex isto etiam sequitur secundò,quòd si maritus relinquat vxori in testamēto omni anno ex fundo suo Sēproniano decem saccos frumenti,& decē florenos, quod decē floreni erunt sol uendi tempore messiū,sicut frumentū,propter coniunctionē,quā habent simul.& ita sing.vult Bart.in l.si legatarius.§.si ff.de legatis iij.& sequitur Ias in d.l.j.& doctores sæpè alibi,quod nota,quia est quotidianum,& seruit ad multa. Tertiò argumentum ex hoc loco formatur aliter sic.

3 †Copula cōiungit,tex.est in l.Titiæ textores.§.nihil.ff.de leg.j.& in l.triplici.ff.de verb.sig.cum simil. Sed (ne decipiaris,)volo te scire,quòd est differentia inter copulā,&,& copulā,cum,quia copula,&,coniungit æquè prīcipaliter,copula verò, cum, coniūgit accessoriè, text. est not.in l.si cui,& ibi Bart. ff. de fundo instru.& in cap.cùm Marthę.§.quęsiuisti,de cele.mi.& facit l.j.& ij,& ibi Bar.ff. de pecul.leg.& Bar.in d.§.nihil,& est bonus tex.in §.si quis ancillas,& ibi Ioan.Fab.Institut.de legatis,& vult gloss. in verb.non potuit.& Panor.in cap.querelam, de simonia.Ex hoc diuersi sequuntur iuris effectus. Primo enim ex isto

4 sequitur†quòd si contra aliquem sit lata sentētia in possessorio, & ipse dicat(prout de consuetudine fit,)dico sentētiā nullā,& si est aliqua,appello,valet talis actus,quia nullitas nō censetur intentata accessoriè,sed principaliter, & licet à sententia lata in possessorio appellari nō posset,l.vnica, C.,si de mom.poss.fuerit appella.*potest tamē opponi de nullitate,vt dicit Bal.ī d.l.vnica,vers.quęro, nūquid sentētia.arg.cle.j.de re iudic.& ita tene,q.cquid dicat gl.reputata sing.in l.j.C.quando pro.non est necesse,& Salic.ibi dē,& idem Sal.in d.l.vnica, qui volunt,quod in hoc casu talis cēsetur principaliter appellare,& casu,quo nō posset appellare,videtur dicere de nullitate,& sic nullitas intelligitur intentata accessoriè nō principaliter, quod non est verum per prædicta,& ita d.glo.reprobat Io.de Imo. in l.si expressim,ff.de appella. & Alex.in consilio ij. ij.vol.incip. consideratis.& Iason in d.l.j. ff.de iustitia & iure,& est de mente Bart.in d.l.si expressim, quod nota, quia est quotidianum.Secundo ex isto sequitur,†quòd si vendo villam,

5 &

ADD. * Appella. Limita vt per Bald.in d.l.vnica.

& ius patronatus quod habeo in ea, non valet vēditio respectu iuris patronatus, quia ex quo ius patronatus copulatur per hanc copulā, &, videtur venditū esse principaliter sicut villa, quod esse nō pōt, c. de iure, & c. cùm seculum, de iure patro. secùs, si fieret copulatio per dictionem, cum. Ita notabiliter decidit Panor. in d. c. querelam, est de mēte Io. And. in c. j. de iur. patro. lib. sexto, in nou. quod nota, quia est quotidianum, & seruit ad declarationem c. ex literis, de iure patro. Tertiò ex isto sequitur, quòd si legatur alicui vacca cū vitulo, mortua vacca, non debet vitulus: secùs si legetur vacca, & vitulus. Ita not. dicit Ioā. Fa. in d. §. si quis
6 ancillas, qđ no. Quarto ex isto infertur, ꝙ † si tempore ingressus monasterij & professionis quis offerat se & sua: si non valet ingressus, nihilominus valet oblatio bonorum: quia ista sunt duo æquè principalia, propter copulā, &: secus si quis offerat se cum bonis suis, nā tūc vitiato ingressu, non valet oblatio, seu donatio bonorum: qa bona sunt accessoria ad ingressum de natura sui. Aut. ingressi, cū ibi notatis, C. de sacro. eccle. & ita not. dicit Io. Fabri in d. §. si quis ancillas: de quo tamen articulo vide latius per Bart. & alios in d. Aut. ingressi, vbi est suus proprius locus. An autem & quando, vitiato expresso, vitietur tacitū,* vide no. per Bar. distinguentē in l. si fideiussor, in prin. ff. de lega. 1. & per Cy. & alios in d. Aut. ingressi. Quintò ex isto infertur,
7 † quod si testator legauerit fundum cū instrumento, vel seruū cum peculio, si posteà vendat fundum, vel seruū, nō valebit legatum instrumenti, vel peculij, quia instrumentum & peculiū veniebant accessoriè ad fundū, & seruum. Vndè sublato principali putà fundo, vel seruo tollitur tacitè accessorium, puta instrumentum & peculiū. Aliud autē est, qñ legatur fundus, & instrumentū, vel seruus & peculium, quia tunc, vendito fundo, vel seruo, remanet legatū instrumenti, & peculij, quia sunt duo legata æquè principalia,

vn

ADD. Tacitum.* Fac regulam vitiato expresso vitiatur tacitum. Fallit, si non est eadem ratio vitiandi. Barto. l. j. §. j. per illum tex. ff. quib. mod. pig. Fallit etiam quando tacitum aliunde conualescere potest. Alciat. l. si pupillus. ff. de verb. oblig. Fallit, quando tacitum est æquè principale. l. j. q. ix. nu. 163. ff. de vulg.

vndè vno adépto, remanet reliquũ, sed primo casu erat vnũ legatum tantùm, & ergo ibi secus. Ita probat tex. in d.l.
8 si cui, vbi de hoc est casus. In alio etiã est differẽtia, † quia quando lego fundũ, & instrumentũ, legato cedit nedũ instrumentũ fundi, sed etiã instrumentũ patrisfamiliàs, sed quando lego fundũ cũ instrumento, tunc legato solum cedit instrumentũ fundi, non aũt instrumentum patrisfamiliàs. Ita not. dicit Bart. & alij post eũ in d.l.ij.C.de verb.sig. & prob. in l.quæsitum.§.sed si fundus, & §. seq. ff. de fundo instruct. quod nota. Hoc aũt volo te incidenter notare, ꝙ fundo vendito vel legato, non veniant instrumenta fundi, secùs si fundus locatur, vel vsusfructus fundi legaretur. Ita sing. determinat Barto. quẽ alij sequuntur, in d.l.ij. & idẽ Bart. in l.ij.§.dotes prędiorum. ff. de fundo instruc. & idẽ vult Roma. in singu.dclxxiiij. licet de Barto. specificam mentionẽ non faciat, quod nota. Illud tamen quod supra dixi, scilicet quòd dictio, cũ, coniungit accessoriè, inter alia limitatur sing. vt procedat, quãdo ponitur inter ea de quorum natura est, vt vnũ possit accedere alteri, vt in exẽplis præmissis, secus autem est, quando dictio, cũ, ponitur inter ea de quorum natura est, vt vnũ non accedat alteri. Tunc enim non est differentia an aliqua cõiungantur per dictionem, cum, an per dictionẽ, &, nã ambo tunc veniunt æquè principaliter, vt in hoc exemplo, Lego Titio x. cum Sẽpronio, quia idem est ac si dixissem, lego Titio & Sempronio x, quia vnus homo nõ accedit alteri. hoc probatur in d.§.si quis ancillas, & in l.illi cũ illo. ff. de vsufructu leg. iuncta l.iustissimè. ff. de ædili. edict. & in dicta l.Titiæ textores.§.nihil, & ibi Bart. Idẽ si quis dicat hoc modo, Lego Titio equũ cũ asino, nam est perinde ac si dixisset, lego Titio equum, & asinũ, ſm Io.Fab. in d.§.si quis ancillas. Hinc etiã est, quòd si papa mandat prouideri Titio in certa ecclesia de dignitate cũ præbenda, si vacet dignitas sine præbenda, vel cõtrà præbenda sine dignitate, debet sibi de beneficio sic vacãte prouideri, cùm prębenda non accedat ad dignitatẽ ex natura sui, sed per se stet, & cõtrà. Vñ non est differentia hoc casu, an mandetur prouideri de dignitate cũ prębenda, vel de dignitate, & prębenda. & ita in specie determinant Ioan.And. & Panormi. in d.c.cum Matthæ.§. quæsiuisti, & facit cap. quia sæpe, cum ibi notatis per doct.

de præben.lib.vj. Hinc etiam dicit Ioan. Fabri in d.§.si quis ancillas, quod si Papa conferat alicui dignitatem cũ præbẽda, valet collatio præbẽdæ, licet nõ valeat collatio dignitatis: ídque fortè propter defectũ ætatis, vel aliàs, c.si eo tẽpore, de rescrip.lib.vj. nisi præbenda esset accessoria ad dignitatem, secundum eum, per ca. super eo, de præbend.lib.vj.& clemen.fin.eo.titu. Quartò argumentum ex hoc loco a-
9 liter potest formari sic. Copula † alterat naturam aduersatiuæ, nam quandocunque copula ponitur inter aduersatiuam sed, & dictionem si, vt quia dicitur, sed & si tunc denotatur diuersitas in facto, & identitas in iure, * vbi aliàs, quando non interponitur copula, denotatur diuersitas in facto & in iure, text. est not. iuncta glo. in l. sed & si. in prin. & ibi Ang. notat. ff. de petitio. hæredi. & tex. cum glo. in l. j. & ibi Barto. Iason & doct. hoc not. ff. ne quis eum qui in ius vo. quod nota, quia facit ad multa. Quintò argumen-
10 tum ex hoc loco pótest formari aliter sic. Vbicunque † disiuncta per testatorem posita inter personas resoluitur in coniunctam, (prout regulariter contingit, l. cum quidam, C. de verb. signi.) tunc si simul ponatur coniuncta, & disiũcta, disiuncta ponitur pro coniuncta, & operatur ius non decrescendi, nec attenditur hoc casu natura copulæ, text. est singularis in l. si fundum sub conditione. §. his verbis, & ibi Bald. ad hoc notat illum text. ff. de legatis j. Illum textum etiam ad hoc ponderat & exclamat Lud. Roma. in singulari cccciiij. incipiente, tu habes, & Iason in dict. l. cum quidam, quod nota, quia est singulare & vtile ad multa. Sextò argumentum ex hoc loco aliter potest
11 formari sic. De natura † copulæ est cadere inter diuersa, glossa est notabilis in rubrica, ff. de iuris & facti ignorantia, & ibi Barto. & Bal. & bona glo. in d. cap. querelam, & ibi Panormi. & Io. de Anania, & est tex. ponens casum quotidianum in l. si is qui ducenta, in princ. & ibi Bar. ff. de reb. dubiis. & hinc est, quòd quando copula ponitur inter duo idem sonantia, tunc quia hoc est contra naturam copulæ,

ADD. * Iure. Solus tamen Alciat. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. tenet, quòd dictio, sed & si, denotat diuersitatẽ in iure. & pro hoc allegat multa iura. Tu considera.

læ,remota copula,illa duo in vnum plerunque resoluuntur & vnum est adiectiuum alterius,l.j.in prin.& ibi Bart. ff.de pactis.& idẽ vult Bar.in d.l.j. ff.de inst.& iu.& Bar. in rub,C,de agr.& cens.lib.xj.& idem Bar.in extrauag.ad reprimendum,super verbo,videbitur.ad finẽ: quod nota. Septimò argumentum ex hoc loco potest formari aliter sic.
12 † Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtramque partem esse veram,tex.est not.in l.si hæredi plures,ff.de cond.institu.& in §.pen.Inst.de hære.instit.& d.l.si is qui ducenta. §. vtrum,& in d.c.ij.& ibi bona gl.Hinc est,quòd lex,vel statutum puniens vnum delictum,& præsupponens aliud,nõ includit illum,in quo non verificatur delictum præsuppositum:textus est iuncta sua gl.in l.mancipia,in verbo,auocandum,C.de seruis fugitiuis,& ibi illam glossam singulariter ad hoc not.Iac.Butr.Sal.Fulg.& Alex.de Imo.in apostillis ad Baldum,& Roma.in sing.ccccxciij.quod tene mẽti,quia seruit ad multa.Sed dicta regula patitur plures no-
13 tabiles,& singulares limitationes,quarum prima est,†quãdo copula ponitur inter duo idem sonantia,quia tunc mutat naturam copulæ,& reiecta copula,vnum ita resoluitur vt sit adiectiuum alterius, vt dixi supra. Alia limitatio est, quando copula ponitur inter orationes non respectu certi dispositi in indiuiduo:quod declara vt per Bar.in d.§.vtrum,& in d.l.j.& per Fel.in d.c.ij.Tertia not.limitatio est, vt dicta reg.non procedat,quando ex hoc sequeretur absurdum,vel resultaret sensus incongruus, aut aliquid contra intentionem disponentis:ista est doctrina Bar.Bal.& docto.in l.Gallus.§.etiam si parente.ff.de lib.& posthum. vbi per hoc reperies decisas duas not.& quotidianas quæstiones.& idem vult Alex.de Imo.in d.§.vtrum,& Alb.de Rosate in l.fundus ille.ff.de contrah.emp.Quarta not. limitatio est,vt dicta regula non procedat,quando copula ponitur inter contraria,seu,incompatibilia.Licet enim copula velit cadere inter diuersa,(vt suprà dixi)nõ tamen vult poni inter contraria seu incompatibilia.Et ergo si copula ponatur inter contraria,vel incompatibilia , mutat officium suum,quod est copulare,& resoluitur in disiunctiuam: textus est not.in l.si Titio fundus.ff.de vsuf.leg. & ibi per hoc dicit Bart.quod si testator in testamento dicat , quod vult testamentum suum valere iure testamenti & codicillorũ,

Illa

Illa copula,&,resoluitur in disiūctiuā, vt dicamus, iure te stamēti,vel iure codicillorū.iuxta l.fi.C.de codi.& ad plures alias q̄stiones quotidianas hoc inducit ibi Bar.ad quē remisisse sufficiat,& ad Bal.in l.qđ locum,circa finē,C.si se cun.nupſ.mulier,& ad Paul.de monte pico in sua eleganti rep.l.Titia cum testamento.§.Titia,ff.de leg.ij.& ad Bal.& Sal.in l.multum.C.si quis alteri vel sibi,in quibus locis reperies plura alia quotidiana exempla:& si videre libeat alias limitationes ad dictam regulam,recurre ad Iaſ.& modernos in d.l.j.& ad Feli.& mod.in d.c.ij.& ad Anto.de Bu. & Io.de Imo.in d.cle.in plerisque,& ad Bar.& Socinum in d.§.vtrum,& ad Bal.in d.§.etiam si parente, & in locis per eum & Alex.illic commemoratis,vbi plenè reperies. Illud
14 autem non est obliuioni tradendum.† quòd quando copula ponitur inter personas,inter quas est ordo charitatis non abstractus à ratione debiti naturalis, tunc natura copulæ non est coniungere,sed inducere ordinem,* vt sic copulati in dispositione non faciant sibi partes per concursum,sed primò nominatus primò vocetur, & eo excluso vocetur sequens in ordine:ita sentit gl.sing.in l. Gallus. §. quidam rectè:in verb.non exprimat.& ibi hoc notant docto.licet variè loquantur.ff.de lib.& posthu.quod est notadignum,seruiens ad multa quotidie occurrentia: nedum in vltimis voluntatibus, verùm etiam in contractibus, vt ibi videre poteris per doct.& præcipuè per Io.de Imo.qui hunc articulum quotidianū longè exactius quàm aliquis alius,quem viderim,examinat:ad quem remisisse sufficiat, & tetigi obiter supra in loco ab ordine. Porro de natura o-
15 rationis solutæ † que, est,vt aliquando æquipollet copulatiuæ,aliquando autem disiunctiuæ, vide pulchrè per Dy. in regula,in alternatiuis:de reg.iur.li.vj.& ibi etiam per Io. And.in Merc.& in d.l.triplici.& in l.alienationis.§.fi.& in l.sæpe,& ibi Bar.ff.de verb.signifi. Illud autem certum est,
16 † quòd dictio,que: ita copulat sicut dictio,cum,vt est text. in d.l.triplici.Interdum tamen ponitur pro disiunctiua, vt
17 in d.l.sæpe,in prin.Hoc etiam est notatu dignū,quòd† copula,&,posita inter plures personas in aliquo instrumēto, ponitur

ADDI. * Ordinem. Limita tamen vt per Alciatum in d.§.quidam rectè.

ponitur partitiuè, viriliter, seu pro rata: dictio verò alternatiua attribuit cuilibet actum insolidum, si potest: si autem non potest, obligat insolidum eum quem potest, vt est tex. not in Auth. si quando, C. de consti. pec. & in corpore vnde sumitur, & in l. j. & ij. C. si plures vna sen. cond. su. & volunt Bal. & Sal. in d. Auth. si quando, vbi vide. Illud etiã pro indubitato habeas, quòd punctus habetur loco copulæ: de hoc sunt tres glos. vna est in l. cum duobus. §. si in coeunda, in verb. pretiũ cuius, ff. pro socio, alia est in l. pretia. in verb. ad eam, ff. ad leg. Falc. quas duas gl. ad hoc ponderat & notat Io. de Imo. in l. cum in testaméto. § hæc verba. ff. de hær. insti. Tertia glos. est in cle. sæpe, in verbo & figura, post mediũ. ff. de verb. sign. & ibi eã ad hoc not. Car. in viij. q. & Pe. de Anch. in d. cle. in plerisque, in fine: multis autem aliis modis capitur punctus, in iure: vt videre poteris per Petrum Iacobi. in sua practica in libello super iurisdictione, vers. & quia de puncto.

¶LOCVS A NATVRA DIctionum implicatiuarum.

1 *Dictionis implicatiuæ natura. & nu. seq.*

2 *Argumentum à contrario sensu non sumitur vbi ponitur dictio implicatiua.*

4 *Dictio alias, est implicatiua similium.*

SVbsequitur nunc locus à natura dictionum implicatiuarum, vt sunt dictiones, maximè, præsertim, etiam, & similes: à quo sumptum argum. est forte, frequens, & vtile: Formatur

1 autem hoc modo Dictio implicatiua † implicat, importat, seu designat idem esse in casu contrario. de hoc sunt plures gl. vna in l. illud, in verb. existimari. ff. ad le. Aquil. alia in l. quòd si minor. §. restitutio, super verb. in vẽditione, in fi. ff. de minorib. alia in c. auditis, in verb. maximè de ele. alia in c. ad abolẽdam, de fil. presb. alia in c. sacro

super

ſuper verbo,ſi laudabilis,de ſen.exc.& alia in c. per tuas j. in verbo præſertim,& ibi Pan.& Io.de Ana.no.de ſimonia. & volunt Pan.Io.de Imo.& doct.in c.ij. de ſim.& probatur in l.ſi quis pro vxore,in prin.ff.de don.inter vir.& vxo.& in
2 l.qui ſe patris,C.vndè liberi,cum ſimi.Hinc eſt † quòd in lege vel canone vbi ponitur dictio implicatiua,nō poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu:vt eſt tex.not.in l. conuenticula.prout ibi in tex.eſt dictio etiam,& ibi not.C.de episc.& clericis.Et ratio eſt,quia argumentum à contrario ſenſu procedit duntaxat,quando in caſu cōtrario eſt cōtraria ratio,l.ſi extraneus.ff.de cond.cauſ.data cauſ.non ſecuta,quam ad hoc ponderat Bal.in l.apud antiquos,C.de fur. Dictiones autem etiam,maximè,præſertim,& ſimiles, implicāt idem eſſe in caſu cōtrario:Ergo vbi illa dictio, etiā, vel ſimilis ponitur,non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu,vt dixi ſuprà in loco à contrario ſenſu: quod nota,quia vidi ſæpiùs in practica,& ſignanter ſemel in caſu l. vnicę,C.quan.imp.inter pupi.& vid.quam quidam reſtringere volebant,quādo vidua paupercula perhorreſceret potentiam aduerſarij:Ego autem ſuſtinui contrarium,per dictionem,præſertim,illic poſitam,quæ implicar idem eſſe in caſu cōtrario:quod not.quia ſeruit ad multa ſimilia.Aduerte tamē,quia interdū,genus præcedit dictionem maximè,præſertim,vel ſimilē(vt pōt videri in conſtitutione habita,C.ne filius pro patre,& in extrauag.ad reprimendū)& tunc huiuſmodi dictiones non ponuntur implicatiuè, ſed ſignificant,in ſpecialiter expreſſis rationem fortius vigere.
3 Interdum etiā genus † non pręcedit dictionē maximè, præſertim,vel ſimilem,& tunc aut per dictionē maximè,præſertim,vel ſimilem adiicitur cōditio,aut per dictionē maximè,pręſertim,vel ſimilē adiicitur ratio. Primo caſu innuitur idē eſſe in caſu contrario, conditione ſcilicet non exiſtente:niſi ratione cōtrarietatis euitādæ oporteat dici, ꝙ dictio maximè,vel ſimilis abundet:caſum habes & exēplū in l.ſi.de ma.teſta.& ibi no.gl.ſuper verbo, maximè ,& in l.j.& ibi notatur per gl.ſi.& Cyn.C.de reſc.vend.in l. nec ambigi,& ibi etiam gl. & Cyn. C.de don. Aut debemus dicere hoc caſu dictionem maximè,vel ſimilem ſtare improprié,pro tantū:vt habes gl.in c.ſi quis epiſc.xj.q.iij & gl.in c.illud,xij.diſt & gl.in d.c.ꝑ tuas j.Secūdo caſu qū ſcilicet

per

per dictionem maximè vel similem adiicitur ratio, tunc in dicar illam esse potissimam rationem, licet etiam alia sit ratio. textum habes & exẽplũ in l. & si maximè relata ait leg. si is, qui ff. de ser. leg. ita notabiliter dicit Bar. in d. extrau. ad reprimendum, super verbo, maximè. Ex qua doctrina habes, quòd dictio implicatiua non semper implicat, sed interdum significat in specialiter expressis rationem fortius vigere. Item interdum ratione contrarietatis euitandæ abundat vel impropriatur & exponitur pro tantum. Ex quo sequitur aliud, videlicet, quòd cum in statutis verba debeant capi propriè, l. tertia. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & c. in nostra, de iniur. dictio maximè, pręsertim, vel similis, posita in statutis, debet capi propriè, vt stet comparatiuè, & designet idem esse in sensu contrario. Ita sing. dicunt Pan. & Io. de Ana. in d. c. per tuas j. per illam gl. in verbo pręsertim,
4 quam reputant singularem. Aduerte etiam, quod † dictio, alia, est implicatiua similium: vt est gl. not. in l. si fugitiui, in verbo, alia pœna, & ibi habetur per Bal. Ang. Pau. de Ca. Sal. & doct. C. de ser. fugit. Vbi nota, quod quando lex imponit pœnam corporis afflictiuam vel aliam, non est imponenda pœna pecuniaria: quia dictio, alia, est implicatiua similium vt ibi: & idem vult Bal. in d. l. conuenticula, vbi dicit, quòd si statutum pro certo delicto imponit pœnam amputationis pedis vel aliam: non poterit imponi pœna pecuniaria, quia illa non conuenit in genere pœnæ cum pœna amputationis pedis: quia solus ictus fustium grauior est, quàm pecuniaria damnatio, l. in seruorum, in fi. ff. de pœnis. nec etiam poterit amputari caput, quia illa pœna nimis remota est à truncatione pedis, secundum eum ibidem, quem refert & sequitur Fel. in c. inter cæteras, de rescr. & Socinus in l. j. ff. de reb. dub. de quo vide etiam per Bal. in l. & si post tres. in ix. colum. ff. si quis cautio. Ratione tamen subiectæ materiæ dictio alius, non est implicatiua similium, vt in euangelio, Ioã. c. 19. & cum eo alios duos, &c. de quo per gl. in verb. maiores, & digniores. Ant. de Bu. Io. de Imo. Pan. Feli. & doct. in c. sedes, de re scrip. Aduerte etiam, quòd dictio, nec, est implicatiua: text. est iuncta glossa in l. si filiæ. C. de donat. ante nupt. & in Authen. ingressi, C. de sacro. ecclesi. Ex quo sequitur, quòd ingressus monasterium nedum non potest testari, vt in d. Authent. ingressi: sed nec disponere

aliter

aliter per viam contractus. ergo si confiteatur se vsuras extorsisse, vel dotem ab vxore sua defuncta recepisse, per talem confessionem non præiudicat monasterio. Ita singulariter decidit Bal. in Authen. si qua mulier, in primo not. C. de sac. eccl. & vult originaliter Speculator in tit. de statu monacho. in versi. lvj. & Pau. de Cast. Salice. & Iason in d. Authen. ingressi. Vltimò aduerte, quod tunc implicatiua implicat, quando ponitur positiuè, secus si remotiuè, vt in l. j. & ibi Zasius notat ff. si quis ius dic. non obtempe. in gl. in verb. cæterum.

¶LOCVS A NATVRA DI-ctionum taxatiuarum.

1 *Dictionum taxatiuarum natura quæ sit. & nu. 2. & 6.*
2 *Dictio taxatiua est exclusiua omnium casuum extra orationem, in qua ipsa est, positorum.*
Fallit nu 3. 4. & 5.
6 *Taxatiuarum & exceptiuarum dictionum differentia.*

DEfert se nunc locus à natura dictionum taxatiuarum, quales sunt tantùm, tantummodò, solù, solummodo, duntaxat, non vltra, nō amplius, non solùm, non tantùm, & similes: quas quidam exclusiuas, alij restrictiuas, & alij taxatiuas appellant: ex quo depromptum argumentū est forte, frequens, & vtile: & formatur dupliciter ad duplicem effectum.
1 Vno modo sic. Dictiones † exclusiuæ, seu taxatiuę negatiuè positæ positum affirmant, & implicant aliud, de quo erat maius dubium, & minus videatur inesse: text. est not. in l. & non tantùm. ff. de peti. hęre. & in l. & eleganter, §. non solùm. ff. de dolo, & in l. non solum. ff. de liberatio. lega. & in l. cùm non solum, C. de bonis quæ libe. cum similibus. & volunt Barto. Alexand. & docto. in l. vnica, in princip. ff si quis ius dic. non obtem. & sæpe alibi. Secundò for-
2 matur sic. Dictiones † exclusiuæ seu taxatiuæ affirmatiuè positę, affirmant illud, qđ ponunt, & excludunt seu negant

omne

omne aliud,adeò ꝙ excludũt omnes alias perſonas,& omnes alios caſus præter expreſſos. dictio enim taxatiua eſt excluſiua omnium caſuum extra orationem , in qua ipſa eſt,poſitorum:tex.eſt in l.ij. C.de patribus qui fil.diſtra.& in l.ob æs,C.de prædijs mino.& in l.contractus. ff. de reg. iur.& bonus tex.in c.cum eccleſia ſutrina,de cau.poſſ.& ꝓpriet.& in ca.contingit,& ibi Card.& Fel.notant de fide inſtru.cum ſimil.& volunt Bar.Alex.& alij,in d.l.j.& Paul.de Caſt.in conſilio liij.in antiquis.Si quis tamen fortiter inſiſtere vellet,conuinci poſſet d.l. ob æs,non probare id , ad quod quotidie allegatur:vt videre poteris per Alcia. Diſpunct. * lib.iiij.c.v.Sed,retento communi intellectu,dicta theorica,quæ habet ꝙ dictio taxatiua eſt excluſiua omniũ caſuum extra orationem,in qua ipſa eſt poſitorum,recipit plures notabiles,& ſingulares limitationes, ſeu reſtrictio-
3 nes. Primò enim limitatur vt procedat,† niſi gratia contrarietatis euitandæ,aliud ſuppleatur.pro hoc eſt bona gl. iuncto tex.in d.l.contractus,in prin.& glo.iuncto tex.in l. fi.C.de patria poteſt.& glo.iuncto tex.in l.j.in verbo, & liberis.& ibi Salice.& Iaſon id notant,C.de bono.poſſ. contra tabu.& vult Barto.in dicta l.j.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.& idem Bartol.in l.iij.§.cum Titio.ff.de adimen.lega.qui ſingula.dicit,quòd per dictionem taxatiuam poſitam in lege vel ſtatuto nouo non cenſetur correcta lex antiqua vel ius antiquum.Et hoc dictũ refert & ſequitur Io. de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſoluto mat.& Alex.de Imo. in l.ſi conſtante,in prin.illo eo.titu.& idem Alexã. in d.l.j. C.de bono.poſſeſſ.contra tabulas:& Pet.de Ancha.in repe. cap.canonum,in xiiij.quæſtio.principali de conſtit. Hinc etiam dicit Ang.poſt gloſſ.in verbo,ſolam conuentionem: in l.cum notiſſimi,C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum, ꝙ dictio ſolus,& aliæ taxatiuæ nunquam excludunt, quãdo reſultaret abſonus intellectas, vel contrarietas. Secundò
4 limitatur,vt procedat † quoad caſus,vel perſonas diſſimiles vel ſimilem rationem habentes,dictiones taxatiuæ nũquam excludunt.Pro hoc eſt gloſſ.notab.iuncto tex.in d.l. ob æs,

ADD. * Diſpunct. Verus eſt Alciat.intellectus qui rectè interpunxit:exiſtimò tamẽ illic non,tantum,ſed,tamẽ legendum.Alciati tamen ſenſus procedit per textus quos citat gl. in d.l.ob æs. V.

ob æs,& ibi Salice.notat,& pulchra glo.iuncto tex.in l.ita nobis cordi pudor,in verbo,quinquénij.& ibi Cy. Ange.& Salice.notant,C.ad leg.Iul.de adul.& bona gloss.in l.serui nomine,& ibi Bar.ff.de vsucap.& glo.vulgata in l.illud, & ibi omnes doctô.C.de sacrosanct.ecc.& est tex.not.in l.j.§. j.ff.si mensor falsum modum dixe.Natura enim termini taxatiui est,sic excludere ab ipso extranea,quòd cuncta pertinentia ad ipsum includat,tex.est de hoc singularis in cle. exiui de paradiso,versi.cum autem,& ibi Cardin. notat,de verborum sig.& faciunt notata per Bar.post glo.in l. j.§. j. ff.quod vi aut clàm.Hinc dicit Bal.in l.nullus, post glo. C. ad leg.Iul.maiesta.quòd dictio taxatiua excludit solũ dissimilia.Hinc etiam dicit idem Bal.in dicta l.j. C. de bonorũ possess.contra tabu.quòd si statutum dicat,quòd solus episcopus quid faciat,per hoc non intelligitur exclusum capitulum:quia non excluditur id quod est connexũ:& de hoc est glo.expressa in cap.episcopus,xxiiij.dist.Hinc etiã est, quòd si statutum permittat,aliquas exceptiones dumtaxat opponi,per hoc non impediuntur similes opponi:Ita dicit Ange.in l.sciendum.ff.de euicti.& idem Ang.in l.si tñ.§.in ædilitijs.ff.de ædili.edicto, & est tex.in d. l.ita nobis cordi pudor,& ibi Cy.Ang.& Salic.& tex.cum glo.in dicta l. j. §.& parui & ibi Bart.versi.ista gloss.ff.quod vi,aut clàm,& tex.cum glo.in cap.ex parte.ij.& ibi Pano.& canonistæ,de offi.iudicis deleg.Hinc etiam est, ꝙ donatarius tenetur alimentare donatorem factum egenum,aliàs reuocari posset donatio propter ingratitudinem,licet inter causas ingratitudinis,propter quas reuocari posset donatio inter viuos perfecta,de quibus in l.si.C.de reuo.dona.quæ loquitur taxatiuè,ibi ex his enim tantummodò causis &c. iste casus non reperiatur.Ita singu.dicit glo.in dicta l. fin. super verbo,voluerit,quam ibi sequuntur Cy.& Sali. de hoc tamen articulo quotidiano vide ibi latiùs per Albe.de Ros. Ter-
5 tiò limitatur vt non procedat,† quoad ea quæ veniunt ex consuetudine: dictiones enim taxatiuæ non excludunt ea quæ veniunt ex consuetudine.Ita singu. dicit Lud. Ro.in consilio cxiiij.incip.visis ,vbi dicit,ꝙ si data fuit alicui potestas capiendi mutuum vsque ad centum tantum , si talis capiat centum mutuo sub vsuris,non dicitur excedere mãdatum,qñ inter mercatores cõsuetum est capi mutuũ sub

vsuris, vel (vt verbis eius vtar,) sub cambio & recambio: & idem vult Bar. in l. viros, C. de diuer. offi. lib. xij. vbi dicit, quod si statuto caueatur, scholarem debere cōueniri sub episcopo tantum, & de consuetudine rector etiā habeat iurisdictionem: per tale statutum non derogatur iurisdictioni rectoris, quam habet ex consuetudine,* quod nota. Quartò limitatur non procedere, quoad personas hęredū, quia hæres censetur eadem persona cum defuncto, in Aut. de iureiuran. à morien. præsti. in prin. vnde non excluditur per taxatiuas. Ergo si aliquis se obliget de suo dato, & facto tantùm, in tali obligatione venit etiam factum hęredis successorisque sui. tex. est not. in l. stipulatio ista habere licere, in ver. sed si se, & ibi Lud. Ro. Pau. de Cas. & Alex. de Imo. hoc no. ff. de verb. obli. & bonus tex. in l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. acti. & vult Bal. in l. fi. C. de actio. empti; & Alex. de Imo. in consil. xviij. v. volum. circa finem. Hinc etiam est, quòd si quis vendit rem, & promittit de suo dato & facto tantū, tenebitur nihilominus etiam de facto eius cuius est hæres, & sic de facto auctoris sui: vt est gl. no. in l. si seru⁹, in prin. in verb. interest, & ibi per Bar. & Bal. & doc. ff. de condi. furt. & idem vult Bal. in c. j. in fi. qui success. teneātur, in vsibus feud. & sequitur Frāc. de Crema in sing. xxxij. quod nota. Porrò (vt plenè instruaris de natura dictionum
6 taxatiuarum,) volo te scire quod † natura dictionis taxatiuæ est, nedum restringere seu excludere quando ponitur affirmatiuè, & implicare aliud de quo erat maius dubium quando ponitur negatiuè, vt dixi: verū etiam natura dictionis taxatiuæ est, diuidere qualitatem à subiecto. Hinc est, quòd licet aliàs confessio qualificata non potest in parte acceptari & in parte sperni, habetur per gl. & omnes in l. si quidem, C. de exceptio. tamen si creditor petat centum, & debitor in iudicio confiteatur se debere quinquaginta tantum, potest creditor acceptare confessionē quantum ad quinquaginta, nō obstāte taxatiua tantū, & postea probare de reliquo: tex. est no. in l. si quidē, & ibi Bar. Bal. & alij, C. de trāsac. & habet℞ per eundē Bar. in l. si cū duos, in prin ff. rer. amot. Natu

ADD. * **Consuetudine.** Secus est si eam haberet à lege, Bar. in d l. viros.

Natura etiam dictionis taxatiuæ est impedire ius accrescẽdi inter cohęredes. Vnde si testator instituit duos hęredes, vnum in duabus vncijs tantũ, & alium in decem vncijs tantum, vno repudiante, alteri non accrescit: tex. est singul. in l. Lucius. §. quæ habebat, in fi. ff. ad Trebell. quem textũ ad hoc põderat Bal. in repe. l. j. ver. super quinta videtur. C. de sacr. eccl. & idẽ Bal. in l. si arrogator, ver. sed hic est cõsiderãdum, ff. de adop. & Ias. in d. l. vnica. ff. si quis ius di. non obtem. Hinc ẽt est, ꝙ si duob⁹ sint relicti fructus fundi pro alimentis, vno eorum repudiãte, vel mortuo, non accrescit alteri; quia legatum alimentorum dicitur habere taxatiuam. tex. est sing. iuncta gl. in l. dominus. §. per fideicommissum, & ibi Bal. no. ff. de vsufructu. Natura etiam dictionis taxatiuæ est negare residuũ, d. ca. cùm ecclesia Sutrina, & ibi hoc no. Io. de Imo. Vnde si creditor ex certa sciẽtia dicat in testamento, vel codicillis, Titium debere sibi decem tãtùm, cum deberet viginti, videtur legare liberationem in alijs decem: vt est glo. no. in l. rationes, in verbo quantitatem, & ibi habetur pulchrè per Pau. de Ca. & doct. C. de proba. Il-

7 lud etiam † volo te scire, ꝙ inter dictiones taxatiuas, & exceptiuas, quales sunt prȩter, nisi, prȩterquã, & dictio, tñ, negatiuè posita, hæc est differentia: quia dictiones taxatiuæ affirmatiuè positæ, vnam speciem, seu indiuiduum ponunt & totum aliud genus remouẽt: vt Petrus tantum currit, id est, Petrus & nullus alius, currit, sed dictiones exceptiuæ faciunt totum contrarium, quia à genere remouent vnam speciem vel vnum indiuiduum tantùm: vt si dico, nullus homo currit nisi Petr. illa vniuersalis remanet vera, nisi in Petro tantum, Ita dicit Bar. in l. si ęum. §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. quod not. Illud etiam nolo te ignorare, ꝙ pares sunt, à principio limitatè disponere, vel disposita ex postfacto limitare: tex. est in d. l. Lucius. §. quę habebat, quã ad hoc ponderat Pau. de Cast. in l. si mihi, in prin. ff. de ser. rustic. prædio. Et fit limitatio ex postfacto ratione adiunctionis causæ l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. cum simi. Limitata enim cã limitatum producit effectum, l. in agris. ff. de acqui. re. domi. & §. quod autem, & ibi Bal. & Ange. no. Insti. de legit. ãgnato. tut. & habetur pulchrè per Bar batiam & Feli. in c. cum ordinem, de rescrip.

LOCVS

¶LOCVS A TRIBVTO AD decimam.

1 *Decimæ & tributa æquiparantur in iure. quod facit ad multas nu.2,3.cum seq.*
4 *Onus annonæ, tributorum & decimarum est reale.*

OCcurrit nūc locus à tributo ad decimā à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & vtile: quia † æquiparantur à iure.
1 c.tua nobis, de deci.& c.decimæ.xvj.q.j. Et hęc æquiparatio facit ad multa, & inter alia
2 primò ad hoc † quòd sicut in tributis non admittitur compensatio.l.iij.C.de compensatio.gl.in l.j.C.de anno.& tribut.lib.x.cum simi.ita nec in decimis.gl.est sing.in d.c.decimæ, in verb.tributa.quam sequitur Pan.& alij, in d.ca.tua nobis:& ęam multū commendat Lud.Ro.in singul.cclvij.
3 Secundò istud facit ad hoc, ꝙ sicut † possessio est obligata pro tributo, vt est tex.in l.Imperatores.ff. de publica.ita ēt possessio est obligata ꝓ decima, vt probat tex.no.in c.pastoralis, de deci. ꝑ quem tex.dicunt ibi Host.Io.An.& doct.ꝙ si venditur fundus, ex quo multis annis retro præteritis non fuit soluta decima, emptor poterit cōueniri pro decima ꝑteritorum annorum, reseruata sibi actione contra venditorem:& hoc sequitur ibi Pan.& idem Panor.in c.cū sint homines, illo eo.ti.& est de mente Federici de Senis in cōsi. lxxxj.& ad prædicta optimè facit quæstio disputata per Io. An.in regula, non est in mora, de reg.iur.lib.vj.in Mercu.& congruunt not.per Andream de Barulo.& alios in l.j.C. de
4 an.& trib.lib.x.vbi habetur † quod sicut onus annonę, & tributorum est ius reale, vt ibi, ita & ius soluendi decimas, & probatur in d.ca.tua nobis, vbi de hoc articulo vide latius. Tertiò istud facit ad hoc, ꝙ sicut à sententia lata in cā tributorū nō appellatur, l.abstinendum, & l.fi.C.quo.appe.nō recip. Ita nec à sñia lata in cā decimarū.& ita tenet Speculator in ti.de app.in §.ij.in ver.iiij.& videtur expressum in d.c.tua nobis, in fi.de quo tamē articulo quotidiano vide

latiùs per Pe. de Ancha. Panor. & doct. in d. c. tua nobis, vbi reperies duas limitationes. Quartò istud facit ad hoc, quod sicut tempore feriarũ ob necessitates hominũ inductarũ, procceditur in causa tributorũ, l. publicas, C. de feriis. Ita etiam hoc tempore procedi poterit in causa decimarũ. & ita videtur tenere Spe. in ti. de feriis, in §. ij. in ver. quid de causa decimarũ, & est hodie expressum in cle. dispẽdiosam, de iudiciis. iuncta cle. sæpe, de ver. sig. & ibi gl. in verb. ob necessitates. Quĩtò istud facit ad hoc, quòd sicut valet cõsuetudo in solutione tributorum, vt si dominus terræ cõsueuit soluere tributum, seu publicas functiones, & nõ colonus, seruetur consuetudo, vt est tex. optimus in l. litibus. §. hæc de reditibus. C. de agr. & censitis lib. xj. Ita etiam valet consuetudo in solutione decimarum, vt si colonus consueuit decimam soluere, seruetur consuetudo. & contra, si dominus consueuit decimam soluere, & non colonus, seruetur consuetudo. Ita dicit glo. notabi. in d. l. litibus, in verb. moris erat. quam refert & sequitur Panor. in cap. cum non sit in homine, de decimis. Sextò istud facit ad hoc, quod sicut præstatio tributorum, quæ fit in recognitionem vniuersalis dominij, non tollitur præscriptione, vel tempore, l. cõperit, C. de præscript. xxx. vel xl. annorum. ita etiam contra præstationem decimæ non possit præscribi eadem ratione. * & ita decidunt Cy. Bart. & Sali. in d. l. comperit, de quo articulo quotidiano vide latiùs per Panor. in dict. ca. tua nobis, & per eundem in cap. cum nobis, & in cap. si diligenti, de pręscript. & per gloss. & Archi. in ca. quicunque, & in cap. maiores, xvj. quæst. vij. & in d. cap. decimæ, & per Panor. in cap. in aliquibus, de decimis, & amplissimè per Hostien. in summa in titulo, de decimis, in §. & verùm præscribi possunt, in versi. septimò quæritur, vtrum consuetudo excuset, vbi exactissimè hunc articulum quotidianum examinat. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à tributo ad decimam, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt.

ADD. * Ratione. Pro hoc est in cap. causámque. de præscr.

LO

¶LOCVS A NOMINE DIgnitatis,* officij, vel appellatiuo.

1 *Vnumquodque est tale, quale denominatur ab appellatiuis.*
2 *Obligationem concipi nomine proprio, vel sub nomine officij, differt.*
3 *Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. quod facit ad multa nu.seq. vsque ad fin.*
6 *Generalitas relata ad locum debet restringi & intelligi secundum subiectam materiam.*
9 *Clausula præcedens est maioris efficacia ad determinationem sequentium, quàm contrà.*

NVnc subnectemus locum à nomine dignitatis, officij, vel appellatiuo, à quo sumptũ argumentũ est forte, frequens, & vtile, & formatur dupliciter ad duplicẽ effectũ, Vno modo
1 sic, † vnũquodque est tale, quale denominatᵉ ab appellatiuis, text. est not. in l. annua. §. j. ff. de ann. leg. & tex. in l. Lucius. j. ff. de fideico. lib. & in l. j. in fin. C. de offi. præfecti vrb. quos tex. ad hoc notat Bal. in l. conuenticula. C. de epis. & cle. ego autem ad hoc allego plures alios tex. not. quorum vnus est in l. nonnunquam, iuncta l. præcedẽti. ff. ad Trc. vbi singulariter habetur, quod fideicõmissum relictum à pluribus hæredibus sub nomine appellatiuo, hæredum, debetur pro portionibus hæreditariis vbi aliàs relictũ ꝓpriis nominibus expressis debetur ꝑ portionibꝰ virilibꝰ. alius tex. est in l. si cõmunis seruꝰ ita. ff. de stip. seruo. q̃ dicit, ꝙ multùm interest, an seruus cõmunis stipuletᵉ dominis suis sub nomine appellatiuo, an sub nomine ꝓprio, q̃ a primo casu acquiritᵉ ipsis ꝑ ea portiõe ꝑ qua sũt domini. Scđo verò casu acquiritur ipsis ꝑ portionibꝰ viri-

ADD * Dignitatis. Dignitas autem quot modis sumatur in iure, docent gl. c. denique. iiij distinct. & c. iij. de cleric. non residentib. & Bar. in l. j. vers. & primò quæro. C. de dignitatibus lib. xij.

rilibus,alius & tertius tex.est in c.quoniam abbas,cum ibi no.per gl.in verb.substitutũ,& doct.de offi.deleg. vbi habe tur,ꝙ multùm refert an cõstituto in dignitate cõmittatur causa à sede apostolica sub nomine dignitatis & appellatiuo,an sub nomine proprio. Quia primo casu eo mortuo, etiã re integra,transit cõmissio,seu delegatio ad successorẽ in dignitate,non aũt secundo casu. quartus tex. est in c. si gratiosè,de rescrip.lib.vj.vbi habes, multùm referre, an gratia concedatur per papam ad suæ voluntatis beneplacitum,an ad beneplacitum sedis,quia primo casu gratia finitur mortuo papa,secundo verò casu non, quia sedes ipsa non moritur,vt ibi dicit tex.quintus tex.est in l.iij.§.in eũ
2 ff.de admin.rer.ad ciui.perti.qui sing.probat,quòd † aliud iuris est in obligante se nomine proprio , & aliud in obligante se nomine officij , quia obligans se nomine officij,finito officio nõ tenetur,secùs si se obligauerit nomine proprio,vt ibi,& in l.procurator,qui pro euictione, secũdũ verũ intellectum. ff. de proc. ad quod etiã facit, l.post mortẽ,in prin.& §.j.ff.quando ex facto tutoris,& l.j.C.eo. tit.& l.cũ quædã,C.de administra.tut. & l.iiij.in prin. ff.de re iudi.& l.fi.secundum vnam lecturã.ff. de instito.de quo vide latiùs per Bar.in d.l.post mortẽ §.j.vers.circa gestorẽ. & per omnes in d.l.procurator qui pro euictione, & præcipuè per Alberi.de Rosate ibidem ,qui meo iudicio cæteris clariùs & perfectius loquitur. Alium etiam effectum operatur expressio dignitatis vel officij , quia finito officio,vel deposita dignitate,talis non poterit se ampliùs de commisso negotio intromittere.Ita singul. dicit Albe. de Rosate in d.l.Lucius,per illum text.ponens exemplum familiare. Ratio istius est, quia hoc casu videtur ei negotiũ commissum contemplatione dignitatis,& non contemplatione personæ, per d. l. Lucius, & ibi hoc notant Benedictus de Plumbino,& Alb.de Ros. & idem vult glo. in cap. statutum.in prin.super verbo canonicis, in fi.& ibi Phllip. Fran.& doct.de rescr.li.vj.& gl.in cle.ij.in verbo principalis in fi.& ibi doct.eo.ti.& facit d.l.annua.§.j.Sed quod dixi,limitatur verũ esse,qñ dispositio per omnia pariter est proportionabilis personæ, & dignitati , & ita procedunt iura suprà allegata. Vbi autem sunt coniecturæ magis vrgẽtes , quod persona fuerit contemplata quàm dignitas,
dis

diſpoſitio erit cenſenda perſonalis, licet fiat expreſſio dignitatis,officij,vel nominis appellatiui.tex.eſt de hoc ſingularis in c.requiſiſti §.ſed conſiderandũ,de teſta.vbi ſing. probatur,quod legatum relictũ epiſcopo ab extraneo,præſumitur relictũ,intuitu eccleſiæ,vt etiã habetur in d. l. annua.§. j. ſed legatũ relictum epiſcopo à conſanguineo vel propinquo,præſumitur relictum intuitu perſonę, nec diſtinguit tex,in d.c.requiſiſti,vtrũ ſit expreſſum nomẽ propriũ vel appellatiuũ,Imo ſemper loquitur in nomine dignitatis,de quo vide ibi latiùs per Panor.& Barbatiã,& vide omnino Io.An.in regula, non eſt in mora ,&, in regula priuilegiũ,de regulis iuris lib.vj.in Mercur.vbi multa bona reperies in hac materia. Quid autem iuris ſit,ſi vtrunq; nomen tam proprium quam appellatiuũ ſit expreſſum, & quid tunc inſpicere debemus , vide gl. & doct.in d.c.quoniam Abbas,& tex.in d.l.ſi cõmunis ſeruus ita. Et quid erit,ſi expreſſo nomine proprio & appellatiuo , diſponẽs in altero errauerit,vide tex ſing.cũ ibi not.in l.qui habebat. ff.de reb.dub.& quod per d.l.qui habebat,ſing.notat Albe. de Roſate in rub.ff.de no.op.nun. Secundò argumentum

3 ex hoc loco poteſt formari aliter ſic,Talia ✝ ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant,ſeu permittunt,tex.eſt in l. iij.in princ.ff.de fundo inſtru.& in l.ſi defenſor. §. qui interrogatus.ff.de interrog.actio.& in §.præterea,in fine, Inſtit.de inuti.ſtip.& in ca.inter dilectos.de fide inſtru. & ibi no.per gl.in verbo nequiuiſſent.quam Card. & Feli.ibidẽ dicunt eſſe ſingularem , nullam mentionem facientes de ꝓdictis legibus nec de gl.ĩ c.dudum aduerſus.in verb.prohibemus.de deci.quæ idem dicit, vt infrà tangam. Et iſtud fortificatur ratione, quia à quocunque remouetur prædicatũ,remouet̃ & ſubiectũ,quia ꝓdicatũ qualificat ſubiectũ vt ſic ſubiectũ intelligatur ſecundum naturam prædicati, iuribus præall. & iſto argumento vtitur Pet. de Ancha.in conſi.ſuo lxviij.incip.in Chriſti,&c.ſubtiliter,& ad plenũ, &c.& doct.ſæpe alibi vt infrà patebit Et iſte arguendi modus facit ad multa.Et inter alia (gratia exempli pro inſtructione iuuenum)iſtud primò facit ad hoc,quòd ſi teſtis ꝓducatur ſuper veritate alicuius facti, & etiam ſuper fama: & interrogatus ſuper articulo de veritate, dicat ſe nihil ſcire,vel adiecit iſta verba,ſe nihil aliud ſcire,per hoc non

videtur deposuisse super articulo de fama, quia de fama nō fuit interrogatus, & responsio refertur ad interrogata, & ideò super articulo de fama debet specialiter interrogari. ita singulariter dicit Bald. post Martinum Sillamandi in dict. §. qui interrogatus, per illum text. quod nota. Secun-
4 dò istud facit ad hoc † quod si testis dicat Titium possedisse decē annis, vt habet articulus, & interrogatus quomodo scit, dicit quia vidi, licet dicta causa scientiæ videatur prima facie insufficiens, quia potuit vidisse per vnum diem, tamen quia ratio intelligenda est, secundum dictum dict. §. qui interrogatus, iudicanda erit sufficiens, quia illa quæ sunt in termino ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente, l. in summa, in fin. princip. ff. de re iud. cum similibus, & ita singulariter dicit Bal. in dict. §. qui interrogatus, & ante eum idem voluit Bar. in simili casu in l. Labeo, in ver. sed quæro, quid, si testis. ff. de supel. lega. quod nota. Tertiò istud facit ad hoc, quòd si securitas, vel saluus conductus (vt vocant) fuerit determinatè petita vel petitus, & concessa, vel concessus indeterminatè, illa concessio indeterminata intelligenda est secundum petitionem determinatam, per dict. §. prætereà, & alia iura suprà allegata, & ita singulariter decidit Bar. in l. j. vers. quandóque illa securitas ff. ad leg. Iul. maiest. & sequtur Pan. in c. ij. de treuga & pace, & Ang. in d. §. ꝑterea, quod nota. Quartò per præmissa singulariter dicit Bal. in l. ius pluribus, in fi. ff. de iust. & iur. ꝙ illa clausula, quæ poni cōsueuit in literis papæ, quod iustum fuerit decernatis &c. restringitur ad petita, & sic etiam intelligi debet illud responsum principū, fiat ius. secundū eū ibidē. Quintò istud facit ad hoc, quòd si testator in testamēto substituēdo filio dicat, si filius meus decesserit sine hęrede, quod ītelligitur, id est sine liberis, vt est tex. sing. in l. ex facto. § fi. ff. ad Tre. Sed & si dixerit, substituo Titiū & eius hæredes, hoc casu filio testatoris decedēte sine liberis, & Titio similiter decedente sine liberis, nō vocabitur pater Titij, nec frater Titij iure substitutionis, virtute verbi hæredes, sed euanescet hoc casu substitutio, & remanebunt bona apud proximos hæredes testatoris, nā talia sunt subiecta, qualia ꝑdicata demōstrāt, iuribus prę all. & ita notabiliter decidit Bal. in c. vnico, de natura succes. feudi ī vsib⁹ feud. & Bar. Bal. & doc.

in

in l.Gallus.§.etiam si parente.ff. de libe. & posthu. de quo articulo tamen quotidiano vide ibidem latius per Alex.de
5 Imo.Soci.& recētiores.Sextò istud facit ad hoc,quod †vigore consuetudinis Zelandiæ disponentis, quòd per contractum matrimonij omnia bona communicantur * inter virum & vxorem,ita quòd vno decedente,superstes succedat in dimidia omnium bonorum per eos cōmuniter possessorum,vxor superstes non poterit ius prætendere in bonis mariti extra territorium comitatus Zelandiæ situatis, nisi quatenus tribuit consuetudo loci situationis bonorum,vel tenor pactorum dotalium, etiam si in testamento mariti dicatur,quòd vult coniugi superstiti seruari dictā consuetudinem,& quòd ipsa posset auctoritate propria apprehendere medietatem omnium bonorum per eos communiter possessorum,etiam si addatur clausula,vbicunque locorum illa fuerint situata:quia talia debēt esse subiecta, id est,verba testatoris,qualia prædicata demonstrant, hoc est,conditio & natura consuetudinis, qua inductus est testator ad testandum vel relinquendum:Modo sic est,quòd natura consuetudinis est non includere bona extra territorium situata,vt eleganter dicit Io.And. in addi. ad Spec. in ti.de instr. editi.in §.compendiosè,in versi.quid,si de consuetudine,& volunt doct.in l.cunctos populos,C.de sum: trini.& fide catho.Ergo eodem modo intelligenda erunt verba testatoris. Nec obstat generalitas illorum verborū,
6 vbicunque locorum &c,quia illa †generalitas relata ad locum debet restringi,& intelligi secundum subiectam materiam, sicut restringitur generalitas relata ad bona. facit c.vt animarum.§.statuto,de consti.lib.vj.& l.fi. §. cui dulcia.ff.de vino tritico oleoque leg.cum similibus. & ita singulariter decidit Pe.de Anch.in consil. suo clxiij. incip. in Christi &c.visis & diligenter inspectis &c. & facit singularis decisio Alb.de Rosate post Dy.in l. tres fratres. ff. de pactis,& ea quæ dixi supra in loco à generalitate,quò recurre.Septimò ꝑ præmissa singulariter dicit Bal.in l.j.§. quod sine

ADDI. * Cōmunicātur.Idem fere in consue.Biturig. ti.des gēs mariez §.231.Ratio vtriusque cōsuetudinis quia vir & vxor socij sunt diuinæ & humanæ domus.l.iiij.C. de crimi.expil.hæred.

si nemo.vers.sed iuxta hoc.ff.quod cuiusq.vniu.,no. quòd licet regulariter omne onus solui debeat per solidum & libram, vt not.vult Inno.in ca.grauem,de sent.excõ. tamen, stante statuto, quòd quælibet villa, in qua sunt xxv. focularia vel vltra, debeat tenere decem equos in exercitu, vel soluere centum aureos in mense, in hoc casu tale onus solui debebit per focos,& non per solidum,& libram, ex quo in statuto fit commemoratio focularium: arg.d.l.fi.§.cui dulcia,ibi,ex collatione vini amphorarij,& quia talia debent esse subiecta, qualia prædicata demonstrant, iuribus præal. Octauò istud facit ad hoc, quòd si non appareat de libello, quia acta fortè propter antiquitatem sunt perdita. debemus ex verbis sententiæ præsumere qualitatem libelli seu petitionis: quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, seu permittunt. Ita singulariter dicit gl. & post eam Pan.in d.c.dudum. Nonò istud facit ad hoc, ꝙ licet appellatione hæredis, in dubio intelligatur nedum de hærede primo, sed de hærede in infinitũ, l.hęredis, & l.sciẽdum.ff.de verb.sig.cum similibus: tamen quando fit mentio hæredis in materia non transmissibili ad hæredem, intelligitur tantummodo de hærede primo: vt talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant: textum habes & exemplum in l.antiquitas,& ibi hoc notant Sal.& alij, C.de vsufructu, de quo articulo vide in d.l.sciendum. Et quis veniat nomine hæredis an descẽdens, an extraneus, vide latè per Bar.Bal.& docto.in d.l.Gallus,§.etiam si parente. Decimò istud facit ad hoc, quòd si dono alicui villam,& omnia iura, quæ habeo in ea: per hoc non venient iura spiritualia, quæ ibi habeo: sed illa generalitas restringetur ad temporalia, propter speciem temporalitatis pręcedentem, vt talia sint subiecta, qualia prædicata demonstrant. Ita singulariter dicit Inn.in c.ex literis, de iure patro.quem illic sequũtur doct.& Pan.in c.sedes, de rescr & sæpe alibi. Vndecimò
7 istud facit ad hoc,† quòd si Seius accusatus de adulterio commisso cum Berta vxore Titij, respondendo simpliciter confiteatur, se cognouisse dictam Bertam carnaliter, videtur confessus se cum dicta Berta commisisse adulterium: licet non expresse fit confessus, dictã Bertam fuisse vxorem Titij: quia verba respondentis nedum debent referri ad factum principale, sed ad omnes qualitates in interrogatione posi

ne positas: quia confessio indefinitè prolata in omnibus præiudicat, secundum gl. in l. at si quis. §. plerique, in fine. in verb. oportet. ff. de relig. & sum. fu. & talia sunt subiecta, qualia prędicata demonstrant, iuribus præal. Et ita sing. decidunt Raphael, Pau. de Ca. Io. de Imo. & Alex. in l. si cui serui. §. j. ff. de leg. j. & Bene. de Plumb. in l. si. ff. de fideic. liberta. & Fulgosius & Alb. de Rosate in d. §. qui interrogatus, licet Alb. sit corruptus. In hoc tamen quotidiano artic. Spec. in ti. de positionibus. §. septimò videndum occurrit, & Bar. & Bal. in d. l. si cui serui. §. j. tenent contrarium, sed prima opinio est verior & magis communis, vt videre poteris per Alex. in d. l. si cui serui. §. j. vbi hunc articulum quotidianũ bene examinat. Duodecimò istud facit ad hoc, quod quando contractus habet plures particulas, & in vna particula fit mentio officij, qualificando ipsam obligationem: in aliis autem particulis sequentibus contrahentes simpliciter loquuntur, totus contractus intelligitur eodem modo
8 qualificatus, quia † talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. Ita sing. dicit Bal. in d. l. procurator qui pro euictione, in fine, vers. iuxta hoc quæro per d. l. Lucius, quam ad hoc reputat notabilem. Decimotertiò istud facit ad hoc quòd si actor in libello narrat respicientia petitorium, & possessorium, & concludit solum in possessorio, addens in fine illam clausulam generalem, peto mihi ius dici, & iustitiam ministrari, poterit super petitorio probationes inducere, & si probauerit, debet obtinere, quia d. clausula generalis complectitur vtrumque, ex quo in narratione fuit facta mentio de vtroque, & cõclusio capta in possessorio adiecta dicta clausula generali referri etiam debet ad petitorium narratum, ne bis idem repeti videatur, & vt verba aliquid operentur, & quia talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. Ita singulariter dicit Pan. in c. cũ dilectus. vers. & nota ex prędictis. de ord. cogn. & refert Io. Cal. ita dixisse & in facto obtinuisse: & idem dicit ipse vbi ex narratione facti possunt elici plures actiones, quarum aliquæ sunt aptę & aliquæ ineptę, & cõcluditur in inepta, subiecta dicta clausula generali: quia nõ debet reiici libellus tãquã ineptus, & poterit induci probatio super actione apta, & si probauerit actor obtinebit: secus secundum eum, quando ex narratione non potest cõprehendi actio apta, quia tũc illa

illa clausula generalis nō pōt verificari vltra narrata, quia referri debet ad præcedentia, & talia sunt subiecta qualia prędicata demōstrant, secundū eū. quod est summè notandum. Decimoquartò istud facit ad hoc quòd si aliquis sit institutus hæres, & postea idē deputetur fideicōmissarius seu executor, ita demum poterit esse executor si sit hęres, ita no. dicit Bar. in d. l. Lucius, quam ad hoc dicit singularē, & notabilē, & sequitur ibidem Bened. de Pumb. & est ratio, quia quando aliquis nominatur primò sub nomine alicuius qualitatis, si postea simpliciter nominetur, videtur fieri relatio ad qualitatē prędictā, d. l. Lucius, & quia talia sunt subiecta, &c. Decimoquintò istud facit ad hoc, ꝙ sicut per simplicem diuisionē non censetur remissum fideic. conditionale, l. cum pater. §. hæreditatem ij. de leg. ij. Ita etiam non censetur remissum fideicōmissum conditionale, si post diuisionē factam adiiciatur pactū, vel promissio de non veniendo contra: quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demōstrāt, & quia tale pactum intelligitur secūdum naturam diuisionis super qua fit: Ita sing. determināt Bar. Io. de Imo. Pau. de Cast Frā. de Are. Alexan. de Imo. & cōiter doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & doct. in l. qui cum tutoribus, in prin. de transa. quod nota, quia vidi de facto: sed hoc intelligo verum, quādo tale pactum vel promissio de non veniendo contrà interuenit in continenti post diuisionem: secus si ex interuallo. itē quādo erat simplex & vnica promissio de non veniendo contra: secus, si fuit geminata, vel reiterata, iuxta ea quæ plenè dicam infra in loco à vi geminationis: quod tene menti, quia est vtile & quotidianū: & quemadmodum dixi, talia esse subiecta, qualia prędicata demonstrāt seu permittunt, ita etiam econtra, talia debent esse prædicata qualia permittunt subiecta, tex. est notabilis in l. j. in fine. & ibi Odo. no. C. de seruis fugiti. & bonus tex. in l. trāsgere, & ibi etiā Odof. C. de trāsf. Itē pulcher tex. in l. j. §. j. ff. depositi, & tex. optimus in l. nā quod liquidæ, in fin. ff. de penu leg. vbi habetur, quòd si lego omnē penum præter vinum quod est Romę, censetur legata sola penus quæ est Romæ, sequentia enim declarant præcedētia, & ecōtra, l. si seruus pluriū, §. fi. ff. de leg. j. cum similibus, quod est valde vtile, vt latè declaraui supra in loco ab exceptione ad regulā, quò recurre.

Hoc tamen volo te scire & memoriæ commendare, quòd
9 clausula † præcedens est maioris efficaciæ ad determinationem sequentium, quàm clausula sequens ad determinationem præcedentium, de hoc est tex. cum glo. fi. in l. quisquis, & ibi Bar. notat. ff. de leg. iij. & notat idem Bart. in l. a uia, in prin. ff. de cond. & demonstrat.

¶LOCVS A CIVILIBVS ad criminalia.

1 *Argumentum à ciuilib. ad criminalia formatur dupliciter: affirmatiuè scilicet & negatiuè.*

2 *Aliquando non procedit.*

OCcurrit nunc locus à ciuilibus ad criminalia à quo sumptum argumētū nedum est probabile: sed forte, frequēs, & vtile, & formatur du-
1 pliciter ad duplicem effectū. Vno † modo negatiuè sic, Inter quos non cadit iudicium ciuile, nec etiam cadit criminale. tex. est no. in §. ij qui. Inst. de obl. q̄ ex del. nasc. vbi sic arguit Iustinianus, & ibi hoc notat Ang. & facit tex. cū ibi not. in l. lis nulla. ff. de iudiciis. Secūdò formatur affirmatiuè sic. In criminalibus proceditur secūdū morē priuatorū iudiciorū, tex. est not. in l. absentē. ff. de pœnis, & isto argumēto vtitur Alb. de Rosate ī pulchra q. in l. damni. §. Sabini. ff. de dāno infecto. Isto argumēto etiā vtitur Ias. in rub. C. de edendo, in pulchra q. per hoc cōcludēs, quòd si in accusatione dicatur, Titius fecit insultū cōtra Seium vulnerādo, quod cēsetur facta accusatio nedū de insultu, sed etiā de vulnere q̄a sic est in ciuilibus. & ita etiā sing. vult Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de libel. cōcep. §. iam nunc videndum, in prin. vbi concludit, quòd nedum in ciuilibus, verùm etiam in criminalibus procedit libellus per gerundium, quod resoluitur in verbum, secundum eum, vt ibi latè per eum, quem refert & sequitur Iason in dicta rubrica, & doct. sæpe alibi. Hinc etiam est, quòd sicut in ciuilibus, libellus est latè interpretandus in fauorem

libellan

libellantis l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. ita etiã in criminalibus. Ita notabiliter dicit Bart. in l. libellorum. versi. cum ergo verba ff de accusa. quem refert & sequitur Ias. in dicta rub. Hinc etiam est, quòd sicut in ciuilibus illud, super quo fundatur intẽtio actoris debet probari sub illis qualitatibus, sub quibus proponitur in iudicio, alioquin debet succumbere, vt est text. notabilis in l. habebat, in princ. & ibi doct. not. ff. de instito. Ita etiam in criminalibus. tex. est not. in l. denunciasse. §. quid tamen, & ibi habetur pulchrè per Bar. & doct. ff. ad leg. Iul. de adul. Aliud enim est factum simplex, & aliud factum qualificatum, vt ibi, & declaraui supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur ad esse, vbi vide. Hinc etiam est, quòd sicut in ciuilibus postquàm reus est citatus & libellus oblatus, actor non potest desistere à lite, sed cogitur eam persequi vsque in finem, vt est text. in Authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex, & in corpore vndè sumitur. Ita etiam in criminalibus non licet accusatori desistere, postquam reus citatus est & libellus oblatus, lic et lis adhuc non sit contestata: arguendo à ciuilibus ad criminalia, quod est. validum, d. l. absentem. & ita notabiliter decidit Bartol. in l. quæsitum ad fin. ff. ad Turpilia. & sequitur Panormitan. in capit. licet, de accusatio. Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio à ciuilibus ad criminalia, sed prædicta pro iuuenibus sufficiũt. Illud autẽ nolo te ignorare, ꝙ ista †argumẽtatio à ciuilibus ad criminalia non procedit, quã-
3 do subest diuersa ratio. vel quãdo contrariũ reperitur expressè decisum à iure. Hinc est, ꝙ licet in ciuilibus dentur induciæ reo ad deliberandum, an velit cedere vel contendere, l. j. ff. de edendo, & auth. offeratur. C. de lit. conte. cũ sim. tamen in criminalibus non dantur induciæ deliberatoriæ, quia reus habet esse certus, vtrùm velit confiteri crimen, vel negare, cum sciat se esse reum, vel non. Ita sing. dicit glo. iij. quæstio. ij. in summa,* quàm magni facit Ludo. Roma. singulari ccccccxcviij. incip. quæro, nunquid induciæ. Hinc etiam est, quòd licet homine occiso in rixa, quem constat habuisse plura vulnera & plures eum vulneras-

ADD. * Summa. Et vide glo. ibi recensentem induciarum genera, & tempora.

neraſſe, deceſſiſſe tamen ex vno vulnere lethali, ſed quis illud vulnus lethale intulerit, ignoratur, omnes teneantur ciuiliter ad reparationem, ſeu emendam pecuniariam l. itē Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad leg. Aqui. tamē ſi contra omnes agatur criminaliter, nullus poterit capitaliter puniri, ſed omnes debent abſolui: quia cum agitur criminaliter, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cun cti, C. de probatio. & ſic alia eſt ratio, cum agitur ciuiliter, & alia cum agitur criminaliter: de quo vide pleniſſimè per Gandinum in titu. de homicidio, in ver. pone quęſtionem, quam ego multotiens vidi de facto, & per Salic. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iuliam de vi publica vel priuata: & ſubtiliter per Petrum de Anch. in conſil. ccxvj. incipien. in Chriſti, &c. nos Bartholomæus de Salicето, &c. & per Alex. de Imo. in conſilio xv. j. volum. incip. redemptoris, &c. viſo proceſſu inquiſitionis, &c. & per eundem in conſilio ij. volu. vij. & per Petrum Iaco. in practica in titu. de actione legis Aquil. & per Hippo. de Marſil. in l. j. in xvj. limitatione. ff. ad leg. Corne. de ſica. & per Felinum in c. ſignificaſti ij. de homici. & per Alberic. de Roſa. in d. §. ſed ſi plures, & per eundem in l. ſi in rixa, in ver. vltimo ſic. ff. ad leg. Cornel. de ſica. vbi pleniſſimè de hoc reperies. & inter alia comperies concordatas gloſſas in d. l. ſi in rixa, & in d. §. ſed ſi plures, quæ videntur contrariæ. quòd ſi videre velis plures alios caſus, in quibus hęc argumentatio à ciuilibus ad criminalia nō procedit, recurre ad Bar. in d. l. abſentem, & ad Alex. ibidem in apoſtillis ad Bar. in addit. incip. Item adde. ad quos, quia ab omnibus habentur, remiſiſſe ſufficiat.

¶LOCVS A TRACTATV SIVE perplexis, ſiue implicitis.

1 *Argumenti à perplexis, vis.*
2 *Perplexum quid apud dialecticos.*
3 *Perplexitas multiplex.*

1 Effert se nunc locus à tractatu, siue perplexis siue implicitis, per † quem locum quicquid respondetur semper concluditur, responden item dicere falsum: tex. habes & exemplum in l. qui quadringenta, in prin. ff. ad l. Falci. & est bonus tex. in l. æquissimum. §. j ff. ad Tertullia. & in c. cum contingat, & in c. capitulum sanctæ Crucis, de rescrip Habes etiam bonum textum, & quatuor exempla in cap. duo mala, & in c. nerui testiculorum, xiij. dist. Habes etiam text. & exemplum in c. significauit, de censibus: & ibi additur aliud exemplum per Host. Io. and. Pet. de anch. & Card. de eo qui iurauit soluere creditori, & postea ei interdicitur per superiorem, ne soluat, cui debeat obedire. Habes ét pulchrũ exemplum per Io. And. in regula, in malis, de reg. iur. libro vj. in Mercu. de filiofamiliàs scholari, qui iurauit creditori non exire vniuersitatem ante solutionem, qui posteà reuocatur à patre, vel ab episcopo ad residentiam, cui potiùs debeat obedire. Habes etiam pulchrum exemplũ per Io. an. in regula, contractus, de reg. iur. li. vj. in Mercuriali. de eo qui est aduocatus duorũ monasteriorum, quę posteà litigant inter se, cui patrocinari debeat. Habes etiã bonum exemplum per Ludo. Roma. consilio xlvij. inci. visis necessarijs, de comite habente confœderationem cum duobus regibus bellum inter se mouentibus, cui ab vtroq; requisitus adhærere debeat. Item de vasallo duorum dominorum bellum inter se, vel contra tertium gerentium, habes per Bald. in l. j, in xxiij. q. ff. de rerum diui. & de pluribus alijs quæstionibus implicitis, seu perplexis videre poteris per Io. an. in regu. frustra, de reg. iur. lib. lib. vj. in Mercurialib. ac magistraliter per Pet. de Anch. in repet. regulæ accessorium, in vj. vij. & viij. q. de reg. iur. libr. vj. & egregiè per eundem in consi. cclxxxj. incip. in Christi, &c. in auxilium veritatis, &c & in consilio cccxxxiiij. incip. si ab agnato, & per eundem in repe. c. canonum statuta, de constit. in xiiij. q. principali, in versicu. vltimo, circa istam interpretationem correctiuam. & pulchrè per Bald. in repetitione, l. cum mulier. ff. soluto matrimo. subtiliter per Inno. Panor. & canonistas, in cap. præterea requisisti, de appellat. & per Bal. in l. Deo nobis, C. de episcop. & cleri. & per Paulum de Cast. in l. si quis id quod, in principio. ff. de iurisdict. omniũ iudic.

indic. & per glo.& Archidia.in cap.vasis iræ,in §.quamuis xxiij.q.iiij.per glo.& Archidia.in c.cum renũciatur.xxxij. q.j.per Bal.& Ange.in l.arboribus.& ibi glo.in verbo,amitti vsumfructum, §.de illo ff.de vsufruc.per gl.Albe. de Rosate,& doct.in l.sed & partus,ff.quod metus cau.per Bar.& doctor.in l.si post mortem,in princip.ff.de lega. j. per Angel.Alberi. de Rosate,& doctores.in l.Arethusa. ff. de statu hominum,per glossam,Baldum Ange.& doct.Institu.de his qui sunt sui vel alieni iuris.§.j.per glo.& Odofr.in l.nõ solùm.ff.de in integrum restitu.& de impossibilitate,ratione perplexitatis vide plenissimè per Bartolum,in l. j. versi. veniamus ad impossibilitatem,ff.de conditio.instit.& per Paul.de Castr.in l.si Titius,illo eo.tit.quò recurre.Pro præmissorũ tamen pleniori notitia volo te quędam scire,Pri

2 mò † ꝙ quæstio perplexa apud dialecticos vocatur tractatus,vt dicit tex.in dict.l.qui quadringenta :apud legistas verò vocatur implicita,vt dicit glo. in l. ita stipulatus, super verbo spondes.ff.de verbo.oblig. quam ad hoc notat Alex.in dicta l.qui quadringenta.Secundò volo te scire, ꝙ in perplexis.seu implicitis regulæ legistarum sicut dialecticorum fallunt:tex.est notabilis,in l.si Titius,& ibi Baldus Ang. & Ioan.de Imo.notant.ff.de verborum obliga.& vult Azo in summa,C.de contrahen.& commit.stipula. & gl.in d.l.ita stipulatus,super verbo,spondes, quæ præmissa

3 declarat per exempla. Tertiò volo scire, quòd † multiplex est perplexitas : quædam enim est indissolubilis,& illa vitiat actum:text.est in dicta l.si Titius , & ibi habetur pulchrè per Pau.de Castr.ff.de conditio.institu. Alia est perplexitas,quæ facto debitoris dissolui potest,& illa non vitiat actum, & sic loquitur dicta l.si Titius. ff. de verborum obliga.quæ pulchrè declaratur per Barto. in dicta l. ita stipulatus,& per Franciscum de Aretio ibidem. Quædam autem est perplexitas præter disponentis propositum contingens , illa etiam non vitiat actum : & sic loquitur dicta lex , qui quadringenta , cum similibus. Quartò volo te scire , quòd non potest quis taliter esse perplexus , quòd necessariò debeat incurrere peccatum mortale , vel etiam veniale , sed huiusmodi perplexitas surgit ex fatua, & erronea opinione illius, qui se

perplexum putat:& sic perplexitas in delictis non est dabilis, nisi quoad fatuam & stultam opinionem hominum, vt magistraliter declarat gl. xiij. dist. in summa. quã ibi sequũtur Archi. Do. Præpo. & alij. Etidem generaliter dicendum puto, quia amplectendo alterum extremorum, vel saltem per distinctionem, & subdiuisionem ea quæ cõtraria vidẽtur, ad concordiam, & bonam consonantiã reducendo, euadimus omne periculum: vt videri potest per scribẽtes in d. c. significauit, in d. ca. duo mala, & in d c. nerui testiculorũ, & in d. c. cum contingat, & per Io. An. in d. regula, in malis, & in d. regula, contractus, & in alijs locis suprà commemoratis. Illud autem certum est, quòd perplexitates sunt vitãdæ, c. interposita, in fi. de appel. & c. literas, ante fin. de resti. spo. & c. inquisitioni, de senten. excom.

LOCVS DE TANQVAM seu respectiuis.

1 *Argumentum de tanquam seu respectiuis frequentissimum.*
2 *Formatur à qualitate nominis, personæ.*
3 *Rei, causa, officij, vel dignitatis.*
Loci vel temporis. 4.
5 *Inspiciendum quo nomine aliquid fiat, quo respectu, & cuius contemplatione.*
6 *Dona facta legatis an acquirantur ipsis, an verò mittenti.*
7 *Consul vel præses potest filios apud semetipsum emancipare.*
8 *Rex potest cum filijs suis spurijs dispensare, vt succedant.*
9 *Appellandum ad episcopum à collatione beneficij facta per episcopum vt canonicum.*
10 *Iniuria illata clerico vel magistratui punitur vt publicum crimen. limitatur. nu. 11.*
12 *Tutor, procurator, aut alius legitimus administrator non tenentur deposito officio, si se obligauerunt nomine officij, secus si nomine proprio.*

13 *Stipu*

1 Subsequitur nunc locus de tanquam, * seu respectiuis; à quo sumptum † argumentum est vtile, & frequentissimum, in omnibus, quæ fieri possunt diuersis respectibus, secundum Bald.

ADD. * Tanquam. De isto argumento vide Bart. in l. si verò. §. item quicquid. ff. soluto matr.

Bald.in l.si pater.§.qui duos.ff.de adoptio.& probatur in l. post mortē.ff.quando ex facto tuto.& in l. si itastipulatus §.Chrysogonus.ff.de verb.oblig.& in l.procurator qui pro euictione.ff.de procuratorib. & in c. per venerabilem,qui filij sint legi.& in l. hinc quæritur. §. potest ff. de peculio, cum similibus,de quibus infra.Et formatur à qualitatibus,
2 vt à qualitate †nominis d.l.si pater.§.qui duos, & ibi glos. ponit concordantias l.socium qui in eo,in principio.ff. p socio,cap.conquestus,cum ibi notatis per glo & doct. de vsuris,l.emancipatum.§.fin.ff.de senatoribus, & l.cum ali-
3 quis,C.de iure deliberan.cum similibus. Item† à qualitate personæ,l.si ignorans.ff.lo cati,iuncta l.milites,& l.fi.C. eo.tit.& c.si verò ij.& in c.in audientia,de sent. excom.ca. postulasti,de conceſſ.præben.c.à collatione,de appella.lib. vi.cap.ex transmissa,in fine de renūcia. & c. esto subiectus
4 xcv.dist.cum vtrobique nota.per glo.& doct.Item à†qualitate rei,causæ,officij,vel dignitatis,l.fi.ff. de institoria,l. cum quædā,C.de administra.tuto.§.si tutor.Inst. de inoffi. testa.l.tutorem.ff.de his quibus vt indig. c. cùm inter vniuersas,circa finem,& c.quod sicut.§.super eo,in fine,de electione,& c.cùm olim,de re iudica.cum vtrobique not.per glo.& doct.Item à qualitate loci,vel temporis,l.aut facta. ff.de pœnis,l.prætor edixit.§.fi. ff. de iniuriis , & §. atrox, Instit.eo.tit.cum similibus.& isto argumento vtitur Paulus Apostol.ij. ad Corint.iij.& v.ca.& primę ad Corint.v. & vij.& ad Coloſſ.iij.& ad Ephesios vj. Item eo vtitur Vlpianus,& post hunc glo. in d. l. emancipatum.§.fin.& in l. adoptiuum.§.fin.ff.de in ius vocan.& glo.in verb. fuiſſe,in l.diui fratres.ff.de iure patro.& in l.ij.in verbo petita,in fi. C.de bonorū poſſ.contra tabu.& in rubrica Authēticorū, & Bald.in consilio cccviij,vol.j.& idem Bald.in l.vnica. §. vbi autem,C.de cadu.tollend.& idem Bal.in Aut.ex testamento,C.de secundis nuptiis,in noua lectura , & Ioā.An. in regula,qui tacet, & in regula, cū quid vna,& in regula, quæ à iure,& in regula,ratum,de reg.iur.lib.vj.in Mercurialibus.& tam legum quàm canonū conditores,ac vtriusque iuris doctores in diuersis locis,vt infrà latiùs patebit. Eius etiā meminit Io.And.in regula, in toto,de reg.iuris, li. vj. in Mercurialibus & doct.sæpe alibi. Hinc quotidie
5 *dicimus* in practic. † inspiciendum esse quo nomine

ali

aliquid fiat,quo respectu,& qua,seu cuius contemplatiõe iuribus præallc.& l.si quis domum § penul in fine.ff.locati,l.debitor.§.fin.ff.ad Trebell.l.fideicommissa §.interdũ. ff.de leg.iij.l.fi.in fi.C.de vsufructu,l.profectitia, in principi.ff.de iure dotium,l.si verò.§.itẽ quicquid. ff.solu.matrimo.l.sed si plures §.in arrogato,& ibi glo.ponit concordantias.ff.de vulga.& pupilla.l.fina.C.si aduer.rem iudica. & c.requisisti,de rest.cum vtrobique notatis,qui sunt tex. ad hoc notabiles & singulares. Hic autẽ arguendi modus facit ad multa.&,gratia exempli pro instructione iuuenũ, hæc argumentatio primò facit ad quæstionem de donis

6 †quę fiunt legatis,seu (vt vocant) ambasiatoribus,vtrũ acquirantur ipsis legatis, an verò mittenti. & cõmuniter in hoc articulo tenetur,quòd acquirũtur legatis,& nõ mittẽti:quia non vt tales ea receperunt,ex quo mandatũ eorum ad hoc nõ extendebatur,vt volunt Bar.Paul.de Ca.& doct. in d.§ item quicquid. Verius tamen videtur,ꝙ in hoc cõsiderari debeat qualitas rei donatæ,& cuius cõtemplatiõe fiat huiusmodi dona.de quo articulò pulchro,& quotidiano vide per glo.& doct.in d.§.in arrogato,in verbo beneficio.per illum tex.& per glo.& doct.in d. §. item quicquid, & per glo.& doct.in l.qui proprio § procurator vt in cæteris.ff.de procurato.& per Barto.& docto.in d.l.socium qui in eo,& per Cy.in l.manifestissimi,circa finem,C.de furtis, & per Ange.& docto.in d.l.cùm aliquis,& per Bald.in cõs. lvij.primi voluminis, & per Panor. Ioan. de Imola & canonistas in dict.cap.postulasti,& per Dominicum,Philippum Francum,& docto.in dict. cap. à collatione, quò re-

7 curre.Secundò facit ad hoc,†quòd consul vel præses prouinciæ habens filios,potest illos apud semetipsum, & sua auctoritate emancipare,vel in adoptionem alij dare. quia non tanquam pater,sed tanquam consul, vel præses hoc facere videtur, & si consul, vel præses est filiusfamiliàs, põt apud semetipsum emancipari vel in adoptionem dari, interponendo huic actui auctoritatem tanquam consul vel ꝑses,& vice duorũ fũgẽdo,vt est tex.cũ gl.ĩ l.si cõsul, & in l.seq.ff.de adopt.cũ similibus,sic etiã filius vt filius nõ tenetur pro debito patris,sed filius vt hæres bñ tenet pro debito patris,tex.est iũcta gl.in l.ne contra,in verb.prẽm ve-

8 strũ.C.ne fili' ꝓ patre,†ergo agẽs contra filiũ ex persona

patris debet in libello facere mentionẽ ꝙ est hæres patris, aliàs libellus est ineptus, secundum Bal.& doct. ibidem, & faciunt not per gl. Bart.& doct. in l. necessariis. ff. de acquirend. hæred.& in l. j. C. si minor ab hære. se absti. & notata per Panor. in c. quod nobis, qui filij sunt legi. quod nota.
8 Tertiò facit ad hoc, ꝙ rex† superiorẽ non recognoscens põt cum filiis suis spuriis dispensare, vt succedant & sint capaces successionis, quia non censetur talẽ actũ exercere tanquàm pater cũ filiis, sed tanquàm rex cũ subditis, vt est tex. sing. in d. c. per venerabilẽ, & ibi habes bonã gl. in verb. Regi gratiã, quę adducit plures cõcordãtias. Quartò facit ad hoc, ꝙ si quis in testamẽto relinquat cuilibet fratrũ p̃dicatorũ decẽ, & Priori bibliã: Prior habebit x. vt vn⁹ ex fratribus, & bibliã vt Prior, quia plures qualitates in eo cõcurrunt. de quo articulo tamẽ vide latiùs per Cy.& omnes legistas in l. cum quæstio, C. de legat.& per Bal. in d. l. si cõsul. Quintò facit ad hoc, quòd si archiepiscopus Coloniẽsis existens canonicus Traiectensis interfit capitulo Traiectensi vt canonicus, & ipse vnà cũ capitulo sit negligens in conferendo beneficiũ, cuius collatio ad eũ tanquã canonicũ & capitulum cõmuniter spectat, poterit idem archiepiscopus Coloniensis tanquã archiepiscopus post lapsum termini iuris, tale beneficiũ conferre iure deuoluto:* quia non interfuit capitulo nec fuit negligens vt archiepiscopus, sed vt canonicus, & nõ confert iure deuoluto vt canonicus, sed vt archiepiscopus, quod licet, vt est tex. not. in d. c. postulasti, & vide gl. not. decidentẽ pulchrã quæstionẽ in simili casu, in c. si episcopus, de supplen. negli. pręl. li. vj. Sexto facit ad hoc,† quòd si a collatione beneficij per episco-
9 pũ vt canonicũ & capitulum in mei præiudicium facta volo appellare, debeo appellare ad episcopum, & non ad archiepiscopum, quia ex quo episcopus non interfuit collationi sic factæ vt, & tanquã episcopus, sed vt & tanquã canonicus, nõ appellatur ab eodẽ ad eundẽ, sed ab inferiore ad superiorẽ, tex. est not. in l. j. §. solent, in fine. ff. quando ap

ADD. * Deuoluto. Ius conferendi beneficia ex quib⁹ causis & ad quem deuoluatur, docet tex. in ca. quanquam. de electione. lib. vj. deuolutionem autem factam constare debet. Boërius decis. 70.

appel.ſit,& ibi Ang.& tex.in d.c.à collatione,vbi habes gl. ſing.in verb.prælatus.dicentem,ꝙ ſi epiſcopus habens vocem in capitulo tanquã canonicus, non debet habere primum locũ in capitulo , quia non eſt ibi vt epũs,ſed vt canonicus.prælatus autẽ, vel ſenior capituli debet habere primum locum. Hinc etiam videmus in hac præclara vniuerſitate Louanienſi de conſuetudine obſeruari, quòd epiſcopi non præcedunt Rectorẽ Vniuerſitatis, quod ſine dubio eſt verum,quando epiſcopi ſunt ibi vt ſcholares, per dictam gl.quã ad hoc reputat ſingularem Panor.in c.auditis.de electio. ſed quando epiſcopus diœceſis eſſet ibi vt epiſcopus,& non tanquã ſcholaris,nõ haberet locũ d. glo. nec eius ratio.Negari tamen non poteſt,quin Rector Vniuerſitatis ſit caput Vniuerſitatis,& non epiſcopus loci vel diœceſis,à cuius iuriſdictione Rector & omnes de vniuerſitate per ſpeciale priuilegiũ ſunt penitus exẽpti,& ſic alia ratio videtur reformare pactũ , vt elegãter inquit tex.in l. interpoſitas.C.de tranſa. & ex cõſequẽti videtur rector vniuerſitatis præferendus in ſeſſione etiã epiſcopo loci, vel diœceſis,qui intereſt actui celebrando in Vniuerſitate,nõ vt ſcholaris,ſed vt epiſcopus.Et ita obſeruari vidi,ſi rectè memini,in quodã actu ſolenni tẽpore domini Ioannis de Horen epiſcopi dũ vixit Leodienſis,nõ tñ ſine magna difficultate.

10 Septimò facit ad hoc,quòd iniuria illata clerico vel magiſtratui,punitur vt publicum crimẽ,etiam clerico vel magiſtratu non perſequente,imò expreſsè remittente iniuriã , vbi ceſſante qualitate dignitatis ſacerdotalis vel magiſtratus,iniuria in eadẽ perſona commiſſa cenſeretur crimen priuatum,vt eſt tex.in l.ſi quis in hoc genus ſacrilegij,C.de epiſc.& cler.& in l.j.§ huius ſtudij.ff.de iuſti. & iure.& in c.contingit.j.& in c.parochianos , cũ vtrobique not.per gl.& doct.de ſenten,excom.Et hinc ſingulariter dicunt Pau.de Ca.& Alexã.de Imo.in l.quãuis. ff. de in ius vocan.qđ ſi officialis regis volens ſit percuſſus,vt quia alio dicente,ſi non eſſes officiarius regis, egregiè te percuterẽ,dixit,nõ obſtante officio,percute me,ſi audes, vel, ſũ contentus,quòd me percutias,ſi audes, iniuria nihilominus dicitur ĩferri Regi,per l.j.§.vſque adeò,cũ ibi pulchrè not.per Bar.ff.de iniuriis,& optimè facit d.c.cõtingit,cum ſua gl.in verb.iniurioſa.Hinc etiã ſing.dicit Bal.in §.iniuria,

ria,in tit.de pa.iura.fir.in vsi.feu.quòd si quis det alapã potestati alicuius terræ propter singularẽ vel priuatã inimicitiã,quã habet aduersus eũ,põt puniri capitaliter, propter atrocitatẽ facti.quod non est propter aliã causam, nisi pro
11 pter qualitatẽ personæ iniuriã passæ.Hoc tamen † credo limimitandũ verum, qñ talis iniuria inferretur potestati exercenti officiũ suum,*aliàs secùs,per no. Cy.in l.si non conuicij,in iiij.q.C.de iniur.& not.per Barto.in extrauag. quoniam,in verbo,rebellando,in prin. in ti.qui sint rebel. & vult Feli.in c.si quando,de offi.delega. de quo articulo vide Guidonẽ papę decis.cccccclvij.Octauò facit ad hoc, quòd licet filius qui impugnat testamentũ patris vt filius, debeat priuari legato,& omni cõmodo sibi in eo relicto,& è conuerso,si approbet testamentũ patris in quo est exhæredatus,perdit querelã,tamen si hoc non facit vt filius,sed vt tutor,vel curator,aut legitimus administrator alterius, secus est,quia ius suum non perdit. nã quando plura iura concurrunt in persona vnius,perinde est,ac si concurrerẽt in personis diuersorũ,tex.est in d.l.tutorẽ,in d. §. si tutor,
12 & in d.l.cũ quædam. Nonò facit ad hoc quòd licet † procurator,tutor,curator, vel alius legitimus administrator,nõ teneatur deposito officio si se obligauerit nomine officij, d.l.post mortem, in principio, & §.j.& dict.l. fin. secundum vnam lecturam.ff.de institoria,nec sententia lata cõtra procuratorem,tutorem,curatorem,vel alium legitimũ administratorẽ,possit mandari executioni contra administratorẽ finito officio, sed debeat mandari executioni cõtra eum cuius fuit administrator,vt est tex.in l.iiij.in prin. ff. de re iudicata,& in l.j.C. quando ex facto tuto.cum similibus. secus tamen est,quando nomine officij, sed suo proprio nomine administrator se obligauit, fidem suam adstringendo, text. est notabilis secundum verum intellectum in dicta lege, procurator, qui pro euictione, & in l.quarta.§.in cum,l.j. in principio. ff. de administ. rerum ad ciuita.perti.De quo articulo vide latiùs per Bar. in dicta l.post mortem,& per omnes in dicta l. procurator qui

ADD. * Suum. Adde quòd octo sunt casus quibus officiali etiam exercenti suum officium impune resisti põt: quos ponunt doct.in l.prohibitum de iur.fis.lib.x.C.

qui pro euictione,& præcipue per Alb. de Rosf. ibidem, qui meo iudicio cæteris perfectius,& melius loquitur:& vide quod dixi suprà in loco à nomine dignitatis, officij, vel appellatiuo. Decimò facit ad hoc, quòd licet suscipiens defensionem alterius vt defensor, teneatur cauere de iudicato soluendo, etiam si sit coniuncta persona vt pater vel filius, l. filiusfamiliàs. ff. qui satisda. cogan. secus tamen est, si suscipiat defensionem caussæ pro suo particulari interesse, l. j. C. de bo. mat. ita not. vult Bal. in d. l. filiusfamiliàs, dicens quòd quando pater venit ad defensionem causæ motæ contra filium, debet esse cautus, vt eo nomine veniat, quo sibi vtilius est venire. Vndecimò facit ad hoc, quod
13 licet† quis tanquam priuata persona non possit alteri stipulari, tamen tanquam persona publica, (vt quia est notarius, vel iudex) potest alteri stipulari etiam in extraiudicialibus, vt est gl. sing. in §. si quis alij, in verb. nihil agit. Instit. de inuti. stipula.& ideo notarij in eorum instrumentis semper dicunt, Promisit mihi tanquam publicæ personæ recipienti,& stipulanti &c. Imò (quod plus est, licet dicta verba tanquam publicæ personæ &c. non apponantur per notarium in instrumento, tamen subintelliguntur, quia in eo quod facit officialis publicus, semper intelligitur facere nomine officij, d. l. post mortem, in fi.& ita sing. dicit Bal. in l. nec ei, §. satisdat. vers. sed hic quæro. ff. de adopti.& ante eum Bar. in l. ij. in fi. ff. rem pupilli sal. fore. De hoc tamen articulo quotidiano: an notarius vel iudex in extraiudicialibus possit alteri stipulari, vide latiùs per Inno.& canonistas in c. dudum, de cõuer. coniu.& per Ioan. Fabri in d. §. si quis alij,& per Bar.& omnes in d. l. ij. proximè allegata,& per Alex. de Imo. in l. stipulatio ista, §. si stipuler. ĩ vers. in ea dẽ gl. in fi ff. de verbo. obl.& per Pau. de Cast. in cõs. cxcvj. in nouis, incip in Christi &c. visis his, quæ narrantur, in ij. dubio.& per Philip. Decium in l. contractus, ff. de regu. iur. quibus duobus vltimis locis habes mirabilem limitationem ad præmissa, videlicet dummodo interuenerit ratihabitio, aliàs secus: vt latius ibidẽ. Duodecimò facit ad hoc, quòd capitaneus, vel locum tenens alicuius regis, vel principis propter imperium,& administrationem sibi concessam censetur maior omnibus,& præ omnibus venit honorandus, estque sibi ab omnibus obtẽperandum, quia repræ-

sentat

sentat personam committentis: licet aliàs cessante officio, sit minor aliis, tex. est Hester vj. & in c. si. xciij. dist. & notatur in summa eiusdem dist. per gl. nec habet hic locum regula, Par in parem non habet imperium, de qua in l. Labeo. §. tractemus, cum l. seq. ff. de arbi. quia iste iam non est par, vel minor, sed maior ratione officij, cuius ratione ipse potest imperare aliàs maiori, vt est tex. in l. ille à quo §. tempestiuum, iuncto §. si quis filiusfamiliàs, cum l. seq. in prin.
14 ff. ad Treb. vbi filius † qui est in magistratu, potest imperare & præcipere patri, qui aliàs est maior: & in illo magistratu pater debet honorare filium, & ei obedire. nō enim hoc facit tanquam filius, sed tanquam habens magistratum, vt dicit gl. j. in l. nam quod. ff. ad Trebel. & ideo Ariobarzanes, qui cessit filio suo regnum Capadociæ in conspectu Pompeij, postquam filium suum in humiliori loco sedentem conspexisset, non sustinuit infra se collocatum intueri, sed protinus sella descēdit, hortarique cæpit filium, vt eò trāsiret, vnde ipse surrexerat: quod non fecisset, nisi patris volūtati auctoritas Pompeij accessisset, filium enim, & regē appellauit, & diadema sumere iussit, & in curruli sella sedere coegit: vt refert Valerius lib. v. c. vij. in fine: & faciunt nota. per Aulum Gell. lib. ij. Noct. Att. c. ij. Nec per hoc, quòd aliàs maior defert minori habenti officium, dignitatem, vel commissionem à rege, vel principe, dicitur perdere honorem suum, imò ordo debitus id exposcit, qui confunderetur, si vnicuique sua iurisdictio, honor, & dignitas non cōseruaretur, c. peruenit, xj. q. j. & d. c. si. xciij. dist. & c. sanè, de of. deleg. cum similibus. Decimotertiò facit ad hoc quòd licet suffragium filij vt filij non possit prodesse patri ad officia, vel honores, cum eo respectu sit persona domestica: tamen suffragium filij vt decurionis, nō vt filij, prodest patri ad officia, vel honores: vt est tex. in l. item eorum, & ibi gl. notat in verb. non quasi ff. quod cuiusque vniu. no. Deci
15 moquartò facit ad hoc † quòd si habens dignitatem decanatus in ecclesia cathedrali, vel collegiata, de consuetudine vel alio iure speciali habeat vocem in capitulo, si contingat eundem habere, vel postea nācisci canonicatum in illa ecclesia, talis habebit duas voces in capitulo: vnam vt decanus, & aliam vt canonicus: cum non sit iuri contrarium vnum diuerso iure diuersis vti suffragiis. Ita sing. dicit

cit Io.And.in d.c.cum olim,post gl.& Inno.ibidem,dicens idem esse in distributionibus quotidianis, & aliis obuentionibus:& se in casu de facto occurrente ita consuluisse, quem alij posteriores communiter ibi sequuntur. & idem reperio velle Card.in conf.liiij.incip.casus talis est, decanus ecclesiæ.vbi etiam refert consilium Bal.cui se subscribit per d.l.turorem,& l.Titia.§.qui Marco.ff.de an.leg.qđ est nota dignum,quia seruit ad multa: vt videre poteris p Felin.in d.c.cum olim.& in locis per eum commemoratis. Aduerte tamen,quia talis,vel alius habens duas voces, non potest eas diuidere,vt vnum eligat vt decanus, & alium vt canonicus:vel vnum nomine proprio, & alium nomine procuratorio:nisi aliud hoc vltimo casu specialiter habeat in mandatis,rex.habes sing.iuncta gl.in verb. nihil agit.in c.si quis iusto impedimento,in §.porro,de elect. li.vj. quē valde extollit Lud. Roma.in sing.lxxviij.& Panor. & Feli.
16 in d.c.cum olim:vbi vide.Decimoquintò facit ad hoc † q dissentientes inter se propter officia,& regimina non dicū tur propriè rebellare contra rempublicam suæ ciuitatis, l. si quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti.nec etiam dicū tur propriè rebellare contra principem, vt notat expressè Barto.in d.extrauaganti,quoniam,in verbo rebellando, in vers.sed an hæc constitutio,nisi quando fieret seditio, vt ipsa ciuitas subtraheretur principi,à quo immediatè regebatur:nam tunc per respectum ad principem non per respectum ad ciuitatem, committeretur crimen rebellionis seu læsæ maiestatis. Ita sing.dicit Bal.in cons.lix.part.j. incip.in Christi nomine,licet eleganter &c.dicēs hoc modo intelligendam gl.in l.iij.in verb. prodita C. de abolitio. & ibi idem sentit Salice. Decimosextò facit ad hoc quod ali-
17 quid † diuersis respectibus est minus,& maius: quandoque enim id,quod minus videtur,est in veritate maius, eo respectu quo ius plus illi resistit ex causa:de hoc habes gl.no. in cle.ij.super verbo,defensor.in fi.de reb.eccle.non ali. de hoc etiam est glo.elegans in c.fin.super vebo,ad parem, de transl.episc.quam valde commendat Lud.Ro.in cons.ccccxxxvj.in fi.Decimoseptimò facit ad hoc,quòd † macula pa-
18 tris non nocet filio,quo minus ipse filius vti possit priuilegio,& dignitate ex persona aui:vt est tex.sing.& mir. in d.l. emācipatum.§.fi.ex quo sequitur, quòd si filius commisit culpam

culpam, propter quam debeat priuari feudo, propter hoc nepos non debet amittere feudum, sed id poterit ex persona aui retinere, vt no. gl. in d. l. em ancipatum. §. fi. in verb. patris. & gl. in d. l. adoptiuũ. § fi. Videmus enim, quòd aliqua iura habet filius vt & tanquam filius, licet non sit hæres: aliqua verò habet vt filius & vt hæres: vt declarat gl. magistralis nunquam obliuioni tradenda in d. l. diui fratres. de quo articulo pulchro, & quotidiano vide latius per Bar. in l. iiij. ff. de interd. & releg. per Dy. Phi. Fran. & doct. in reg. non debet, de reg. iur. li. vj. per Bal. in d. l. emancipatũ. §. fi. & per eũdem Bal. in c j. §. hoc quoque. de successio. feudi. & plenè p eundẽ in c. j. in ti. si vasal. feu. priu. & per Alua. in §. denique, in iiij. conclu. in ti. quę fuit pri. caus. benef. amit. in vsib. feu. & per Franciscum in libel. feu. part, v. in vers. sextus principalis: ad quos remisisse sufficiat. Decimooctauò facit ad
19 hoc, quòd licet nemo paganus vt talis, & in quantum huiusmodi, possit decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, l. ius nostrum. ff. de reg. iur. tamen, certa consideratione habita, vt puta quando potestas disponẽtis est limitata contrarium reperitur. Pono exemplum in casu quotidiano: statutum disponit, quòd spurius posset à patre institui hæres, vel quòd filiusfamilias posset condere testamentum, præsupposita validitate dictorum statutorum, de quo plenè per Bal. & doct. in l. cunctos populos, C. de sum. tri. dubitari potest probabiliter, vtrum institutio filij spurij, vel testamentũ conditum per filiũfam. porrigatur, & trahatur ad bona, quæ sunt extra territorium statuentis? & communis conclu. Bar. Bal. & doct. in dicta l. cunctos populos, est, ꝙ nõ: ex quo sequitur, quòd in vtroque casu talis testator licet sit paganus, decedet pro parte testatus & pro parte intestatus: quia bona extra territorium statuentis situata pertinebunt ad hæredes testatoris ab intestato, bona autem situata intra territorium statuentis spectabunt ad hæredem institutum. & ratio est, quia potestas disponentis est limitata, vt dixi, & sic actus gestus censetur diuerso iure respectu territoriorum, & bonorum intra, vel extra territorium statuentium situatorum. Item cape aliud exemplum. Ecce impubes post mortem patris naturalis, & legitimi, nullo condito testamento defuncti, arrogatur, & post arrogator substituendo dicto impuberi arrogato pu-
pilla

pillariter in quarta illi debita ex constitutione diui Pij iuxta §. cum autem impubes, Institut. de adopt. & l. si arrogator. ff. eodem titul. decedit, deinde moritur impubes in pupillari ætate, hoc casu, iste impubes decedit pro parte testatus, putà quoad quartam sibi debitam ex constitutione diui Pij, & prò parte intestatus, puta quoad bona sibi ab intestato relicta per patrem suum naturalem, & legitimum, in quibus sibi ab intestato succedent proximi sui hæredes: quod ideo contingit, quia potestas arrogatoris est limitata, vt non possit substituere impuberi arrogato, nisi in quarta, d. l. si arrogator, & limitata potestas limitatum producit effectum, quia virtus, & potentia causæ efficientis semper restringenda est, vt eatenùs operetur, quatenus potest in passum, & in suscipientem materiam, l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. §. quòd autem, & ibi Baldus & Angelus Institut. de legi. agna. tute. & habetur pulchrè per Barba. & Felin. in capti. cum ordinem, de rescript. contingit etiam hoc ex alio, quia iste impubes censetur diuerso iure propter diuersos patres, arrogatorem scilicet & patrem naturalem ac legitimum: censetur enim loco duorum filiorum ex natura correlationis, & ergo nil mirum, si regulæ iuris infringuntur propter diuersitatem patrum, & respectuum. Ita singulariter dicit Baldus in d. l. si arrogator, versicu. secunda conclusio est, & est ipsa veritas, licet gloss. j. in d. l. si arrogator, dicat se non audere hoc dicere propter regulam d. l. ius nostrum. Item cape aliud exemplum. Ego Zelandus origine, & Brabantinus ratione domicilij, & maioris partis bonorũ, facio testamẽtũ, ĩ quo substituo filio meo impuberi emãcipato pupillariter, q; de iure cõi, & de cõsuetudine Zelandię iuri cõi cõformi nõ licet. Insti. de pupil. subst. ĩ prĩ sed ex cõsuetudine Brabãtiæ ponam' licet, hoc casu ĩ bonis situatis in Brabãtia, seruabit cõsuetudo Brabãtię, ĩ bonis verò situatis ĩ Zelãdia seruabitur cõsuetudo Zelãdię cõformis iuri cõi. ergo filio meo impuberi emãcipato decedẽte in pupillari ætate admitteretur substitutus ex testamento meo ad bona duntaxat situata in Brabãtia, in aliis autẽ bonis admitterentur proximiores filij mei ab intestato, & sic ipse decedet ꝑ parte testatus & pro parte intestatus cõtra regulã d. l. ius nostrũ, sed diuersitas patrię meę, & ꝑ cõsequẽs filij mei ĩducit hãc diuersitatẽ

sicut

ſicut diuerſitas patrum in ex emplo præcedẽti, nec mirum quia patri patria æquiparatur, l. veluti, ff. de iuſti. & iure. & l. minimè. ff. de reli. & ſump. fune. & ita ſing. decidit Bald. in d. l. ſi arrogator, & ſequuntur ibi poſteriores. Item cape aliud exemplum. Ex conſuetudine, vel ſtatuto Louanienſi in teſtamẽtis pone, requiruntur ſeptẽ teſtes, ex ſtatuto aũt vel conſuetudine Bruxellenſi requiruntur decem teſtes, modò teſtamentum eſt conditum Louanij, & hæres in eo inſtitutus vigore dicti teſtamenti coram ſeptem teſtibus conditi petit omnia bona defuncti, & ſic etiam bona ſituata Bruxellæ, obiicitur autem ei, quòd teſtamentum non valet, quoad bona ſituata Bruxellæ, quia in eo non interuenerunt x. teſtes, vt ponitur habere ſtatutum, vel conſuetudo Bruxellenſis: hoc caſu propter diuerſitatem conſuetudinum, vel ſtatutorum, quæ reperiuntur in dictis locis, hæres inſtitutus habebit bona quæ ſunt Louanij, alia autem bona quæ ſunt Bruxellæ habebit hæres ab inteſtato: & ſic defunctus decedet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. Ita ſing. decidunt Bal. Fulgo. & doct. in d. l. ſi arrogator, & Iac. de Are. Pe. & Cy. ĩ d. l. cũctos populos, in lectura antiqua: de hoc tamen articulo quotidiano, ſubtili, & pro vtraque parte diſputabili, vide latius per Gul. de Cuneo, Barto. Cy. in additione, Sal. Iaſonem, & alios doct. in d. l. cunctos populos, vbi de hoc reperies ſatis plenè, & quòd communis opinio eſt, quòd inſtitutus Louanij habebit omnia bona defuncti etiam ſituata Bruxellæ: quia inſpicienda eſt conſuetudo, & ſolennitas loci conditi teſtamenti, quæ ſi interuenerit, teſtamentum extendit vires ſuas vbique in toto mundo, l. in hac, in prin. ibi Bald. & l. data, alias incip. lata, in fi. C. de dona. quod tene menti, quia eſt quotidianũ, & habui ſæpius de facto in practica. Decimonono facit ad

20 hoc, quòd licet † nemo paganus vt talis, & inquantum huiuſmodi, poſſet decedere cum duobus teſtamentis, imò ſemper primum rumpitur ꝑ poſterius. §. poſteriore, Inſti. quibus modis teſtam. infir. & l. j. & ij. ff. de iniuſto rupto irri. teſta. licet in milite ſit ſecùs, l. quærebatur. ff. de mil. teſta. tñ certa conſideratione habita contrariũ reperitur. Pono exemplũ in caſu quotidiano, poſt mortem patris naturalis, & legitimi, qui filio ſuo impuberi pupillariter ſubſtituit, impu

tuit,impubes arrogatur,& post arrogator substituendo dicto impuberi pupillariter in quarta sibi debita ex constitutione diui Pij decedit,deinde moritur ipse impubs in pupillari ætate,hoc casu iste impubes decedit cum duobus testamentis,quod toleratur propter diuersitatem patrum, & diuersos auctores,seu causas efficiẽtes.Vnde nihil mirum si dinumeratio causarum dinumerat effectus,& faciat vnũ & idem censeri aliter,& aliter,id est,diuerso iure. substitutio enim facta per arrogatorem,quæ est posterior non infringit substitutionem pupillarem factam per patrem naturalem & legitimum,quæ est prior:cùm vna in alteram nihil possit propter diuersitatem patrum.Ita admirando dicit gloss. singu.in dicta l.si arrgator, & post eam Bal. & posteriores ibidem.Item cape aliud exemplum. Stante statuto , ꝙ mater posset filio impuberi pupillariter substituere,quod est contra ius commune, quia volens substituere pupillariter,debet habere eum cui pupillariter vult substituere,in potestate,dicto ti.Insti.de pupil.substi.in prin. mõ si contingat tam patrem, quàm matrem substituere filio pupillariter,in bonis paternis præferetur substitutus à patre,& in bonis maternis præferetur substitutus à matre,q̃ a est redacta ad instar patris,nam quoad effectum istarũ substitutionum,iste decedit cum duobus testamẽtis: Ita dicit Bal.in d.l.si arrogator, versi. item facit ad aliam.qui etiam dicit idem esse in tutela , statuto permittente,æquè matri relinquere tutorem filio absque ope confirmationis, vt patri : vt deputatus à patre administret bona paterna & deputatus à matre bona materna. Vigesimò facit ad

21 hoc † ꝙ si consuetudo alicuius regni,puta Angliæ, disponat primogenitum * debere succedere in omnibus bonis, saluo,ꝙ ipse teneatur suos fratres decenter alimentare, & sorores dotare,quæ cõsuetudo valet,iuxta no.p Io. and.& canonistas in c.licet,de voto : & in alio regno seruetur ius cõmune,hoc casu si baro Angliæ habẽs bona in Anglia, & etiam in alio regno vbi seruatur ius cõe,decedat intestat' propter diuersitatem consuetudinum diuersimodè iudicabitur quoad successionẽ bonorũ : nam in bonis situatis in Anglia

ADD. * Primogenitum. Idem consue.Marchiæ.ti.des testamens.& ibi dixi.

ptus à sua iurisdictione ratione alterius beneficij in eadẽ diœcesi situati, tex. est no. cum sua glo. in c. cum capella. de priuile. & bonus tex. in c. ex ore, cum sua glo. illo eod. ti. & vtrobique no. Car. ꝙ diuerso respectu quis censetur diuerso iure, & glo. in d. c. cum capella. Quis autem propriè dicatur subditus, * vide glo. singularem ab omnibus approbatã in cle. vnica, in verbo, subditos, de foro compe. quæ faciet tibi honorem, si sciueris practicare. Vigesimoquartò facit ad hoc, quòd maritus, & vxor diuersis respectibus sunt domini rei dotalis, l. in rebus, cum ibi notatis, C. de iure dotium: & commemorat Sal. in l. fi. C. de vsufructu. Vigesimo-
25 quintò facit ad hoc, † ꝙ diuersis respectib. vtile est exprimere cãm in libello, vel non exprimere. Ita singu. dicit Io. An. in c. Abbate sanè, sup gl. pe. de re iud. li. vj. in nouella, & ibi hoc latè declarat Phi. Fran. Vigesimosextò facit ad hoc quod aliquid potest esset meri imperij, & simplicis iurisdictionis diuersis respectibus. Ita per quinque exempla declarat Iason in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudicũ, ad quem remisisse sufficiat. Vigesimoseptimò facit ad hoc, quòd licet episcopus non possit punire suum archiepiscopum in sua diœcesi delinquentem, quia eo respectu ipse est illius suffraganeus, subditus, & minor, c. cum inferior, de maio. & obe. cum simi. tamen si suffraganeus alicuius archiepiscopi, dimisso suo episcopatu, obtineret alium episcopatum extra prouinciam sui primi archiepiscopi, & ille primus archiepisco. delinqueret in illa sua diœcesi, posset eum punire, quia illo respectu nõ est eius suffraganeus, vel subditus, & sic diuersis respectibus potest quis esse minor, & nõ minor. Ita singu. determinat Pan. in d. c. cũ inferior, & idem vult Io. Cald. in repe. c. de illis, in vij. q. de raptorib. Vigesimooctauò facit ad hoc, ꝙ licet delegatus papæ vel principis, in quantũ delegat⁹ sit maior quolibet ordinario, l. j. §. qui mandatã. ff. de offi. eius cui mand. est iuris. in d. c. sa-
26 nè, & ibi Pan. no. tñ si delegatus † excedat suã cõmissionẽ, & sic delinquat, poterit p ordinariũ puniri: quia eo respectu quo excedit suã cõmissionem, non est delegatus, & per cõsequens nec maior, imò minor, & (qđ forti⁹ est) posset es

hoc

AD. * Subditus. Vide Ang. de Clauasio in summa in verb. subditus.

hoc casu resisti de facto, etiam à priuato, l. prohibitum, & ibi Bar. & Io. de platea no. C. de iure fisci, lib. x. & l. deuotũ, C. de metatis, lib. xij. & faciunt no. per Inn. Pan. & canonistas, in c. si quando, de offi. deleg. facit etiã ad præmissa decisio glo. singu. in c. j. xxiiij. q. j. quæ mirabiliter dicit, quod papa hæreticus (inquantum hæreticus) minor est quolibet Christiano: faciunt etiã notata per Cy. & alios in Auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oport. & not. per Pet. de Ancha. in rep. c. postulasti, in vj. oppos. de foro compe. & notata per Lau. Pe de Ancha. Cardi. & Io. de Imo. in cle. j. de offi. ordina. Vigesimonono facit ad hoc, quòd licet in feudis directũ dominum remaneat penes concedentẽ, habito respectu ad vniuersitatẽ rei in feudum datæ, rerũ tamen particularium directũ dominiũ transit in feudatariũ: ita singulariter dicit Bal. in l. j c. vnd. leg. quem refert, & sequitur Franciscinus in dicto libel. feud. par. j. q. vj. & par. ij. q. ij. in materia feudorum secularium. Trigesimò facit ad hoc, quod respectu diuersorum exceptio est de regula, & non est de regula: Ita pulchrè declarat Alberi. de Rosate in l. j. ff. de re. iur. concordando opinionẽ Placẽtini cum opinione Ioannis, de quibus ibi in glos. & tetigi obiter suprà in loco ab
17 exceptione ad regulam. Trigesimoprimò facit ad hoc, † quod interdum quis potest cõfirmare sentẽtiam tanquã sic latã, non tanquam bene latam: vt videri potest in l iij. §. falsus, & ibi Bart. no. ff. rem rat. hab. Sic ẽt vna, & eadẽ res potest diuersimodè nuncupari propter diuersos & varios effectus, glo. in c. ij. in verbo, eadẽ, circa fi. & ibi Panor. no. versicu. ex his nota, quod vni de ordi. cogni. sententia enim quæ fertur super conuentione, & reconuentione aliquo respectu dicitur vna, & alio respectu sunt in veritate plures. Sic & in stipulatione plurium rerum, & similibus casibus: vt ibi videre poteris, & in l. scire debemus. ff. de verbo. oblig. Trigesimòsecundò facit ad hoc, quòd executor deputatus in testamẽto ad distribuendum bona in pauperes, potest eligere filium propriũ verè pauperem, hoc adiecto quod ipsi patri non quæratur vsusfructus. Nam cum sustineat duplicem personam scilicet patris, & executoris: possunt enim, vt dixi, in eadem persona concurrere diuersæ qualitates: Ergo semper inspiciendum est cuius qualitatis respectu actus fit, vel geritur, quia ex hoc diuersus resultat effectus

ctus iuris. Ita singulariter dicit Bal. in l. tutor petitus. §. quę
28 tutoribus. ff. de execu. tuto. & facit ratio, quia sæpe † potest quis aliquid facere vt alius, quod non potest vt ipse, d. l. item eorum, & d. l. si pater. §. qui duos, cum similibus. Vnde videmus, quod licet auus, vt auus, non possit fieri pater adoptione, multò minus posset habere nepotem ex duobus filijs natum, cum hoc sit naturaliter impossibile: tamen emancipando nepotem ex vno filio natum, potest eum quasi ex altero filio sterili natum adoptare, sicut posset quilibet extraneus: post emancipationem enim non facit hoc vt auus, sed vt quilibet extraneus. d. §. qui duos, quod est multum vtile, quia hoc casu filius sterilis de cuius consensu facta est adoptio, quod est necessarium, vt sibi suus hæres agnascatur, Insti. de adop. §. licet, & ff. eo. ti. l. cũ nepos, non poterit huiusmodi nepotem de suo consensu adoptatum per auum vel quemlibet, quasi ex se sterili filio natũ, ptinare sua successione, cum iam habeatur loco filij, secundum Bal. in d. §. qui duos, in fin. vbi de hoc vide latiùs per
29 eum. Trigesimotertiò facit ad hoc, ꝙ licet † hæres vt hæres non possit venire contra factum defuncti, l. cum à matre, C. de rei vend. & l. ex qua persona. ff. de regu. iur. cum similibus, tamen hæres venditoris potest retrahere rem alienatam per defunctum, stante statuto, vel consuetudine admittente retractum, de qua in ca. constitutus, de in integ. resti. & in l. dudum, C. de contrahen. emp. cum sim. quia nõ facit hoc vt hæres, sed vt tanquam proximior de genere: quare ex eo capite, & respectu est admittẽdus, argu. d. l. debitor. §. fi. per quem tex. Henricus Boich. in d. ca. constitutus, dicit se Aurelianis audiuisse istam quæstionem determinari per bonæ memoriæ dominum Alahelori quõdam episcopum Trecorensem nepotem beati Iuonis, quam determinationem ibidem approbat, & respondet ad iura quæ allegari possent in contrarium, vt videre poteris per eum: de quo articulo etiam vide per Paul. Castr. & docto. in l. defuncto, C. si in fraudem patro. & in locis illic commemoratis. Trigesimoquartò facit ad hoc, quòd vasallus plurium dominorum respectu diuersorum comitatuum, & dominorum (vt exempli gratia, fuit olim Comes Flandriæ, qui respectu comitatus Flandriæ, & Arthesij erat vasallus regis Frãciæ, & idem vt Dux Brabantiæ, Limburgi,

Lùxẽburgi, Gheldriæ,& vt Marchio sacri Imperij, ac comes Hannoniæ,Hollandiæ,& Zelandiæ,Namurci, Alosti, &c.ac ratione aliarum terrarum & dominiorum suorũ vel non recognouit superiorẽ,vel fuit vasallus Imperij) non potuit argui de felonia vel infidelitate ad effectum perditionis feudi dicti comitatus Flandriæ & Arthesij, ratione confœderationis tũ factæ cum Anglis vicinis suis & antiquis hostibus regis Franciæ, quia non vt Comes Flandriæ Arthesij, ac vasallus regis Frãciæ id fecisse videri debuit, sed tanquã alius, puta vt & tanquã dux Brabãtiæ, Lĩburgi, Luxẽburgi & Gheldriȩ, ac ratiõe aliarũ terrarũ, comitatuũ ac dominiorũ, de quib' suprà, respectu quorũ nihil cõmune habet cũ rege Franciæ, vnde cũ in eo cõcurrebant plura iura, perinde censeri debuit, ac si concurrissent in personis diuersorum, d.l.tutorem, cũ similibus. certũ aũt est, ꝙ si alius possedisset dictos ducatus, comitatus & dominia regno Franciæ non subiecta, potuisset licitè huiusmodi cõfœderationẽ inire cũ rege Angliæ, ergo & comes Flãdriȩ, in quo eorundẽ ducatuũ, comitatuũ, & dominiorum iura concurrebant, licitè hoc facere potuit. Nec huic decisioni obstant no.per gl.in verb.amicitias.Bal.Sali.& doct.in l.liberi,C.de inoffi.testa.& nota.per gl.Bald.& doct.in l.j.§.cũ patronus.ff.de offi.præf.vrbi. quæ videntur posse allegari pro rege Franciæ, quia illa loquuntur in vasallo habente vnã solam qualitatem, nos autem loquimur in vasallo habente plures qualitates,& suadet ratio naturalis, quia feudum huiusmodi censeretur quodãmodo inutile,& plus incommodi quàm cõmodi haberet, si illius occasione comes Flandriæ ita esset subiectus regi Franciæ, ꝙ pro conseruatione aliorum ducatuum comitatuũ, & dominiorũ suorum longè maioris importantiæ,& quorum aliqua regnis æquiparantur, vt commemorat Card. in clem. vnica de baptismo, confœderationem, seu ligam facere non posset cum vicinis suis, quod non censetur cogitatum in concessione feudi,& sic non ponderandum, arg. cap. veniens, cum ibi not. de iureiur. & l.si libertus ita iurauerit. ff. de
30 ope.liber. Pro quo etiam facit, quòd† confœderatio, seu liga secunda semper intelligitur facta sine præiudicio iuris primi cum quo facta est confœderatio seu liga, iuxta not.per Hostien.Ioan.And. & canonistas in cap. recolen-

tes,de ſtatu monacho.pro iſto etiam facit,quod copulare amicitiam nõ eſt de genere malorum, imò eſt virtuoſum, l.latæ culpæ.§.amicos.ff.de verb.ſign.& conforme euangelio Matthæi v.& Ioãnis xiiij.& xv.cum ſimilibus Hinc eleganter dicit Bald.in §. porro , in tit.quæ fuit prima cau. benefi.amit.in vſib.feudorum , quòd vaſallus non tenetur pro domino ſuo gratis inimicitias procurare,vel alienus fieri à conuerſatione amicorum,imò (quod plus eſt) licitum eſt vaſallo,etiam vnam ſolam qualitatem habenti,copulare amicitiam cum inimicis domini ſui, quando hoc non facit in damnum,& iniuriam domini ſui,ſed cauſa ſibi conſulendi , vel quando iuſtus timor eũ ad hoc impellit,arg l.j.§.denique.ff.de aqua pluuia arcen.& l.at qui natura.§.cũ me abſente.ff.de nego. geſt. & l.nouiſſimè.ff.q̃d falſo tutore,& l.ſi quis fumo.§.j.ff.ad l.Aqui.& ita ſingulariter determinant Martinus Laudenſis,& Aluaro.in cap.j. in titu. quibus modis feud. amitt. & Bald. in titu. quibus mod. feud. amit. in princi. in verſi. modò hic eſt quædam gloſſ.& Iacobinus in libello feudorum , ſuper illis verbis, dictíque vaſalli promiſerunt non committere feloniam. & iſtud firmat , & valde exclamat Barbatias in cap.cæterùm.de iudiciis, & Franciſcinus in dict.libello feudorum parte iiij. in verſic.decimaquinta cauſa priuationis . pro iſto etiam faciunt nota.per Bald.in l.j.in xxiij.quæſt.ff.de rerum diuiſione,vbi pulchrè loquitur de vaſallo plurium dominorum habentium bellum inter ſe , vel contra. tertium,quomodo ſe gerere debeat.de iſto etiam pulchrè habetur per Specu.in tit.de feudis.§.quoniam, in verſi.duodecimò quæritur.& eleganter ac plenè per Ludo.Ro.cõſilio xlvij.incip.viſis neceſſariis.vbi copioſè tangit de comite habente cõfœderationem cum duobus regibus bellum inter ſe mouentibus,cui potius ab vtroque requiſitus adhærere debeat,& aliquid per Præpo.in c.j.§.omnes filij. ſi de feu.de funct. in vſib.feud.& c.ij.de prohibita feu.alie. per Lotha.& pulchrè per Bal.in l.vnica.§.ne autem, in fin. C.de caducis tollen.& per ſcrib.in cap.imperialẽ.§.præterea ducatus,& §.illud quoque in tit.de prohi.feud.aliẽ.per Fede. & per Iacobinum in dicto libello feudorum ſuper illis verbis, & promiſerunt eidem domino ſuo præſtare debita ſeruitia, in viij. & x.quæſt.& per Bal.in l.in operis,

vbi in hac materia est tex.notabilis.ff.loca.& habetur satis plenè per And.de Isernia in d.§.porrò,& pulchrè in simili quęstione per Io.And.in regula contractus, de reg.iur.lib. vj.in Mercu.& de duobus confœderatis,qui fecerunt pacē cum certis capitulis,vide elegans consiliū Pau. de Castro ccxcviij.in antiquis, incipiens in Christi, &c. viso suprascripto puncto,& c.vbi plures decidit quæstiones quoti-
31 die occurrentes.Trigesimoquintò facit ad hoc, † ꝙ quis interdum consequitur ex persona alterius,quod ex persona sua non cōsequeretur,tex.est in c.auctoritate Martini, de concess.præb.lib.vj.& in c.penul.de præb.eo.lib. quod quàm vtile sit,& ad quam multa quotidie in practica occurrentia faciat,vide magistraliter per Iasonem in l.si emācipati,C.de collatio.ad quē remisisse sufficiat. Trigesimosextò pōt hic locus esse vsui, in casu, quo in eadem persona cōcurrat auctoritas, seu potestas ordinaria & delegata, quod fieri potest, vt decidit Inno.quē communiter cæteri
32 sequuntur in c.cum ex officij,de præscrip.nā licet hoc † casu actus simpliciter gestus per talem habentem duplicem potestatem, videatur,& censeri debeat in dubio gestus eo modo qua valere pōt,l.iij.ff.de test.mili.& c.nisi essent, cū ibi not.per Io.de Imo.& Panor.de præb.& volunt doct. in d.c.cū ex officij,quibus me subscribo,quicquid dicat Fed. de Senis in consi.cxxx.incip. factum est tale, quædam domus,in fin.cuius meminit Ludo.Rom.in sing.xvj.licet malum numerum assignet,tamen qn̄ constat talem processisse ex auctoritate delegata, puta ex facultate sibi data ab homine,& facultas illa ad hoc non extenditur,tunc crederem actum non valere,licet actus ille ex auctoritate ordinaria validè expediti potuisset,quia limitata causa seu potestas limitatū producit effectum, d.l.in agris,cum similibus,& habebit hoc casu locū regula,quod potuit noluit,& quod voluit adimplere nequiuit, de qua in l.multum interest, C.si quis alteri vel sibi,& in c.cum super,de offi.delega.& ita pridem in quæst.de facto occurrente respondi, quod nota,quia potest seruire ad multa. Trigesimoseptimò,beneficium certo respectu potest dici vacare in curia Romana, & alio respectu in partibus,vt declarat Rota decisione cclxix.incipiente, nota quòd si ex priuilegio ,in antiquis,& Rota decis.cccj.incipiēte,nota ꝙ vbi episcopo,

in

in antiquis. Trigesimooctauò violentia videtur inferri in duobus locis, putà in loco vbi est persona, cui fit violentia, & in loco vbi est possessio rei, propter quam personæ alibi est violẽtia illata, l. j. C. vbi de poss. ag. Trigesimononò causa appellationis dicitur eadem cũ causa principali, & etiã diuersa, diuersis respectibus, vt benè declarat Cy. in l. inuitus. C. de procura. & Alex. de Imo. in cõs. xcvj. vol. ij. incip. viso processu. Quadragesimò solutio diuersis respectibus parit liberationem & obligationẽ, l. si pupillus, & ibi Bart.
33 not. ff. ad leg. Fal. Quadragesimoprimò filius † exhæredat⁹ in casu, Authen. hoc amplius, C. de fideicom. licet non admittatur vt filius, admittitur tamen vt extraneus. Ita per hunc locum dicit gloss. in d. Authen. hoc amplius, & in corpore vnde sumitur. Sed hoc communiter non tenetur propter repugnantiam & contrarietatem, quæ ex hoc sequeretur, vt videre licet per docto. in locis proximè allegatis, quo casu hoc argumentum de tanquam non procedit, vt statim dicam, ꝙ si alia videre placeat exempla, in quibus aliquid diuerso respectu, diuerso iure censeri potest, vide gloss. & docto. in l. iij. §. ex cõtrario, & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. & in l. licet, C. illo eo. tit. & in l. vnica, C. vti pos. & in l. j. in princi. ff. de superficiebus. & per Card. in c. super quæstionũ. §. si verò, in iiij. quæst. de offi. deleg & ꝑ glo. & doct. in c. si duo, illo eo. tit. lib. vj. & pulchrè per Ioã. Fabr. in §. adeo, Institut. locati. & per Sali. in l. cum notissimi. §. fin. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. & per Dominicum & Præpositum in cap. ius generale, j. distin. & per glo. in c. & si quæstiones, de simonia. & sæpe alibi. Ne tamen de
34 cipiaris volo te scire, † quòd argumentum de tanquã, seu regula cui⁹ supra memini, põt quis vt alius, quod non põt vt ipse, fallit in tribus casibus. Primò quando aliquem impedit fides debita ratione coniunctionis, textum habes & exemplum in l. fi. §. quatuor filios. ff. de leg. ij. & in l. si non sortem. §. si filius. ff. de condict indebiti. Secundò fallit, vbi impediret aliquem fides debita ratione contrarietatis, quã incurreret agendo. l. si proponas. §. j. ff. de inoffi. testa. & habes aliud exẽplũ supra. Tertiò fallit, vbi aliquem impedit fides debita ratione conuentionis, l. j. C. de dolo, & l. si mãdato Titij. §. j. ff. manda. Aduerte tamen, quia hoc est limi-

tandum & restringendum, vt procedat eatenus, quatenus facta est conuentio, seu promissio, hoc est respectu rei respectu cuius facta est conuentio, prout loquūtur dicta iura, in quibus facta est cōuentio ab vno respectu certę rei, putà à fideiussore debitori de luendo rem per eū pignoratam, aliàs secùs: & sic procedunt ea, quæ dixi suprà de vasallo plurium dominorum respectu diuersorum feudorū, quia ibi fides promittitur pluribus personis respectu diuersorum dominiorum. Vndè non mirum, si diuersitas respectuum inducat diuersum in dicto casu, quam in casu dictorum iurium, & ergo si in casu d.l.j.C.de dolo, & d.l.si mandato Titij.§.j.creditor auctoritate iudicis vellet vendere pignora quæ habet pro assecuratione sua, ratione debiti, pro quo ille fideiussor non fideiussisset, crederem sine aliquo dubio, quod fideiussor posset ea emere vt quilibet, nam non diceretur rumpere fidem respectu dictorum pignorum ea emendo, quia quoad ea nihil promisit, & sic est in vasallo plurium dominorum respectu diuersorum feudorum, vt patet ex supradictis & sic in contingentia facti respondi, licet viderim alios aliter sentire, & (nisi hallucinor,) enormiter errare. de quo articulo pulchro, & quotidiano, quando quis potest vt alius, quod nō potest vt ipse, vide per Bar. Lambertum de Ramponibus, Alb. de Rosate & alios in d.l.si pater.§. qui duos, & per Cy. Albe. de Rosate, Sali. & alios in d.l.j C.de dolo.

¶LOCVS AB EXTREMIS.

1 *Medium sapit naturam extremorum, & illis probatis præsumitur medium.* 2. *& per totum.*

3 *Solutio trium continuorum retro proximorum annorum facit præsumi solutionem reditus pro annis præteritis.*

4 *Medium impertinens & inhabile an & quando impediat extrema coniungi.*

Efert se nunc locus ab extremis, à quo sumptū argumentum est forte, frequens, & vtile, & formatur dupliciter ad duplicem effectū. Vno

1 modo sic, † Medium sapit naturam extremorum

 rum

rum, text.' est nota.in l.si verò.§.quòd si ex mediano.ff.de his qui deiec.vel effu.& bonus tex.in l.arbor, quæ.in prin. ff.com.diuid.Hinc dicit Bal.loco prædicto, quod si malefi cium committatur in confinio, & homo reperiatur prostratus, ita quod tangat de vtroque confinio, vterquedomi nus poterit procedere contra malefactorem:& ipsum punire.& idem vult ipse Bal.in l.ij.C.vbi de crimi.agi opor.& Ang.in l.sanè.ff.de iniu.& de hoc tractatur pulchrè per Io. An.in reg.in obscuris, de reg.iur.lib. vj. in Merc. Hinc etiã est, quod si vnus moretur in confinio duarum prouinciarum, ita quod non apparet, in qua sit, & aliquis habens domicilium in aliqua dictarum prouinciarum præscribit rẽ illius, quod dicatur præscribere contra præsentem, & non contra absentem, & sic sufficient x.anni, arg. d.§.quod si ex mediano, & ita notabiliter decidit Io.de Platea in l. j. vers. item facit hæc lex, C.de fund.limitro.lib.xj. quod nota, q̃a seruit pro intellectu l.fi.C.de præscri.longi temporis.Hinc
3 etiam est, quod † quando extrema sunt licita seu permissa, tunc etiam medium censetur licitum, & permissum, vt sic extrema permissa trahant ad se medium: ergo citatio decreta intra territorium contra subditum existentem extra territorium ad comparendum in territorio, est valida, & arctat absentem citatum: licet notificatio seu insinuatio fiat extra territorium.Ita nota.dicit Bald. in l. omnes. §. verũ fi.vbi de hoc latè disputat C.de episcop.& cler.& idem Bal. post Cy.in l.fi.in v.q.ff.de iurisd.omnium iudicum, & Phil. Fran.in c.Romana.§.contrahentes, de fo.comp.li.vj.& habetur latè per Cardinalem in clem.pastoralis, in vers, vt illud, in iij.q.de re iud.& ita quotidie practicatur. Nec obstat d.clem.pastoralis, vbi videtur probari contrarium, q̃a ad eam dantur multæ solutiones, & limitationes, vt videre poteris per doct.in locis præal.& per Bar.in l.j.ff. de requi. reis, & per Bald.in l. executorem, C.de execut. rei iudic.& per Fel.& alios canonistas c.fin, de fo.comp.ad quos remisisse sufficiat.Interdum tamen medium non sapit naturam extremorum, sed in eo reperitur media iuris dispositio, puta quando extrema sunt omnino contraria, & in eis reperitur contraria dispositio: tex.est in l.si paterfamiliàs, cũ l.seq.ff.de hære.insti.& in §.fi.Insti.de vulg.substitu.& bonus tex.in Auth.sed & si quis, & ibi glo.& Bal.in noua lectura

ctura notant,C.de secun. nupt. Interdum autem medium sumit effectum vnius extremorum,interdum alterius, interdum nullius,& aliquando vtriusque, diuersis respectibus,vt videre poteris per Dy.glo.Io.An.in Mercu. in regula,is qui tacet,de regulis iuris lib.vj.Aliquando etiam extremum sapit naturam medij,per quod peruenitur ad ipsum causaliter,& effectiuè,vt subtiliter deducit Bal.contra Barto.in l.Gallus,§.quidam rectè.ff.de libe & posthum. in decisione illius q.an nepos legitimus ex filio spurio posset institui per auum:vbi videas.Secundò argumentum ex hoc loco formatur aliter sic.per extrema probatur mediũ: vel sic,probatis extremis,præsumitur medium: textus est not.in c.quia sunt culpæ,& ibi gl.notat in verb.nec ea virginem.xxviij.dist.& ibi illam glos.approbant & commendãt Dominicus,& Præposi.Hinc dicit glo.notabilis in ca. volumus,xvj.q.iiij.quòd ad probandum præscriptionem, in qua requiritur possessio continuata tempore definito à lege vel canone,sufficit probare possessionem in principio & in fine,qua probata præsumitur quod talis etiam medio tempore possedit:& illam glos.sequitur ibi Archi.& idem, imò plus,vult Bart.in l.Celsus.ff.de vsucapio.& Matthæus Mathesilanus in notabili cxvij.& Pet.de Anch.in consilio v.incipien.in Christi,&c.pro parte nobilis,&c.in pen.col. & Corf.in singulari cclxj.& Panorm.in c.accedentibus, de priuileg.& idem Panorm.in c.accedens,de conuersio.coniuga.& ibi est bona gl.volens quod per extrema colligitur medium,adeò quod si in initio actus constet, aliquem nõ fuisse voluntarium,& multo tempore transacto idem appareat,præsumitur quod medio tempore non fuit voluntarius:ad quod etiam faciunt notata per Pet.de Ancha. in c. vnico.§.fin.in fine de desponsa,impub.libr.vj. vbi in simili decidit quæstionem quotidianam,quam dicit suo tempore occurrisse.Hinc etiam est, quod si obligatus † ad censum,vel annuum reditum,probet solutionem priorum annorum & posteriorum,præsumitur soluisse medio tempore,per supradicta: quod est indubitanter verum, quando constat de solutione trium continuorum retro proximorum annorum:præsumitur tunc enim facta solutio in præterito tempore.tex.est singularis in l.quicunque ibi,trium cohærentiũ.C.de apochis pub .li.x.qui tex. licet loquatur

3

in præ

in præstationibus fiscalibus, tamen locum habet etiam in aliis præstationibus annuis, vt est glo. valde notab. in l. ij. in verb. repellere C. de iure emphy. quam ibi sequitur Sali. in ij. q. dicens Dy. sic consuluisse, & se de facto ita obtinuisse: & idem vult Salic. ibidem in viij. q. circa finem, & Iason in eadem l. ij. dicens d. glos. notandam perpetuò, & approbari per omnes. Istud etiam vult Salice. in repe. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, vbi d. l. quicunque. ad hoc reputat singularem. idem etiam sentit Archi. in c. quæsitum. j. q. iij. & Albe. de Rosate in l. j. §. j. in fine. ff. si quis ius dicenti non obtempera. & Io. de Platea in d. l. quicunque, in prin. quòd nota, quia est valde quotidianum, Hinc etiam est, quod si probata fuerit vacatio beneficij. & institutio, licet de præsentatione aliter non constet, quàm per verba narratiua instituentis, ex hoc tamen præsumitur præsentationem præcessisse institutionem: quia probatis extremis, præsumitur medium. Ita singulariter dicit Fel. in c. post cessionem, in iiij. colum. de probatio. allegans ad hoc gl. in d. c. volumus, & decisionem Rotæ cccc. in nouissimis, sed est ccccxxvij. in nouis secundum numeros meos. Aduerte tamen, quia licet hoc posset procedere inter litigantes super beneficio quatenus eos concernit, non credo tamen talibus literis stari in præiudicium patroni laici asserentis & sustinentis se non præsentasse, nisi aliter appareat. dicta tamen theorica, probatis extremis, præsumitur medium, fallit quando medium est de solennitate: quia tunc probatis extremis, non præsumitur medium. Ita singulariter dicit Fel. in ca. j. de iud. vbi per hoc dicit, quòd licet probetur partem petiuisse à iudice aduersarium citari, & aduersarium citatum esse: tamen per hoc non præsumitur, iudicem dedisse commissionem citandi, nisi aliter constet, quod tamen requiritur in omni citatione tam verbali quàm reali, vt ibi latius per eum, & per Iasonem in rubrica, C. de eden. & per eundem in §. quadrupli. Instit. de actio. & Hippolytum de Marsiliis in repetitione l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in locis per eum commemoratis: quod nota, quia facit ad multa.

4 An autem ✝ medium impertinens vel inhabile impediat extrema coniungi, vide tex. & doct. in l. qui sella. §. fi. & in l. tria prædia, & in l. si mihi. §. penultim. ff. de serui. rusti. prædi. & bonum textum in l. Pomponius, §. quæsitum. ff. de

acquir.

acqui.poss.& ibi vide Frã.de Arc. subtilitatum principem. qui sing. dicit, tunc mediũ inhabile inhabilitare extrema & impedire extrema coniungi: qñ propter mediũ inhabile causa dispositionis cessat, secus si causa dispositionis duret seu subsistat. exemplum primi habes in casu quotidiano posito per Dy.Bar.Ang.Alb.de Rosate & doct. in l. miles.§.quærebatur.ff.ad legem Iuliam de adulte.habes etiã alia exempla in d.§.quæsitum,& in d.l.tria prædia. & in d. l.qui sella.§.si. exemplum secundi habes in casu quotidiano posito per Io.An.in reg.sine culpa, in ij.dubio de reg. iuris li.vj.in Merc.& per eundem Io.An.in c.tanta. in apostil la super verbo contractum, qui filij sunt legit. quem sequitur ibi Pan.& Præp.ibidem in vij.q.vbi plenissimè illum articulũ quotidianũ examinat. Habes etiam de hoc secundo mẽbro distinctionis aliud pulchrum exemplum in d.l.si mihi.§.pen. Quod commenda memoriæ, quia seruit quotidie in practica.& per istud plura iura diuersimodè loquentia, & multæ decisiones doctorum prima facie pugnantes, poterunt ad concordiam reduci: Vt videre poteris per Aretinum in d.§.quæsitum, quò recurre. Facit etiam quod dictũ est ad decisionem plurium aliarum quęstionum ex quibus videre poteris duas per Bartolum, Aretinum,& Alex.in l.j. §.item acquirimus.ff.de acq.pos.& vnã aliam per Paul. de Castro, in eadem l.§.cæterum,& vnam per. Bal.in Auth. si quas ruinas, in fi.C.de sacr.eccl.ad quos remisisse sufficiat.

¶LOCVS A PRAESVMPTIONE eiusdem facti.

1 *Pluralitas non præsumitur, & quatenus id procedat: & per totum.*

NVnc subnectemus locum à præsumptione eiusdem facti, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequens, & vtile. & for-
1 matur hoc modo. Pluralitas † non præsumitur,&

tur, & ergo qui eam allegat, probare debet: text. est notabilis secundùm vnum intellectum in cap. cum Ioannes eremita, de fide instrument. & ibi habetur pulchrè per Felin. & bonus tex. in l. idem Pomponius scribit, si frumentum, §. fi. ff. de rei vendi. & in l. Sempronius Proculo. cum ibi no. ff. de lega. ij. & habetur per Bald. qui post Iacob. Butri. hoc firmat per plures leges in l. ij. vers. ego dico, C. de erro. aduo. & idem vult Bald. in l. conuenticula C. de episcop. & cleri. & idem Bal in l. j. in ij. colum. C. quando prouo. non est necesse, & idem Bald. in l. neque natales, C. de probat. & notatur per gloss. & docto. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iureiurando. & per glossam in l. qui iurasse. §. si pater, & ibi Alexand. de Imo. illo eo. tit. & idem volunt Anto. de Butrio, Ioan. de Imo. & Panorm. in c. in præsentia, per illum tex. de prob. & Ioann. de Imo. in l. is qui reus, in penu. col. ff. de publi. iudi. & idem Ioannes de Imo. & Alex. in l. scire debemus, in princip. vers. sed quid si. ff. de verbo. oblig. & doct. sæpe alibi. Hinc singulariter dicit Bar. in l. triticum. ff. de verb. obli. quòd si consterat aliquem recepisse à me mutuò centum, & posteà idem per solennem stipulationem promittat mihi soluere centum ex causa mutui, & ego petam bis centum, ipse aũt dicat stipulationẽ intelligi de eisdẽ centum primò mutuatis: in dubio stipulatio etiã ex interuallo interposita præsumitur esse de eisdẽ cẽtũ, & nõ de diuersis: qa in dubio nõ debet præsumi pluralitas, maximè qñ sequens actus põt aliquid operari: vt ibi latius ꝑ eũ, quem in hoc sequuntur ibidem Ang. Pau. de Cast. Io. de Imo. Alex. & communiter doctor. quod tene menti. Hinc etiam sing. dicit Franc. Are. in cons. xxxvj. incip. casus talis est, & est de mente Bal. in l. testium, in viij. col. C. de testib. quòd si vnus ex testibus deponat de certo actu cum loco & tempore certo, & alter testis deponat de actu sine tempore & loco, quia fortè non fuit interrogatus, vel si fuit interrogatus, dicit se non recordari: tales testes sunt contestes, & non singulares: quia secundus testis præsumitur deponere de eodem actu, de quo primus deposuit, ne pluralitas actuum præsumatur: quod memori teneas mẽte. Hinc etiam singulariter dicunt Io. de Imo. & Alexañ. post Bat. in d. l. scire debemus. vers. iuxta hoc quærit: quòd si peto quinquaginta tãquã promissa, & probo de centum: debeo obtinere in

nere ĩ quinquaginta * petitis, q̃a non prĉsumitur pluralitas ꝓmissionis, secundũ eos. Hinc quoque est, quòd in actu ite rabili absolutoria lata in primo iudicio parit exceptionẽ rei iudicatæ in secundo, si non probetur iteratio, quæ non præsumitur, quòd si probetur iteratio, tunc nõ obstat exceptio rei iudicatæ. Ita vult textus not. in l. de eo. §. sæpiùs, & ibi Bal. not. ff. ad exhib. Hinc etiam est ꝙ substitutione facta impersonaliter pluribus, ita ꝙ nõ appareat expresse, à quibus præcisè esset relictum, videtur facta vltimò decedenti tantùm, nec ille vltimo decedens videatur substitus præmorientibus. Cape exemplum in casu quotidiano, post mortem omnium filiorum meorum decedentium sine liberis substituo Titium, vel dico quod bona mea deueniant ad Titium, vel restituentur Titio: hoc casu non debemus interpretari, quòd grauamen totum cẽseatur relictum ab vltimo moriente, quia sic esset opus subintelligere tacitam substitutionem de ipso ad præmorientes: cùm ergo non præsumatur pluralitas dispositionum in dubio, iurib. præal. & quia possumus interpretari grauamen impositum valere, si videatur impositum omnibus pro parte sua post mortem vltimi debemus interpretari & dicere grauamen impositum vltimo morienti pro parte sua duntaxat. Ita singulariter decidit Franciscus de Aret. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. & pupi. de quo articulo vide ibidem latè per Alex. & alios. Hoc tamen quod dixi, non præsumi pluralitatem, vel iterationem actus, limitatur tribus modis. primo vt non procedat quando ad sustentationem dispositionis expressè factæ hoc est necessarium, argu. l. denique. §. interdum. ff. de pecul. lega. & sentit Franciscus de Aretio, in dicta l. si pater impuberes. Secundò vt non procedat quando actus apparet factus sub duplici forma, quia tunc præsumitur fuisse iteratus, tex. est singularis in dicto cap. cum Ioannes. inducendo illum tex. vt eum ibi ponderant & inducunt Bal. & Felin. de quo ibi latiùs per eos. & facit l. licet, C. loca. secundum intellectum quem tangit ibi Ange. Tertiò limitatur non procedere, quando ageretur de con

ADDI. * Quinquaginta. Et ratio est, quia sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diuid. & l. si. C. de fideicom. lib.

de concordandis dictis testium contrarijs,tex.est singularis secundum vnum intellectum in c.cum tu. de testib.de quo vide latiùs p Io.de Imo.Pan.Fel.& alios ibidẽ,per Fel. in d.c.cum Ioãnes,& per eundem,in c.auditis.de præscr.& per Alciatum Paradoxo.lib.iiij.c.xiij.Quæ omnia cõmenda memoriæ tanquã pulchra ,vtilia,singularia,& quotidiana,& vide quod dicam infra loco proximo.

¶LOCVS A DIVERSITATE temporum.

1 *Diuersitas factorum sequitur à diuersitate temporum.*
2 *Diuersitas in tempore aut in loco diuersificat substantiam.*
3 *Diuersitas temporum inducit contrarietatem et incompaßibilitatem.*
4 *Testibus contraria deponentibus quibus stabitur.*
5 *Diuersitas loci vel temporis quando vitiet dictum testis, et quando non vitiet.*

Commodè subsequitur nunc locus à diuersitate temporum,à quo sumptum argumentũ est probabile,forte,frequens, & vtile, & formatur dupliciter.vno modo,in actu iterabili
1 sic,à diuersitate temporum † sequitur diuersitas factorum.tex.est nota.in l.nũquàm plura.ff.de priua. delictis,& bonus tex.cum singu.gl.in verbo,simul,in c.nihilominus,iij.q.ix.& habetur per gl.in c.cũ igitur,xxxv.q.j. & per Bar.* in l.denuntiasse.§.quid tamen,quem legit sub l.qui vxori.ff.ad leg.Iul.de adult.& per Bal.in l.j.ver.in cõtrarium videtur.C.qui accusa.non possunt,& per eundem Bal.in l.conuenticula,C.de episco.& cle.ver.item est argumentũ.vbi de hoc argumẽto plenissimè loquitur,& p Spe. in ti.

ADD. *Barto.Ibi hoc cum distinctione admittit,idem de loco sentiens.

in ti.de teste,in §.iam de interrogatorijs.in ver.quid si vn⁹, & per Pano.& canonistas,in c.cum tu,de testib. & per Pau. de Ca.in l.cum te,C.de probatio.& faciunt not. per gl.sing. in l.Pantoni⁹.§.rei perduellionis.ff.de aequi.hær.Hinc est, ꝙ si per duos testes probetur, quòd tu commisisti adulteriũ de mẽse Maij in tali loco,& per alios duos testes probetur,qđ cõmisisti adulterium de mense Augusti in alio loco,probatum est adulterium bis fuisse commissum,secundum Pano.& alios in d.c.cum tu,& sentit Io.An.in d.§.iam de interrogatorijs,vers.q.d si vnus. Sin autẽ vnus testis deponat adulterium commissum vno tempore,& alter adulterium commissum alio tempore,ambo sunt singulares, & non probãt:c.bonæ j.de elect.cum simil. & si potest cõstare de vnitate actus,vel per cõfessionem partis,vel ex dictis ipsorum testium,tunc tales testes nedũ non probant,sed tanquàm falsum deponentes sunt puniẽdi.hoc probatur multum bene in c.cum Ioãnes eremita,circa finem,de fide instrumen.& Danielis xiij. in testibus deponentibus contra Susannã,nam ex quo deponebãt de eodẽ tempore colligebatur vnitas actus,ergo diuersitas in loco commissi adulterij ex eorum depositione resultans induxit contra eos præsumptionem falsitatis,vt ibi habetur:& est de mente gl. in d.c.nihilominus,& de mente Panor.Feli.& doct.in d.ca.cũ tu,& de mente Bal.in l.in exercendis,in iiij.colũ.C.de fide instrumento.& hinc Specu.in d.tit.de teste.§.iam de interrogatorijs,ver.quid si vnus,dat cautelam,ꝙ fiat positio per partem vel interrogatio per iudicem, de vnitate actus:& idẽ vult Io.de Imo.& alij canonistæ,in d.c.cum Ioã. erem.

2 Illud autem non habet dubium, ✝ ꝙ diuersitas in tempore diuersificat substantiam,l.si cõmunem. §.si is qui,& ibi Pau.de Ca.no.ff.quemadmo.serui.amit.& similiter diuersitas in loco,vt not.per glo.singu.in d.l.Pantonius.§.rei perduellionis,in verb.potest quærere,& plenè per Bart.in d.l. denuntiasse:secus aũt est in eo, quod differt secundũ plus, & minus.nã non dicitur differre in substantia,l.fi.ff.de fun. instructo,& est tex.no.in l.is,cui via. ff.quẽadmodũ seruit. amit. & sentit Bal.in d.§.si is qui, & Zasius in comment. l. quod Nerua,in prin.ff.depositi: nisi adiectio qualitatis aliud inducat,iuxta ea quæ dixi suprà in loco ab effectu eorum quæ simul requirũtur ad esse.& sentit Bal.in d.l.is,cui via.

via. Secundò istud argumentum formatur in actu nō iterabili, vel in actu iterabili, de quo constat per confessionē vel
3 aliàs, qđ nō interuenit nisi vnicus: hoc mō diuersitas † temporum inducit contrarietatem, & incompassibilitatē. Primum de actu non iterabili probatur, in d. l. j. secundū quintam lecturam glo. C. qui accu. non pos. & vult Io. de Imo. in c. cum causam j. de testib. & sentit Salic. in l. apud antiquos,
4 C. de furt. Et ecce exemplum. Duo testes dicunt † Titium occisum mense Maij, alij autem dicunt eum occisum mēse Augusti, nam sunt cōtrarij: & sic vel neutri depositioni stabitur, vel stabitur dignioribus & verisimiliora deponentibus, secundum determinationem l. ob carmen. §. fi. cum sing. glo. ff. de testibus, & c. in nostra, cum sua glo. eodem tit. & ita notabiliter dicit Bart. in l. j. §. non autem. ff. de bonor. poss. secun. tab. & doct. sæpe alibi. Hinc etiam, ad propositū nostrum, non ineptè dicit Bal. in d. l. conuenticula, quòd argumentum ab impossibili procedit in teste vt si testis dicat quod tali die Titius non fuit vulneratus, quia præcedente die fuit occisus, valet & concludit eius depositio, & allegat l. j. cum sua glo. C. qui accusa. non poss. Secundum de actu iterabili vnico probatur in d. c. cum Ioannes, & ibi tāgitur per doct. cano. & per Spe. in d. ver. quid si vnus. Prædicta tñ limita, & intellige vera in actu instantaneo non durabili: in actu autem successiuo, seu durabili ex probatione diuersorum temporum nulla sequitur contrarietas, l. inficiando. §. infans, & ibi habetur pulchrè per Bar. & Ang. ff. de furtis, & no. per gl. Bar. Bal. Ang. Pau. de Ca. Alex. de Imol. Iason. & doct. in l. eum qui. § in popularibus, ff. de iureiurādo, & habetur per Spec. in dicto versic. quid si vnus, & per Bal. in d. l. conuenticula. Vnde si duo testes probant, quòd ego tenui aliquid appensum circa viam publicam mense præterito, & duo alij testes dicunt mense pręsenti, tales non sunt contrarij. Similiter si duo testes dicant me tenuisse vxorē Titij de mense præterito, & alij duo testes dicunt de mense præsenti, tales non sunt contrarij: & pariformiter si duo testes dicunt, quòd viderunt dominum Petrum celebrantem hora tertiarum, alij verò dicunt se vidisse hora nonarum, isti nō sunt cōtrarij, quia missa pōt tamdiu durare, secundum Speculat. l. prædicta. actus enim continuationē

recipiens & durãs certo tẽpore, censetur vnus actus à principio vsque ad finẽ, vt dicit gl. no. d. §. in popularib. quæ inducitur ad plures notabiles & quotidianas qõnes, vt ibi videre poteris per doctor. & signanter per Ias. ad quem quia ab omnibus habetur, remisisse sufficiat. Si aũt plenè vis in-
5 strui de hoc articulo quotidiano, † qñ diuersitas loci, vel tẽporis vitiat dictum testis, & qñ non: item quando testis debeat necessariò deponere de tempore, & quando non: item quando diuersitas in cã dicti testium inualidat eorũ dictum, & qñ non, vide pulchrè per Inn. Io. An. & canon. in c. qualiter, & qñ. ij. de accu. & per Spec. in d. §. iam de interrogatorijs, in ver. & breuiter scias, & pulchrè p Dominicũ in d. c. nihilominus: & eleganter per Pet. de Anch. in consi. ccccxxxix. inci. in Christi, &c. ex præmissa facti narratione &c. in secundo dubio: & pulchrè per Fel. & alios in c. licet ex quadam, de testib. Quæ omnia commẽda memoriæ, & vide quod dixi suprà loco proximo,

¶LOCVS A PACTO AD LEGEM, statutum, vel consuetudinem.

1 *Argumentum à pacto ad legem, statutum vel consuetudinem formatur dupliciter, affirmatiuè scilicet, & negatiuè. & nu. 10.*
2 *Circunstantiæ contractuum possunt tolli per pactum.*
3 *Pacto quis potest teneri ex delicto alterius.*
4 *Interesse potest pacto contrahentium taxari.*
5 *Pacto potest alicui rei imponi onus reale, quod transeat ad ecclesiam.*
6 *Obligari pacto quis potest, vt teneatur credere iuramento alterius.*
7 *Princeps pacto suo obligatur, non autem lege sua.*
8 *Iuramentum pacto potest remitti ab eo, in cuius fauorem præstitum est, non per statutum.*
9 *Pactum de non appellando ante prolationem sententiæ valet.*

11 *Argu*

11 *Argumentum à lege, statuto vel consuetudine ad pactum valet negatiuè.*

OCcurrit nunc locus à pacto ad legẽ, statutum vel consuetudinem, à quo sumptum argumẽtum est p robabile, forte, frequens, & vtile, q̃n formatur, vt debet: Formatur autem dupliciter. Vno ✝ modo affirmatiuè sic, Quicquid
1 potest fieri per pactum, potest etiam fieri per legem, statutum, vel consuetudinem: textus est singu. in l. fi. & ibi id no. Bar. Bald. Salice. & doct. C. de fideiuss. & est glo. in l. non solum. §. fina. super verbo, etiam hæredis, in princ. ff. de no. operis nun. & glo. in rub. C. de decre. decurio. libr. x. & bona glo. in c. ij. super verbo officiali, in fine, de consue, lib. vj. & ratio istius est, quia maior est potestas legis, quàm hominis qui legi subest: & argumentum à minori seu à fortiori semper procedit affirmatiuè, vt dixi supra in loco à minori: qđ est vtile seruiens ad multa. Et gratia exempli pro instru-
2 ctione iuuenum istud primò facit ad hoc, ꝙ sicut ✝ circunstantiæ contractuum possunt tolli per pactum, cap. vnico, de commoda. & c. bona fides, de deposito. Ita etiam circunstantiæ actus possunt tolli per legem, statutum vel consuetudinem: Ita dicit gloss. singu. in dicto cap. ij. in verbo officiali, in fine, cum qua ibi transeunt Domi. & Philip. Frãc.
3 Secundò istud facit ad hoc, ꝙ sicut ✝ pacto contrahentium fieri potest, vt pater teneatur pro delicto filij pecuniariter, ita etiam hoc fieri poterit per legem, statutum, vel consuetudinem: & valebit lex, statutum, vel consuetudo, hoc disponens. Ita dicit glo. sing. in d. rub. C. de decre. decur. lib. x. quam ibi approbat Io. de Platea. Imò (quod fortius est,) valet consuetudo seu statutum disponens, ꝙ quis corporaliter puniatur pro delicto alterius: * vt est gloss. sing. in c. cũ homo, xxiij. q. v. quam ad hoc põderat & sing. reputat Lud. Roman. singulari cxxx. Sed hoc vltimum non credo verum, & contrarium eius tenet Bald. in rubrica, C. reb inter alios acta, & Salice. in l. j. C. illo eod. tit. & Fel. in c. ius gene

ADD. * Alterius. Intellige, vt dicit ibi glo. si dolo faciat per l. si quis reum. ff. de custo. reo.

generale,j.dist.circa finẽ, quod nota. Tertiò istud facit ad
4 hoc, quòd sicut † partes possunt inter se limitare, & taxare interesse in contractu, sic ꝙ eorũ taxationi stetur sine alia probatione, vt sentit glo. in c. cũ dilecti, de foro comp. quã ad hoc ponderat Albe. de Rosate in l. j circa finem, Cod. de summa trini. Ita etiam hoc fieri poterit per statutum, secundum Albe. ibidem, qui dicit sic seruari Bergami. Quartò istud facit ad hoc quòd sicut contractu principali existente nullo pacta in eo apposita nihil operantur, imò carent effectu, vt est textus notabilis iuncta glossa in l. j. C. de condicti. ob causam. Ita etiam hoc casu statuta loci idem disponentia non sortientur effectum. ita singulariter dicunt Bald. Ange. & Salice. in dict. l. j. per illum textum iuncta l. si vero. ff. solut. matrimonio per gloss. in dicta rubrica, C. de decre. decurio. libro x. quæ æquiparat pactum & statutum, quod est nota. dignum, quia quo-
5 tidianum. Quintò istud facit ad hoc, ꝙ sicut † per pactũ priuati hominis potest ei imponi onus reale, quod etiam transeat ad ecclesiam, capit. verum, de condi. appo. cum similibus, ita & fortius per statutum loci poterit hoc fieri, etiam vt res afficiatur tali onere, postquam peruenerit ad ecclesiam. Et ita singulariter concludit Calde. in consilio septimo. sub titulo de constitut. post Barto. & alios in l. rescripto. §. finali. ff. de mune. & hono. & idem concludit Petr. de Anchara. in consilio ccciij. incipiente, in Christi, &c. habet statutum, & c. quod cõmenda memoriæ. Sextò
6 istud facit ad hoc, quòd sicut † valet pactum quo promitto stare sacramento vel simplici verbo tuo * super damnis, & interesse, vt concludunt Barto. Io. de Imo. & doct. in l. fina. ff. de prætoriis stipula. Ita etiam valebit statutum vel consuetudo disponens, quòd credatur scripturæ priuatæ, vel libris mercatorum, in modica summa, arguendo à pacto ad statutum vel consuetudinem, secus tamen si statutum vel consuetudo sit indiscreta, disponens scilicet quòd omni scripturæ mercatorum crederetur pro se. Ita singulariter vult Bard. in l. vnica versic. quid ergo est,
C. de

ADD. * Tuo. Hoc procedit dicit Bartol. in dict. l. fin. si bene arbitrabitur, aliàs reducetur ad arbitium boni viri. l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iur.

C.de confessis,quem refert,& sequitur Panormi.in ca.bonę ij.circa finem de postula.pręlato.& Alexand.de Imo.& Iaf.in l.quidam. §. nummularios.ff.de edendo, quod tene menti.Hoc tamen quod dixi valere argumentū à pacto ad legē,statutū,vel cōsuetudinē affirmatiuè, procedit vbi est eadem ratio,secùs si diuersa,quo casu aliquid pōt fieri per
7 pactum & non per statutum.exempli gratia,† per pactum suum princeps obligatur c.j.de prob.& c.j. de natura feud. in vsib.feud.& tamen lege sua vel statuto, princeps non obligatur,l.princeps.ff.de legibus,& l.digna vox, C.eod.tit. cū vtrobiqne not.de quo articulo pulchro & quotidiano vide latè per Io.Andreæ in regula,cui licet, de reg.iur.lib.
8 vj.in Mercurialib.Item per pactum, † potest remitti iuramentum ab eo in cuius fauorem præstitum est, vt est text. singularis in c.ij. de sponf. & tamen iuramentum à statuto laicorū tolli non pōt,vt singulariter decidit Alex.de Imol. in consi.suo lix.j. volum. incip. redemptoris, &c. viso instrumento,& c.in versiculo non obstat tertium. Item cape
9 aliud exemplum,valet pactum † de non appellando ante, vel de nullo fatali obseruando interpositum, vt est text. notabilis in l.fin.in fin. Cod. de tempo. appella.& tamen non valet statutum prohibens à sententia appellari, vt est tex.peculiaris in c. veniente.§.quia verò. de iureiur.& ratio diuersitatis est,quia pactum directè non tangit ius superioris, sed pacifcentes abdicant à se quod est in eorum facultate :statutum autem de non appellando disponit directè contra ius superioris . & ita notabiliter dicit Panormitanus in capitulo, cùm dilectus, extrà, de arbitris , quod tene menti. Item cape aliud exemplum. dispositio legalis vel statutaria generalis, concepta verbis vniuersalibus de futuro, continens actus noui concessionem, recipit restrictionem de habilitate personæ. Ista est doctrina Bartoli & doctorum in lege prima, §. nunciatio.ff.de noui operis nuncia. & hoc ne inducatur correctio alterius legis,secus tamen est in dispositione hominis,vel in contractibus verbis vniuersalibus conceptis, quia non recipiunt illam restrictionem.Vnde si aliquis acquirat feudum pro se & filiis,& quibuscunque hæredibus, illa vniuersalis, quibuscunque, non restringitur ad habiles,licèt sit acquisitio noui iuris,imò veniunt etiam penitus

Z 4

tus extranei, & sic per illam vniuersalem alteratur natura feudi, iuxta ea quę habentur in simili in c.vnico de feudo non ha.prop.feu.nat. Ita singulariter decidit Bal. in l.j.ff.de rer.diui.in xxxiiij.& xlviij.q. & idē Bal.in l. imperialē, in princ.in versi.sed quid,de prohi.feu.alie.per Fede. & istā decisionē sequitur Alex.de Imo.in l.si patroni, ff.ad Trebel.& Ias.in d.l.j.§.nunciatio,in vers. tertiò limita istā conclusionē,& idē Iason in prælud.feud.in versi.iij. limita nisi feudum, quod tene menti:quia est singulare & quotidianū,multum limitans notata per gl.& doct.in l.ex facto. §.fi.ff.ad Trebell. Secundò argumentū ex hoc loco potest
10 formari negatiuè,hoc modo.Quod non pōt fieri per pactū,non pōt etiam fieri per legem,statutum,vel consuetudinem.nam pactum,lex,statutum,& cōsuetudo,ęquiparātur & paribus passibus ambulant.de primo, puta de pacto & lege,est tex.in l.fi.C.de rebus alie.non alien.& d.l.fin. C. de fideiusso.de secūdo,puta de pacto & statuto, est gl.not. in d.rubrica,C.de decre.decurio.li.x.& de tertio, puta de pacto & consuetudine,est tex.in c.sacrosancta,iuncto cap. Massana,de elect.& not.Io.And.in d.c.sacrosancta,& gl.in d.c.ij.& ibi Io.And.in Nouella,assignando rationē dicit,ꝙ hoc est ideo,quia consuetudo est tacitum pactū, l.de quibus,& l.sed ea.ff.de legib.sed istud debet limitari verum,vt procedat,quando aliquid non pōt fieri per pactū,quia turpe vel contra bonos mores,tunc enim illud nō potest fieri etiam per legē,statutū,vel consuetudinem, quia lex debet esse honesta,iusta,& possibilis,c.erit aūt lex.quarta dist. aliàs autem cessante turpitudine,non valet argumentum à pacto ad legem negatiuè.Imò infinita possent fieri per legem,statutum,vel consuetudinem, q̄ non possent fieri per pactū,vt declarat notab.Bar.in rep.l.oēs populi,in iij.q.tertiæ q.princip.vers.pro quib.posset. ff. de iustit.& iur. & idē Bart.& Pau.de Cast.l.non impossibile.ff.de pactis.Ioannes de Platea in dict. rubri. C. de decre.decurio.lib.x.& est de mente glo.in l.nec ex prætorio,& in l.neque pignus.§. priuatorum conuentio ff.de reg. iur. & de mente glossæ in l. ij.circa medium, C. quæ sit longa consuetudo, & ibi hoc sentit Cynus & Dominicus in dict. cap.ij. & vult expressè Bald.& Ang.in d.l.fi. C. de fideiusso. & idem Baldus latius in repetitione dict.l.de quibus, quò recurre. Et per præ-

missa concluditur, non valere consuetudinem vel statutum, vigore cuius permitteretur creditori euincere pignus in perpetuum absque spe luitionis per debitorem fiendæ restituto principali & aliis in euictione solutis: quia talis consuetudo vel statutum, videtur ferre opem ad delictum contra legem dei. Vndè sicut reprobatum est pactum legis commissoriæ in pignoribus, ex eo quia est contra bonos mores, & fauens vsurariæ prauitati, ca. significãte. de pig. & lege prima, & lege finali, C. de pactis pig. cum similibus. ita etiã non debet valere statutum, vel consuetudo in casu præmisso, per prædicta. & ita sentit Baldus in repetitione dict. legis de quibus, idem Baldus in rep. l. Aemilius, ff. de mino. & in cõs. xxxij. v. part. quod tene menti, quia vidi in quæst. facti magnam de hoc altercationem. Contrà autem à lege, statuto, vel consuetudine ad pactum non valet argumentatio affirmatiuè, sed bene negatiuè, quia à maiori ad minus non licet arguere affirmatiuè, sed bene negatiuè. vt dixi supra in loco à maiori, in loco à genere ad speciem, & in loco à toto ad partem, ad quos recurre. & istud sentit glo. in §. cùm autem impubes, super verbo iubetur, Instit. de adoptionibus. & firmat Barto. in l. alia, §. eleganter, circa finem. ff. sol. matri. & Ias. in d. l. nõ impossibile, vbi hoc declarat per plura exẽpla, q̃ habuit à Baldo in repet. d. l. de quibus, ad quem remisisse sufficiat. Nec præmissis obstat d. l. non impossibile, quia ibi non plus probatur, quàm quòd in pactum deduci potest illud ad quod quis de iure tenetur, ex quo inferri non potest, quòd omne illud quod potest fieri per legem, posset etiam fieri per pactum, licet glossa Barto. & plures alij summando illam legem videantur prima facie aliud ibi sentire, quod nota, quia posses faciliter decipi, si non perpenderes.

¶LOCVS · A VI GEminationis.

1 *Verborum geminatio, seu actus reiteratio denotat firmitatē propositi.*
2 *Confeßio extraiudicialis geminata habet vim confeßionis iudicialis. 15.*
3 *Consensus geminatus tantum operatur quantum consensus iuratus.*
4 *Verba geminata in dispositione impediunt restrictionem de habilitate.*
5 *Statutum debet interpretari secundum ius commune, quando aliàs quis indebitè damnum pateretur.*
6 *Verba enunciatiua geminata probant.*
7 *Geminatio rescripti habet vim clausulæ, non obstante lege, & clausula ex certa scientia.*
8 *Obligatio naturalis geminata actionem parit.*
9 *Mora geminata non purgatur.*
10 *Sententia interlocutoria bis confirmata est irreuocabilis.*
11 *Confeßio simplex geminata nō potest prætextu erroris reuocari.*
12 *Dispensandi cum spurio, item cum incestuoso facultatem habēs, non poterit dispensare cum spurio & incestuoso simul.*
16 *Differentia inter geminationem scripto vel ore prolatam.*

OFfert se nunc locus à vi geminationis, à quo sumptum argumentū est probabile, forte, frequens, & vtilissimum, seruiens ad diuersos & infinitos effectus. & formatur hoc modo. Ver-
1 borum † geminatio, seu actus reiteratio, denotat firmitatem propositi voluntatis, & consensus, & inducit diuersitatem iuris ab actu simplici, text. est notabilis in l. quinquaginta. ff. de probatio. & in l. balista, iūcta gl. ff. ad Treb. & in l. si mulier, ij. & in Authen. siue à me, C. ad Vellian & in l. cum scimus, & ibi Barto. C. de agrico. & censi. lib. xj. & in c. eam te, de rescrip. vbi Bal. dicit, quòd verba geminata significant præcisam intentionem, cum similibus, de qui

quibus infra. Quod facit ad multa. & inter alia gratia exépli pro instructione iuuenum istud primò facit ad hoc, q̄ qui bis aliquid facit, non potest postea cõtra id opponere: quia vbi interuenit geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio, in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc verò iubemus. Ita notabiliter dicit Bald. in suo aureo consilio schismatis, posito in rub. C. si quis aliquem testa. prohi. Secundò facit ad hoc, quòd qui iterauit conuicium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse. Ita dicit gl. not. in c. si quis iratus. in verb. iterare, ij. q. iij. & allegat d. l. si mulier. nõ tamen per hoc credas, quòd dicens conuicium calore iracundiæ non teneatur actione iniuriarum: imò tenetur, sed grauius punitur, qui conuicium iterauit, vel in eo perseuerat, l. si non conuicij. C. de iniur. & ibi de hoc habetur pulchrè per Salic. qui cæteris clarius, & perfectius loquitur, quem omnino vide. Tertiò istud facit ad hoc, quòd licet
2 †confessio facta coram notario, non in figura iudicij, non præiudicet, tamen si fuerit geminata, præiudicat, etiam si sit præiudicialis liberti: vt est casus in d. l. cùm scimus, & hoc notat Bar. qui etiam illic circa finem singulariter dicit per verbum, fortè, quòd confessio extraiudicialis geminata habet vim & effectum confessionis iudicialis vnicæ. & hoc dictum tanquam singulare referunt & sequuntur Panorm. & Fel. in c. si cautio. de fide instrum. & Pau. de Ca. in l. publia. ff. depo. & Roma. in l. nuda. ff. de dona. & ratio vtriusque dicti est, quia licet quis non præsumatur velle se obligare absenti, tamen ista præsumptio defectus voluntatis tollitur ratione geminationis, iuribus præal. & idem reperio velle Pau. de Ca. in consilio clxxv. inci. in Christi nomine, amen, super primo videtur, circa finem, vbi singulariter dicit, quòd confessio extraiudicialis, emanata etiam absente parte, si sit ita frequẽs, quòd transeat quasi in publicam vocem & famam, præiudicat confitenti: & sequitur Præpo. in cap. ex literis. de diuortiis Quartò facit ad hoc,
3 †quòd consensus geminatus tantum operatur, quantum consensus iuratus. ex quo duo singulariter inferuntur. primum est, quòd sicut consensus mulieris iuratus, validam reddit alienationem fundi dotalis: c. cum contingat, de iureiuran. Ita etiam consensus geminatus d. Auth. siue à me. & ita singulariter colligitur ex no. per gl. Pan. & doct. in d. c. cum

c.cum contingat.Secundum est,quòd quemadmodum mulier fideiubens pro alio,non potest se iuuare beneficio Velleiani,quando iurauit : Ita nec quando in fideiubendo interuenit consensus geminatus.Ita singul.probatur in d.l.si mulier,iunctis not.per gl.singularem,Panorm.Io. de Imo. & doct.in c.ex rescripto,de iureiuran.Quintò facit ad hoc ꝙ exceptio non numeratæ pecuniæ, vel nō numeratæ dotis,non potest opponi per eum qui bis cum interuallo temporis confessus est,se recepisse pecuniam vel dotē : nisi velit in se assumere onus probandi.Ita singulariter dicunt Panorm.& Feli.in d.c.si cautio,& est de mente Io.And.in addi.ad Spec.in rub.C.de don.inter virum & vxorem, & hoc etiam vult Bal.in l.cum fidem per illum tex. C. de non nume.pecu.Sextò facit ad hoc,quòd licet notarius sibi asscribens in testamento , puniatur pœna falsi,l.si quis legatum, in principio. ff. a d leg.Cornel.de fal.hoc tamen non procedit,quando sibi asscripsit sub pluribus,& geminatis conditionibus.tex.est de hoc singularis iuncta glos.secundum vnam lecturam,quam approbat Bar.in l.diuus.§.fin. ff. illo eo.titul.& meminit Lud. Roma.in rep.l.si verò.§. de viro, in xxxj.fallentia.ff.solu. matr.Septimò facit ad hoc, quòd relaxandus fideiussoribus iuxta l.j. ff.de custo. reo. si consueuit aufugere, perdit beneficium dandorum fideiussorum.Ita dicit gl.singularis in l.lege Cornelia,& ibi Bal. Alberi.de Rosate,& docto.eam ad hoc notant ff.ad Silleia.& doct.sæpe alibi.Octauò facit ad hoc, quòd licet dispositio legis vel statuti concepta verbis vniuersalibus,vel generalibus,recipiat interpretationem restrictiuam de habilitate personæ,l.j.iuncta gl.in verbo vnusquisque, C.de sacro. eccl.& l.vt gradatim.§.j.ff.de mune.& hon.cum simil.tamē
4 hoc non † procedit quando in dispositione sunt verba geminata, tunc enim non posset fieri congruè restrictio ad habiles,quia verba non paterentur,l.promittendo,in prin. iuncta gl.ff.de iur.dot.Et hinc not.dicit Sali.in repe.l.ij. C. de noxa.actio.quod si statutum loci disponat, quod quilibet cuiusuis conditionis possit testari,tale statutum nō restringetur ad habiles secundum ius commune , quia illa verba,cuiusuis conditionis,hanc restrictionem nō patiuntur,secundum eum:limitando tamen,vt ibi per eum,& per Bartol.& alios in d.l.j.de hoc tamen articulo quotidiano,

an &

an & quando diſpoſio generalis geminata recipiat reſtri-ctionem de habilitate,vide latius per Iaſonem in preludiis feudorum.colum.xix in verſic.tertio limita,& in locis per eum commemoratis,quò recurre. Nonò facit ad hoc quòd licet ſtatutum ſimpliciter diſponens,quòd occidens hominem decapitetur,recipiat reſtrictionem , dummodò talis fuerit in dolo,vt ſingulariter decidit Bald.in l.data opera, in iij.colum.C.qui accu.non poſſ.& dixi latè ſupra in loco ab abſurdo:tamen ſi ſtatutum diſponeret, quòd occidens hominem quouis modo,vel qualitercunque,decapitetur, non recipiet reſtrictionem vel diſtinctionem,an dolo homicidium commiſerit,vel non. Ita ſingulariter dicit Salic. in repetitione d.l. ij. Sed aduerte,quia in practica nequaquam hoc admitterem,cùm agatur de nimis magno praeiudicio,puta de morte hominis, cuius nunquam cunctatio longa eſt.Et licet ſciam Alex.de Imo.in l.& ſi ſeuerior, circa finem C.ex quib.cau.infa.irroga.& Felin.in ca.ſedes , in ix.colum.de reſcri.ſequi hoc dictum Sal. & etiam Zaſium in articulo illo,an vniuerſalis ſermo ſeu enunciatio, vniuerſaliter intelligatur,quem examinat in libel. Reſpon.ij. tamen eorum auctoritas me non mouet,cum ratio naturalis & aequitas ſuadeat,hoc caſu hanc generalitatem reſtringi ad eum qui doloſe occidit, quae ratio & aequitas mihi ſunt pro auctore,aliàs autem generaliter intelligendo dictum Saliceti,ſequeretur abſurdum,maximè in caſu defenſionis,quem tamen caſum ſub dubio fortè etiam comprehendere videtur Salic.contra quem in hoc caſu tenet Ioã. Baptiſta in repetitione l.omnes populi,in cx. colum. ff. de iuſtitia & iure,& idem abſurdum ſequeretur in homicidio caſuali de iure non punibili:& faciunt notata per gloſ. ſingularem & docto.in l.finali.§ in computatione, C. de iure deliberandi,vbi ſingulariter habetur,quòd† ſtatutum de-
5 bet interpretari ſecũdum ius cõmune , etiam ſi ſic interpretando nihil operaretur, quando aliàs quis indebitè damnum pateretur,prout contingeret in caſu ſubiecto.faciunt etiam ea quae ſingulariter conſulendo adducit Pau.de Caſtro,in conſilio ſuo cxcij.incipiente,in Chriſti nomine, amen.In cauſa incarceratorum,in antiquis.facit etiam elegans dictum Panormitani, in capi. j. in fine de clandeſti. deſponſa.vbi ſingulariter dicit,quod pro vitanda abſurditate

tate vel violatione aliarum regularum, dispositio debet intelligi cum aliquali impropriatione, si aliter saluari non possit. Præterea contra decisionem Saliceti facit decisio glossæ in dicta l. promittendo, in principio, in verbo conditionísque, in finalibus verbis, quam reputat singularem Iason in l. j. §. nunciatio. ff. de noui oper. nuntiat. ad hoc quòd quantuncunque lex loquitur generaliter etiam cũ geminatione verborum, tamen restringitur quando quid censeretur disponi, fieri, vel admitti contra ius naturale. ad quod etiam facit l. finalis. C. de testamen. militari, quam ad hoc notat Alexand. de Imol. in d §. nuntiatio. quæ optimè probat iuncta. l. j. ff. de milit. testament. quod tene menti. Decimò facit ad hoc, quod licet in dispositione testatoris, qua relinquit vxori omnia quæ habet in domo, non veniat frumentum quod ibi habebat causa vendendi, vt est text. notabilis in l. generali. §. vxori ff. de vsufructu legat. tamen si vltra terminum vniuersalem adiiciatur dictio, quoquo modo, vt quia diceret, relinquo vxori omnia, quæ quoquo modo ĩ domo habeo, tũc nõ fieret illa restrictio, imò veniret etiam frumentum vænale propter virtutem geminationis. Ita notabi. dicit Bar. in d. §. vxori, circa finẽ, & sequitur Iason in d. l. j. §. nunciatio. Cui decisioni consonat doctrina Bal. in l. fin. in j. colum. C. sine censu vel reliquis, quam sequitur Iaſ. in prælud. feu. in d. ver. tertio limita, circa finem. Vndecimò facit ad hoc, quòd verba † enun-
8 tiatiua, quæ regulariter non probant, l. ex hac scriptura. ff. de dona. cum simili. si fuerint geminata probant. Ita nota. vult Bart. in d. l. cum scimus, vers. in tex. ibi sin autem. & Pano. in repetitione c. per tuas, de arbitris, & Iason in l. ex his verbis, in prima fallentia, C. de testam. mili. & probatur in l. vnic. in fine, ibi, & secũdis cõfessionib', C. de plus peti. & ratio est, quia geminationes seu reiterationes arguunt magnam firmitatem propositi, vt suprà dixi. Duodecimò facit ad hoc, quòd licet hæreticus paratus corrigi non tradatur curiæ seculari, c. penul. §. si qui autem. in vol. greg. de hę ret. tamen si geminata vice labitur in hæresim, nõ auditur. c. super eo, & cap. accusatus, de hæretic. lib. vj. quod licet videatur perquam durum, tamen quia per ecclesiam in fauorem fidei & detestationem criminis hæreseos, ita statutum est, obseruandum est. cap. in memoriam xix distinctio. &

l. prospe

l.prospexit.ff.qui & à quibus.Et idem dicit Albe.de Rosate in l.omnimodo,C.de inoffi test.in crimine contra naturã: quod nota.Decimotertiò facit ad hoc,quòd si in instrumẽto venditionis bis dicatur,& si plus* valet,donat:vel si dicatur omne totum vel quicquid plus valet,donat, cessat remedium l.ij.C.de rescin.vendi.vt scilicet non rescindatur venditio ob deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, vel iustum pretium suppleatur,vbi aliàs remedium d.l.ij. locũ haberet.Ita dicit Bal.in d.l.ij.in vij.q.de hoc tamen vide latius per Panormit.egregiè loquentem in disputatione sua incip.stante statuto.& per omnes in d. l. ij. Decimoquartò facit ad hoc, quod licet nullo iure caueatur,decretum bis esse interponendum,tamen optima cautela est, quòd bis interponatur.Ita notabiliter dicit Bal.in l. magis puto. §. non passim.vers.in tex.ibi tunc.ff.de rebus eorum.& doct. sæpe alibi.Decimoquintò facit ad hoc,quòd licet sufficiat obiicere testi crimina in genere,vt not.in c.præsentium,de testib. tamen si lex vel canon maudat quid exprimi cum adiectione illorum verborum multiplicantium omnia & singula,propter hanc geminationem requiritur specificatio indiuidua cum omnibus suis qualitatibus,& circunstãtiis.Ita dicit glo.notabilis in cap.vt circa,super verbo,omnia & singula,de elect.lib.vj.& ibi hoc notat Phil. Franc.& doct.frequenter alibi.Decimosextò facit ad hoc, quòd licet illa verba habeatur pro ciue, importent fictionem, vt habetur per Bart.in repetitione l. si is qui pro emptore,ff. de vsucapio.cum quo concordant alij doct.tamen si dicatur,sit,& habeatur pro ciue,illa geminatio importat veritatem.Ita singulariter dicit Bal.in procemio Digestorum in fine prin.in constit.incip.omnem, & hoc dictum refert & sequitur Anto.Corsetus in sing.cxxxiiij. & pro hoc facit tex.in l.ij.§.furiosus.ibi cum per omnia,& in omnibus, cũ ibi no.per Angelum & docto.ff. de iure codicil. Decimoseptimò facit ad hoc,quòd licet vidua nubens non perdat legatum

ADDI. * Plus.Donatio pluris valentiæ intelligitur de modico.Barto.l.ij.& l.si cum.ff.de verb. oblig. Alciat.l. hæc adiectio.ff.de verb.sign.P.Pratei.lib.j.rer.quotidianarum,c.ix.dictio enim,plus,ad modicam quantitatem refertur.d.l.hæc adiectio.

legatum ei in testamento, sub conditione, si castè vixerit relictum, cùm in matrimonio sit castitas, ca. Nicena. xxxj. distin. & notatur per Barto. & doct. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & per Panormi. in ca. vt clericorũ, de vita & hon. cle. tamen si transit ad tertia vota, perdit legatum. Ita sing. per verbum videtur, dicit Ang. in §. hæc aũt de Deo, in Auth. quomodo opor. episcop. motus ex eo, quia tertia vota contrahere est satis contrarium honestati, & sufficit venire ad secundas nuptias, vt ibi dicit tex. sed re uera ille tex. nihil facit, cùm loquatur de clericis, qui à matrimoniis se debent abstinere, vt ibi dicit Barto. & bene. Decimooctauò facit ad hoc, quod si papa committat alicui causam, dicendo in rescripto, tu, tu cognoscas, illa geminatio facit censeri electam esse industriam personæ, & sic talis non poterit subdelegare, vbi aliàs posset. Ita singula. dicit Bal. & sequitur Card. in cap. fi. de offi. deleg. De-
7 cimonò facit ad hoc, quòd † geminatio rescripti habet vim clausulæ, non obstante lege, & vim clausulæ, ex certa scientia: Ita singulariter dicit Anto. de Butrio, in cap. quæ in ecclesiarũ, de constitu. & idem vult Bald. in l. nec damnosa. circa princip. C. de precibus Impe. offe. vbi dicit, quòd tãtum operatur secunda iussio, seu geminatio literarum principis, quantum motus proprius: & hoc dictum tanquam aureum refert & sequitur Francisc. de Crema in singulari cxxxvj. Et illud tanquã singulare & nouum refert & sequitur Lud. Roma. in repe. dictę l. si vero. §. de viro, in xxxj. fallentia, & Iason illud dictum valde extollit in dicta l. nec damnosa, vbi omnino vide. Vigesimò facit ad hoc, quòd
8 † geminata obligatio naturalis, parit actionem. Ita dicunt Cyn. Alberi. de Rosate, Bal. Salice. & Angel. in l. final. C. ad leg. Falci. & hoc potest colligi ex Bald. in d. l. fi. & idem vult ibi Alexand. de Imo. in apostillis ad Bald. Idem etiam vult Matthæus Mathesilanus in notabili suo xxxvij. & probatur in l. j. §. debitum el ij. iuncta l. qui autem. §. fi. ff. de constitut. pecunia: & in §. de constituta. Institut. de actio. & ibi de hoc vide plenè per Ioan. Fabri, Angel. & Iasonem: quod nota, quia habui de facto, & est singulare. nam regulariter ex simplici pacto nudo, vel obligatione naturali, non oritur actio de iure ciuili, l. iuris gentium. §. quinimo, ff. de pactis: & notatur in l. cum quis, C. de iur. & facti ign. Vigesimo primò

9 moprimò facit ad hoc, ꝙ licet † simplex mora possit purgari. l. & si post tres. ff. si quis cautio. cum similibus: tamen quãdo mora est geminata, vt q a præcessit geminata interpellatio, non admittitur purgatio moræ, casus est singularis secundum vnam lecturam, in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligat. de quo articulo vide latiùs per doctor. in l. si insulam. ff. de verbo. oblig. Vigesimosecundò facit ad hoc, quòd licet regulariter verba futuri temporis sint ferẽdæ sententiæ: vt notatur per glo. j. & docto. in regula in pœnis, & in regula odia, de regu. iur. lib. vj. & in l. in criminali, C. de iurisdict. omni. iudi. tamen quando verba futuri temporis sunt geminata, tunc sunt latæ sententiæ: vt si dicatur irritetur, irritetur: vel irritetur & cassetur. Ita singula. dicit Bal. in extrauaganti de pace Constantię, in versi. priuilegia omnia, super verbo, deducantur: & meminit Lud. Ro. singulari iij. & Iason in l. non dubium, in x. not. C. de legibus. de qua materia vide latissimè per Feli. in c. Rodulphus. de rescrip. & per Barbatiam, in c. si diligenti, de fo. compet. & per Alex. de Imo. in l. Imperator, in apostillis ad Barto. ff. de iure fisci, & aliquid per Panor. in ca. in quibusdam, de pœnis: & per Lud. Roma. loco prædicto, & in duobus præcedentibus singularibus: & per Franciscum de Crema singu. vij. Vi-
10 gesimotertiò facit ad hoc, ꝙ licet † interlocutoria quo ad iudicem nunquam transeat in rem iudicatam, imò possit quandocunque per eum reuocari, ca. cum cessante, de appellatio. & l. quod iussit. de re iud. cum simil. tamen si est bis confirmata, est irreuocabilis. ita dicit glo. singula. in clem. fina. in verbo, super ea, in fine: & ibi Cardi. exclamat, de appellat. Vigesimoquartò facit ad hoc, quòd licet confessio simplex prętextu erroris possit reuocari, l. error. C. de iu-
11 ris, & facti igno. confessio tamen † geminata non potest reuocari prætetu erroris: Ita singulariter dicit Præpo. in d. c. ex literis, & idem est de mente gloss. ibidem cum dicit, quod confessio facta ex deliberationę, reuocari non potest: & illam gloss. sequitur Bald. & reputat singularem, in l. si quidem, in fine, C. de exceptio. & idem Bal. in lege, cum precum tuarum, in fine, C. de liberali causa: & idem Bald. in lege, non solum, ff. de procurato. & Archi. in capitu. fina. de iureiuran. libro sexto, & Cępolla in cautela lxix. Hoc etiam tacitè sentit Ioannes Andr. in dicto cap. ex literis,

Aa super

super d.gloss.& idem est de mente gl.in dicto casu. quis irãtus, quæ dicit ibi non errari, vbi ex deliberatione aliquid fit: quod si esset verum esset valde singulare: sed contrariũ & rectius tenet Bal.in dicta l.error,* & idem Bal.in l.iusiurandum & ad pecunias, in princip.ff.de iureiuran. & idem Bal.in cap.fina.de confess. Hoc etiam tacitè sentit Io.And. in dicto cap.fin.de iureiuran.lib.vj.& Petr.de Anch.ibid.& clarè Phil.Fran.in c.j.de accu.lib.vj.& clarissimè Lud. Roma.in repetitione dictę l.si verò.§.de viro, in xxxj. fallentia:& idem Ludo.in consilio cccxcj.incip. omnipot.&c. vt præposita consultatio.versi.nunc igitur in proposito &c.& Iason in d. l. error, quò recurre. Vigesimoquintò facit ad hoc, ꝙ interpretatio legitimationis, in qua dicitur quẽ natum ex adulterio, non prodest, si impetrans natus sit ex adulterio geminato, id est, ex duobus coniugatis. ita singulariter dicit Oldra.in consilio ccxlvij.incip.factum tale est &c.& post eum Ioan.And.in addit.ad Specu.in rubrica qui filij sunt legiti.& Bal.in l.eam quam, C. de fideicommissis.

12 Vigesimosextò facit ad hoc, ꝙ habens † facultatem dispensandi cum spurio, item cum incestuoso, non poterit dispẽsare cum spurio,& incestuoso simul, vt putà cum nato ex consanguinea maritata. Ita singul.decidit Bartol.in l. vim passam.§.præscriptione, ff.de adulte.& ibi rationem addit. de quo articulo quotidiano vide latè per eundem Bartol. Alexand.& omnes scribentes, in l.ij.ff.de verborum obligatio.& per Alexan.in rubrica, C.de iudic.& per Panorm. Ioan.de Imo.& alios in cap.at si clerici.§.de adulterijs.de iudicijs,& per Angel.& Iasonem in §.omnium, Institu. de actio.& in locis per eos commemoratis.& vide plenè supra in loco ab æquipollentibus, & in locis per me commemoratis, vbi obiter tetigi, an sub simplicibus comprehendatur mixtum. Vigesimoseptimò facit ad hoc, quòd constitutio disponens carceratos ob reuerentiam alicuius sancti vel festi, aut propter inaugurationem principis, relaxari vel liberari à carceribus, non vendicabit sibi locum in eo qui incidit in carcerationem geminatam, vel ob

A D D I T. * Error. Et ratio est dicit ibidem Bald. quia etiam de liberando potest quis decipi, lege, de ætate. §.ex causa. ff.de interrog.actio. Specificanda tamen est causa erronea.d.§.ex causa.

ob dictum geminatum: text. est notabilis, in l. tertia. C. de episcop. audi. per quem text. singulariter dicunt ibidem Guil. de Cuneo, Cyn. Bald. Paul. de Cast. & docto. quòd impetrans remissionem de homicidio, subticito alio homicidio per eum perpetrato, de quo tamen habuit remissionẽ, non debet gaudere beneficio huius vltimæ remissionis: quia censetur surreptitia, nam verisimiliter princeps non ita faciliter concessisset hanc secundam remissionem, si expressisset de prima, argu. ca. ij. de filijs presby. libro vj. quia delicta geminata grauius sunt punienda, dicta l. iij. & l. seruos, C. ad legem Iuliam de vi publi. & ita etiam in specie decidit Iason in d. l. nec damnosa, post Barbatiam per eum relatum: & Hippo. de Marsil. post alios per eum relatos in singul. cxj. Vigesimooctauò facit ad hoc, quod licet pro delicto alibi commisso non posset quis hic puniri, si nõ habeat hic domicilium vel forum, iuxta ea quæ notan. in l. j. C. vbi de crimin. agi opor. Tamen si alibi fecit plura furta, & hic commisit solum vnum furtum, etiam si ex forma statuti non posset quis prò vno furto suspendi, tamen propter furta alibi commissa poterit hic aggrauari pœna, & suspendi, ita singulariter dicit Bartolus, in l. si cui. §. cũ sacrilegium, ver. quæro, si vnus. ff. de accusa. & sequitur Alex. in dicta l. seruos, & Bald & Salice. in authen. sed nouo iure, C. de seruis fugiti. & idem vult Ioan. de Platea, in l. omnes, ver. ex his infertur. C. de delato. libro x. ad quos remisisse sufficiat. Contrarium tamen in hoc quotidiano articulo videtur sentire Gandinus in libello malefi. in titu. de furibus, & latronibus, quem omnino vide. Vigesimononò facit ad hoc, quòd si

13 vno statuto cauetur, quòd homicida puniatur in centum, & alio statuto caueatur, quòd si quis commiserit duo homicidia, decapitetur, si quis committat duo homicidia, licet pro primo soluerit centum, tamen decapitabitur, quia primum aggrauat secundum. Ita singulariter dicit Bald. in Authentic. qui semel, in versic. not. hoc verbum. C. quomodo & quando iudex. & sequitur Petrus de Anchar. in repetitione capit. canonum statuta, in xiiij. quæstio. principali, in versiculo format alibi idem Baldus quæstionem, de constitutio. & Antonius Corsetus in singulari cccxlij. Imò (quod fortius est) propter consuetudinem delinquendi, potest quis puniri pœna mortis, vbi

 aliàs

aliàs non posset puniri nisi pecuniariter, textus est notab. in l. vnica, in fi. iuncta glo. ibi, C. de superexacto. libro x. & ibi Bartol. Ang. & Alex. de Imola hoc notant. Vnde rectè dicit diuus Augustinus, quod continuatio seu geminatio facit de peccato veniali mortale, vt est tex. singularis in ca. vnum orarium. §. hinc etiam, xxv. distinct. Trigesimò facit
14 ad hoc, ꝙ † licet emptor, lite sibi mota super re empta, cõpromittens in arbitrum sine consensu venditoris, non habeat regressum contra venditorem, vt est tex. no. cum glo. in l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. de qua facit festum Ludo. Roma. in singu. trigesimo, & notatur, in c. fina. de emp. & vend. Tamen si in instrumento venditionis venditor promittat de euictione quomodocunque res euincatur, & contingat eam euinci per viam compromissi, hoc casu emptor bene habebit regressum contra venditorem, & agere poterit de euictione, propter dictionem, quomodocunque, vel quocunque modo, & virtutem geminationis ex ea resultantem: ita singulariter decidit Bal. in l. cum pœna, per glo. ibidem. ff. de arbi. & Iacobin. in libello feudo. in illis verbis, & cum pacto, quòd de ipso feudo &c. & Cepolla in cautela xcvij. & Socinus, in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubijs, & doct. sæpe alibi. Trigesimoprimò
15 istud facit † ad hoc, quòd licet aliàs cõfessioni factæ in tormentis non stetur, l. j. §. diuus. ff. de quæst. Attamen hoc nõ procedit, quando de hoc habetur duplex, vel bina cõfessio extraiudicialis: de isto habes glo. notab. in l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adul. quam Alex. de Imol. ibidem in apostillis ad Bar. dicit esse singu. Posset & ad multa alia induci hæc arg. à vi geminationis, sed prædicta pro iuuenib' abundè sufficiunt. Illud autem nolo te ignorare, ꝙ effectus & virtutes geminationis, de quibus supra, procedunt, quãdo actus est geminatus ex interuallo temporis: ita probãt d. l. quinquaginta, d. l. si mulier, d. Auth. siue à me, d. l. cum scimus, & lex secunda. C. quod met. cau. cum similibus. Si autem actus esset geminatus in eodem penè instanti, sine
16 interuallo temporis, tunc debet distingui, vel est † geminatus viua voce tantum, vel scripto. Primo casu talis geminatio nihil operatur, imò dicitur actus vnicus, seu simultaneus: & ita procedit glossa ponens exemplum quotidianũ in l. iiij. in verbo, nisi ei. ff. de pignoratactio. & glo. in cap. ab

co,

eo. ponens duo alia exempla, de appel.lib.sexto; & do tibi aliud exemplum quotidianum. Tu scis quòd ille qui soluit canonem per triennium continuum, præsumitur retro in præteritum soluisse: tex. est singularis in l. quicũque, C. de apoc. pub. lib. x. & no. per glo. singularem & doct. in l. ij. C. de iure emphyt. quod est verum, quando talis solutio p triennium continuum facta est cum interuallo temporis & annorum, secùs si vna, & eadẽ die quis soluat pro triẽnio præterito: tunc enim nõ præsumitur retro solutum ex isto vnico actu: ita singu. dicit Bal. in l. ij. ver. pone, ꝙ quis, C. de dotis promissi. & est de mente Cyn. ibidem; & hoc dictum tanquam singulare refert & sequitur Iason, in l. j. C. de fideicommiss. & in l. si certis annis, C. de pactis, & Pirrhus, in d. l. quicunque. Item poteris videre aliud quotidianum exemplum per Bal. Salice. & doct. in d. authen. sed nouo iure, vbi habetur, ꝙ plura furta eodem tempore vel loco cõmissa, non dinumerantur vt plura ad effectum punitionis corporalis, ad quam imponendam requiritur consuetudo delinquendi, quæ nõ causatur sine interuallo temporis, vt ibi per eos, quod nota. Secundo casu, quando verba geminata scribuntur in aliqua lege vel canone, bulla, rescripto, vel vltima voluntate, tunc procedunt dicti effect⁹ seu virtutes geminationis: quia videntur tunc seriosè & cum mysterio repetita, & nõ ex lubrico linguæ: Ita probat d. c. eam te, & d. l. balista. quæ ad hoc est singularis. & ita saluari potest dictum Bal. & Card. in d. c. si. de offi. deleg. & plura alia dicta suprà commemorata. Hinc rectè dicit glo. singularis in cle. j. super verbo, diœcesanis, de iure patronat⁹, ꝙ quando in vna lege, vel canone pluries exprimitur & repetitur idem verbum, tunc de mente legis, vel canonis exorbitantis vel pœnalis est, quòd non fiat extensio legis vel canonis ad alium casum, quàm ad nominatum in lege, vel canone, licet materia de sui natura esset proportionabilis alijs: & illam gloss. refert & sequitur Dominicus in capit. duobus, de rescrip. libro sexto, vbi per hoc dicit se consuluisse contra dominos de Rota in vna ardua & quotidiana quæst. & cum eo transit ibi Phi. Fran. ad quos remisisse sufficiat. Hoc tamen quod dixi, geminationem scripto factã operari effectus & virtutes geminationis, de quibus suprà, etiam si non fiat ex interuallo, ego puto limitandum

verum, nisi ex hoc quis posset fraudari, vel nisi in fraudem actum esset de geminatione ex interuallo fienda. His enim casibus geminatio, etiam ex interuallo scripto facta, nõ operatur effectus prædictos. Ita sing. decidit Bal. in d.l. cum fidem, in fine, cum quo transit ibi Sali. & ad hoc optimè faciũt not. p Inn. Card. Io. de Imo. & canonistas in c. grauis. de deposito, & not. per Bald. in Auth. hoc ius porrectũ, in versi. sed pone, C. de sacro. eccle. Quæ omnia commenda memoriæ, quia non reperies alibi ita plenè, licèt multa ex supra dictis ponat Ludo. Ro. in rep. d.l. si vero, in xxxj. fallentia, & Fel. in d.c. si cautio, & Iason in d.l. si certis annis, & in l. pen. in fi. C. de pact. & Hip. de Marsi. in l. j. C. ad leg. Corn. de sica. & idem Hip. in d.l. j. §. quæstioni. nu. 2. & pluribus ff. de q.

¶ LOCVS A VI SVBROGATIONIS.

1 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatum est, & qualiter procedat, num. 2. & per totum locum. limitatur num. 20.*

3 *Subrogatus in officio vel collegio loco alterius, vtitur iure illius, in cuius locum subrogatur.*

4 *Delegatio alicui constituto in dignitate facta sub nomine dignitatis, transit in subrogatum in dignitate.*

6 *Seruiens per substitutum, vel aliquem loco sui subrogans debet subrogare talem, qui sit æqualis conditionis in moribus, sciẽtia & peritia.*

7 *Ius agendi ad supplementum legitimæ finitur quinquennio sicut querela inofficiosi testamenti.*

9 *Tempus per statutum introductum ad appellationem prosequẽdam regulabitur secundum tempus à iure cõmuni præfixum.*

10 *Tempus instantiæ causæ principalis non potest per pactum prorogari.*

12 *Reconuentio in prima instantia locum habet nedum coram iudice ordinario sed etiam coram delegato.*

13 *Iudex non potest suam sententiam mandare executioni extra suum territorium.*

14 *Intellectus l. quod ait lex. §. si ff. ad l. g. Iul. de adulter.*

15 *Actio personalis si succedat loco rei vendicationis efficitur illius naturæ:*

Actio personalis in rem scripta tollitur præscriptione longi temporis.

16 *Interesse lucri cessantis non potest peti post solutionem sortis.*

17 *Præscriptio breuior subrogata in locum longioris sapit eandem naturam quantum ad perpetuationem actionis quam reliqua.*

18 *Maritus quando teneatur vltra quàm facere possit.*

19 *Imperator electus ante coronationem exercet iura imperij.*

Subsequitur nũc loc⁹ à vi subrogationis, à quo sumptum argumentum est forte, frequens, & vtilissimum, & formatur hoc modo. Subrogatum sapit ✝ naturam eius, in cuius locum
1 subrogatur, tex. est not. in l. j. §. hæc actio. & ibi Bart. latè distinguit ff. si quis testa. liber esse iuss. fue. & in l. si eũ. §. qui iniuriarum, & ibi glo. Bar. Bal. Ang. Lam. de Rampo. Albe. de Rosate, & doc. ff. si quis cautio. & in l. vnica. §. j. & ibi Cy. Bald. Sal. & doct. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat, & ibi Ioan. Fabri, & Iason Insti. de actio. & in l. filiæ. §. j. & ibi doct. ff. de conditio. & demonstra. & in l. si donatæ. §. si sponsus, & ibi gloss. ff. de dona. inter virum & vxo. & in ca. vnico, & ibi Bald. notat de vasallo decrepitæ ætatis in vsibus feudorum, & in cap. ecclesia. j. & ibi Henricus Boich & canonistæ, vt lite pendente, cum similibus, de quibus infrà. & isto arg. à vi subrogationis vtuntur doct. in variis locis, vt infrà patebit, ex quo facilè perpendi potest, hunc locum vtilissimum esse ad multa. Et (gratia exempli) pro instructione iuuenum primò facit ad hoc, quòd sicut impetrans à sede apostolica gratiam pro obtinendo beneficio, tenetur facere mentionem de alio beneficio quod obtinet, quantumcunque modicum sit, ca. cùm adeò, c. postulasti, & c. si proponente, de rescrip. iũcto c. si motu proprio, & c. non pôt. in princ. de præbend. lib. vj. Ita etiam tenetur facere mentionem de literis, quas habuit ad obtinendũ beneficium, & de pensione propter illas obtenta, licèt pẽsio sit alterius naturæ, quàm beneficium, etiã si pensio sit obtẽta illicitè & simoniacè. Ita sing. dicit Cardin. in c. ad audiẽ-

tiam ij.in iiij.opposi.de rescrip. per illum tex. & per dictã regulam, subrogatũ sapit naturam eius, in cuius locũ subrogat.& idẽ sentit ibi Io.de Imo.licet sit corrupt'. Ex quo habes singulariter notare, quòd hoc argumentum à vi subrogationis procedit † etiam si subrogatum sit alterius na-
2 turæ, quàm est illud, in cuius locum subrogatur, quod tene menti. Secundò facit ad hoc, quòd constitutio declaratoria constitutionis pœnalis, ad euitandum pœnam nullitatis actus, extenditur ad subrogatum, glo. est singu. in cle. ij. in verbo episcopi, de rescrip. quæ singulariter dicit, quòd dispositio d.cle.ij. loquentis in officiali episcopi, locum etiam sibi vendicat in officiali capituli, quod sede vacante subrogatur loco episcopi, cap. cum olim, de maior.& obed.& c.vnico, illo eo.tit.lib.vj.& sic rectè dicitur officialis iurisdictionis episcopalis, subrogatum autem sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, iuribus præall. quod nota. Tertiò facit ad hoc, † quòd subrogatus in offi-
3 cio vel collegio loco alterius, vtitur iure illius, in cuius locum subrogatur, tam quo ad incommodum quàm quo ad commodum, l. vnica, C. de collegiatis, & charto. lib. xj. ergo obtinens locum alterius in aliquo collegio per translationem vel aliàs, sentiet commodum & incommodum, quod alius in cuius locum subrogatus est, habuisset, vel sustinuisset, si translatio facta non fuisset. Ita not. dicunt Barto. Io. de Pla.& doct. in d.l. vnica. hinc videmus in multis ecclesiis obseruari de consuetudine, quòd canonicus intrans aliquod collegium via permutationis, statim efficitur plenus, vbi aliud obseruatur, quando quis intrat per mortem alterius. Cuius non est alia ratio, nisi quia hoc vltimò casu non censetur in locum alterius subrogari, sed primo casu fit, & subrogatum debet sapere naturã eius, in cuius locum subrogatur, iurib. præall. Attende tamen, quia subrogatus in locum alterius, non propterea censetur subrogatus in ordine aut gradu, vt est tex. not. in l. si quis in archiatri, C. de profe.& med. lib. x. Quartò facit ad hoc, ꝙ à sententia tertij electi per arbitros in casu discordiæ, iuxta formã l. itẽ si vnus. §. principaliter. ff. de arb. nõ poterit appellari, ꝑ tex. in d. §. principaliter. in fin. ibi, cuius auctoritati pareatur, & quia si illi duo arbitri primò electi pronunciassent, staretur eorũ sentẽtiæ, etiã iniquæ, l. diẽ proferre.

§. ita

§.stari.ff.de arb.ergo etiã stabitur sententiæ istius tertij,cũ intelligatur subrogatus loco ipsorũ,& subrogatũ sapit naturã eius,in cuius locũ subrogatur,iurib⁹ præall.& ita post lõgã disputationẽ singulariter decidit Io.de Imo.in c.Quintauallis,de iureiur.in vers.quid autem de terrio electo, & doct.alibi. Quintò afacit ad hoc, ꝙ noua inuestitura facta per dominũ virtute antiquæ,nõ tollit vigorẽ venientẽ ex antiqua,vt est tex.not.in d.c.vnico,de vasal. decrep. æta.& ibi Alua.notat,pro ratione adducens regulã ante tactam, subrogatũ,&c.& aliqua ex iuribus supra allega.Imò(quod fortius est) si princeps,qui potest de nouo infeudare,concedendo nouum feudũ dicat,se concedere iure antiqui & auiti feudi,per huiusmodi verba tale feudum adsumit qualitatem antiqui feudi,ac si verè esset antiquum. Ita singulariter vult Ias. in præludiis feud.in tertia diuisione feudorum post Bal.& alios ibidẽ,licet referat aliquos tenere cõtrarium,quod nota, quia est quotidianum. Sexto facit ad
4 hoc, quod † delegatio, seu commissio facta alicui in dignitate constituto sub nomine dignitatis, transit in subrogatum in dignitate, cap.quoniam Abbas,cum ibi nota.de offi.dele.& hoc virtute dictæ regulæ, subrogatum, &c.Sic etiam succedens alteri in honore, succedit & in onere, cap.aduersus, vbi est tex. de immu.eccle. An autem is,cui facta fuit commissio sub nomine dignitatis, vel alterius qualitatis,si desiit esse talis, qualis fuit tempore datæ cõmissionis, vel contrà tempore datæ non fuit talis,sed postea cœpit esse talis, possit in negotio commisso procedere,recurre ad singulariter nota.per gloss. in cap. statutum, in principio,in verbo, canonicis,in fine,& ibi per Dominicum,Philip.Francum,& alios de rescrip.lib.vj.& ad not. per gloss.& doct.in dict.clem.ij,in verbo, principalis. Se-
5 ptimò facit ad hoc,quòd ille † qui est subrogatus in locũ alterius,debet esse eiusdem iuris,& conditionis, cuius est ille, in cuius locum subrogatur, & debet esse talis qui à principio potuisset ad talem actum eligi. Ita singulariter dicit Bald.in l.parabolani,per illum text.quem ad hoc reputat aureum,C.de episco.& cler.quod facit secundũ eum contra iudices & assessores iustitiarum regni,vt ibi videre poteris per eum.Ex hoc etiam sequitur,quod rector ꝑclaræ vniuersitatis Louaniensis nõ posset in sua absentia sub-

stituere, vel loco sui subrogre coniugatũ, cum talis ab initio ex statuto ad dignitatẽ rectoralẽ eligi nõ posset, per d. l. parabolani, eũ ibi not. per Bal. ille tñ qui fuit legitimè electus rector, si posteà durante rectoratu ducat vxorẽ, non perdit dignitatem rectoralẽ, arg. l. j. §. quãuis, in fi. ff. de postulãdo, & l. cæcus, cum ibi not. ff. de iud. multa em̃ impediunt facienda, quæ non tollunt iam facta, l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, cũ similibus, & ita obseruari vidi in persona præclarissimi senatoris domini Petri Lapostole doctoris vtriusque iuris peritissimi. Octauò fa

6 cit ad hoc, ꝙ† quando aliquis vult seruire per substitutũ, vel aliquem loco sui subrogare, debet subrogare talem qui sit æqualis conditionis in moribus, in sciẽtia, & in peritia. Ita singulariter dicit Bar. in l. j. per illũ tex. in fi. C. de pręp. agẽt. in reb. li. xij. & propterea doct. nõ põt subrogare scholarem ad legendum, quamuis sit sufficiens, nec miles tyronem, secundum eum. & idem vult Corsetus in singulari cccxxiij. & est de mente gloss. quæ loquitur in scriptore, in l. stipulationes commodissimum, & ibi habetur per Ang. & Ioan. de Imo. ff. de verbo. obliga. & habetur per eundem Io. de Imo. in l. continuus. §. si ab. eo. illo eod. ti. & idem est de mente glo. & Barto. in l. j. C. de mancipiis & colo. patrimo. lib. xj. vbi etiam dicit Barto. quòd coloni qui faciunt putare arbores, vel vineas, vel arare terras per ineruditos in cultura, si prædia ex hoc sint effecta deteriora, tenẽtur, quia imputatur eis, cur ineruditos miserunt ad culturam. De qua materia vide etiã per Bar. & omnes in l. nemo est, qui nesciat. vers. induco ad quæstionẽ ff. de duob. reis. & ꝑ Panor. & canonistas in c. j. de summa trini. & plenè per Io. And. in regula, qui facit per alium, de reg. iur. lib. vj. in Mercurialibus, & per Bald in l. fina. ff. de excusa. tuto. vbi ad

7 præmissa dat limitationem quandam, * Nonò† facit ad hoc, quòd quemadmodum querela inofficiosi testamenti finitur quinquennio, l. si quis filium, in fine. C. de inof. testamento, ita & ius agendi ad supplementum legitimæ, quod

ADD.* Quandam. Limitat ibi Bald. regulam, per substitutum quis seruire non potest, Fallit propter necessitatem. l. Titius. §. fi. ff. de excus. tut. Fallit in casu l. nullus. iij. Cod. de decuri. lib. x.

quod succedit in locum querelæ,per dictam regulam, Sub rogatum,&c.& ita not.Bar.in d.l.si quis filium. de quo articulo vide ibi latius per eum & posteriores, & per Bal. in Auth.presbyteros, C.de episco.& cler.& plenissimè per Iasonem & nouissimos in l.certi condictio,in princ. ff. si certa petà.ad quos remisisse sufficiat. Decimò facit ad hoc,quòd episcopus qui succedit in locum executoris à testatore deputati,eo intra annum, qui ad hoc datur à iure non exequente vltimam voluntatem defuncti,l.nulli,C.de episc.& cleri.& c.si hæredes,de testam.cum simil.debet seruare formam datam à testatore executori per eum deputato. Ita notab.dicit Bald.in l.fi.in bona lectura, per illum text.C.si manci.ita fuc.alie.ne manumit.& Corsetus in sing.lxxj. & doct.sæpe alibi. Vndecimò facit ad hoc, quòd licet patronus negligens præsentare intra tempus à iure præfixum, propter suam negligentiam perdat potestatem præsentandi pro illa vice,& potestas conferendi,vel prouidendi deuoluatur illa vice ad episcopum vel alium,c.cum propter, de iure patr.& cle.vnica,cum sua sing.gl. in verbo dispositionem,de supplen.negli.præla,iunctis notatis per Panor. in c.ij.circa finem,de concess. præben. tamen beneficium hoc casu non poterit per episcopum, vel alium, ad quem hoc casu spectat dispositio,aliter conferri,quàm habeat tenor fundationis beneficij: Ita singulariter dicit Io.de Imo. post Calderi.in c.cum accessissent,de consti. & idem sentit ibi Panor.& clarius Feli.& est ratio.quia subrogatum, &c.

3 Duodecimò facit ad hoc† quòd si certis ciuibus datum sit arbitrium,vel facultas intra certum tempus eligendi iudices,seu(vt vocant)scabinos,dum tamen eligant de illo loco,quòd tempore effluxo deuoluatur potestas eligẽdi ad Baliuum,vel Schultetum loci,aut ad Præsidem prouinciæ: ciuibus non eligentibus intra tempus præfixum, facultas eligendi deuoluetur ad Baliuum,Schultetum,vel Præsidẽ: qui tamen habebunt eligere de illo loco,quia ius eligendi deuoluitur ad eos cum eadem qualitate: Ita singulariter dicit Io.And.in regula contra eum,de reg.iur.lib.vj. in Mercurialibus:& vult Lu.Rom.in rep.l.si verò.§,de viro, in xx. fallentia.ff.sol.ma.& idem Ludo. Roma.in singulari ccccIxxxij.incip.pone quòd arbitrium,&c. Et pro hoc optimè facit tex.in d.cle.vnica.& ibi vide Card.in iiij.no.Decimotertiò

tertiò facit ad hoc, quòd si facta fuerit electio per viã scrutinij, & maior pars consenserit in certum, alij autem debentes eligere neglexerint ius suum, superior ad quem deuoluitur ius eligẽdi debebit eligere illum in quem maior pars consensit, per dictam regulam, Subrogatum. Et ita singu. dicit Io. Añd. in cap. publicato, de elect. & sequitur Lu. Rom. loco prędicto, & doct. frequenter alibi. Decimoquartò facit ad decisionem illius quotidianæ qustionis: Ego habebam castrum in certo loco, & homines illius loci ex pacto tenebantur mihi custodire illud castrum. cõtigit quòd illud castrum propter bellum fuit penitus destructum, ego feci ædificari castrum nõ in eodem loco, sed prope illũ: dubitatur, vtrum illi homines mei teneantur mihi custodire illud castrum de nouo constructum? & post multa quæ allegari possent pro & contra, fuit decisum & conclusum quòd sic, ea potissimùm ratione, quia subrogatũ sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. Ita refert & determinat Alb. de Rosate in l. si vsusfructus, in fine. ff. quib. mod. vsusfr. amit. & Iacobi. in libello de homagio, circa quod in simili q. notat Bal. in l. si plures, C. de condi. inser. & idem Bal. in l. iij. * C. de priuil. fisci. Decimoquintò facit ad hoc,
9 †quòd tempus per statutum introductum ad appellationem prosequendam, & sic subrogatum in locum temporis à iure communi præfixi, regulabitur sicut tempus à iure communi pręfixum instantiæ appellationis: & ergo in casibus, in quibus tempus à iure communi præfixum non currit, puta cum stat per iudicem, vel cum partes cõpromiserunt, non curret etiam tempus statuti: & in casibus in quibus currit tempus iuris communis, sed datur restitutio (quod quando contingit, videre poteris lucidè per Io. de Imo. & alios in c. ex ratione, de app.) in eisdẽ casibus etiam curret tempus statuti, sed dabitur restitutio: & in casibus, in quibus currit tempus iuris communis, & instantia causæ appellationis simul & causa mortificatur, in eisdem casibus etiam curret tempus statuti & mortificabitur instan

ADDI. * Tertia. Baldus in d. l. iij. videtur concludere cõtrarium eius quod hic dicit Euerardus. Nam dicit quòd si pons esset mutatus, nouus pons non haberet iura pontis. considera.

instantia & causa, vt sic per omnia tempus statuti fungatur vice temporis iuris, in cuius locum subrogatur, per dictã regulam, Subrogatum, &c. *Ita* singulariter decidit *Ioann.* And. in addi. ad Specu. in titu. de appellationibus, in §. nunc breuiter, in additione magna. Decimosextò facit ad hoc,
10 quod sicut † tempus instantiæ causæ principalis, puta trié nij in ciuilibus, & biennij in criminalibus, l. properandum in principio, C. de iudiciis, & l. fin. C. vt intra cer. temp. crimina. quæstio termi. non potest per pactum prorogari, cũ sit inductum ob vtilitatem publicam, vt tenet gloss. Barto. Bald. Pau. de Ca. Salice. & doct. in d. l. properandum, verbo triennij, & gloss. in l. ij. in versicul. sed si iudex. in verb. inhibita. ff. de iudic. *Ita* etiam tempus instantiæ restrictum per statutum ad duos vel tres menses, non poterit per pactum prorogari, cum tempus illud statutarium censeatur subrogatum in locum termini iuris, quod prorogari non potest, vt dixi, & subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. *Ita* singulariter decidit *Io.* de *Imo.* in l. iiij. in principio. ff. de dam. infe. & sequitur Alexand. in cõsilio suo xxiiij. iiij. vol. incip. redemptoris, &c. inspecto processu causæ vertentis, &c. circa finem: vbi recitat plures alios idem tenentes. & idem vult Bal. in extrauaganti de pace Constantiæ, in §. in causis, & Georgius Nata in repe. cle. sæpe, de verb. signi. *In* hoc tamen articulo pulchro & quotidiano aliter sentiunt Salice. Alexan. & Iason in d. l. properandum. & idem Alexand. in d. l. iiij. in principio, & nouissimè Feli. in capi. penultim. de iudiciis: sed quis iustius induit arma, ex hinc inde allegatis perpendere poteris: quare ad eos remisisse sufficiat. Decimoseptimò facit ad hoc, quòd cum salaria, quæ hodie percipiunt aduocati à clientulis, subrogentur in locum eorum quæ olim dabantur de publico, censeri debent eodem iure, & sic quasi castrense peculium, per dictam regulam, Subrogatum, &c. Ex quo sequitur, quòd aduocati filijfamilias poterunt de dictis salariis testari & disponere ad libitum, vt olim poterant de salario publico: & ita singulariter decidit gloss. in l. fori, & ibi eam ad hoc notãt, & commendant Bartol. Bald. Alberi. Salicet. & docto. C. de aduoca. diuerso. iudicum: de quo articulo vide plenissimè per Alexand. de *Imo.* in consilio suo ij. vj. voluminis. Decimooctauo facit ad hoc, quòd prote-

stacio

ſtatio quæ ſubſiſtēte metu ſubrogatur in locum appellatio nis.cap.ſi iuſtus metus.de appella.& l.ij. C. de his, qui per metum iud.non appe.fieri debet intra tempus intra quod eſt appellandum,& ſic intra decendium.Ita ſingulariter di cunt Bald.Philip.Francus.Præpo. & alij in d. cap. ſi iuſtus metus,per illum tex.quod nota.Decimononò facit ad hoc quòd ille qui emit gabellam à communi,& ſoluit commu ni de ſuo,poteſt debitores non ſoluentes capere & eorum bona ſubhaſtare,& vendere,ſicut poterat commune, vel fiſcus,in cuius locum ſucceſſit.text.eſt notabilis in l. credi- tor.in principio,& ibi Bartol.& Paul.de Caſt.notant & val de exclamant.ff.de acti.empti.vbi vide,& in l.nemo carce- rem.C.de exacto.tribu.lib.x. Vigeſimò facit ad hoc, ꝙ re- dituarij, vel receptores Cęſaris,qui ſoluunt pro aliis quos nondum exegerunt,poſſunt exigere debitores pro ſe eo- dem modo quo poſſent exigere pro Cæſare, ſcilicet capiē do perſonam vel bona:nam cum ſuccedant in locum Cæſa ris vel fiſci,vtuntur eodem iure quo fiſcus, poſtquàm de ſuo ſoluerunt fiſco.Ita ſingulariter determinat Ioan.de Pla tea in l.miſſi opinatores,verſ.vltimo not.ex fin.C.de exact. tributo.libr.x.per text.in d. l. creditor, vbi etiam hoc vult
11 Pau.de Caſtr. Vigeſimoprimò facit ad hoc, † quod ſicut reus tenetur fiſco edere inſtrumentum contractus ad fun- dandum intentionem ſuam ſuper petitione gabellæ debi- tæ ratione celebrati contractus.l.nec quiſquam.ff.de eden do,vbi de hoc eſt tex.ſingularis ſecundum vnam lecturam, ita etiam reus tenetur edere inſtrumentum contractus em ptoribus gabellarum,cum ſuccedant in locum fiſci: & ſu- brogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, iuribus præal.Et ita ſingulariter decidit Bal.in l.j.§. editio nes,circa finem verſ.iuxta prædicta formo. ff. de edendo:
12 quod nota.Vigeſimoſecundò facit ad hoc, † quòd ſicut in prima inſtantia locum habet reconuentio nedum coram iudice ordinario,ſed etiam coram iudice delegato, cap.j. & ij.de mutuis peti. cum ſimilibus: ita etiam in ſecunda inſtantia,ſeu cauſa appellationis, non regulariter, ſed in certis caſibus locum habet reconuentio & in illis caſibus ratio eſt,quia ex quo iudex appellationis ſuccedit loco iu dicis à quo,debet ſuccedere cum omnibus appenditiis. & qualitatibus ſuis,vt ſic ſubrogatum ſapiat naturam eius in
cuius lo

cuius locum subrogatur. ita sing. dicit Panorm. in d.c. j. vbi plenè hunc articulum quotidianum examinat, de quo tractatur etiam per Barto. Salic. & alios in authen. & consequenter, C. de senten. & interlocu. omnium iud. & per Cy. & doct. in l. per hanc, C. de tempo. appel. & sæpe alibi. Vigesimotertiò facit ad hoc, quòd sicut accusationes criminales regulariter non durant nisi xx. annis, vt est tex. singularis in l. querela, cum ibi notatis per glo. in verb. sicut cætera. C. de falsis. ita nec officium iudicis ad inquirendum de delicto debebit durare vltra xx. annos, quia inquisitio quę fit officio iudicis, succedit loco accusationis deficientis, l. rescripto. §. si quis accusatorem non habet. ff. de mu. & ho. & c. qualiter & quando ij. vbi no. tex. ad hoc de accusa. ergo debet sapere naturam accusationis, in cuius locum subrogatur, iuribus præal. & ita expressè decidunt Bar. Sal. & docto. in d. l. querela. Contrariū tamen in hoc pulchro & quotidiano articulo tenet gl. per verbum fortè, in d. l. querela, dicens quod licet accusatio de crimine duret solum xx. annis regulariter, officium tamen iudicis durat xxx. annis. & idem est de mente glo. in l. sicut, super verbo persecutione, C. de pręs. xxx. vel xl. an. & sequitur vtrobique Ang. egregiè hoc ipsum examinans: ad quem remisisse sufficiat. Vigesi-
13 moquartò facit ad hoc † quòd sicut iudex extra suum territorium non potest suam sententiam mandare executioni, l. cum vnus §. pen. ff. de bo. auct. iud. possi. & vulg. l. extra territorium. ff. de iurisd. omni iud. ita nec pars poterit propriā auctoritate capere debitorem suum fugitiuum extra prouinciam, quia non debet plus posse pars, cuius ministeriū succedit in locum officij iudicis deficiente iudice, quàm possit ipse iudex, cùm subrogatum &c. licet hoc posset intra prouinciam, quando iudicis deest copia. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. & in l. j. ibi, intra prouinciam, & ibi Angel. C. vbi quis de curiali vel cohor. hoc tamen limitat ibi Ang. nisi creditor de sua prouincia continuò insequendo debitorem fugitiuum in alieno territorio eum caperet. talis enim captura tenet, & propter continuationem videtur captus in loco vndè incepit fugere, secundum eum, per tex. notab. in l. quod ait lex. in fine, iuncta l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. ad leg. Iul. de adulte. cum aliis illic per eum alleg. Cui consonat quòd per d. l. quod

ait lex.§.fi.decidit Sal.in l.Gracch',C.de adulter. vbi dicit quòd maritus vel pater occidens adulterum extra domũ, dummodò eundem in domo deprehensum incontinenti extra domum insequutus occidat,impunè hoc facit.& idẽ vult Angel.loco prædicto in capto extra territorium, sed quoad captum extra territorium seu districtum, contrarium tenet idem Angel.in d.l.quod ait lex, circa finem, & Ioan.And.in addi.ad Specu.in tit.de accusa. parte iij.§.sequitur videre,in magna additione,in versic.elegans Oldra di quæstio se offert,pluribus id confirmans mediis. & hoc credo verius,quod memori teneas mente, quia vidi in casu de facto occurrente magnam de hoc controuersiam. Et

14 facilis † est responsio ad dict.l.quod ait lex.§.fi. quia debet intelligi sine iuris præiudicio alieni,& ita etiam reperio expressè velle Iacobinum in dicto suo singulari libello de homagio,circa finem.Idem etiam vult Ang. de Aretio tractatu suo maleficiorum,in verbo fama publica præcedente,in materia capturæ in vj.q.& ibi vide optimam apostillam.Idem etiam vult Præposi.post Bal.in c.j.§.si iudex, in tit.de pac.ten.& eius violat.in vsibus feudorum, & plures alij in locis per eum commemoratis. Vigesimoquintò facit ad hoc,quòd quemadmodum damnato in metallum, deportato,fratribus minoribus, & similibus personis relinqui possunt alimenta,& pro huiusmodi legatis alimentorum competant actiones,l.iij.in prin. à contrario sensu. ff.de his quæ pro non scrip.haben.l.legarum,cum ibi notaris per gl.Bar.& doct.ff.de cap.dimi.& l.quidã.cum ibi notatis per Albe.de Rosate.versi.vtrum conuentus.ff.de pœnis. Ita etiam præfatis personis carceratis competit actio in factum & actio iniuriarum cõtra impedientes ipsis administrari alimenta.de hoc est tex.singularis secundum vnum intellectum,in l.si victum.ff.de re iudica. & ratio est, quia cum istæ actiones iniuriarum & in factum succedant in locum actionis competentis pro alimẽtis,debent sequi eius naturam,per dictam regulam,Subrogatum.&c. & ita singula reperio velle Barto.Angel.& Ioan.de Imo. qui cæteris clarius loquitur,in dict.l si victum. Vigesimosextò fa

15 cit ad hoc,† quòd actio personalis,quæ regulariter durat xxx.annis,l.sicut,C. de præscri.xxx.vel xl.annor. si succedat loco rei vendicationis, cui præscribitur in re mobili triennio,

triennio, Institu. de vsucap. in principio, durabit solum triennio. Ita singulariter reperio velle Pau. de Castro, in casu quotidiano, in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucapio. & pro hoc adduco tibi glo. Bar. Sali. & docto. in dict. l. certi condictio, & notata per gloss. Bartol. Bald. & doctor. in l. iij. C. de his quæ vi metusue, inquantum dicunt, quòd actio personalis in rem scripta, qualis est actio, quod metus causa, tollitur præscriptione longi temporis, sicut actio realis. Vigesimoseptimò facit ad decisionem illius quotidianæ quæstionis: Maritus legauit vxori omne frumentum, quod habet in suo granario, superuixit, & frumentum illud cõsumpsit, deinde in eodẽ loco reposuit aliud frumentum, & moritur superstite vxore, quæritur an illud debeatur vxori: & eadem quæstio potest fieri de vestibus. in qua quæstione quotidiana licet multa allegari possent pro, & contra, communis tamen conclusio est, ꝙ debetur: * Ita notab. dicunt Iacob. de Arena, Batto. Bal. Ang. Alber. de Rosate, Paul. de Cast. & doct. in l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. j. per dictam regulam, Subrogatum &c. & sequitur Socin⁹ in dict. l. filiæ. §. si. per illum tex. qui ad hoc est notabilis. & ibi etiam idem vult Pau. de Cast. Vigesimooctauò facit ad hoc, quod si monasterium aliquod sit priuilegiatũ in hoc, quod tempore interdicti Abbas & conuentus possint familiares suos admittere ad diuina, poterunt virtute eiusdem priuilegij admittere etiam familiares post datam priuilegij in locum deficientium vel recedentium receptos, per dictam regulam, Subrogatum &c. & ita singulariter decidit Ioan. And. in regula, qui sentit, de regulis iuris, libro vj. in Mercu. de quo vide ibi latiùs per eum. Vigesimononò facit ad hoc, quod sicut soluto principali debito seu sorte, peti non possunt vsuræ, lege finali, & l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco, & l. quarta. C. depositi: ita etiam
16 † sorte soluta peti non poterit interesse lucri cessantis, qđ de iure canonico subrogatur in locum vsurarum, cap. consquestus, cum ibi notatis per gloss. & docto. de vsuris. Ita singular. notat Matthe. in not. xcj. quem omnino vide. Trigesimò facit ad decisionẽ illius pulchræ & quotidianæ quæstionis,

ADD. * Debetur. Limita non procedere in casu, l. vxorem. § sorori. ff. de leg. iij.

ſtionis. An nepos præferatur patruo in regno, præſuppoſita conſuetudine, φ filius primogenitus excludat ſecundogenitum in regno, ducatu, vel comitatu: de qua quæſtione quotidiana vide plenè per Franciſcũ de Aretio, in conſilio clxiiij. incip. magnifici & excelſi. per Pau. de Caſt. in conſi. clxj. in antiquis, inci. in Chriſti nomine amen, in præſenti cã &c. & per Pau. de Caſt. Iaſ. & alios in l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. per Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. per Panor. & canoniſtas, in cap. licet, de voto. & pleniſſimè per Socinum in conſi. cclij. in ij. parte, & in locis p eum commemoratis, vbi reperies ad ſatietatem. Trigeſimoprimò facit ad hoc, φ licet rei vẽdicatio, quæ datur cõtra eum, qui dolo deſijt poſſidere, ſecundum vnam opinionem, ſit prætoria: *nihilominus tamen eſt perpetua, quia eſt ſubrogata in locum actionis ciuilis & perpetuæ, & ſubrogatum &c. de quo vide plenè per Io. Fabri. Ang. & Iaſ. in §. ſed iſtæ, Inſtitu. de actio. Trigeſimoſecundò facit ad
17 hoc, †quòd præſcriptio decennalis in multis locis per ſtatuta inducta loco præſcriptionis xxx. annorum, quæ de iure regulariter cõpetit contra actiones perſonales, d. l. ſicut, per litis conteſtationem interrumpitur, ſicut præſcriptio xxx. annorum: & (quod fortius eſt,) actio quæ per ſtatutum huiuſmodi non erat perpetua, per huiuſmodi litis conteſtationem perpetuatur in xl. annos. l. fi. C. de præſcriptio. xxx. vel xl. annorum, & l. prima, §. j. in fine, C. de an. excep. quia breuior præſcriptio ſubrogata in locum maioris pręſcriptionis ſapit eandem naturam. Ita ſingu. vult Bal. in l. fina. in iij. no. C. de tempo. in integ. reſtit. peten. & idem Bal. in l. in contractibus, in ver. no. ibi, biennium, C. de non num. pecu. & clariùs Iaſ. in §. pœnales, Inſtit. de actio. quod tene mẽti.
18 Trigeſimotertiò iſtud facit ad hoc, † quòd ſicut re dotali extante maritus non gaudet priuilegio, vt non teneatur vltra quàm facere poteſt, vt eſt concluſio Barto. & doctor. in l. maritum. ff. ſoluto matri mon. Ita nec quando ex pecunia, vel re dotali alia res acquiſita extat: vt eſt text. vbi vtrunque probatur, in l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxo.

ADD. * Prætoria. Not. (inquit Angel. in dicto §. ſed iſtæ.) quòd actio poteſt dici prætoria tribus reſpectib', inuentione, extenſione, & adprobatione.

& vxo.& in l.si cùm dotem.§.final.in fine, ff.soluto matrimon.& volunt Angel.Iason,& doctor.in §.item si de dote Institu.de actio.& Alexand.de Imol.in dict. l. maritum, in versicu.decimò fallit,vbi plenissimè materiam huius priuilegij examinat,& docto.frequenter alibi.Cuius potest assignari ratio,quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur,iuribus præallega. Trigesimoquartò
19 istud facit ad hoc, † quòd electus in Imperatorem, ante coronationem suam possit legitimare, & priuilegia concedere:cum enim Imperator hodie eligatur à certis principibus iuxta not.per gloss.in capitu.ad apostolicæ, in verb. illi autem,in fine,de re iudicata,libr.sexto,vice & loco populi,eiusdem potestatis & vigoris esse debet electio facta per dictos principes cuius erat electio olim facta à populo: sed electo à populo per legem Regiam * omne ius, omnisque potestas olim competit, lege prima, in princip. ff de constitu.princip.ergo etiam electo à dictis principibus omne ius, & omnis potestas hodie competit ante coronationem per dictam regulam, subrogatum, &c. & ita concludit notabiliter Cyn. post Iacob.de Arena, in l. bene à Zenone,C.de quad.præscrip. & ibi latè etiam de hoc habetur per Albericum de Rosate.de quo articulo quotidiano vide etiam gloss.singularem in clementina vnica,de iureiurando, in verbo Regem. Trigesimoquintò istud facit ad hoc,quòd licet beatus Matthias ab initio non fuerit de numero xij.Apostolorum per Christum electorum, Matthæi x.quia tñ posteà post mortẽ Christi ex inspiratione successit in locum Iudæ Ischariotis, Actorũ j.in fi. vigilia eius sicut & vigiliæ aliorũ Apostolorũ debet ieiunari.c. j.de obser.ieiunio.& ibi per dictam regulam,subrogatũ,ita cõcludit Pan.& sentit ante eũ Car.qđ no.Posset & ad multa alia induci hic loc' à vi subrogationis,sed p dicta p iuuenib.abundè sufficiunt.Hoc tñ volo te scire,qđ dicta regula
20 Subrogatũ,† & c.inter alia limitat singulariter procedere quoad naturã primordialẽ,sed nõ pcedit quoad naturã accidẽtalẽ.exẽpli gratia,Actio legis aquiliæ de sui natura dat ad

ADD. * Regiam: Alciatus in l.bona.ff.de verborum significati. legit,Rhemniam. In Pand. tamen Flor. legitur Regia.

ad simplum, propter inficiationem autem accidentaliter crescit in duplum l.contra negantem.C.ad legem Aquiliã. Certè hanc naturam incrementi,quæ accidentaliter super uenit,non sapit actio subrogata, in locum actionis legis Aquiliæ. quia illud incrementum non inest actioni legis Aquiliæ ex sua primordiali natura:ita singulariter dicit gl. in d.l.certi condictio,in verbo,ex omni causa,circa finem, & ibi Bar.Sali.Alex.& docto. eam multum extollunt illam gl,etiam dicit esse singularem Bal.in d.l.vnica.§.j. C.de rei vxo.actio.& Iason in d.§.fuerat,& in §.actionum,Instit.de actio.& doct.sæpe alibi:& pro ea est bonus tex.in l.item ve niunt.§.cum prædiximus.ff.de petitio.hære.quod est summè notandum, quia est in frequenti & quotidiano vsu secundum Sali.in d.l,certi condictio,vbi post Bar.ex hoc infert ad decisionem quotidianæ q.Ad quẽ & alios illic scribentes remisisse sufficiat:vide tamen omnino circa præmissa Zasium in lib.j.sing.Respõ,c.xiiij.vbi disputat,cur actio hæreditaria serui corrupti in duplum, & legis Aquiliæ in simplum,in petitione hæreditatis veniat,ratio noua.Secũdò dicta regula limitatur non procedere, quando aliquid subrogatur loco alterius,sed non per omnia:& hinc est, ꝙ à iudice adito super reductione arbitramenti ad arbitriũ boni viri potest appellari,licet ab arbitratore nõ posset ap pellari.quia cum talis iudex non subrogetur per omnia lo co arbitratoris,non est mirum si in aliquo discrepet à natu ra arbitratoris:ita singulariter decidunt Anto.de Butrio,& Io.de Imo.in d.ca.Quintauallis,& Rap.Cum.Pau.de Cast. Io.de Imo.& Ale.post alios per ipsos relatos,in l.j.ff.de lega.ij. quod declara, vt ibi per eos: & hoc tene,quicquid di cat ibi Bar.in fi.& Io An.in addi.ad Spec.in ti.de appel.§.in quibus,in ver.quid si cõuenit inter partes,& Panor.in d.c. Quintauallis,& docto. alibi.Illud etiam nolo te ignorare, quod absens, necessariò etiam si illa absentia causetur ex delicto,potest per substitutum explicare actum,tex.est no. in l.de pollicitationib.ff.de pollic.quem tex.ad hoc no.Lu do.Rom.singu.lxxvj.Illud etiam non est obliuioni traden dum,ꝙ exercens artem per substitutum,non gaudet priui legio artis,tex.est singu.in d.l.fi.in prin.ff.de excusa. tuto. quem tex.ad hoc no.Lud. Rom. singu.lxvj.ex quibus faci le instrui poteris,an & quando actio,persona,vel res, loco

alterius

alterius actionis, personæ, vel rei subrogata, illius naturā assumat, & quando non.

¶LOCVS A VI FI-ctionis.

NVnc subnectem' locum à vi fictionis, à quo sumptum argumentum est probabile, forte, frequēs, & vtile: & formatur dupliciter. Vno
1 modo sic. † Duæ fictiones non possunt concurrere circa idem, tex. est notab. in l. si verò non remunerandi. §. j. in ver. planè, secundum intellectum Guil. de Cuneo. ff. mandati, & bonus tex. iuncta gl. in l. si q̄s rem, in prin. ff. de pollicita. iuncta l. fi. C. de sacros. eccl. qui tex. inducuntur hoc mō, ex solo cōtractu absque traditione iure spāli transfertur dominium in ecclesiam, & in rem publicā in quatuor casib. de quibus in d. l. fi. Et licet ex sola pollicitatione quis personaliter obligetur reipublicæ vel ecclesiæ, non tamen trāsfertur dominium in rempublicā vel ecclesiam ex sola pollicitatione, d. l. si quis rem, in prin. iūcta gl. in verbo, nō efficitur. & hoc ideo, ne duæ fictiones cōcurrant circa idem, s. ꝙ ex sola pollicitatione quis teneatur, & ꝙ transferatur dominium sine traditione, quod esse nō debet secundum Bar. ibid. Hinc not. dicit Gulielmus de Cuneo in l. ab emptione. ff. de pactis, quòd si ego vendidi procuratori tuo fundum, & constitui me possidere nomine illius: vel conduxi ab eo, aut reseruaui mihi vsumfructum: ex hoc non trāsfertur dominium nec possessio in te.

Nã quòd per constitutũ,* precariũ, re seruationẽ vsusfructus, vel per actũ conductionis, tra nsferatur possessio, & dominium, est per fictionẽ, quia cẽ setur ficta traditio. l. q̃dã mulier. ff. de rei vendica. l. quod meo. ff. de acq. pos. & l. quisquis, C. de donatio. iunctis eleganter notatis per gloss. sing. & Panorm. in c. ij. de consuet. & not. per glo. sing. Bart. & omnes in d. l. ab emptione. Si ergo ista est ficta traditio, ergo non recepit aliam fictionẽ, quia fictio fictionis esse non põt, sicut nec seruitus seruitutis. l. j. ff. de vsuf. leg. & faciunt not. per glo. & docto. in l. quamuis. §. j. ff. de acq. poss. Secus est secundum Guliel. quando procuratori fit realis traditio, nam tunc bene acquiritur domino dominium, & possessio, l. j. cum ibi not. C. per quas per. no. acq. cum similibus, & istud dictum Guil. sequuntur Angelus & Alb. de Ros. in d. l. ab emptione, & idem Ang. in l. j. §. per procuratorem, ff. de acquir. poss. & Cy. in d l. si vero non remunerãdi, & Io. de Imo. in l. si is qui pro emptore, in fi. ff. de vsuc. & Pau. de Cast. in d. l. quod meo, in fine princ. Paul. de Cast. in dict. l. j. §. si iusserim. de hoc tamen articulo vtili & quotidiano, (si pleniùs vis instrui,) vide Bart. in d. l. ab emptione, & eundem in d. l. si is qui pro emptore, in vltima q. & Ioã. de Imo. Rom. Franc. de Aretio, & Alex. in d §. per procuratorem, vbi hæc materia latissimè tractatur. Hinc etiam dicũt Paul. Ca. Io. de Imo. & communiter doctores in l. si aliquam rem. ff. de acq. poss. quòd si rem meam tanquam meã scienter conducam ab alio respectu proprietatis, non tenet contractus, nec transit dominium, licet benè transferatur possessio, tradentes ibidem hanc magistralem regulã,
2 †quod quando subest verus titulus, & vera traditio, tunc sine dubio transfertur dominium, l. traditionibus, Cod. de pact. Idem iuris est, si subest verus titulus, & ficta traditio, vt in d l. quædam mulier, & in d. l. quisquis, cum similibus, & similiter contrà, quando interuenit vera traditio, & fictus titulus, l. cuius per errorẽ. ff. de reg. iur. Sed vbi est ficta traditio, puta per actũ cõductio nis, vel similem, & non su

ADD.* Constitutum. Quæ sit vis, & potestas constituti, & quibus modis limitetur regula, per constitutum transfertur possessio, docet A. Tiraq. in tractatu de iure const. possess.

subest verus titulus, vt in casu præsenti, tunc non possumus ipsum fingere ad finem transferendi dominum, quia duæ fictiones circa idem non debent concurrere, secundū eos. eandem regulam ponit Cy. in l. qui rē, in fi. C. locati, & faciunt not. per eundem Cy. in l. j. in fi. C. de dotis promiss. & sentit Bald. in l. conuenticula, C. de episc. & cle. inquantum dicit, quòd argumentum à fictione procedit, quando arguitur ab extremo vero ad extremum fictum, sed à ficto ad fictum non procedit, secundum eum, quia essent duæ fictiones & allegat d. l. si aliquam rem. & notata per glo. in d. l. ab emptione. Hinc etiam est, quòd licet ex inutili contractu transferatur possessio interueniente vera traditione l. j. §. si vir. ff. de acq. possessio. & l. quod vxor, illo eodem titulo, tamen ex inutili contractu non transfertur possessio, interueniente solum ficta traditione per cōstitutum, precarium, conductionem, reseruationem vsusfructus, vel similem modum. Ita singulariter dicit Paul. de Ca. in pulchra, & quotidiana quæst. in d. §. si vir, & sentit Bald. in rubrica extra de præscrip. & est glo. expressa relata ad text. in d. l. quod meo. §. si furioso. in verb. etiamsi non transferas. quā simpliciter ibi sequitur Iacobus de Arena, & quidam alij. Bart. aūt & Pau. de Ca. cum distinctione, vt ibi latiùs per eos. Vt autē in hoc quotidiano articulo claram habeas resolutionē, dicas breuiter regulam esse quòd duæ fictiones non possunt concurrere circa idem, iuribus

3 præall. Sed dicta regula fallit in duobus casibus, † primò quando vna fictio venit in consequentiam alterius, tūc enim possunt concurrere. §. si ab hostibus, Instit. quib. mo. ius pat. pote. sol. iuncta l. cū duæ, in prin. ff. de captı. & postlimi. & l. sub conditione. ff. de solu. qui sunt textus ad hoc notabiles. & ita declarat Franciscus de Aretio post alios in casu quotidiano in consilio clxij. incipiente, diligenter, & maturè, versiculo, præterea vt supra dixi. quod nota, quia seruit ad multa. Secundò fallit dicta regula, quando duæ fictiones etiam æquè principales descendunt ex diuersō fonte æquitatis, quod declara, vt per plura quotidiana exempla declarat Bartolus in repetitione d. legis, si is qui pro emptore, in vltima quæstione, vbi plenè tangit materiam fictionis. & istam doctrinam etiam ponit Ioan. de Imola, in l. si seruus communis meus, & ca-

ſtrenſis peculij.§.ſeruus capto.vbi eſt bona gl.ff.de ſtip.ſer uo.& idẽ vult ipſe Io.de Imol.in d.l.ſi aliquã rẽ, & in d.l.ſi is qui pro emptore,circa fi.&.Card.in cle.quod circa.de e-lect.& Bar.in d.l.ſub cõditiõe,ad quos remiſiſſe ſufficiat.* Secundò argumentum ex hoc loco poteſt formari alio
4 modo ſic,De † natura fictionis eſt fingere non eſſe qđ eſt, & eſſe quod nõ eſt,ſtaturque fictioni,non veritati. quia tã-tũ operatur fictio ĩ caſu ficto,quãtũ veritas in caſu vero.l. vnica in princ.C.de rei vxo.act.cũ ſimilibus, & patebit in frà per exempla,& per hunc locum deciditur quæſtio illa quotidiana,res fuit vendita,vel donata duobus ſucceſſiuè diuerſis tẽporibus,vni aũt primò fuit facta traditio fictè p cõſtitutũ,& deinde alteri fuit facta realis traditio,quærit, quis debeat præferri.& deciditur ꝙ ille,cui factũ fuit con-ſtitutũ,vt dixi latè ſupra in loco à cõmodato ad precariũ, quare hic nõ repeto ſed te ad ibi dicta remitto, vbi de hoc reperies ſatis plenè.Iſto modo arguendi vtuntur etiã Dy. & Io.And.in Mercuria.in regula ratũ,in pulchra quęſtiõe de reg.iur.li.vj.& doct.ſæpe alibi.Ne tñ paralogiſeris, vel decipiaris,volo te ſcire,aliud eſſe fictionẽ iuris,& aliud p̃-
5 ſumptionẽ iuris.differũt enim in multis.† Primò in hoc,ꝙ fictio iuris eſt ſuper certo, præſumptio aũt iuris eſt ſuper incerto,ita dicit gl.notabilis in d.l.vnica.§.accedit, ſuper verbo præſumatur, & ſentit glo. in l.non eſt veriſimile, in verbo,præſumptio,ante mediũ mag.gl.ff.quod metus cau ſa.Secundò in hoc,ꝙ fictio iuris propriè eſt contra verita-tem,præſupponitque cõtrariã veritatẽ, vt patet in poſtli-minio & lege Corne.§.ſi ab hoſtibus,& §.fi.Inſt.quib. non eſt permiſſ.fac.teſta.& c.non dicatis, xij.q.j.& c.j.de arbi-tris li.vj.in quibus iurib⁹ patet,ꝙ lex vel canõ fingit aliquẽ mortuum vel præſentem,qui in veritate mortuus vel prę-ſens non fuit,& fingit non captiuũ qui verè captiuus fuit. præſumptio autem iuris eſt ſuper dubio & veriſimili, ita dicit Ant.de Butrio in cap.literas, in fine, de temp.ord.& Ioan.And.in regula,cum quis in ius, de reg.iuris lib. vj.in Mercurialibus, & colligitur ex deſcriptione fictionis, & præſumptionis. Fictio enim deſcribitur hoc modo: Fi

ADD. * Sufficiat. Fallit tertio ſi cauſſa concurrendi ſit ſufficiens aut æquitas ſubſit Alciat.d.l.ſi is qui pro empt.

Fictio. * est in re certa cōtraria veritati pro veritate assumptio. vel sic, Fictio est contra veritatē rei quæ fuit, vel est possibilis à iure ex æquo & bono pro veritate assumptio. Præsumptio aūt iuris describitur, vt sit applicatio animi legislatoris super verisimili eius de quo quæritur, vt videre poteris per Salicetū plenè declarantē per exempla in l. siue possidetis, C. de proba. & per eundem in repe. rubricæ. ff. de proba. Tertiò differunt in hoc quia contra præsumptionem iuris admittitur probatio in contrarium, d. l. siue possidetis, & d. l. non est verisimile, limitando tamen & declarando, vt dixi supra in loco à verisimili, sed contra fictionem iuris non admittitur probatio in contrarium, c. accusatus. §. j. de hæret. lib. vj. cum simil. & vult glo. Pau. de Ca. & doct. in d. l. siue possidetis, in verb. facti sunt. & Domi. in c. ferrum 50. dist. ex quo lucidè patet hanc argumentationem à vi fictionis esse penitus distinctam ab argumentatione à verisimili quæ fundatur super præsumptione. vt ibi dixi.

6 Nunc † deducendo vtilitatem ex hoc loco à vi fictionis prouenientem, volo te animaduertere, quod tā à canone, quàm à lege, fictio iuris reperitur in decem prædicamentis Aristotelis, quod quia est vtile, & quotidianū in practica, declarandum duxi per exempla. Et primo de prædicamento substantiæ patet exemplū Matthæi xj. vbi Christus loquens de Ioanne, dicit, & si vultis recipere, ipse est Helias ille, qui venturus est. & habetur transumptiuè in c. quæritur §. item opponitur xxij. q. ij. Secundū leges aūt de prædicamēto substātiæ patet exēplū in eo, qui in vtero est, quia tñ habetur pro iā nato, quoties de cōmodo, vel fauore eius agitur, secus si de eius odio, l. qui in vtero. ff. de statu homi. & §. cùm autem, Insti. de tutelis, quod facit ad decisionem quæstionum, de quibus tangitur in dictis locis. Patet etiam exemplū in eo, qui ex honestissima causa, putà belli suscepti pro defensione patriæ, & reipublicæ occubuit, & desiit esse in humanis. nā habetur, & reputatur pro viuo, vt prosit patri ad excusandum ab onere tutelæ, Insti

ADD. * Fictio. Fictionem sic definit Bart. in l. si is, qui p emptore. ff. de vsucap. vt sit in re certa eius quod est possibile contra veritatem pro veritate adsumptio. De definitione præsumptionis vide Alcia. trac. præsumpt. parte iij.

Instit.de excusa.tuto.post principium, cum similibus. Patet etiam exemplum in eo qui natus est, fingitur tamē nō natus, vt in casu singulari, l. Titius testamento. §. Lucius. & ibi hoc not. Bart. ff. de liber. & posthu. patet etiam exemplū in eo qui nascitur, & tamen fingitur non conceptus, vt in l. qui mortui. ff. de verb. signi. Ecce de fictione in prædicamento substantiæ. De prædicamento autem quantitatis patet exemplū Marci x. ibi, quicunque voluerit fieri maior, * erit vester minister, &c. & habetur transsumptiuè in capit. diaconi xciij. distin. Patet etiam exemplum in can. quanquā, iuncta sua singulari glo. ij. quæstione vij. Secundum leges autem patet exemplum, nam interdum leges fingūt aliquid esse plus ratione temporis, quod non est plus ratione quantitatis, vt patet Inst. de act. §. plus aūt, cum similibus. Fingūt etiam plus solui cum nihil debetur, & minus solui cū nihil soluitur, vt patet in l. minùs solutū ff. de verborum significa. & similis tex. est l. illud. §. si cuius. ff. de tribu. actione, cum ibi nota. per Guliel. & Pau. de Cast. Patet etiam exemplum in l. hæc adiectio. ff. de verbo. signific. vbi habetur, quod aliquid fingitur nō esse plus, quod est plus, referendo & restringendo verbum plus, ad modicam quātitatem. hoc de fictione in prædicamento quantitatis. De prædicamento autem qualitatis patet exemplum secundum canones in dict. cano. ferrū, vbi post peractam pœnitentiam, criminosus fingitur non criminosus. quod facit ad decisionem quæstionis, quam mouet glo. in canone fidelior, 50. distinct. Patet etiam exemplum in cap. aliter §. itē ita. xxx. quæstione v. & in cap. si homicidium xxiij. q. v. in quibus locis fingitur adulter qui non est, & non homicida qui est. Patet etiam exemplum secundum leges, quia interdum lex fingit seu interpretatur purum, quod est conditionale, & è conuerso. exemplum primi in §. impossibilis, Institut. de hæredibus insti. & in lege, reprehēdenda, Co. de insti. & substi. sub cond. factis: quādo scilicet conditio apposita dispositioni est turpis vel impossibilis. Exēplū secundi, vt in casu singulari, l. generaliter. §. cum autem, C. de insti. & substi. & in casu singulari, l. cum acutissi

ADD. * Maior. Græcè sic legitur μέγας ἐν ὑμῖν.

tissimi, C.de fideic. & in l: cũ auus.ff. de cond.& demon.& hoc de fictione in prædicamẽto qualitatis. De prædicamẽto autẽ relationis,seu ad aliquid patet exemplum Lucæ ij. ad fin.Ego & pater tuus dolentes quærebamus te,vbi fingitur pater qui non est:& habetur transsumptiuè in can.institutum.§.j.xxvij.q. ij. Secundum leges autem patet exemplum,cum quis fingitur filius qui non est:& è contra cum talis per sententiam declaratus est.l.j.§.fi.& l, seq. & seq. ff. de libe.agnoscen.& l.ingenuum.ff.de sta.hom.res enim iudicata pro veritate accipitur, vt ibi. De prædicamento autem, vbi, quod locum designat, patet exemplum secundum canones,quia translatus de vno episcopatu ad alium exigente communi vtilitate,vel necessitate,fingitur esse in primo loco, vbi tamen verè non est:vt est tex.in c.mutationes,vij.q.j. & secundum leges patet exemplum in eo qui fingitur esse præsens quo ad incommodum suum, cùm sit absens:vt patet in contumace,Auth.qua in prouincia, ibi quia contumacia eius pro præsentia est.C.vbi de cri.agi opor.& in §.si igitur,circa fi.in Authen.vt omnes obed.iud. prouin.colla.v.Patet etiam exemplum in absente causa rei publicæ,qui quo ad commodum suum fingitur præsens, licet reuerasit absens:vt est tex. in l. si quis Titio. ff. ex quibus cau.maio.Patet etiam exemplum in furioso, qui licet sit corporaliter præsens,fingitur tamen absens ratione furoris,quia non intelligit quid agitur: vt est textus in l.diẽ. §.penult.ff.de arbi.in l.coram.ff.de verbo.sign.& gl.l. furioso.ff. de re iud.cum similibus. De prædicamento autem, quando,quod tempus designat, patet exemplum secundũ canones,quia aliquid fingitur esse eo tempore, quo non est:vt est tex.in c.periculosè,de pœn. dist. j. & patet exemplum secundum leges in actu conditionali,qui primo sortitur effectum extante conditione,& tamen quia conditio retrotrahitur, fingitur dudum ante fuisse, vt est text.in l. quod,si pendente.ff.de pericul.& commo.rei venditę,& in l.potior,in prin.ff.qui potio.in pigno.habe.cum similibus. patet etiam de hoc exemplum in ratihabitione quæ retrotrahitur,l.fi.C.ad Macedo.& regula,ratihabitionem, cũ ibi nota.per gloss.& docto.de regu.iu.lib.vj.patet etiam de hoc exemplum in l.fi.ff.commun.prædio.iuncta l. per fundum.ff.de seruitu.rusticorum prædior. vbi econtra fingitur

tur nunc primum fieri, quod dudum ante factum est, cum scilicet sunt domini eiusdem prædij, & vnus primo imponit seruitutẽ, & alter posteà: quo casu cùm vltimus cedit, primus cedere videtur, vt prima cessio trahatur ad tempus secundæ: & hoc de fictione in prædicamento, quando. De prædicamento autem, actionis, patet exemplum secũdum canones in can. mulieres, & in c. quantæ, de sent. excom. vbi fingitur agere qui non agit. patet etiam exemplum secundum leges, quæ interpretantur vel fingunt aliquem agere vel egisse, qui per alium agit vel egit, siue erat procurator, siue gestor, si postmodum ratum habuit, l. licet. ff. de iud. vbi est tex. notabilis. Item interpretantur aliquem exemisse, qui per alium exemit, l. si per alium, in princ. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. Item fingunt eum, qui nihil fecit, quia officium pietatis omisit, fecisse & occidisse, vt est text. notabil. in l. necare. ff. de libe. agno. & concordat tex. in d. c. quantæ. Item fingunt eum qui tradit instrumentum prædij, tradere prædium, vt est tex. singul. in l. j. C. de donatio. Item fingunt eum qui retinet vsumfructum in re vendita vel donata, transferre dominium, vt est text. singularis in d. l. quisquis. Item fingunt eum loqui, qui non loquitur, vt in tacitis stipulationibus, de quibus per glo. in d. l. vnica, in prin. & in l. his verbis. in verb. vtilis actio ff. de adopti. Fingũt etiam eũ nõ loqui qui loquitur, vt cũ aliud dixit, quã voluit, l. ĩ ambiguo. ff. de reb. dub. & nõ agere qui agit, vt si legatarius legatũ sibi relictũ in diẽ, petat ante diẽ, l. vnica. §. si in fine. ff. quan. dies vsusfr. leg. ced. vel si furiosus vel infans occidat, l. infans. ff. de sica. & cle. vnica, de homici. De prædicamento autem, passionis, patet exemplum secundum canones in c. proposito & seq. xxxij. q. v. vbi fingitur pati qui non patitur, & econtra. patet etiam exemplum secundum leges, quæ fingunt patrem pati iniuriam iniuriato filio: vt est tex. in §. patitur, Instit. de iniuriis. De prædicamento autem, situs, patet exemplum secundum canones in can. nerui testiculorum, & in can. duo mala, xiij. distin. vbi fingitur quem situm esse in perplexitate, qui non est. patet etiam exemplum secundum leges in præscriptionibus non currentibus contra minores: nam finguntur stare & esse in pendenti, vt est tex. singularis in l. fi. C. quib. ex cau. in integ. restit. non est ne. iuncta l. sicut, C. de præscrip.

xxx.

xxx vel xl. an. Hinc dicimus quotidie in practica, quòd pręscriptio interdum ipso iure non currit, interdum autē currit ipso iure, sed contra eam datur restitutio: interdum autem currit, sed interrūpitur, & interdum dormit, inter quæ magna est differentia, vt videre poteris per Panorm. & canonistas in c. cum non liceat, & in c. ex transmissa, de præscrip. & per Bar. Io. de Imol. Pau. de Cast. & legistas in l. naturaliter. ff. de vsucapio. De prædicamento autem habitus patet exemplum secundum canones in c. lex continentię. xxxj. dist. & in can. coniugatus, & in c. vxoratus, & per totum tit. de conuers. coniug. vbi coniugatus fingitur non habere vxorem. Patet etiam exemplum secundum leges, quæ interpretantur eum habere qui non habet, l. qui actionem. ff. de reg. iur. & eum non habere possessionem qui habet, vt cum potest de iure ab eo auocari, l. nemo. cum ibi not. per glo. C. de acq. poss. & eum non habere dominium vel rem, cui pretium abest, vel qui tantundem est præstaturus, vt est textus not. in l. planè j. §. quòd si rem. ff. de leg. j. de quo articulo vide per Azonem in principio suæ summæ super C. & per Lauren. Archid. Dominicum, Præpo. & alios in dict. ca. ferrum. & quemadmodum dixi, fictionem reperiri tam à canone, quàm à lege in x. prædicamentis Aristote. ita etiam reperitur præsumptio iuris in decem prædicamentis Aristotelis, vt declaraui satis plenè supra in loco à tempore ad tempus. Potest etiam testis falsum deponere in x. prædicamentis Aristotelis, vt pulchrè declarat Bal. in l. data opera, C. qui accu. non possunt. Potest etiam testis causam scientiæ dicti sui reddere in x. prædicamentis Aristotelis, vt declarat idem Bal. in l. solam, C. de testib. ad quem remisisse sufficiat.

¶LOCVS A TOLERATIONE inconuenientis.

1 Specialia duo circa idem concurrere an possint. 2.
3 Impropietates ex.usandæ nō autem trahēdæ ad cōsequētiam.

A Tolera

A Toleratione inconuenientis sumptum argumentum est forte, frequens, & vtile. Id formatur hoc modo, Duo † specialia circa idem
1 concurrere non possunt, textus est in l. j. iuncta sua not. gl. C. de dot. promis. & notat gl. in l. cum post. §. gener. in verb. placuit, ff. de iure dot. Huius autem loci meminit Bal. in l. conuenticula. C. de episc. & cler. & doct. sæpe alibi. Hinc quotidie dicimus in practica, quòd rescripta principum sic sunt intelligenda, vt duo specialia non contineant, quando aliter aliquid operari possunt, licet prima facie videantur continere duo specialia. pro hoc l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demon. l. denique. ff. ex quibus cau. maio. c. non potest. §. fi. de præb. libr. vj. & l. j. in prin. l. vitilis. §. si quid vxori, & l. is, qui. §. ei quæ dotem ff. de leg. præstan. qui sunt textus ad hoc notabiles secundum Bal. & Albe. de Rosate in d. l. j. in princip. C. de dot. promis. Hinc singulariter dicit Lucas de pēna ī l. iubemus nullam. C. de naui. non exc. lib. xj. quòd licet regulariter periculum seu interitus rei sit domini, l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commo. & l. pignus, C. de pigno. actio. cum similibus: tamē si tempore belli, vel necessitatis capiatur nauis priuati vel ecclesiæ ad resistendum hostibus, & auferatur, incendatur, vel pereat, periculum erit Reipublicæ, ne duo specialia vel priuilegia concurrant circa idem, quod fieri non debet, iuribus præal. de quo vide ibi latius per eum. Hinc etiam est, quòd licet hodie donatio perficiatur nudo pacto, l. si quis argentum. §. fi. C. de don. tamen hoc ita demum est verum, si causa donationis sit signanter expressa: secus autem, si nō sit expressa, sed tantummodo quærimus de causa donationis præsumptiua, ne videlicet duo specialia concurrant circa idem. Ita singulariter dicit Bar. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pactis: & valde probat Angelus in l. secunda. §. circa. ff. de doli exceptio. Vt autem in hac re, quæ quotidiana est, claram habeas resolutionem, neque fallaris, di-
2 stingue hoc modo, † Aut plures specialitates sunt circa idem, vel ex eodem fonte procedunt: aut sunt circa diuersa, & ex diuersis fontibus procedunt. Primo casu subdistingue. Aut ambæ veniunt æquè principaliter, & tunc non admittuntur, neque tolerantur, d. l. prima, & d. §. gener. & aliis iuribus supra alle. Aut vna venit principaliter, & alia cōse-

cut-

cutiuè ex illa,& tunc plura specialia admittuntur, & tolerātur,sicut plures fictiones.§.si ab hostibus,Insti.quib.mo. ius pat.pot.sol.l.sub conditione.ff.de solutio.& l.cum duę, in prin.ff.de capt.Secundo casu principali, quando plures specialitates concurrunt circa diuersa,vel ex diuersis fontibus procedunt,tunc benè toleratur, l.singularia. ff. si cer. pet.cum simil.de quo vide per Sal,in d.l.j.C.de dot.prom.& per Bar.& Io.de Imo.in rep.l.si is,qui pro emptore,in vlti. quæst.ff.de vsuc.& per Card.in cle.quod circa, de elect.& hæc pro tyronibus abundè sufficiant. Illud autem certum
3 est,†quòd improprietates excusandæ sunt,non autem trahendæ ad consequentiam:vt dicit gl.singularis in capi.præterea.alias incip.propterea,in verb.proprietas,de verb. sig. quod nota,& vide quod dixi supra loco proximo, & in loco à speciali.

¶LOCVS A CONCESSIONE antecedentis ad concessionem consequentis.

1 *Concesso antecedenti conceditur & consequens.limitatur nu. 3. vsque ad finem.*

2 *Concesso aliquo & ea censentur concessa sinè quibus illud explicari non potest.cum nu.seq.*

4 *Tantum præscriptum quantum possessum:& non plus.*

EST item apud Iurisconsultos locus à concessione antecedentis ad concessionem consequentis, à quo sumitur argumentum hoc modo:
1 Concesso†antecedenti, conceditur & consequens,l.j.§.j.ff.si vsusfr.pet.& l.iij.§.qui habet,& ibi Pau.de Ca.ff.de serui.rusticorū prædio.& l.refectionis,& ibi gl.ff. communia præd.Vel sic,cui conceditur antecedens, conceditur & consequens,cū eadem est ratio concedendi,tex. est notabilis in l.ij.& ibi Cy.Bar.Bald.Lambertus de Ramponibus,& alij docti notant.ff.de iurisdict. omnium iud.

& in

& in l.ij.§.inspectio.ff.quemad.test. aper.& in c.præterea. de offi.delega.& in l.qui procuratorem dat.ff. de procur.&
2 sic† cui conceditur aliquid,intelliguntur concessa omnia sine quibus illud explicari non potest,iuribus præall. & l. fin.in fine.ff.de offi.eius,cui man. est iurisd.& l.iij.in fine iuncta l.nam quod,proxi.seq.ff.illo eod. titu. de penu leg. & l.veteres,cum ibi nota.per glo.Barto.& doct.ff.de itine. actuque priua.& l.ij.& ibi not.ff.de iurisd.om.iud. Imò qđ fortius est,is cui aliquid principaliter est commissum, nedum potest cognoscere de eo, quod venit accessoriè ad causam sibi principaliter commissam,sed etiã de eo, quod venit accessoriè ad accessorium causæ sibi commissæ,text. est in c.prudentiam §.si verò, & ibi hoc notant Card. Ioã. de Imo.Panor.&alij,de offic.deleg. quem textum ad hoc etiam notat Albericus de Rosate in l.cum principalis, in princip.ff.de regulis iuris.Iste verò argumentandi modus facit ad multa.Et inter alia gratia exempli,pro instructione iuuenum primò facit ad hoc,quòd monachus existens in studio de permissiõe superioris,vel filiusfamilias de permissiõe patris,nisi aliud in datione licentiæ actũ fuerit, poterit monasteriũ vel patrẽ pro necessitatibus studij obligare,quia data licentia monacho vel filiofamiliàs studendi, omnia videntur concessa,sine quibus in studio commodè esse non potest.Ita dicit Archidiac.in cap.cum pastoris, ij. q.vij.& Panorm.in cap.venientes,de iureiurando & Ioan. Andre.in regula,in malis,de regulis iuris li.vj.in Mercur. & notatur per glossam in ca.non dicatis xij.quæst.j. & per glossam in l.si longius.ff.de iudicijs,& per doctores,in capit.ex parte,de accusatio. & est communis conclusio doctorum,secundum Panormita.in consilio lxxxviij. primi voluminis,incipiente,facti contingentia sic proponitur,& idem vult Ioannes Fabri,in §.item seruiana,Insti.de actio. vbi plus dicit,quòd tales inferendo in domum cõductam res patris vel monasterij,tacitè obligant eas.Secundò simili ratione & argumento, episcopus,qui habet iurisdictionem in laicos in certis casibus,iuxta ea quæ not. in capitu. cum sit generale,de foro competen.poterit in illis casibus capere,& incarcerare laicos,per dictam regulam, cui conceditur antecedens,conceditur & consequens : de quo articulo tamen vide latiùs per Ioan.Andr.in addi.ad Specul.

in rũ

in rubric.de offic.ordina.& per Oldra.in consil.lxxxvj.incipien.quæritur,an ecclesia.& per Ioan.de Imo.Dominic. Philippum Francum,in c.cum episcopus,de offi.ordin.lib. sexto,& per Pet.de Anch.in repet.regulæ,ea,quæ fiunt à iudice,in xj.quæst.de reg.iur.eodem libro, vbi reperies communem conclusionem esse,quòd episcopus non potest capere vel incarcerare laicum pro ecclesiastico crimine, nisi in crimine hęresis.ad dictam autem regulam potest respon deri,quod non procedit hoc casu,cum non sit eadem ratio antecedentis,& cõsequentis: quia licet episcopus habeat iurisdictionem in laicos,non tamen habet territorium, nisi quatenus sibi reperitur concessum à iure, vel per illum, qui habet potestatem concedendi:quod nota,quia sæpius vidi de facto.Ex isto, eadem ratione sequitur ꝙ iudex ecclesiasticus punire non potest laicum,temporaliter sibi nõ subiectum,pœna pecuniaria,pro delicto ecclesiastico. ita singu.dicit Ioan.Andr.in capitu.primo de homicidio,libr. vj.in nouella,quem illic sequuntur Dominicus,Phil.Fran. & posteriores. Ex isto etiam sequitur,quod iudex ecclesiasticus,licet cognouit inter laicos de causa dotis,vel simili, non poterit exequi sententiam suam latam contra laicum in bonis laici,sibi temporaliter non subiecti.Ita sing. dicit Ange.in l.fi.C.de iudi.& ante eum Innocen.in cap.significasti,de offic.deleg.& doctores alibi:quod commenda memoriæ,quia sic se habet veritas,quicquid somniet Barbat. in cap.conquestus,de foro competen.qui nihil solidi allegat,& loquitur contra casum expressum,l.episcopale,in fi. C.de episco.audien.Tertiò similiter hic arguendi modus facit ad hoc,quòd illi quibus adempta sunt ea,quæ sunt iuris ciuilis,permissa autem ea,quæ sunt iuris gentium(Exẽplum in deportato & similibus, l.quidam.ff.de pœnis)habent ẽt exercitium actionum,licet illæ sint de iure ciuili,l. secunda.§.deinde,ex his,& §.omnium. ff.de origine iuris. Ex quo enim conceditur eis , posse emere, vendere, locare,contrahere,& alia facere, quæ sunt iuris gentium, l. ex hoc iure.ff.de iustitia & iure,æquum est vt eis etiam illud videatur concessum,sine quo illud exequi vel exercere nõ possent,iuribus prææallegatis,& ita comperio velle Alb. de Ros.in d.l.quidam,ver.sed quid prodest,& Barba.& Fel. in d.c.præterea,post Bar.per eos relatum,in l.seruos.ff.de alimenta.

ment.& cib.lega.sed vide eundem Barto.id clariùs ponentem in l.si victum, vbi de hoc est casus singularis, secundũ vnum intellectum.ff.de re iudica.& ibi idem volunt Ang. & Ioan,de Imo.Idem etiam volunt Bar.Bal.Sal.& doct. in l.si mandauero tibi.§.is,cuius,per illum tex.ff. mandati. & idem Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure,& Iason Insti. de actio.in princ.Quartò ad hoc facit,quod licet procurator cõstitutus à minore cũ curatoris auctoritate,non possit regulariter petere restitutionẽ in integrũ, quia ad eam requiritur speciale mandatum,l.illud.§.si talis.ff. de mino. tamen si in aliquo actu gesto per procuratorẽ minoris cõtingat læsio,(vt quia non probauit in termino, vel quid simile,) poterit aduersus talem læsionem petere in integrũ restitutionem,quasi videatur ad hunc articulum incidentem venientem in consequentiam primi, vel quasi pendentem ex primo,habuisse mandatum.Ita dicit Inn.in c.suscitata,de in integ.restitu.quem referunt & sequuntur Barto. Pau.de Cast.& doct.in l.cum procurator, in prin. & ibi bona glo.in verbo remissio,ff.de noui ope.nun.& idem Bart. Pau.de Ca.& doct.in l.indebitam,per illum tex.ff. de cõdi, indebi.vbi dicunt hoc seruire ad multa. Quintò facit ad hoc,quod si per statutum cõceditur alicui licentia aliquid faciendi,erit tali licitum congregare amicos,qui ipsum ad hoc iuuent:& hoc casu non punientur adiuuãtes,sicut nec principalis.Ita singula.dicit Pau.de Cast.in d.l.refectionis, per illum textum,vbi dicit,ꝙ illud, quod possum facere ꝑ me ipsum,possum etiam facere per ministros meos ad hoc necessarios,& illis resistens videtur mihi resistere: quã decisionem refert & sequitur Cæpola in consi.iiij.incip.visa querela,& Hyppo.de Marsi.singulari clxxv. de quo vide ibi pleniùs per eos.& per Bal.Sali.& doct.in l.Gracchus, C. de adulte.Sextò facit ad hoc,quòd habens mandatum ad contrahendum,videtur etiam habere mandatum ad recipiendum solutionem,& soluentes ei liberantur.l.quod seruus.ff.depositi,& l.quod seruus.ff.de soluti.& ita no. volũt Bar.Bal.& doct.in l.filius paciscendo, C. de pactis: & idem Bar.in l.filiæ,ver.item habuistis,ꝙ procuratori. ff.de solut. & Pau.de Cast.Ias.& doct.in l.si vrbana.ff.de condi. indebi. Septimò facit ad hoc,quòd habens mandatum ad mutuandum vel contrahendum,videtur etiam habere mandatum

ad confitendum se recepisse solutionem,l.qui procuratorem dat.ff.de procura.& d.l.ij.cum similibus,& ita vult Zasius, in lib.ij.Respon.singu.cap.xxj. vbi edisserit, ꝙ procurator ad mutuandum constitutus potest de recepta pecunia confiteri:& hoc credo verum,licet Bar.in l.ij.in fine.ff. si cer.pe.& in l.si debitorem. ff.de nouatio. teneat contrarium.Posset & ad multa alia induci hæc argumentatio, vt colligi potest ex his,quæ notat Pet.de Anch.in repe. regulæ,accessorium,de regu.iur.lib.vj.& Iason in d.l.ij.ff.de iurisdict.omnium iudic.sed prædicta pro iuuenibus abundè
3 sufficiunt. Dicta † tamen regula,cui conceditur antecedēs conceditur & consequens,limitatur multis modis.Primò vt non procedat, quando accessoria sunt maioris iurisdictionis quàm ea,quæ principaliter committuntur:Ita not. vult Bar.& post eum alij in d.ij.& huic congruunt,quæ dixi suprà de non incarcerando laico per episcopum pro crimine ecclesiastico.Secundò limitatur non procedere,quādo ille cui aliquid committitur, est capax principalis sed non accessorij:Ita notant Ang.Pau.de Cast.Iason, & alij in dict.l.ij.& potest poni exemplum,in c.tuam,de ordi.cogni. & in c.lator,qui filij sunt leg.Tertiò limitatur non procedere in specialiter reseruatis supremo principi: textus est notabilis in d.c.prudentiam.§ sexta,& ibi Panor.& bonus textus in c.quod translationem,de offi.deleg.& vult Iason in d.l.ij.& Felin.in d.c.prætereà.Quartò limitatur, nisi ea sine quibus negotium commissum expediri nō potest,sint alio iure prohibita:Ita notabiliter dicit Dominic. post Io. de Imo.in c.quicūque,de hæreticis li.vj.& sequitur Felin. in d.c.prætereà,in fi.Quintò limitatur multum singulariter vt licet ea intelligantur commissa,sine quibus commissio nullo mō expediri potest,iuribus præallegatis,nō tñ veniunt ea,sine quibus negotium expediri potest,sed nō ita cōmodè & faciliter:de hoc est glo.sing.in c.solet,in princ. super verbo,per superiorem.de senten.excom.libr.vj. quæ sing.vult,quòd delegatus papæ nō potest absoluere ad cautelam,nisi id specialiter sibi sit cōmissum:quāuis ea absolutione impēsa,magis cōmodè ꝓcedi posset in negotio principali.& illam gl.sequuntur ibi Dominic.Philip. Franc.& doct.de hoc tamen videtur dubitare Iason in d.l.ij. & eius opinio videtur de iure verior, cum de nullo vel modico

præiudicio partis aduersæ agatur. Sed in dubio non est ab opinione gl.& communi in iudicando recedendum, iuxta ea quæ dixi supra in loco à cõtrario sensu, circa finem. Sexto limitatur, vt non procedat in iurisdictione præscripta, in qua non transit coërcitio nec potestas coërcendi, nisi hæc etiam sint præscripta; quamuis sine istis iurisdictio videatur quasi inutilis, & illusoria: de isto est textus no. in ca. cum contingat, & ibi Panor. not. de foro compet. & volunt
4 Alex. Iaf. & doct. in d.l.ij. Ratio huius est, quia † tantũ censetur pręscriptum, quantum possessum, & non plus, l.j.§.si qs hoc interdicto, & ibi pulchrè per Bar. * ff. de iti. actuq; priua. & c. cum olim, de pręscrip. & c. dilecto, de off. archi. cum simi. Hinc est, ꝙ si Abbas, vel prælatus inferior præscripserit visitationem, & non recepit procurationem, completa præscriptione visitationis, non poterit exigere procurationem: quia præscriptio extendi non debet, iurib. præalle. Et ita decidit glo. no. in regu. odia, de reg. iur. libr. vj. & volunt Host. Io. de Imo. & doct. in c. cũ ex officij, de præscri. quod no. quia est quotidianũ. Hinc etiam est, quòd qui pręscripsit decimas in aliquo loco, nõ videtur præscripsisse noualia. tex. est notab. in c. cum contingat, de decimis, & facit, c. ij. in fin. eod. tit. li. vj. Hac etiam ratione qui præscripsit institutionem, non videtur pręscripsisse ius destituendi, licet inter ea sit quædam communio: Ita volunt Host. Io. An. Panor. Fel. & doct. in c. cum ex iniuncto, de hære. & Pan. in ca. accepta, in fin. de resti. spol. & Card. in cle. vnica. de renunt. Quapropter & ipse ego cõsultus aliquando ex facto occurrente respondi, qđ præpositus seu archidiaconus qui præscripsit ferè omnia iura episcopalia, neque tñ consueuit recipere charitatiuum subsidium, (quod recipit episcopus. c. cum apostolus, de cẽsibus,) nõ poterit exigere à clero charitatiuum subsidium, seu (vt vocant,) iucundum aduẽtum: quia non plus præscriptum quàm possessum, iuribus præalle. & optimè facit decisio Rotę ccccij in nouis, inci. si aliquis episcopus &c. Præscriptio enim in vno non extenditur ad reliquum, etiam si inter ęa detur quędam cõmunio, vt suprà dixi, Certum autem est ꝙ de iure communi prælati

ADD. * Bar. Est in §. Iulianus. j, quem legit idem Bar, sub §. si quis hoc interdicto.

lati inferiores episcopis,non sunt fundati ad petendū charitatiuum subsidium,vel ad imponendum vel faciendum collectam,ergo debent succumbere, nisi habeant priuilegium,vel nisi iuuentur consuetudine: vt notant Host. Ioā. And.Panor.& doct.in d.c.cum apostolus:quod nota, quia ita fuit iudicatum.de qua quęstione quotidiana,an scilicet præscriptio extendatur,vide per Fel.in c. auditis, vbi hoc plenissimè examinat,de præscriptio.reliqua videat studiosus per Iaso.in d.l.ij.& per Barbatiam,Feli.& alios,in d.ca. præterea. An autem asserens se procuratorem & habere mandatum videatur asserere omnia illa,sine quibus nō potest esse procurator,vt quòd est maior xxv.annis. l. minor. ff.de procura.& similia ita vt ei incūbat onus probandi,vel an aduersario obijcienti quod est minor, incumbat onus probandi,vide pulchrè per Pau.de Cas.in l.cum te,in fin.C. de proba.vbi post Petr.& alios tenet,ꝙ excipienti incūbat onus probandi,vt latiùs ibi videre poteris per eum.vide ēt glo.& canonistas in c.nōnulli.§.sunt & alij,de rescri.vbi similis habetur quæstio:vide similiter optimam distinctionem,quam pro intelligentia dictę regulæ faciunt Bal.Alb. de Ros.& Lamb.de Rampo.post Pet.& Cy.in d.l.ij.ff.de iuris.om.iud item distinctionē quam in d.l.ij.ponit Bar.& optimam distinctionem quā in hac materia ponit Henric. Boich,in d.ca.ex parte : ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat,quanquam tamen & alia quædam huc respiciētia dicam infra loco proximo,& duobus locis sequentibus.

LOCVS A CONCESSIONE CONSEquentis ad concessionem antecedentis.

1 *Consequenti concesso videtur concessum omne illud per quod peruenitur ad illud.*
Limitatur nu.2.

3 *Consequens qui petit,petere etiam videtur antecedens.*
Limitatur nu.4.

5 *Argumentum à cõceßione cõsequentis &c. quãdo nõ procedat.*

QVin & è contrario à concessione consequẽtis ad concessionem antecedentis, frequens est & vtile argumẽtum. formatur autem dupliciter, ad duplicem videlicet effectũ. Vno modo sic,
1 †Cui conceditur consequens, conceditur omne illud per qđ peruenitur ad illud. l. ad legatum, & l. ad rẽ mobilẽ. cum ibi notatis per gl. in verb. rectè aget & ibi per Bar. ff. de procur. c. quoniam, de sent. excom. lib. vj. & §. idem iuris, Insti. qui & ex quib. cau. manu. non poss. cum simi. Concesso eñ fine, concessa videntur omnia per quæ deuenitur ad finẽ, iuribus præall. & c. cùm infirmitas, de pœniten. & remissio. per quem tex. dicit ibi singulariter Panor. versic. & põt iste tex. ꝙ iste text. potest allegari optimè ad vnam causam generalem, ex qua Papa habet potestatem in laicos, videlicet quando disponit in finem salutis animarum, licet principaliter non disponat circa personas illorum, quos intendit constringere. secus hic, nam pro salute animarũ ægrotantium Papa disponit in medicos laicos. quod est notatu dignum, nec recordor me alibi legisse. Videmus itaque, ꝙ quando conceditur aliquibus officialibus potestas prouidendi super statu ciuitatis, seu politia eiusdem, omnia extrinseca videntur concessa per quæ peruenitur ad id, quod expresè cõmissum est. Ita vult Bar. in l. ambitiosa, vers. ij. regula est. ff. de decre. ab or. fac. Itidẽ si pater dedit licẽtiã filio exercẽdi aliquã negotiationẽ, & tradidit ei capitalẽ, filius aũt conduxit domũ necessariam pro illa negotiatione, & in eã intulit aliqua de bonis patris, ꝙ talia bona censentur tacitè obligata pro pensione domus, per dictã regulã, qui vult consequens, videtur velle omne necessariũ antecedẽs, iuribus præall. & ita expresè tenet Io. Fabri in §. itẽ Seruiana, Insti. de actio. quẽ sequuntur ibidẽ alij. Hinc quoque procedit, ꝙ licet dispensationes, quæ sunt contra ius, sint odiosæ, & restringendę, c. j. & ij. de filiis presb. li. vj. tñ si est dispensatũ cũ illegitimo, ꝙ possit habere episcopatũ, intelligitur in necessarium antecedẽs dispensatũ cũ eo, quòd possit presbyterari, quia sine ordine sacerdotali non potest esse episcopus. Ita notab. dicit Pet. de Anch. in clem. j. in v. oppo. de conce. præben. & Panor. in c. ex parte

iij.de decimis.& sequitur Ias.in l.j.ff.de transactio.& idem Ias.in l.si causa cognita,C.de transactio.Hinc etiam est, quando mandatur alicui executio alicuius negotij, quòd princeps,vel comittens non examinauit, videtur etiã eidem commissa cognitio,vt præambulũ & antecedens, l.& si non cognitio,C.si contra ius vel vti. publicã,& c.de cætero,de re iud.cum vtrobique nota. & habetur plenè per Bar.in l.à diuo Pio.in princ.ff.de re iud. ad quem breuitatis gratia satis sit remisisse.
2 Limitatur † tamen dicta regula, cui conceditur cõsequens,conceditur & antecedens, & omne illud,per quod peruenitur ad illud,inter alia, Primò, vt procedat, nisi antecedens sit maius ipso consequente, arg.l.penul.§.illo,C.de neces.seruis hæredib.instit.& argu. ro.per Bar.in l.ij.ff.de iurisdict.om.iudic. Cuius rei potest poni exemplum in c.tuã.de ord. cogni. & in ca.lator, qui filij sunt legi. Secundò limitatur, nisi ille cui conceditur consequens,vellet sibi ius dicere pro consequendo antecedente,vel præparatorio,tunc enim permisso consequẽte,non permittitur præparatorium vel antecedens.Ita singulariter decidit Oldr.in consi.lxxxij.& Card.in cle.dudũ. §.huiusmodi,circa finem, de sepultu.vbi volunt, quòd licet omnibus apud fratres mendicantes sepeliri volentibus liberè permissa sit electio sepulturæ, dict.cle. dudum.cum ibi nota.tamen ipsi fratres non possunt inuito curato processionaliter cum cruce intrare eius parochiam, & accipere funus, quia sic sibi ius dicerent, quod non licet, l.extat. §.quod metus causa.& l.si quis in tantam,C.vnde vi, cum similibus.& hoc tene, quicquid dicat Oldradus sibi contrarius in consi.ccxxv.in secundo dubio, & Pet.de Ancha. in dict.clemen. dudum: hæc enim opinio tutior est, ne detur materia rixæ,seditioni,& aliis malis,quæ ex hoc prouenire possent.& ita obseruatur secundum Cardinalem in d.cle.dudum.§.huiusmodi.Quapropter benè dicit glos.in d.clem.dudum.§.verum,super verbo integrè, quod quando electa est sepultura apud fratres mẽdicantes,funus primo portandum est ad ecclesiã propriã,& parochialẽ,& ibi celebrãda est missa,vt sic recipiat ibi vltimũ vale, & ita in pluribus locis seruatur,& me consulẽte ita seruatũ fuit in funere nobilis & generosæ dominę Barbarę de nouo castro vxoris domini Gerardi de Pleynes pię memorię,sepul

tę Machliniç apud Carmelitas, q; recepit vltimū vale in ecclesia sua parochiali sancti Rumoldi, quod sing. tene mēti & vide optimam distinctionem, quam pro intelligētia dictæ regulæ facit Bal. post Pet. & Cy. in d. l. ij. ff. de iurisd. om iudi. & Albe. de Rosate, & Salice. in l. indebitam. ff. de conditio. indebiti. Secundò argumentum ex hoc loco for
3 matur aliter sic, † qui petit, vel vult consequens, videtur etiam petere & velle antecedens, hoc est, omnia sine quibus illud non potest procedere, text. est notabilis in l. illud, & ibi Barto. Paul. de Ca. & doct. not. ff. de acq. hær. & est tex valde sing. in cap. ex parte, cum ibi not. per Anto. de Butr. Panor. Ioan. de Lisura, Præpo. & alios canonistas, de sponsalib. Et hac argumentandi formula in pulchra quæstione vtitur Sal. in rep. auth. sacramenta. in fine, Cod. si aduersus venditio. & doct. alibi non raro. Hinc est igitur (vt exemplis vtamur) quòd procedit libellus, in quo actor simpliciter petit reum cogi & compelli ad solendum x. licet ei non petat condemnari, quia qui petit consequens, videtur etiam petere antecedens, iuribus præall. & ita nota Panor. in capit. olim causam, per illum text. de censibus & Antonius de Butrio, & Ioan. de Imol. in cap. examinata de iudiciis, & idem Ioan. de Imo. in l. in summa, in prin. ff de re iudicata, nam petita executione, videtur priùs petita condemnatio, ex quo narratio est clara & aperta. Cautius tamen est petere eum condemnari, vel saltem subiici debet clausula illa generalis & consueta, super quibus omnibus & singulis peto mihi ius dici & iustitiā administrari, quia tunc sine aliquo scrupulo procedit libellus, secundum Ioannem de Imol. in dict. l. in summa, & in l. si cum nulla, eod. tit. de cuius clausulæ effectu vide quæ dixi supra in loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur a esse, circa finem. Hinc etiam est, quòd si alicui ad aliquem locum veniendi datur securitas, vel (vt vocant) saluus conductus, intelligitur quòd talis possit pro expeditione illius actus ibi morari, & abinde liberè discedere. Ita notabiliter dicunt Pet. de Anch. & Panor. in c. quia diuersitatem de concess. præben. & Bart. Angel. & docto. in l. vtimur. ff. de sepul. violato. & idem Bar. in l. relegati. ff. de pœn. & in l. j. ff. ad leg. Iul. maie. & in auth. habita. vers. sed ad vnam, C. ne filius pro patre, & in l. nullam, C. de nauicula. li. xj. &

Arc

Angel.in consi.ccclxiij. incipié.quicquid volo.Hinc similiter est,quòd si agens petitione hæreditatis non petat se hęredem declarari,* vel si agens rei vendicatione nõ petat se dominum declarari,sed solùm petat alium cogi,& compelli ad dimittendum & restituendum hęreditatem vel ré aut bona per eum possessa, valet libellus,argu.d.l.illud, cũ similibus,vt notabiliter dicit Bar.in l.& ex diuerso.§.j.circa prin.ff.de rei vẽdi.& sequitur Ale.de Imo.in l.ij.§.priùs, circa fin.ff.de vulga.& pupilla.Hinc etiam dicit singulariter Bal.in Auth.dos data,vers.denuo quæro, in noua lectura,C.de do.ante nup.quòd procedit libellus in quo mulier petit sibi donationem propter nuptias tradi. Et libellus in quo aduocatus petit clientulũ suũ ad soluendum salarium condemnari,licet mulier & aduocatus nõ petant donationé propter nuptias,vel salarium sibi constitui , quia effectus libelli & rei debet considerari, secũdum eum.semper enim conari debemus,vt sustineatur libellus si fieri põt,vt notat Innocen in d.c.examinata , & Bart.Ias.& docto.in l. sed & si possessori.§.item si iurauero. ff. de iureiur. Ité hic locus facit ad hoc,quòd procedit libellus,in quo quis petit sibi restitui rem,licet expressè non concludat ad rescissionem contractus,quæ tamen rescissio contractus erat necessaria,quia petendo restitutionem rei, satis videtur petere contractus rescissionem,quæ erat præambula.Ita nominatim dicit Auto.de Butrio in cap. constitutus,post gl. ibi,in verbo,iuxta ratam,de relig.domib.quem refert & sequitur Ias.in §.rursus, in fine, Institut. de actio. & idem Iason in §.omnium, illo eodem tit.& sæpe alibi.Hinc etiã singulariter dicit Ange.post glo. & Azonem in l.si aliquã rem.ff.de acq.posses.quòd si in instrumento dicatur, talis sciens se dominum & possessorem talis fundi, conduxit eum à Titio locante eum sibi, videtur translatum dominium & possessio in ipsum Titium ex mente contrahentium, & ex vi cuiusdam necessariæ consequentiæ.nam ex quo contrahentes voluerunt facere dictum contractũ,qui non potest iniri stante dominio conductoris, videntur vo

ADD. * Declarari. Nota quod in actione in ré actor debet cõcludere se dominũ,& talem petere declarari à iudice.l.& ex diuerso.§.j.ff.de rei vendic.l.licet ff.de petit. hęr.

voluisse omnia, quæ sunt necessaria ad subsistentia ipsius contractus, arg. d. l. illud, & idem expresse vult Sali. in l. qui rē, C. locati, quando per verba præambula constat vtriusque voluntatem concurrere ad translationem dominij. de hoc tamen vide latiùs per Barto. Alberi. de Rosate, Paulū de Cast. Ioan. de Imola, Franci. de Aretio, & posteriores in d. l. si aliquam rem, & per Alberic. de Rosate in d. l. qui rem, & in l. ad probationem, C. locati. Simili etiam ratione dicunt Pet. Cy. Bal. Alberic. Salice. & Odofredus in l. pacta nouissima, C. de pact. quòd si debitor meus habeat exceptionem rei iudicatæ, & vltra hoc exceptionem pacti de non petendo, si postea indigens auxilio meo fecit mihi pactum de petendo, videtur renuntiare vtrique exceptioni. qui enim vult vnum, vult omnia, sine quibus illud vnū procedere non potest, d. l. illud. & qui vult vnum, censetur velle aliud, sine quo illud esset inutile, vt est text. notabilis, iuncta sua singulari glo. in l. quamuis, in verb. curauit, C. de fideicom. & vult Pau. de cast. in d. l. illud, & doct. sæpe alibi. Quare etiam notabiliter dicit Bald. in l. conuenticula, vers. ex his etiam infero. C. de episco. & cler. quòd quando ad positionem rationis sequitur positio dicti, tūc testis probat, vt ibi latiùs per eum. Possent & multa alia huius loci exempla adduci, sed prædicta pro iuuenibus abundè sufficiunt. Quare nunc de limitationibus agamus. Dicta itaque regula,

4 Qui † petit vel vult cōsequens, videtur etiam petere & velle antecedēs, limitatur primò, vt procedat in his, quæ pendent ex nostra voluntate, vt in casu d. l. illud, & in exemplis suprà positis, sed in aliis non dependentibus ex nostra voluntate, ad positionem consequentis non sequitur positio antecedentis. Vndè (exempli gratia) licèt probetur, quem fuisse promotum ad presbyteratum, per hoc tamen non sequitur, quòd talis fuerit promotus ad priores ordines, licet hoc necessariò requiratur; & ergo debet ostendere literas de quolibet ordine, c. ij. & ibi hoc not. Inno. de cler. pereg. & probatur in tit. de cle. per saltum promo. Aliud exemplum, Producitur sententia, per hoc tamen non probatur, quòd præcesserūt acta & ea quæ sunt substantialia iudicij, licet hoc requiratur, c. quoniā cōtra falsam. cū ibi notatis per gl. & doct. de prob. & l. prolatam, c. de sent. & interlo. omni. iudicum. ita notabiliter dicunt

Bar.Pau.de Cast.& docto.in d.l.illud. Eleganter ergo dicit Ias.in l pactum inter hæredem,ff.de pactis,quod hæc regula non procedit in contractibus,sed duntaxat in vltimis voluntatibus,prout loquitur d.l.illud,cum similibus: Neque tamen id ipsum sine limitatione,de qua ibi per eum. Secūdò dicta regula limitatur,vt non procedat quando antecedens est maius ipso consequenti,tex.est notabilis in d.l.penultim.§.illo,vbi de hoc est casus,& in d.c.tuam,& in d.calator.Tertiò non procedit,quando ex hoc sequeretur vel præsupponeretur renuntiatio iuris liquidi,vt rei iudicatæ, vel instrumenti.Ita limitat Ias.in d.l. j. ff. de transact. glorians hanc esse suam nouam limitationem: quæ tamen limitatio mihi non placet,propter ea quæ notant Pet. Cyn. Bal.Albe.Odof.& Sal.in d.l.pacta nouissima.Nam ad leges per Iasonem allegatas facilis est responsio,quum loquātur in casu particulari rei iudicatæ,ex quo non potest fieri regula generalis,vt facit Ias.c.in genesi,cum ibi nota. per docto.de elect.& contrarium eius quod tenet Ias.in d.l. j. reperio velle Raphaelem Fulgosium in cons.cxix.incip.proponitur,quòd Federi.&c.vbi singulariter dicit,quòd super re,transactione,vel iureiurando decisa, & super eo de quo constat per instrumentum publicum,transigi potest, cum hoc nusquàm reperiatur prohibitum,secūdum eum: quod nota: de hac materia etiam videre poteris satis latè per Alexan.de Imo.in d.l.si causa cognita,& per Bar.Sal.& doct. in l.eleganter.§.j.ff.de condict. indebiti. Hoc autem nolo te ignorare,† q̄ si cōsequēs est generalius antecedente,& necessariò sequitur ad antecedens,tunc licet argumentum à concessione antecedentis ad concessionem consequentis sit necessarium(vt si homo est,animal est:sed homo est,ergo animal est)tamen hoc casu è conuerso à concessione cōsequentis ad concessionem antecedentis affirmatiuè , non valet argumentatio,vt in exemplo supradicto , non valet consequentia,animal est,ergo homo est,licet bene valeat negatiuè,non est animal , ergo non est homo , nec etiam hoc casu valet argumentatio à destructione antecedentis ad destructionem consequentis:non enim valet consequētia,non est homo,ergo non est animal,quia pōt esse asinus: vt dixi supra in loco à genere ad speciem,& in loco, à specie ad genus:sed vbi consequens non est generalius antecedens

cedente,neque necessariò sequitur ad antecedens, sed frequenter, & vt plurimum, tunc certè à concessione consequentis ad concessionem antecedentis valet argumentatio affirmatiuè,vt exempli gratia,mulierem parere prolé, frequenter & vt plurimum sequitur ad concubitum cum masculo:vnde bene sequitur,mulier peperit,ergo cum masculo concubuit:naturaliter videlicet loquendo:nam in beata virgine Maria miraculosè aliter euenit, Matthæi & Lucæ j. & Esaiæ vij. A concessione autem antecedentis ad concessionem consequentis hoc casu non valet argumentatio.Non enim sequitur,mulier cõcubuit,ergo concepit, vel peperit.& hoc casu à destructione antecedentis ad destructionem consequentis benè procedit argumẽtatio negatiuè,vt non concubuit,ergo nec peperit. A destructione autem consequentis ad destructionem antecedentis hoc casu non procedit argumentatio,non enim sequitur, non peperit,ergo non concubuit. Quando autem consequens est generalius antecedente & necessariò sequitur ad antecedens,tunc (vt dixi suprà)bene procedit argumentatio à destructione consequentis ad destructionem antecedentis,sed non contra:cui adstipulatur *Io.* de Platea in l.j,vers. item not.hic gl.C.de delat.lib.x.quod nota,& vide quod dixi suprà loco proximo,& quod dicam infra in duobus locis sequentibus.

¶LOCVS A DESTRVCTIONE antecedentis,ad destructionem consequentis.

1 *Argumentum à destructione antecedentis ad destructionem consequentis quando procedat.*

HVnc quoque locum à destructione antecedẽtis ad destructionem consequentis, seu ab antecedenti destructo,ponit Bal. in l.cõuenticula,C.de episc.& cler.licet videatur corruptus. Atque

Atque eo vtitur idem Bal,in l.j.in v.opp. C. de fideic. & idẽ in l.j C.de iu.aur.an.& in c.j.§.& quia vidimus,qui feu. dare pos.fundatur autem hic locus in l. & quia,in vers. ideoque,& ibi Alb.de Ros.not.ff.de iurisd.om.iud.& in l.j.§.huius rei. ff.de of.eius cui mand.est iurisd.quem text. ad hoc extendit Bal.in d.§. & quia vidimus,& Nicolaus de Vbaldis in tractatu successionis ab intestato.Argumentum tamen,quod ex hoc loco sumitur,non videtur procedere, l. quidam tabularum,in prin.ff.de furtis,& ibi hoc notat glo. in verb.non esset.Equidem hunc locum in catalogo locorum legaliũ non posuissem,nisi reperissem Bal.Alb.& Nic. de Vbaldis in locis præal.eum ponere,& glossam & Præpositum de eo facere mentionem in c.Ephesiis.in verb. mundus.xliij.dist.Ne tamen hęc varietas & discrepãtia opinionum in limine occurrens,quempiã offendat,& à prosequẽdo retrahat,cogitaui pro cõcordia posse dici,aliud esse locum,aliud argumentum,vt supra in primo euidentiali di-
1 xi:& †argumentum à destructione antecedentis ad destructionem consequentis tunc demum procedere,quando cõsequens sequitur ad antecedens frequenter & vt plurimũ, non autẽ necessariò,vt declaraui supra,loco proximo, vel quando termini sunt conuertibiles. quod vt lucidè percipias, declarandum duxi per exempla. Ecce in primis,visitatio & procuratio sunt conuertibilia,& habet se visitatio ad procurationem vt antecedens,procuratio verò ad visitationem vt consequens: Modo vides,quòd facta visitatione,debetur visitanti procuratio:destrue nunc antecedens, & pone non factam esse visitationem,& nõ debebitur procuratio. Item sicut tertius contra episcopum præscribere potest visitationem,vt scilicet per eum & non per episcopum visitentur aliàs subditi episcopi:ita etiam præscribere poterit procurationem:quod si nõ sit præscripta visitatio, nec etiam censebitur præscripta procuratio:& quemadmodum subditus non præscribit contra visitationem, quam episcopus suus ordinarius facere posset & vellet,nec auditur hoc allegans,nisi articulet de alio prælato,qui hanc visitationem in eo præscripsisset. Ita nec præscribit contra procurationem,vt hęc omnia habẽtur in c.audiris,in c. cũ olim,& in c.cùm non liceat,de præsc.& ibi Pan.in vers.venio ad tertiam & vltimam partem gl.& habetur per dom.

Rot.

Rot.in decisi. ccxliij.in nouis,incip.si decanus,& in ca.cũ personæ,de priui.lib.vj.& in c.cum ex officij,de præsc. vbi non minus eleganter quàm verè dicit Pan,quòd quando antecedens seu principale est impræscriptibile,tunc etiam consequens,accessorium, vel connexum non potest præscribi.Item cape aliud exemplum, habere iurisdictionem, & compellere seu constringere,sunt conuertibilia.l.fi.ff.de iurisd.om.iud.& c.ij.§.fi.de const.li.vj.cum similibus,& habet se iurisdictio ad constringere vt antecedens, constringere verò ad iurisdictionem vt consequens. Vides autem, quòd archiepiscopus in casibus in quibus habet iurisdictionem in subditos sui suffraganei,potest compellere & constringere eos ad suscipiendum delegationem,& vice versa antecedenti destructo in casibus scilicet in quibus non habet iurisdictionem,(prout regulariter contingit) non potest eos constringere,seu compellere:vt est tex.in c.pastoralis,in prin.iũcta no.gl.in verb.nullam habeat potestatem, de of.ord.est & aliud exemplum in d.l.& quia,in vers.ideoque.Nec me mouet contraria decisio glos. in l.eum qui,in prin.ff.de publiciana,vbi glossa loquens in cõuertibilibus, vt sunt vsucapio,& publiciana,d.l.eum qui,in principio, & §.in hac actione,iuncta gl.& l.traditionem,illo eo.tit. quo dicit non tenere locum ab antecedenti destructo, & allegat l.cum sponsus.§.in vectigalibus,illo eo.ti.vbi clarè habetur,quòd fundi vectigales non vsucapiuntur,& tamen in eis habet locum publiciana.Ad hoc enim dico,quòd gl. decipitur per fallaciam amphibologię,cum aliter & aliter ibi capiatur fundus vectigalis,vt bene declarant ibi Bart. Bal.Ange.& doct.qui dicunt illum textum , inquantũ vult cessare vsucapionem in fundis vectigalibus,intelligi debere quo ad directum dominium,& quod sequitur in eis locum habere publicianam,hoc intelligi debere quo ad vtile dominium:& idem vult ibi gl.in verb.non possint.ad fin.& doct.in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam. infe.& *Ias.* in §.sed istę,Inst.de actio.ad quod etiam bene faciunt not. per Pau.de Cast.in l.nunquam j.ff.de vsuc.& sic dicta obiectio non obstat,& remanet vera conclusio supradicta , ꝙ argumentum ab antecedenti destructo procedit , quando termini sunt conuertibiles,vel quando consequens frequẽter,& vt plurimùm,non autem necessariò sequitur ad antece

tecedens: aliàs secus & sic debet intelligi gl. in d. l. quidam tabularum, neque enim aliter intelligi debet, quàm secundum illum text. ad quem se refert, iuxta singulariter notata per Bar. in l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. quod nota, quia posses faciliter decipi, si non perpẽderes. Si autem ampliare volueris hanc materiam, & plenè intelligere, quando destructo antecedenti seu principali, destruatur consequens seu accessorium: videre poteris distinctionem, quam ponit Bal. in l. non dubium, in xiij. opp. C. de leg. Item distinctionem, quam ponit idem Bald. post Petr. & Cy. in l. ij. circa finem. ff. de iurisd. om. iud. itẽ distinctionem quam ponit Dy. in reg. cum quid prohibetur, & in reg. accessorium, de reg. iur. lib. vj. cum his quæ ibi addunt Phil. Fran. & Io. An. in Merc. Item distinctionem, quam ponit Cy. in l. intelligere, C. de lui. pig. Item ea quæ magistraliter notat Petrus de Anch. in repetitiõe dictæ regulæ, accessorium, maximè in secunda, tertia, & viij. oppo. & in prima, ij. iij. iiij. & v. quæstionibus. item poteris adhibere distinctionem, quam in illo articulo, an vitiato expresso vitietur tacitum, ponit Cy. in Auth. ingressi, C. de sacro. eccle. & Bar. Bal. & doct. in l. si fideiussor, in prin. ff. de leg. j & Sal. in l. j. §. j. quib. mod. pignus vel hypoth. soluitur, quæ velut digito indicasse sufficiat. Vide etiam, (si libet,) quod dicam infrà loco proximo, & quod dixi suprà in duobus locis præcedentibus, & in loco ab expresso ad tacitum.

¶LOCVS A DESTRVCTIONE consequentis ad destructionem antecedentis.

1 *Consequenti destructo destruitur antecedens, & quando procedat.* 2.

3 *Prohibito aliquo prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud, & quando procedat.* nu. 4.

5 *Extensio consequentis ad antecedens venit per interpretationem extensiuam.*

6 *Dispositio*

6 *Dispositio de certa solennitate seruanda in aliquo actu, importat tacitam prohibitionem ne aliter fiat, & annullationem actus si non interuenit solennitas.*

7 *Prohibitio per verba affirmatiua.*

A Destructione verò consequentis ad destructionem antecedentis, seu à consequenti destructo, ducitur argumentum forte, frequens, & vtile, quod quidem formatur dupliciter, ad duplicem effectum. vno modo sic, destructo
1 † consequenti, in quo stat ratio antecedentis, destruitur antecedens. tex. est not. in l. ij. §. mutui datio, & ibi notatur per glo. in verb. in creditum ff. si certum peta. Item bonus text. in l. apud antiquos, & ibi tangitur per Cy. & Alberi. de Rosate C. de furtis, & tex. in c. & si Christus, circa medium & ibi Cardin. de iureiur. & optimus text. in c. solitæ, & ibi Card. & Ioan. de Imo. notant dē maior. & obedien. & tex. peculiaris, in cap. tuæ, & ibi Præposi. notat de sponsalib. item pulcher tex. iuncta glo. in l. j. & ibi Ioan. de Platea notat, C. de delatoribus, lib. x. & faciunt notata per gloss. Bart. Bald. Cyn. Pau. de Castr. & docto. in l. non videtur, C. de in integ. restitu. Huius etiam loci meminit Bald. in l. conuenticula. C. de episcopis & clericis, & eo vtitur idem Cardinal. in capitu. ex publico, de conuer. coniuga. & doctores sæpe alibi. Sicut enim ad remotionem generis sequitur remotio speciei, vt dixi suprà in loco à genere ad speciem, & sicut destructo principali, destruitur accessorium, l. cum principalis. ff. de regulis iuris, & perdito principali, perditur accessorium, l. Labeo, prout ibi habetur litera affirmatiua. ff, quemadmodum serui. amitta. & l. si cui. ff. de fundo instru. & quemadmodum destructa seu correcta ratione legis, cēsetur etiam correcta lex, vt dixi latę suprà in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis, in primo casu principali. Ita etiam destructo consequenti, destruitur antecedens, iuribus præallega. Procedit
2 † autem hæc argumentatio tunc demum, quando consequens sequitur necessariò ad antecedens: quando verò cō sequens non sequitur necessariò ad antecedens: tunc non procedit hæc argumentatio: vt vult Ioan. de Platea in d. l. j. per gl. in l. quidam tabularum, in princip. ff. de furtis, quam

sic intel

ſic intelligit. Illa glo. tamen non loquitur de argumento à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedẽtis, ſed de argumento à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, de quo dixi ſupra loco proximo. Dictum tamen Io. de Platea eſt verum. circa quod vide qđ dixi ſupra in loco à conceſſione conſequentis ad cõceſſionem antecedentis. Secundò argumentum ex hoc loco po-
3 teſt formari aliter ſic, † cum prohibetur certum quid, videtur etiam interdictum & prohibitum omne illud, per qđ peruenitur ad illud: tex. eſt no. in c. nam concupiſcentiam, de conſti. & in §. quia tamen, Inſti. vi bon. rap. & tex. familiaris, in l. oratio. ff. de ſponſ. vbi habetur, ꝙ prohibito matrimonio, prohibentur etiam ſponſalia per quæ peruenitur ad matrimonium: & tex. clarus in regula, cum quid ꝓhibetur, de reg. iur. lib. vj. quod eſt verum etiam ſi illud aliàs eſſet bonum, cap. denique. xxj. diſtin. & ca. cum Adrianus. lxiij. diſt. cum vtrobique no. Inde procedit, ꝙ prohibita per ſtatutum alienatione ſine certa ſolennitate. cẽſetur etiam tacitè prohibitus cõtractus: vt notabiliter dicit Pau. de Ca. in l. ſi vnus. per illum tex. ff. de ſerui. ruſtico. prædio. iuncta. l. ſi ad reſoluẽdam, C. de prædijs mino. & idem Pau. de Ca. in l. non dubium, C. de legib. & Bar. & Pau. de Ca. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. & Io. de Imo. in repe. c. cum cõtingat, in octauo caſu princ. de iureiu. Et qui non põt alienare, nõ poteſt etiam promittere de alienando, vt vult Bal. in l. fi. C. ad leg. Falci. & ſequitur Iaſon in l. ij. ff. de iuriſ. om. iud. circa finem. Non tamen incurritur pœna ex cõtractu, quæ incurritur ex alienatione, vt videri poteſt in alienatione ſeu di ſecuta reali traditione, quæ eſt neceſſaria ad incurſionẽ pœnæ priuationis feudi, ſecundum Bal. in cap. j. §. aut ſi liuellario, in titu. quibus modis feudum amit. & Aluar. in ca. j. §. fina. in ti. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & Alexand. in conſilio ſecundo v. volum. & eſt ratio, quia tunc propriè dicitur alienatum & nõ prius, l. alienatum. ff. de verborum ſignifi. Hinc etiam eſt, quòd ſi ille cui prohibetur matrimonium, faciat aliquid de præambulis per quæ peruenitur ad illud, puta contrahit ſponſalia, non propterea incurret pœnam ſtatuti vel diſpoſitionis pœnalis prohibentis conſequens, licet poſſet aliàs puniri extra ordinem arbitrio iudicis, ita dicit gl. ſing. in clem. vnica, ſuper verbo, contrahere,

quam multum ibi commendant doct. de consang. & affini. & sequitur Iason in d. l. ij. Ne tamen decipiaris, volo te sci-
4 re, quòd dicta † regula, cum quid prohibetur, videtur etiam prohibitum illud per quod peruenitur ad illud, nõ est semper, & indistinctè vera, sed debes distinguere, prout magistraliter distinguit Cy. in l. vnica, C. si rector prouin. & Henricus Boich, in c. tuæ, de procura. hoc modo, Quædam sunt per quæ peruenitur ad prohibitum ordinatè, quædam aũt sunt, per quę peruenitur ad prohibitum necessitate. Primo casu subdistingue, aut est eadem ratio prohibendi illud ꝑ quod deuenitur ad prohibitum ordinatè, quæ est prohibẽdi ipsum prohibitum, aut non. Primo casu habet locum d. regula, vt aliquo prohibito, censeatur etiam prohibitum illud per quod peruenitur ad illud. Exempli gratia, Senator patronus prohibetur contrahere nuptias vel matrimoniũ cum liberta. Item filia senatoris prohibetur cõtrahere matrimonium cum liberto, vt honestas seruetur l. semper in coniunctionibus. ff. de ritu nup. cum similibus, quæ ratio prohibet etiam sponsalia inter eos contrahi. nam si senator contraheret sponsalia cum liberta, vel filia senatoris cum liberto, diceretur vilis: & ergo sponsalia etiam censentur inter eos interdicta, d. l. oratio, cum ibi no. Secundo casu, quando non est eadem ratio prohibendi, prohibito consequenti, permittitur antecedens. Exemplum, inter magistratum, & subditam prohibetur contrahi matrimonium, quia propter potentiam suam contraheret cum ditissima, & nõ posset postea matrimonium dissolui: sed non prohibentur sponsalia, quia illa possent dissolui, ea nolente cum eo contrahere matrimonium deposito officio, tex. est de hoc not. in l. si quis officium, in prin. ff. de ritu nup. & in d. l. vnica. Secundo autem casu principali etiam subdistingue, aut illud prohibetur de iure communi, aut de iure speciali: Primo casu, tunc etiam prohibetur illud, per quod peruenitur ad illud. Exemplum, Pactum de non petendo à reo prodest fideiussori, ita quod fideiussor non potest conueniri. & est ratio, quia si fideiussor posset conueniri à creditore, tunc fideiussor ageret actione mandati contra reum seu principalem debitorem, & sic in effectu pactum de non petendo nõ prodesset ipsi reo, tex. est in l. quod dictum. ff. de pactis. Secũdo casu iterũ subdistingue: Aut specialis ꝓhibitio est

in rem

in rem,aut in personam. Primo casu, prohibetur etiam id, per quod deuenitur ad illud,tex.est in l.fi.in fi.& ibi tangitur per Cy.C.de vsu.rei iud.vbi habetur,quod induciæ quadrimestres,quæ competunt reis condemnatis contra iudicatum ex speciali prouisione illius legis nouæ,competunt etiam fideiussoribus:& sic sicut reus prohibetur inquietari intra quadrimestre à tempore sententiæ,ita etiam fideiussor prohibetur inquietari intra quadrimestre,per illam legem,quæ ad hoc est no. Secundo autem casu, quando specialis prohibitio est in personam,tunc non videtur prohibitum id per quod peruenitur ad illud.tex.est no.in l.verũ, in prin.ff.pro socio,iuncta l.& si fideiussor.ff.de re iud.& in l.exceptiones.ij.ff.de excep.cum simi.in quibus iurib.habetur,quod exceptio competens socio, marito, & similibus, non competit eorum fideiussoribus,quia est personale beneficium. Hoc tamen fallit in casu fauore libertatis secundum Henricum Boich,in d.c.tuæ.nam pater non potest filium priuare quarta,iure naturæ sibi debita: & tamen potest dare libertates,per quas minuit quartam, l. Papinianus.§ quarta autem.ff.de inoffic.testam. quam distinctionem sequitur Bald.in dicta l.secunda.ff.de iurisdictio.omnium iudicum. Vel potes dicere aliter, & breuiùs sic. Aut consequens non est perpetuò prohibitum, & tunc non est prohibitum antecedens,dicta lege,si quis officium. Aut est perpetuò prohibitum, & tunc etiam non valet antecedens,dicta l.oratio. Ita sentit idem Bald. in dicta l. vnica, in noua lectura:& vult Dyn. in dicta regula, cum quid, & Albericus de Rosate,& Salicc.in lege,indebitam.ff.de condict.indebiti:& est gloss. valde notabilis in similibus terminis in capitu. tua fraternitas, in verbo, poteris irritare. de sponsa.duorum. Circa præmissa tamen volo te scire
5 tria. Primo, † quòd extensio consequentis ad antecedens, venit per interpretationem extensiuam, text. est in dicta l.oratio,in verbo,vt suppleatur,quem tex.ad hoc notat Bald.in dicta l. vnica, & inducit ad duas pulchras & quotidianas quæstiones,quas videre poteris per te ipsum, Illum textum etiam ad hoc notat Iason in dict.l.ij.circa fi-
6 nem. Secũdò volo te scire † quòd sicut expressa prohibitio legis,vel statuti,importat annullationem actus, etiã si hoc non dicatur in lege,vel statuto,vt est tex.in d.l.non dubiũ.

Ita etiam dispositio de certa solennitate seruāda in aliquo actu, vt quod interueniat cōsensus patris, vel duorum propinquorum, importat tacitam probationem, ne aliter fiat: & etiam annullationem actus, si non interueniat illa solennitas. Ita singulariter dicit Pau. de Cast. in d.l. nō dubium, per gl. quam valde cōmendat in l. nō intelligitur. §. diuus Adrianus. in verb. restituūtur. ff. de iure fisci. Tertiò vo
7 lo te scire, quòd interdum † aliquid prohibetur per verba affirmatiua, tex. est no. in l. ij. & ibi Bal. not. C. de vsuca. pro emp. nā testator, qui iubet rem seruari, loquitur verbis affirmatiuis: & tñ per illa verba prohibetur alienatio, vt ibi est casus: ergo si quis probet, testatorem mandasse rem seruari, per hoc satis probatū est, quod vetuit alienari: quia eadem est natura verborum æquipollentium, secundū Bal. in d.l. ij. Imò interdum fortius operātur verba affirmatiua habentia in se priuationem inclusam, quā negatiua: vt patet in illis verbis, caret Codice & Digestis, & in illis verbis, nō habet Codicem, & Digesta: quia prima verba affirmatiua, vt sint vera, requirunt concursum vtiusque copulatiuorū, qui concursus nō datur in carentia alterius, & sic nō verificātur in altero. Negatiua verò negant cōcursum copulatiuorum, qui cōcursus non datur altero existente, & sic hæc est vera ét si alterum habeat. de quo habes glos. valde commendabilem in cle. in plerisque, in verbo, & populo, de electio. & ibi habetur pulchrè de hoc per Ant. de But. Car. Io. de Imo. & doct. & habes similē gl. in cle. sæpe. §. si tñ. in verbo, partibus, de ver. sig. & ibi etiā tāgitur per doct. licet sint varij, & discrepēt inter se, vt ibi videre poteris per Card. & alios. Regulariter autem non est curandum, quæ verba fuerint prolata, dummodò priuent, seu includant negatiuam. Ita dicit gl. sing. in l. fi. in fi. & ibi Bar. & docto. no. ff. de doli except. & idem Bar. in l. inter stipulātem. in princ. ff. de ver. obl. & Cy. in l. actor, C. de proba. & Fran. de Are. in l. in illa, ff. de verb. oblig. & Ang. & Ias. in §. æquè, Insti. de acti.

Quæ omnia commenda memoriæ tanquam pulchra, singularia, vtilia, & quotidiana, & vide quod dixi suprà loco proximo, & duobus præcedentibus.

LOCVS

¶LOCVS A PLENITVDINE potestatis.*

AD. * Potestatis. Plenitudo potestatis quid sit:& quot modis quid dicatur liberum, docet Bal.l.ij.verſ. eſt autem. C.de ſeruit.

1 *Legem ſibi imponere an quis poſsit, à qua recedere non liceat.*
2 *Principi quod placet legis habet vigorem.*
3 *Rex aut ciuitas ſuperiorem non recognoſcens tantam habet poteſtatem in ſubiectos quantam Imperator in vniuerſo.*
4 *Imperatorem aut Papam non ſubeſſe legibus, recipit plures declarationes & limitationes. & numero ſeq.*
7 *Contractus principis habent vim legis, & poſſunt allegari pro lege.*
8 *Contractus initi cum principe habent naturam contractuum bonæ fidei.*
9 *Succeſſores Imperatoris aut papæ an teneantur ſequare pacta prædeceſſoris. & nu. ſeq.*
10 *Succeſſor in dignitate an teneatur ſtare geſtis per prædeceſſorem ſuum.*
11 *Imperator et Papa quomodò differant inter ſe.*
12 *Mandata et reſcripta debent intelligi cum iuſtitia, et ſaluo iure tertij.*
13 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, et ex certa ſcientia, idem important.*
14 *Imperator an poßit alicui auferre dominium rei ſuæ.*
16 *Papa nihil debet facere in arduis ſine conſilio Cardinalium.*
17 *Iuſtitia ſemper præſumitur in principe, et quomodò intelligatur.*
18 *Inquiſitio non præcedente infamia quando procedat.*

HAbemus & in iure locum à plenitudine poteſtatis: à quo ſumitur argumentum probabile, frequens, & vtiliſſimum. Et formatur duplici ter ad duplicem effectum. vno modo ſic. Ne-
1 mo poteſt ſibi legem imponere, à qua non

liceat ei resilire, l. si quis in principio testamenti, & ibi Bar. & doct. ff. de lega. iij. & l. j. Cod. de sacro. eccle. cum similibus. Sed hoc limitatur, vt procedat in vltimis voluntatibus, quæ sunt ambulatoriæ vsque ad vltimum vitæ spiritum, l. iij. in fine, cum l. seq. ff. de adimen. lega. & cap. cùm Marthæ, de celebra. miss. cum similibus. Non autem obtinet in contractibus, qui à principio regulariter sunt voluntatis, sed post factum sunt necessitatis, l. inuitum, cum ibi not. C. de contrahen. emptio. & vend. & l. nec emere, cum ibi not. C. de iure deliberan. & l. sicut ab initio, cum ibi not. per gloss. & doct. C. de actio. & obli. vbi Barto. loco summarij ponit illud vulgare, Verba ligāt homines, taurorum cornua funus. & sic intelligitur regula, quod semel placuit, amplius displicere non potest, de reg. iur. lib. vj. cū suis concordantibus. de quo articulo vide latiùs per glo. & doct. in passibus præall. & per Bartolum Paulum de Ca. & doct. in l. si pecuniam, in princ. ff. de condi. cau. da. & per Bald. Paul. de Castro & doct. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. & per gloss. distinguentem casus in quibus pœnitere liceat. Barto. Alber. de Rosate & alios in l. qui ea mente. ff. de furtis, & per gloss. singularem & omnes in l. pacta nouissima, Cod. de pact. vbi habes, quòd sicut in vltimis voluntatibus clausula derogatoria posita in prima, derogat vltimæ, nisi in ea sit facta mentio de prima, ita etiam est in actibus inter viuos, de quo vide ibi latius per Salic. & nouissimos, ad quos remisisse sufficiat. Secundò argumentum ex hoc loco potest
a formari aliter sic. Quicquid † placet supremo principi, in quo est plenitudo potestatis, legis habet vigorem, l. j. ff. de constit. principum, & §. sed & quod principi. Instit. de iure natura. gentium & ciui. Tales autem sunt in terra, papa & Imperator, qui legibus humanis non subsunt,* sed supra legem sunt, legibus tamen viuere volunt, l. digna vox. Cod. de legibus l. princeps. ff. eod. tit. l. ex imperfecto. ff. de lega. iij cap. ad honorem, de aucto. & vsu pallij, cap. illa quotidiana, de elect. & cap. ij. & cap. proposuit, de

ADD. * Subsunt. Principes legibus solutos scribit Dion, lib. iiij. Hinc est quòd solus Deus est eorum iudex. Xiphil. è Dio. in M. Antonino.

de concess. præbend.& c.ij.de præbend.li.vj.cum similibus, in quibus iuribus probatur, quòd ratione huiusmodi plenitudinis potestatis Imperator potest rescribere cōtra ius & Papa dispensare contra ius,&(quod fortius est) etiā (vt aliqui volunt,)contra constitutionem concilij generalis. cui adde singulare dictum Bar.in l.infamem,in fi.ff.de pu
3 blicis iudiciis,vbi vult,†quòd quælibet ciuitas vel rex superiorem non recognoscens, tantam potestatem habet in populo sibi subiecto,quantā habet imperator in vniuerso. & hoc dictum refert & sequitur Panor. in c. cum te à B. de re iudica.& in c.per venerabilem,qui filij sunt legitimi, & doctores sæpe alibi. Quod tamen dixi†Papam, & Impera-
4 torem non subesse legibus, recipit plures declarationes,& limitationes. Primò vt procedat intelligendo de lege positiua,seu humana,nā illi Papa,& Imperator nō subsunt,quod tamen intellige,vt magistraliter declarat Io. And.in regula,cui licet,de reg.iuris lib. vj. in Mercurialibus,& Per.de Anchara.in repetitione ca. canonum statuta, in prima oppositione & xij.q. de constit. & Ioannes Calde. in repetitione c.de illis,in vij.quæst.de raptoribus, & Pau.de Cast. in d.l.digna vox,in fine. legi autem diuinæ ambo subsunt vt filij ecclesiæ,iuxta not.per glo.in Aut.ad hæc, C.de vsuris,& est tex.pulcherrimus in cap.sunt quidam,xxv.quæst. j.hoc tamen declara,vt declarat gloss.sing.in cap.post translationem,in fine de renuntiatio.& ibi omnino vide Ioannem An.qui inter alia dicit, quod Papa nihil potest contra Euangelium, quatenus concernit fidem,& ea quæ ad eam pertinent. In aliis autem anima sua est in manica
5 sua,†quia est supra omnia concilia, secundum eum, & allegat c.significasti,de electio.de hoc tamen articulo subtili & periculoso vide pleniùs in constitutionibus editis in concilio Constantiensi, & renouatis in concilio Basiliensi,& latè per Roma. consilio ccccccxxj.incip.circa propositam.cum tribus sequentibus.& amplissimè per Panor. in sua eleganti disputatione incip. episcopus, & quidam rector.& subtiliter per Cardin.in sua eleganti repetitione cap.licèt de vitanda, de electio.& latissimè per Præpo.xv. dist.in princip.& per Anto. de Rosellis in tractatu suo de potestate Imperatoris ac Papæ,& in locis commemoratis per Felin. in capitulo nonnulli, de rescriptis. in qui-

bus locis reperies ad satietatem de potestate Papæ, an sit supra conciliũ, vel contrà cõciliũ supra papã, & qñ, & quã-
6 do non, ad quos remisisse sufficiat. Secundò limitatur † vt non procedat quo ad legẽ contractus, imò vterque eorum obligatur ex contractu. c. j. & ibi oẽs docto. de proba. & c. j. & ibi Bal. de natu. feu. in vsib. feu. volunt Cyn. Bald. Paul. de Cast. & doct. in d. l. digna vox, & Io. de Anania in c. finali, ne prælati vices suas, alias (vt dicit Bal. in d. l. princeps, & in l. ij. C. de seruit. & aqua), qui est omniũ præsul, esset tanquã exul, & si in hoc principes vellent vti plenitudine potestatis, dicerentur ea abuti, & esset potiùs plenitudo tempestatis quã potestatis. Pro cuius pleniori notitia volo te scire
7 plura pulchra memoriæ commendanda. Primò quod † cõtractus principis habẽt vim legis, & possunt allegari pro lege, tex. est not. in l. pen. & ibi Bar. Bald. Salic. & doct. notãt, C. de donatio. inter virũ & vxo. & facit l. C æsar, & ibi Bart. notat. ff. de publicanis, & idem not. Bart. in l. ciuitas, circa princ. ff. si cer. peta. & doctores sæpe alibi, & ergo capitula pacis, quæ facit papa, seu Imperator cum ciuitatibus, sunt seruanda, secundum Bald. in l. fi. in fine, C. de transactio. & Bal. & Pau. de Cast. in d. l. digna vox, & Io. de Anania in d. c. fi. Hinc quotidie allegamus tractatus pacis initos cũ principib'. Hĩc etiã gl. in Aut. de defensor. ciuit. §. iusiurandũ. ĩ verbo iurisdictiõe, allegat pacẽ Cõstãtiæ, quã Federic' I. I. fecerat, cũ Lombardis & communitatibus Italiæ, super qua pace Constantiæ Bald. magistraliter scripsit. Secũ-
8 dò, † quòd omnes contractus qui fiunt cum principe, habent naturam contractuum bonæ fidei, Ita notabiliter dicit Bald. in dicta pa. Const. quem frequenter referunt & sequuntur doctor. vt videri potest per Iasonem in §. actionum, Institut. de actio. Tertiò, quòd licet Papa, & Impe-
9 rator teneantur seruare pacta, * & contractus, † successores tamen eorum non tenentur, nisi conuenta essent de natura vel consuetudine suę dignitatis, prout est infeudare, & similia. Ratio est, quia successor non habet causam à de

ADD. * Pacta. Nam & ligantur suo contractu. Rom. consi. ccccxxxvj. incip. quod indultum. adcò ꝙ ius quæsitũ ex eo contractu auferri non potest subdito. Innoc. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit.

defuncto,sed vterque tam Papa quàm Imperator eligitur. De Papa patet in dict.cap.licet de vitanda,& in cap.vbi periculum,de elect.lib.vj. De Imperatore etiam patet in cap. venerabilem,de elect.& in cap.ad apostolicæ, in fine, cum sua notabili glo.de re iudica.lib. vj. & ita singulariter dicunt Bald.& Iason in dict.l.j.ff.de constitu.princip.Sed aliud est in Regibus,Ducibus,Marchionibus, Comitibus, Baronibus,& similibus, quia talia hodie communiter ex consuetudine deferuntur per successionem.ca.licet,de voto,cum ibi not.per doct.licet de iure aliud sit.§.fi.de alie. feudi,in vsib.feudorum,& ibi notatur,& ergo nedum ipsi, sed etiam eorum successores tenentur seruare pacta, & conuentiones, seu contractus, per generalitatem regulæ, l.cum à matre,C.de rei vendica.& c.abbate sanè,& ibi notatur per doct.de re iudica.li.vj.Nisi Rex,Dux, Marchio, Comes,vel Baro,alienaret aliqua, quorum alienatio tēderet in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, ducatus,marchionatus,comitatus, vel Baroniæ, quia tunc non valeret alienatio, etiamsi interueniret iuramentum. cap.intellecto, & ibi doct de iureiuran.& not Barto.in l. prohibere.§.planè. ff. quod vi,aut clam.& Albe.de Rosate in dict.l.digna vox.& idem Albe.in l.j.in fine.ff.de offi.pcura.Cæsaris.& Feli.in d.cap.j.de proba.Ergo rectè dicit Bald.in dict.cap.intellecto, quòd iurisdictiones supremæ sunt sacrum sacrorum,nec sunt in marsupio principis,& sequitur Feli.in cap.ad audentiam, de præscri.& sæpe alibi. Hinc etiam est,quòd princeps non potest per cōtractum, vel alio modo concedere regalia in præiudicium successorum,secundum Bald.in dicta pace Const. §. sententiæ, in vers. amplius eā iurisdictionē, in verbo,successorū nostrorū,& sequitur Ias. in pludiis feu.in prima diuisione,& Fel. in d.c.j.& in d.c.ad audientiam, nisi fortè fieret alienatio in ecclesiam,vt videri potest in donatione Constantini,do qua in cap.Constantinus,& ibi pulchrè per Præpo.xcvj.distinct.& in cap.fundamenta,de elect.lib.vj.& in cle.Romani.de iureiurando,& per Bar.Bal. & alios in proœmio Digesti veteris,& per Bald.Sal.& alios in principio C. & per eundem Bal.in l.penul.C.de bonis quæ libe.& tetigi obiter supra in loco à verisimili. De hoc tamen articulo quotidiano,an successor in dignitate teneatur stare gestis per

prædecessorem suum, vide latiùs per Specu. in tit. de instr. edi. §. nunc autem videndum restat, in fine. & per Io. An. in addi. per Pet. de Ancha. Philip. Francum & alios in d. c. Abbate sanè, per Bar. in d. l. prohibere. §. planè, per Bal. & Pau. de Cast. in d. l. digna vox, & ibidem plenissimè per Albe. de Rosate, & per eundem in d. l. j. ff. de offi. procura. Cæsaris, & per Bald. in dicta pace Constantiæ, in verbo, successorum nostrorum. & per canonistas in cap. j. de solutio. & in d. ca. intellecto, & in cap. quanto, de iureiuran. & per Ioan. de Anania in d. c. fi. ne prælati vices suas, vbi reperies satis ple-
11 nè. Quartò quòd dicti † duo principes differunt inter se, quia in papa verè & propriè dicitur esse plenitudo potestatis, quia ipse habet vtrunque gladium, & vtrâque iurisdictionem, vnam in actu & aliam in habitu, si theologis & canonistis credimus, vt videri potest per gl. Panor. & doct. in c. nouit, de iudic. per Inno. Panormi. & alios in c. licet ex suscepto, de foro competen. per gloss. & docto. in cap. causam quæ, & in cap. per venerabilem, qui fil. sunt leg. & per gloss. & doct. in cap. cum ad verum, xcvj. dist. & per Pet. de Anchara. in repetitione c. canonum statuta, & in pluribus aliis locis. Imperator aũt solum habet iurisdictionem tẽporalẽ, quæ per papã ĩpediri non debet, d. c. causam quę, ibi, ne videmur, &c. & d. c. cũ ad verũ. Canonistæ tamen ponunt papam super eius verticem, vt dicit Bal. in proœmio Digesti veteris, freti, vt opinor, extrauaganti Bonifa. viij. vnam sanctam, de maior. & obedien. & papam esse maiorẽ imperatore probant ex eo, quia eum confirmat, approbat, vel reprobat, dict. ca. p venerabilem. & semel admissum rationabili subsistente causa deponit, dict. cap. ad apostolicę. etiam sine concilio generali, vt ibi dicit gloss. singularis in principio, & notat Innocent. ibidem in lectura, licet de honestate illic aderat concilium in depositione Federi. II. de quo suprà memini. & idem vult Panor. in dicta sua disputatione, licet enim ambo sint luminaria magna, vnum tamen est maius, vt dicit tex. in c. solitæ, de maio. & obed. de quo tamen articulo difficili & periculoso videre poteris pleniùs per Panor. & alios in d. c. nouit, per Præpo. in d. ca. cum ad verum, per Pet. de Anch. in repetitione d. ca. canonum statuta, in prima oppositione, per Stephanũ Aufrerij in repetitiõe cle. j. de offic. ordina. & per Alb. de Rosate ĩ l.
bene

bene à Zenone, C. de quadri. præscrip. & per Ant. de Rosel lis vbi supra, & per Host. in Summa in ti. qui filij sunt legit. in §. qualiter & à quo, & per Card. in d. c. solitæ, in xxij. notabili: ad quos remisisse sufficiat. Quintò, quòd quamuis non liceat disputare cum principe de potentia sua in his quæ spectant ad suam iurisdictionem, l. ij. & ibi glos. Sal. & doct. C. de crimi. sacri. & c. si quis suadente diabolo. §. qui autem, xvij. q. iiij. & habetur pulchrè per canonistas in d. c. proposuit, & in c. literas, de restitu. spoli. & per legistas in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & per canonistas in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. & per Alex. in cons. suo ccxvj. ij. vol. incipien. redemptoris &c. nec arguendi sumus &c. in prin. tamen de scientia sua bene licet disputare, quia quandoque errat vt homo, l. iij. * in fine. ff. de supellec. leg. & similiter de voluntate sua, l. ex facto. ff. de vulg. & nullam iniuriam per hoc facimus principi, sed eum reputamus bonum & æquum, imò maiestas sua per illa duo nomina conseruatur in esse, dict. l. ex facto, & dicta l. digna vox : vnde

12 †omnia mandata & rescripta principis debent intelligi cũ iustitia, & saluo iure tertij. Ita not. dicit Arch. in d. §. qui autem, & Io. And. in c. à nobis ij. de sent. excom. & Bal. in d. l. j. ff. de constitu. prin. Hinc quotidie videmus in practica, cõtra rescripta principũ opponi de subreptione, & obreptione: quia in eis semper debet subintelligi clausula, si preces veritate nitantur, c. ij. & c. super literis, & quasi per totum, de rescrip. & l. ij. & quasi per totum, C. si contra ius vel vtil. publ. cum simil. Sextò, quòd papa, & imperator non debẽt passim, & indifferenter vti plenitudine potestatis, sed raro, & subsistente causa, & in dubio princeps non præsumitur vti potestate absoluta, sed ordinaria. Ita sing. dicit Inno. in c. innotuit, de elect. & sequitur Panorm. in d. ca. illa quotidiana. & Feli. in c. cum inter, de exceptio. & doct. sępe alibi. Hoc vltimum tamen limita, quando actus potest valere de potestate ordinaria: secus, si actus non potest valere de potestate ordinaria, & princeps hoc scit: tunc enim videtur in dubio velle vti potestate absoluta, vt actus potius valeat, quàm

ADDI. * Tertia. Illa l. iij. nihil facit. nam in Pand. Flo. & aliis emẽdatis codicibus legitur, imperitorum, non vt in vulgatis Imperatorum.

quàm pereat. Ita singulariter dicit Pau. de Cast. in eleganti consilio suo cclxxxiiij. incipiente, in Christi &c. in facto præsenti non intendo adulari &c. & idem Pau. de Cast. in l. ex imperfecto, de testam. quem refert & sequitur Alexã. de Imo. in l. ij. C. de testa. mili. & Felin. in d. c. canonum statuta, & idem Feli. in c. in causis, de re iudicata, & Hippolytus de Marsiliis in singulari suo lxxxiiij. Septimò, quòd sine causa rationabili, & aliis nota, papa sustinendus non est, si aliquid attentare velit contra vniuersalem statum ecclesię, quando ex hoc decoloraretur status ecclesiæ: imò hoc casu ecclesia vniuersalis, vel concilium generale ecclesiam repræsentans, potest resistere papæ, licet etiam non veniat cõtra fidem. Ita sing. vult Inno. in c. quanto, de consu. & sequitur ibi Panorm. & idem Panorm. in dicta disp. & vult Spec. in ti. de dispensationibus. §. nunc breuiter, vers. xij. & gl. sin gu. in c. si papa, xl. dist. & est tex. notabilis qui istud optimè probat in c. & si illa, in prin. j. q. vij. & in d. c. sunt quidam. & ibi etiam Arch. & ita practicatũ fuit in concilio Cõstantiẽsi, vt ex gestis eius concilij videri potest: quod est notabile contra mentales reseruationes, & similes abusus: si tamen

13 abusus dici possunt. Octauò, quòd † clausula, de plenitudine potestatis, & clausula, ex certa scientia, quæ frequenter ponuntur in diplomatibus, seu, (vt vocant,) bullis apostolicis, idem important. Ita singulariter vult gloss. & post eam Panorm. Feli. & doct. in c. ad hæc, de rescri. & sentit Inn. in d. c. innotuit, & Bal. in l. eos, in prin. C. de appel. & Ludo. Roma. in singulari dcclx. incip. dixi aliàs &c. quibus adde Bal. in d. pace Constantię, c. in caussis appellationum. §. vasalli. in vers. libellariæ, vbi dicit, quòd populus Romanus antequàm transferret imperium in principem, nunquam vsus fuit dicta clausula, de plenitudine potestatis: nec iure ciuili inuenitur hæc forma, secundum eum: nisi dicatur, quòd includitur sub illis verbis, quod principi placuit, legis habet vigorem. Nonò, quòd vbi in rescripto principis inseritur clausula, de plenitudine potestatis, vel ex certa sciẽtia, si in parendo imminet scandalum, potest ille cui scribitur, vel executio mandatur, supersedere & differre executionem: nec est reprehendendus, imo laudandus qui hoc casu fraude cessante supersedet. Ita singulariter volunt Cardin. & Ioan. de Imol. in capi. si quando, vbi est bonus text. de rescrip.

rescrip.& Card.in consi.cxlij.incipien. sanctissimus dominus noster &c.quod est verum, etiam si quid præcipiatur sub pœna, vel censura ipso facto incurrēda, si reuera subest scandalum, vel si res aliter se habet quàm continetur in rescripto. nam clausula, si preces veritate nitātur, quæ in omni rescripto subintelligitur, d.c.ij.tenet pœnam, seu censuram comminatam in suspenso.* Ita singulariter dicit Pe. de Anch.in consi.suo ccxl.incipiente, per prædicta subtiliter, & sequitur Felin.in d.c.ij.& in d.c.si quando, & in ca.si. in ix.colum.de præsumptio.& Hippo.de Marsiliis in singu. cliij.& hinc rectè dicit gl.in l.puniri, C.si contra ius vel vtilit.publ ic.miseros prælatos non debere timere, si veritatē sequantur, cùm Deo & ecclesiæ per hoc placeant. Decimò, quòd Papæ præcipienti aliquid iniustum laico, circa temporalia, non est obtemperandum. Ita singulariter vult Inno.& sequuntur omnes docto.in c.inquisitioni, de senten. excom.& idem approbat Panor.in dicta sua disputatione,

14 & doct.sæpe alibi. Vndecimò † quòd papæ vel Imperatori non licet cessante causa legitima, auferre alicui dominium:& causa legitima subsistente, adhuc non licet, nisi data recompensa rationabili. Ita singulariter dicit Archi.in c. per principalem.ix.q.iij.& Pau.de Cast.in d.l.digna vox, & Bal.in §.ad hæc, in titul. de pace iuramen.firman. in vsibus feudorum. pro qua decisione est bonus tex.in l.serui, & ibi Bal.in vlti.nota.C.quib. ex cau. serui pro præmio libertatem acci.& tex elegans in l.venditor.§.si constat, & ibi Paul. de Cast.ff.commu.prædio. Pro isto etiam bene facit singulare dictum Innocen.in cap.nisi cum pridem, de renuncia. vbi eleganter dicit, quòd episcopo qui causa vitandi scandali cogitur renuntiare episcopatui, debet dari bonum cambium. quod dictum refert.& multum commendat Ludou. Roma.in suis singularibus singulari dccxcviij.& hoc tene, quicquid dicat Ang.in l.item si verberatum.§.j. per illum tex.ff.de rei vendi. In pace tamen videtur speciale, vt recō pensa alia non detur, quasi pax ipsa sit sufficiens recompēsa, c.in nostra, de iniur.iuncta l.j.in prin. C. de cadu. tollen.

& est

ADDI. * Suspenso. Est & alius casus in quo iudex supersedere debet, & expectare xxx.dies in l. si vindicari. C. de pœnis.c.cum apud.xj.q.iij.

& est de mente Car. in consi. lxxxv. in ci. casus promissionis, &c. vbi optimè declarat d. c. in nostra, quę omnino vide: & vide etiam Bal. in d. l. bene à Zenone. & scribentes in d. c. in nostra. Et si plenius vis instrui in hac materia pulchra, subtili, & periculosa, vide doct. scribentes in d. l. item si verberatum. §. j. & Pan. Fel. & canonistas in d. c. quę in ecclesiarũ, & legistas in j. constit. Digestorum, & in d. l. bene à Zenone, & in d. l. fi. C. si con. ius vel vti. publ. & Felinus in d. c. j. de probat. & Hipp. de Marsiliis in singulari suo xxv. Duodeci
15 mò † quòd licet papa possit de plenitudine potestatis reuocare constitutionem concilij generalis, vt vult gl. not. in d. c. vbi periculum, in prin. tamen plenitudo potestatis, quam habet papa contra ius, difficilius extenditur ad constitutiones conciliorum, quàm ad constitutiones papales: quia licet constitutionibus papalibus censeatur derogatum per generalem clausulam, non obstantibus quibuscunque cõstitutionibus apostolicis, &c. vbi nõ præcedit alia clausula derogatoria, non tamen per dictam clausulam generalem, censetur derogatum constitutionibus conciliorum, sed requiritur specialis derogatio. Ita singulariter dicit Bal. in l. humanum, in iij. notab. vers. vnde dicit, C. de legibus, post Arch. in c. j. de consti. lib. vj. & sequitur Roma. in repeti. l. si verò. §. de viro, in xxiij. fallentia. ff. solut. matri. & Aluaro. in titu. consti. feuda. do. Loth. impe. in vsib. feud. à qua decisione quam videtur sequi totus mundus, non est de facili recedendum, secundum Felin. in d. cap. nonnulli. licet occasionem quærat impugnandi: de quo articulo etiam vide per Iasonem in d. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. & per
16 Alciatum paradoxor. lib. vj. cap. x. Decimotertiò, † quòd licet potestas papæ sit amplissima, tamen in arduis nihil debet facere sine consilio Cardinalium. Ita singulariter Ioã. Monachi in c. super eo, de hæreti. lib. vj. & Host. in c. ij. de cleri. non resid. Si tamen contrariũ fecerit, actus nihilominus valebit. Ita singulariter dicit Præpositus in c. j. in prin. in titu. episcopum, vel abbatem feudum dare non posse, in vsibus feudorum: de quo vide plenè Panorm. Io. de Imo. & alios in d. c. ij. de cler. non residentibus: & per Barbatiam in suo singulari libe. de præstantia Cardinalium. in 50. q. Ba
17 sili. part. j. Decimoquartò † ꝙ in principe semper præsumitur iustitia, siue causa iusta, adeò quòd nõ admittitur pro-

bati•

batio in contrarium. Ita singulariter dicit Cynus in l. rescripta, C. de precibus Impera. offeren. & Anto. de Butrio, Pan. & alij can. in d. c. quę in ecclesiarum, vers. circa secundum. hoc tamen est intelligendum verum, vbi princeps aliquid statuit generaliter, vel vbi aliquid facit specialiter motu proprio: secùs vbi rescriberet princeps ad alterius postulationem: quia tunc magis præsumitur ad importunitatem postulantis rescripsisse, quàm ex sua voluntate. Ita singulariter dicit Roma. in consi. cccc xxxvj. inci. quod indultum. & idem Ludo. in dicta repe. l. si verò. §. de viro, in xxiiij. fallentia: & sequitur Hippo. de Marsil. in sing. vj. Secundò hoc est limitandum verum, nisi papa aliquid faceret, per quod subuerteretur generalis status ecclesiæ: quia tunc, (vt dixi suprà) sustinendus non est: nisi faciat cum causa magna, seu rationabili, & aliis nota. & est necessarium illam exprimi, quia aliàs non præsumitur, secundum Innocent. Panormita. & doctor. in d. cap. quanto, & est de mente Ludouic. Roma. in dicto suo consilio cccc xxxvj. & sequitur Hippolytus de Marsiliis in singulari suo octauò. Decimoquintò, quòd papa potest de plenitudine potestatis ratificare sententiam latam ab eo qui caret iurisdictione. Ita singulariter dicit Innocen. in cap. prudentiam, de offi. deleg. quem refert & sequitur Ange. in l. obseruare. in versi. post hæc. ff. de offi. proconsu. & leg. & idem Ange. in l. licet, circa fi. ff. de iudiciis, & Felinus in cap. ea quæ, circa finem, de te iudi. &

18 Hippoly. de Marsiliis in singulari suo x. Decimosextò, † quòd licet regulariter inquisitio non procedat nisi præcedat infamia, c. qualiter, & quando ij. & c. inquisitionis, cum vtrobique notatis, de accusatio. hoc tamen non obtinet, quando inquisitio emanat de conscientia principis, & motu proprio ipsius. Ita singulariter dicit Innoc. in c. cùm oporteat. de accusatio. quem refert & sequitur Bald. in l. nullus, C. ad legem Iul. maiesta. & Angel. de Aretio in singulari libello suo maleficiorum, in verbo, fama publica, versicul. aduertendum, & ibi est bona apostilla. Istud etiam vult Cæpola in consilio suo xvij. in vltima colum. & Hipp. de Marsiliis singulari suo xiiij. & est glossa singularis, quæ hoc dicit in c. ij. in verb. fuerat. de accusatio. lib. vj. & ibi habetur plenè

19 per doctores scribentes. Decimoseptimò † quòd licet regulariter vni soli non credatur, hoc tamen fallit in supremo

prin

principe, vt in papa, & Imperatore, tex. est notabilis in ca. cum à nobis, de testibus, quod procedit etiam in his, quæ viderunt cùm essent in minori ætate. de hoc sunt duæ gl. vna est in cap. j. de renuntia. lib. lib. vj. & alia est in d. ca. ad apostolicæ, quas ad hoc not. Lud. Roma. singulari cxxviij. quod perpetuò memoriæ commenda. Postremò nolo te ignorare, quòd plura alia sunt specialia in principe, quæ videre poteris magistraliter collecta per Baldum, Iasonē, & legistas, in d. l. rescripta, & per eundem Bald. in l. imperium, in prima lectura. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, per glossam & canonistas in cap. quod translationem, de officio lega. & in d. cap. proposuit, & plenissimè per Speculatorem in titu. de legato. §. nunc ostendendum, & plenè per Aluaro. in titu. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, circa vj. col. & copiosissimè per Iacobinum de sancto Geor. in libello feudorum, in verbo, princeps Pedemontium, & multum latè per Felin. in d. ca. in causis, in quibus locis reperies infinita pulchra & singularia priuilegia summi principis tam secularis, quàm ecclesiastici, in practica quotidie occurrentia propter eorum singulares & mirabiles effectus.

¶LOCVS A VI, ENERGIA, seu efficacia iuramenti.

1 *Iuramenti virtus paulatim creuit, et aucta est.*

2 *Iuramentum facit de minore maiorem.*

3 *Minor alienans si iurauit non contrauenire, perdit beneficium restitutionis in integrum.*

4 *Iuramentum de obligatione non efficaci, validam et efficacem obligationem facit.*

5 *Iuramentum addit robur actui super quo interponitur, cum multis nu seq.*

8 *Actus in iudicio per minorem gestus sine curatore est ipso iure nullus, si non interueniat iuramentum.*

10 *Alteri stipulari vel pacisci quando quis possit.*

11 *Pactum*

11 *Pactum nudum an vestiatur iuramento, vt ex eo oriatur actio.*
12 *Donatio inter patrem & filium in potestate quando valeat.*
13 *Transactio super alimentis in testamento relictis quando valeat.*
14 *Contractus prodigi, cui bonis est interdictum, an firmetur iuramento.*
15 *Donatio inter virum & vxorem iurata an firmetur iuramento.*
16 *Iuramentum validat actum, & iuramentum debet seruari, inter se differunt.*
17 *Iuramentum quibus concurrentibus seruandum. & nu. seq.*
19 *Iuramentum an & quando firmet contractum simulatum.*
20 *Iuramentum facit actum super quo interponitur, valere omni meliori modo quo potest, cum nu. sequen.*
21 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ codicillaris.*
22 *Fideiussor non accedit vbi nulla subest obligatio, nisi in fideiussione interueniat iuramentum.*
23 *Fideiussor an obligetur in plus quàm principalis.*
24 *Transactio facta post rem iudicatam an valeat.*
25 *Substitutio compendiosa an obliquetur.*
26 *Promittens factum alienum an obligetur.*
27 *Donatio omnium bonorum an & quando valeat.*
28 *Verba enuntiatiua quando disponant.*
29 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, cum nu. seq. non tamẽ reddit actum posteà secutum nullum. nu. 32.*
33 *Iuramentum habet vim expressi, quod facit ad multa, nu. seq. vsque ad nu. 38.*
36 *Dispositio quando extendatur ad incogitata.*
37 *Iuramentum addit forum foro.*
39 *Iuramentum inducit præcisam necessitatem in obligationibus facti quando quis possit præcisè cogi ad factum.*
Iuramentum implendum est in forma qua expressum est.
40 *Iuramentum impedit pœnitentiam, vbi aliàs locus est pœnitentiæ.*
41 *Iuramentum facit desinere rem esse integram.*
42 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*
43 *Iuramentum constituit iurantem in mora absque interpellatione.*
44 *Iuramentum habet vim clausulæ, rato manente pacto.*
Item clausula guarentitiæ. 50.

45 *Iuramentum facit quem ipso iure cadere à iure suo. & excludit ius excussionis, aliàs competens. 46. & impedit obliuionem. 47. Item tollit defectum insinuationis vel solemnitatis aliàs requisita. 48.*

49 *Iuramentum impedit praescriptionem & perpetuat actionem in 40. annos.*

51 *Instrumentum habere vim clausulae guarentigiae, quid sit.*

52 *Iuramentum non venit sub solitis vel consuetis.*

53 *Iuramētum impedit reuocationem donationis etiam ex causa ingratitudinis.*

54 *Inducit remissionem in contractibus, vbi aliàs non fieret remissio.*

55 *Compromittens & iurans potest compelli ad obseruantiam.*

56 *Iuramentum tollit praesumptionem doli & calumniae.*

57 *Iuramentum impedit litis contestationem.*

58 *Obligat iurantem etiam si praestitum sit per metum.*

59 *Iuramentum facit quòd stetur dicto alicuius, cui aliàs non staretur.*

60 *Lex vel statutum dicens quòd stetur dicto alicuius qualiter intelligatur.*

61 *Papa sine iusta causa non absoluit à iuramento.*

62 *Iniustè incarceratus & relaxatus sub fide, debet illam seruare si iurauit.*

63 *Dolus futurus potest per pactum iuramento vallatum remitti.*

64 *Promissio & confessio extraiudiciales valent, si iuramentum interuenit.*

65 *Reductioni ad arbitrium boni viri cum iuramento renuntiari potest.*

66 *Iuramentum tollit exceptionem dolo facis, & supplet effectum satisdationis. 67.*

69 *Poenae conuentionales vltra interesse peti possunt vbi interuenit iuramentum.*

70 *Conuentio iurata, quòd debitor non possit probare solutionem nisi per certam speciem probationis, seruanda est.*

71 *Iuramentum impedit excusationem.*

72 *Efficit quòd iudex ex officio suppleat, etiam inuitis partibus.*

73 *Episcopus contra propriam constitutionem iuratam non dispensat.*

74 *Donationis ob merita iuratae effectus.*

75 *Iurans per metum seruare contractum, soluendo non censetur approbare, & repetere potest.*

76 *Iuri*

76 *Iuri de futuro cum iuramento renuntiatur.*
77 *Præscriptio cessat, vbi debitum est iuratum.*
78 *Alteri per alterum sine cessione actio personalis acquiritur.* 79.
79 *Actio absenti quando acquiratur sine cessione*
80 *Compulsus iurare id ad quod de iure tenetur, poterit petere absolutionem à iuramento.*
81 *Iuramentum excusat à pœna.*
82 *Iuramentum interpretatur secundum intentionem deferentis.*
83 *Iurans ex calore iracundiæ non obligatur.*
84 *Lex loquens in contractu habet locum in quasi contractu propter iuramentum.*
85 *Iuramentum facit præsumi verum quod iuratum est, nisi cõtrarium probetur.*
86 *Legi prohibitoria renuntiatur cum iuramento.*
87 *Iuramenti promissorij seu confirmatorij virtus.*
88 *Authoritas superioris in omni iuramento semper intelligitur excepta.*
89 *Iuramenti iudicialis effectus, remissiuè.*

Similiter est apud iuristas locus à vi, energia seu efficacia iuramenti, ex quo depromptum argumentum est frequentissimum, & vtilissimum ad infinita, vt ex infrà dicendis patebit. Quod vt clarius intelligas, ante omnia scire
1 oportet, † quòd virtus iuramenti paulatim creuit, & aucta est. Cœpit enim iuramentum habere vires tempore Digestorum: aucta est eius virtus tempore Codicis: creuit deinde tempore Federici: & demum in immensum aucta est eius virtus per ius canonicum, quod in hac materia iuramenti velut spirituali, & cõcernente animam seruandum est, c. licet mulieres, de iureiur. lib. vj. & est bona gloss. in c. possessor, de reg. iur. eod. lib. & faciunt notata per canonistas, in c. fi. de præscri. & in c. j. de noui ope. nun. & notata per legistas in l. omni innouatione, & in l. priuilegia, C. de sacrosan. ecclesi. quod quia clarissimè declaratur per Paul. de Castr. in repetitio. Authentic. sacramenta. C. si aduer. vendi. & per Socin. in consilio suo lxxvij. incipiente, in præsenti consultatione, ideo supersedeo hic verba eorum transcribere, sed ad eos remisisse satis esse arbitror,

bitror, cum ab omnibus habeantur. Quo pro firmo fundamento præsupposito, vtilitatem huius loci ad practicam deducendo, iuramentum imprimis habet illum notabilem
2 effectum, ꝙ † facit de minore maiorem, estque tantæ virtutis, energiæ, & efficaciæ, quòd si actus qui de se non est nullus posset beneficio minoris ætatis rescindi per restitutionem in integrum, si tamen super eo interponatur iuramentum, iureturque illi non contrauenire, talis actus propter interuentum iuramenti efficitur inexpugnabilis, itaque rescindi non posset: dummodò dolus, metus, vel valde enormis læsio absit, tex. est notab. in l. j. C. si aduer. vendi. ex quo sequuntur plura notabilia, & singularia dicta. Et primò ex
3 isto sequitur, quòd licet † minor xxv. annis si alienauerit rē suam immobilem cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis, & ex hoc lædatur, possit restitui in integrum aduersus huiusmodi alienationem: vt est tex. in l. j. ff. de minorib. iuncta l. si quidem, C. de præd. mino, sine decre. non alie. cū similibus, tamen si iurauit non contrauenire huiusmodi alienationi, perdit beneficium restitutionis in integrum, d. l. j. C. si aduer. vendi. secundum intellectum Bulgari, quem ibidem refert glo. j. & sic patet, quòd iuramentum facit de minore maiorem, & ex consequenti tollit ei beneficium restitutionis in integrum, quod aliàs ei vt minori, & læso cō petebat, facitque de actu, qui rescissioni subiacebat, actum in expugnabilem, quod est summè notandum, quia maximi effectus. Secundò ex isto sequitur, ꝙ si minor xxv. annis veniat contra transactionem iuratam, quæ licet nō incidat in pœnas de quibus in l. si quis maior, C. de transact. quæ loquitur in verè maiore xxv. annis: tamen quia iuramentum facit eum reputari maiorem, & dat robur transactioni, iuxta supradicta, nō poterit ipse, nec hæres eius venire contra huiusmodi transactionem iuratam, aliàs, cessante iuramento, rescindibilem, ita singulariter dicūt Barto. Bald. Ange. Salice. Iason, & communiter docto. in dict. l. si quis maior: imò plus volunt ibi gloss. Petrus de Bellapertica, Cy. & quidam alij, quòd minor xxv. annis hoc casu cōtraueniendo transactioni incurrat pœnas de quibus in d. l. si quis maior. propter virtutem iuramenti. Sed hoc cōmuniter nō approbatur: quia licet minor hoc casu propter iuramentū reputetur maior, per supradicta, tñ dispositio d.

l. si quis

l.si quis maior, quæ est pœnalis, & loquitur in verè maiore, non debet (quatenus pœnas illic contentas concernit) extendi ad casum fictum, l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest.ad quod optimè facit decisio singula.Io.An.quæ nullinon est in ore in c.dispendia, de rescri.lib.vj.in nouella, cuius decisionis meminit, & eam multum commendat Panor.in c. si. de rescrip.& Io.de Imo.in repe.l.si verò.§.de viro, ff.sol.matri. Huc pertinent & ea, quæ dixi suprà in loco à ratione legis larga, ampla, seu generali, ad extensionem ipsius legis, in iij.casu principali. Secundus notabilis effectus, virtus,
4 seu efficacia iuramenti est, ✝ quia facit de obligatione non efficaci, obstante exceptione inducta à iure fauore sexus muliebris, obligationem validam & efficacẽ: textus est singularis iuncta glo.in cap.ex rescripto, de iureiur. Vnde licet mulier fideiubendo pro alio, non obligetur efficaciter, imò iuuetur Velleiano, toto tit.ff.& C.ad Velleia.tamen si fideiubeat pro alio, & iuret non contrauenire, obligabitur efficaciter, & non iuuabitur Velleiano, & sic firmatur contractus fideiussionis mulieris per iuramentum d. c. ex rescripto, iuncta glo.in verbo, & vxorem.& ratio huius est, q a mulier in hoc iuuatur principaliter fauore sui. Ideo nil mirum, si contractus fideiussionis firmetur iuramento suo: & ita notab.decidit Barto.in l.si quis pro eo, versi.quinto prohibetur contractus.ff.de fideiuss.& sequitur Ioan.de Imol. in repe.cap.cum contingat, in quinto casu principali de iureiuran.& idem expressè vult glo.reputata singularis, in d. cap.ex rescripto, & ibi eam ad hoc notant Bald.Io.de Imo. Pan.& Fel.& idem vult Pau.de Cast.in repe.d.Auth.sacramenta, in j.co.& in plurib.alijs sequẽtibus, quod procedit etiamsi mulier intercedat pro viro suo, & iuret: licet hoc casu mulier sit magis priuilegiata de iure, authentic. si qua mulier, C.ad Velleia. Ita singulariter decidit Paul.de Cas. in consilio ccxix.incipiente, in causa, &c. Nec huic obstat gloss.in dicta Authen.si qua mulier, quia ad eam optimè respondet Paul.de Cast.in dicto consilio, & idem volunt Ioã. Fabri, Albetic.de Rosa. Bald.& Pau.de Cast.in dict.authen. si qua mulier, licet Salicetus ibidem teneat contrarium, & non bene, attento iure canonico, quod in hac materia iuramenti seruandum est, vt suprà dixi: licet de iure ciuili antiquo aliter foret dicendũ: quod vt singulare, & quotidia-

num,est memoriæ cōmendandū. Tertius singularis & mi-
5 rabilis effectus, virtus, seu efficacia † iuramenti est, adiicere robur actui, super quo interponitur, ipsúmque vltra naturā suam alterare, & firmare, & validare, ac de nullo aliquē, & de inualido validū facere, quando interponitur super actu nō improbato iure, vt pote qđ non sit contra publicam vtilitatē, vel contra bonos mores naturales, vel ob defectū solēnitatis probatoriæ, vel formalis requisitæ à iure, vel statuto, nec ratione materiæ vel rei super qua interponitur, licèt alia ratione actus sit à iure improbatus, dūmodo obseruātia iuramēti nō sit nutritiua peccati, nec tēdat in præiudiciū tertij. tex. est notabilis in d. c. cū contingat, in verbo, firmando, & in d. c. licet mulieres, in verbo firmantes. eodē tit. lib. vj. & bonus tex. in c. ij. in verbo, firmatū, & in verbo, omnino, de pactis li. vj. & tex. notabilis in d. Auth. sacramenta puberū, & in d. l. j. C. si aduer. vend. fm intellectū Martini cōmuniter approbatū positū ibi in glo. in verb. periurij. in quibus locis habes, ꝙ iuramentū nedū obligat iurātē ad obseruantiā iuramenti, sed etiam facit de actu nullo, & inualido, actum aliquem & validum, ex quo
6 sequuntur plura notabilia & singularia dicta. Et primò ex isto sequitur, quòd licèt vbi † actus prohibetur à iure principaliter fauore personę, & ratione vtilitatis priuatæ, licet secundariò prohibeatur ratione vtilitatis publicæ, vt patet in alienatiōe fundi dotalis, quæ à iure prohibetur principaliter fauore mulieris, & sic ratione vtilitatis priuatæ, & secūdariò ratiōe vtilitatis publicę, ne mulier remaneat indotata, neq; virū reperire possit, neque ciuitatē replere liberis hominibus, qđ reip. interest l. j. ff. solu. matri. iūcta l. vnica. §. & cū lex, C. de rei vxo. acti. huiusmodi act⁹ sit nullus, l. lex Iulia, cum duabus ll. ff. de fun. dota. & Inst. quib⁹ alie. licet vel nō, in principio. Tn̄ si iuramētū interueniat, vt qa mulier dotē alienās, vel marito alienanti cōsentiēs, iuret non contrauenire, tunc de iure canonico, (cui in hac materia iuramenti tanquam spirituali standū est,) vt dixi, talis actus siue contractus firmatur & validatur iuramēto. tex. est valde notabilis in d. c. cum contingat, & in d. c. licet mulieres, & ita notabiliter decidit Bar. & post eum Ang. Pau. de Cast. & alij in dict. l. si quis pro eo, & latè Iason post alios per eum relatos in dict. Authen. sacramenta, & idem

fit

firmat additio facta ad decisiones Cap. Tol. decisione ccclxxxiij. De quo articulo quotidiano, qui est maximi effectus, habetur latissimè vltra omnes alios per Ioan. de Imo. in repetitione d.c. cùm contingat, in iij. casu principali, vbi reperies de hoc plenissimè. ad quem breuitatis gratia te remitto. limita tamen, quod dixi, inter alia per gl. singularé, in dict. ca. licet mulieres, de cuius tamen glo. intellectu vide singulariter per Alexan. de Imo. in consi. xvj. tertij voluminis incipiente ponderatis, vbi ad dict. glo. reperies tres not. limitationes, quas omnino vide. Secundò ex isto
7 sequitur, quòd licet, quando † actus prohibetur à iure fauore alicuius personæ, vt patet in alienatione rei immobilis minoris xxv. annis sine auctoritate curatoris, & absque decreto iudicis, alienatio sit ipso iure nulla, l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorũ, & dict. l. si quidẽ, & per totum tit. C. de præd. mino. sine decre. non alie. Tamen si interueniat iuramentum præstitum per puberem, talis alienatio etiam omissa auctoritate curatoris, & solennitate decreti à iure hoc casu requisita, firmatur & validatur iuramento, text. est in dict. l. j. cum sua Auth. sacramenta, secundum intellectum Martini illic communiter approbatum. & ita notabiliter concludit Barto. in d. l. si quis pro eo, in v. membro, & ibi Ang. & Pau. de Cast. & idem volunt Bart. Paul. de Cast. Iason & alij in d. Authen. sacramenta. & de hoc habetur plenissimè per canonistas, & præcipuè per Ioan. de Imo. in repetitione d. cap. cùm contingat, in quinto & etiam in iij. casu principali. In quibus locis etiam reperies plures notabiles, & singulares limitationes ad d. Auth. sacramenta, quia non intendo extra propositum vagari, & nimis longum esset singula enarrare. Tertiò ex isto
8 sequitur & fortius, quòd licet † actus in iudicio gestus per minorem xxv. annis sine curatore sit ipso iure nullus, l. clarum, C. de auth. præstan. l. cùm & minores, iuncta sua singulari glo. C. si aduer. rem iudicatam, & toto tit. C. qui legit. perso. stan. in iudi. habent. tamen si minor xxv. annis compareat in iudicio sine curatore, & aliquem actum faciat, iurétque non contrauenire in aliquo processui, iudicio, vel sententiæ, valebit actus per eum sponte gestus, propter religionem iuraméti, & sic stabitur cõfessioni suæ iuratæ sponte factæ in iudicio sine curatore, cui aliàs nõ

ſtaretur, quia iuramentũ firmat iudiciũ ſicut contractum, gl. eſt de hoc not. in d. Auth. ſacramenta in verb. cõtractus q̃ dicit illã Aut. ſacramenta. quę loquitur in contractibus, habere locum in iudiciis, cum in iudiciis quaſi cõtrahatur l. iij. §. idẽ ſcribit. & illã gl. ſequitur ibidẽ Bart. Bald. Ang. Salice. Iaſ. & doct. & eſt ſimilis gl. in §. item ſacramenta, in tit. de pace iura. firmã. in vſib. feud. & ibi eã ſequũtur, & ꝓbant Bal. Aluaro. & alij, & idem vult Io. de Imo. in rep. d. c. cum contingat, circa finem tertij membri principalis. Idẽ etiam eſt de mente Anto. de Butrio in rep. c. fi. in j. fallentia de cõſue. & vult deciſio Cap. Tolo. deciſi. xlv. & xlix. & cvj. vbi plenè videas. Idem etiam vult Guido Papæ deciſione xxxv. incip. ſi adultus. & Petrus Iacobi. in practica in tit. de actione tutelæ contraria, quando in defendendo &c. in ver. itẽ eſt notandum, ꝙ adultus, quod tene menti, quia eſt frequentiſſimum in practica, & eſt magna limitatio ad d. l. clarũ, & ad alia iura ſupra allegata, ſecundũ Iaſonẽ & doct. in d. Aut. ſacramenta puberũ, & alibi. Quartò ex iſto ſe
9 quitur, quod licet † pactũ, per quod filia recepta dote à patre renuntiat hæreditati paternæ, reprobetur à iure & non valeat, l. pactum dotali, C. de colla. tamen ſi in huiuſmodi pacto interuenerit iuramẽtũ ſponte pręſtitũ, tenebitur filia illud obſeruare, & (qđ fortius eſt,) dictũ pactũ à iure, vt dixi, reprobatũ firmatur iuramento, tex. eſt not. in d. c. ij. & ibi hoc firmant Archi. Io. And. Pet. de Anch. Domi. Philip. Fran. & alij, & doct. in d. c. cùm contingat, & in d. ca. licet. Quid autem, ſi filia tempore renuntiationis * non recepit dotem, vel aliquid nomine dotis, & de pluribus aliis quæſtionibus circa hoc occurrentibus, vide ibidem per doct. & in dict. l. pactum dotali, & per Ioan. de Imo. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir hær. & per Alexan. de Imo. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. & latiſſimè de hac materia videas per Georgium Nattam in ſua notabili repetitione d. c. ij. vbi plenè reperies. Quintò ex iſto ſequitur,
10 † quod licet alteri ſtipulari vel paciſci nemo poſſit, l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga. & §. ſi quis alij, & §. alte

ADD. * Renuntiationis: Ad hoc vt renuntiatio valeat etiam iurata oportet filiam dote eſſe contentam c. ij. ibi, dote contenta. de pact. in vj.

alteri, Instit. de inuti. stipula. licet etiã de iure ciuili ex pacto nudo non oriatur actio, l. iurisgentium. §. sed cũ nulla: §. igitur, & §. quinimo. ff. de pact. cum simili. tamen si iuramentum in his casibus interueniat, firmabitur stipulatio inutilis & pactũ nudum ex vi iuramenti, ita quod alteri acquiretur actio. Ita singulariter decidit Bart. in d. l. si quis pro eo, in vj. membro. & sequitur Io. de Imo. in repet. d. ca. cùm contingat, in viij. casu principali. & Anto. de Butrio ibidẽ in sexto casu, & Alexan. de Imo. in d. l. stipulatio ista. §. alteri, & Hip. de Marsi. in practica sua in §. secunda quæstio, numero lxj. & est glo. reputata sing. quæ nulli non est nota, in cap. quoties cordis j. q. vij. quam bene declarant Panormi. & Felin. in salutatione Gregoriana. Ex quo etiã sequitur, quod licet contractus iurisgentium initus cũ absente, non interueniente nuntio, vel epistola, non valeat l. absenti. ff. de dona. l. j. in fin. ff. de cõtra. empt. & vẽd. & l. cõsensu, iuncta gl. de act. & obliga. tñ si aliquis iurauerit date absenti, etiam si nullus sit ibi, qui dictam promissionem recipiat nomine absentis, poterit virtute dictæ promissionis iuratæ conueniri per absentem, per ea, quæ singulariter volunt Anto. de Butrio, Panormi. Feli. & alij in dicta salutatione Grægoriana, & vult Petr. de Anch. in consilio xxj. incipiente pro solutione dubiorum, in tertio dubio, & Bal. in d. l. pactum dotali, in ix. quæst. in fin. & idem Bald. in rubrica, Cod. res inter alios acta, in versi. sed quid. & Alexand. de Imo. in consilio xxxj. sexti voluminis circa fin. qui omnes allegant gloss. in dict. cap. quoties cordis. idem vult Lanfrancus in repetitione ca. quoniam contra. in verbo confessiones, de probatio. & Paul. de Castro in consilio ccxlj. incipiente, primo videndum, & Hippolytus de Marsiliis in practica in §. secunda quæstio, numero lxiij. & doct. sæpe alibi, quod nota, quia potest quotidie
11 esse vsui. Sed dubitabilis est quæstio, † an pactum nudum vestiatur iuramento ad effectum vt ex eo, etiam de iure ciuili, oriatur actio? & videtur quod sic, per text. in d. l. si quis maior, quem ad hoc notat Matt. Mate. in notabili xxxij. & Raphael Cumanus in rubrica. ff. de verbo. obl. & Ludo. Roma. in l. j. in principio, illo eodem titu. Eiusdẽ etiam opinionis est Panormi. & communiter canonistæ in c. cùm venissent, ante finem, de institutio. Sed hoc nõ est

fine dubio,* vt videre poteris per Alex. & *I*asonem in d.l. si quis maior,ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat.
12 Sextò ex isto sequitur,† quòd licet donatio inter patrẽ, & filiũ in potestate non valeat,l.ij.C.de inoffi.dona.tñ si fuerit vallata iuramento,firmabitur iuramẽto,ita notabiliter vult Bal.in l.fin.in vers.sed quid si fuit.C.de vsuca.ꝑ dona: & sequitur Alex.de *I*mo.in con.viij.ij.voluminis,incip.visis & consideratis,& in consi. clvij. eiusdem volum. incip. viso instrumento,& in consilio vigesimo,incipiente, ponderatis,in tertio volumine,& in consilio vij.vj. voluminis incipi.viso instru.& idem vult ipse Alexan. de *I*mo. in l. si donatione,C.de colla.& Francis. de Aretio in consi. lxxij. incip.præsupponitur,in fine,*I*dem etiã vult decisio Capel. Tolos.cclxij.& istud latissimè firmat & comprobat *I*as. in l.frater à fratre,tam in lectura,quàm in rep.ff de condict. indeb.circa finem.*I*dem etiam latè firmat Guido Papæ decisione cxlvj.vbi dicit,ita fuisse iudicatũ. Septimò ex isto sequitur,quòd licet donatio per militẽ, vel doctorem facta suæ focariæ,vel concubinæ non valeat,l.ij.cum ibi no: per Bal.Sal.& doct.C de dona.inter vir.& vxo.tamẽ si fuerit vallata iuramento,firmabitur iuramento.ita singulariter dicit Lud.Rom.in consi.xliij.incipiente,ad primum,in quarto dubio,quod nota,quia raro reperies alibi. Octauò
13 ex isto sequitur,ꝙ licet † trãsactio super alimentis in vltima voluntate relictis,non valeat,nisi fiat auctore prætore, l.cùm hi,in principio.ff.de transactio.tamen si interueniat iuramentũ,firmatur,& validatur.*I*ta notabiliter dicit Bar. in d.l.si quis pro eo,circa finem.Et hanc opinionem sequitur Pan.in d.c.cũ contingat,& latè *I*oan.de *I*mo.in repetitione d.c.cùm contingat,in x.& vltimo casu principali in v.quæstione,respondens rationibus aliorũ tenentium cõtrarium.Nonò ex isto sequitur,quòd licet transactio facta super dependentibus ex testamento non valeat,nisi inspectis,cognitisque verbis testamenti, l.de his. ff.de transact. nec tali solẽnitati renũtiari possit,secundum Bart.& alios ibidẽ,tamen si interueniat iuramentũ, valebit renũtiatio. ita singulariter dicit Io.de *I*mo.in repet.d.ca.cùm contingat

ADD. * Dubio. Sed nec est verum, vide Alciat. in l. si quis maior.C.de transact. & recentiores in l.vj.ff. de pact.

gat, in vltima col. & eum refert & sequitur Alex. de Imo. in consilio xj. ij. voluminis incipiente, viso, & Iason in d. l. de his, & docto. sæpe alibi. Decimò ex isto sequitur, quòd li-
14 cet †prodigus, cui bonis interdictum est, non obligetur ex contractu suo, vt est tex. in l. is, cui bonis. ff. de ver. obl. cum similibus: tamen si in contractu prodigi interueniat iuramentum, talis contractus firmatur iuramento, dum tamen talis prodigus sit sensus capax, & aliud extrinsecus non ob sistat. Ista est decisio Io. de Imo. in repetitione d. c. cum contingat, in quinto casu principali, & decisio Capell. Tolos. ccccxcviij. Ita etiam decidit Fran. de Aretio in d. l. is, cui bonis. & breuiter est communis opinio, vt referunt Franciscus de Aret. & Ioan. de Imo. vbi supra: vbi respondent ad omnia motiua Barto. in d. l. is, cui bonis. & Feder. de Senis in consilio xxxj. incipien. minori xxv. annis, & aliorum tenentium cõtrarium: ad quos, quia materia est ampla & quotidiana, & bene per eos tractata, breuitatis gratia remisisse sufficiat. Aduerte tamen, quia Ant. de Butrio in d. c. cum cõtingat, in iij. casu, tenet hoc casu iuramentum seruandum, sed dicit contractum per iuramentum non firmari: sed præcedens opinio, quæ habet quòd per iuramentum etiam firmatur contractus prodigi, est verior & communior, secundum Franciscum de Aretio, & Ioan. de Imo. vbi suprà: quod
15 nota. Vndecimò ex isto sequitur, quòd licet †donatio inter virum & vxorem non valeat, toto tit. ff. & C. de dona. inter virum & vxorem: tamen si sit iurata, firmabitur iuramento. Ita notabiliter dicit Guil. de Cuneo in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiu. & sequitur Barto. in d. l. si quis pro eo, in fine. & idem Barto. in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Falcid. & Cæpola. in cautela clv. & istud sequitur Alexan. de Imo. in d. consilio viij. & in d. consilio cvij. dicens eam esse communem. Idem etiam vult ipse Alexan. in d. consi. vij. vol. vj. Eandem opinionem etiam tenet Fran. de Aretio, & dicit eam esse communem, in consi. lxxiiij. incip. diligenter. eandem opinionem etiam tenet Fede. de Senis in consilio cxl. incipien. punctus quæstionis. & Roma. in consil. suo xliiij. incip. ex supra narrato, vbi etiam dicit hanc esse communem opinionem. & Io. de Imo. in rep. d. c. cum contingat, in x. & vltimo membro principali in iij. q. plenè respondens obiectis in contrarium, & ibi etiã Pan.

& Pau:

& Pau.de Cast.in l.pacta quæ contra,C.de pactis, & decisio Capellæ cclxij præallegata,& Hippolytus de Marsiliis in sua practica in §.secunda quæstio,numero lx.& ista opinio est tenenda,quia communior,& verior:licet Anton.de Butrio in hoc casu & præcedenti dicat in d.cap. cùm contingat,in tertio casu,iuramentum esse seruandum,sed con-
16 tractum non firmari iuramento.Quare hinc sumpta occasione,volo te scire,quod magna †est differentia inter hæc duo,iuramentum firmat,vel validat actum, super quo interponitur,& iuramentum debet seruari:quia primo casu, quando iuramentum firmat actum super quo interponitur,nedum ipse contrahens, vel actum gerens obligatur, sed etiam eius hæres.Nec hoc casu potest per iurantem peti absolutio à iuramento, secundum communem opinionem,de qua in d.l.si quis pro eo,& in d. Auth. sacramenta, & in d.ca.cum contingat,& in d.c.ij.Nec solutum potest repeti,qui sunt tres notabiles effectus. Firmat autem iuramentum contractum, quoties actus principaliter prohibitus est fauore personæ,licet secundariò fauore reipublicæ,vt in pluribus casibus suprà positis:& quandocunque iuramentum omni ex parte est licitum,tam respectu iurantis,quàm respectu recipientis iuramentum,quàm etiam respectu materiæ super qua interponitur quibus casibus nō est impedienda,(vt dixi,)absolutio:sed compellendus est iurans,nedum ad obseruantiam iuramēti,sed etiam ad obseruantiam contractus,iuxta no.per gl.& doct.in locis supra allegatis,& in c.quantò,de iureiur. Generaliter autem
17 †de iure canonico,(cui in hac materia iuramenti standum est,vt sæpius dictum est suprà,) iuramentum seruari debet quatuor concurrentibus. Primò , quòd possit seruari sine peccato,vel sine interitu salutis æternæ sui iurantis.Secūdò,quòd non sit contra publicam vtilitatem principaliter, licet secundariò sit contra. Tertiò , quòd non contra bonos mores naturales,vt quia est vel turpe,vel super re turpi.Quartò,quòd non tendat in præiudicium tertij. Quibus concurrentibus, nedum cogitur iurans ad obseruantiam iuramenti,sed vltra hoc,iuramentum etiam firmat actum,super quo interponitur:quia de nullo facit aliquem, quasi cum iuramento liceat sic contrahere,vel pacisci, vbi sine iuramento non liceret, vt supra dixi. Vbi autem iuramentum

mentum de iure canonico non firmat contractũ, & tamen canon statuit iuramentum seruandum esse, omnino aliter dicendum est: quia hæres eo non obligatur: cum iuramentum ex persona iurantis sit personale, ca. veritatis, cum ibi notatis de iureiu. & facit l. Marcellus ff. rer. amo. & iurans postquàm soluit, potest repetere, & sic cõtrauenire. Potest etiam hoc casu ille, qui iurauit, antè quam soluat, petere absolutionem à iuramento, & ei concedenda est: vt contingit, quando cõtractus est reprobatus, odio creditoris: quia licet tunc iuramentum seruari possit sine periculo debitoris iurantis, non tamen seruari potest sine periculo creditoris recipientis iuramentum. ergo iuramentum hoc casu non firmat, aut validat actum, seruandum tamen est: & patet exemplum in c. debitores, de iureiur. vbi iurans soluere vsuras, obligatur ex iuramento: & si non solueret, esset periurus. Cogitur ergo soluere vsuras propter religionem iuramenti, sed postquàm soluit, poterit repetere, quia pecunia est apud recipientem sine iusta causa: vt est casus in d. c. creditores. Potest etiam hoc casu per iurantem peti absolutio à iuramento, & non est ei deneganda: vt est casus in c. j cum ibi pulchrè no. per Pan. & alios eo. tit. de iureiu. Potest etiam poni exemplũ in pacto legis commissoriç, quod est reprobatum in pignoribus, l. j. & fi. C. de pac. pig. tamen si interueniat iuramentum, illud seruandum erit, c. significante, & ibi hoc volunt Inn. Io. An. Io. de Imo. Pan. & alij de pig. & Bar. in d. l. si quis pro eo: iuramentum tamen hoc casu non firmat contractum, vt in dictis iuribus volunt doctores, & Io. de Imo. & can. in d. c. cùm contingat. Item potest poni aliud exemplum in filiofamiliàs accipiente mutuum contra senatusconsultum Macedonianum, & iurante restituere: quia soluere tenetur: sed postquam soluit, potest repetere: & etiam poterit petere absolutionem à iuramento, antè, quàm soluat: vt volunt canonistæ in d. c. cum contingat, & maximè ibidem Io. de Imo. in iiij. casu principali, & Bar. in d. l. si quis pro eo, in iiij. membro, & doct. in

18 d. Auth. sacramenta Quando † autem iuramentum non posset seruari sine peccato, vel interitu salutis æternæ ipsius iurantis, tunc seruandum non est: & hoc casu iurans non eget absolutione à iuramento, quia iurando peccatur, non autem contraueniendo, c. sicut ex literis, de iureiu. & patet exemplum

exemplum in casu c.intellecto,de iureiu. & in casu glossæ singularis in d.c.licet mulieres,& idem quando iuramentū est contra publicam vtilitatem principaliter:vt patet exemplum in c.si diligenti.de for.comp.& in aliis commemoratis per Barto.& doct.in d.l.si quis pro eo,& in d. auth.sacramenta.& in d.c.cum contingat:& idem,quando iuramē tum est contra bonos mores naturales,quia turpe in se,vel super re turpi:regula,non est obligatorium,de reg.iur. lib. vj.Idem,quando iuramentum tendit in præiudicium tertij,vt patet exemplum in l.hac edictali,C. de secund. nupt:
12 Idē dicendum est,† quando iuramentum interponitur super contractu simulato,quia tunc caret consensu,& sic anima:vt principalis contractus:gl.est singularis in l.emptione,C.plus valere quod agitur,vt hęc omnia colligi possunt ex notatis per Bar.Ang.& Pau.de Cast.& doct.in d.l.si quis pro eo.& ex not.per legistas in d. Auth. sacramenta, & ex notatis per Canonistas,& præcipuè per Antonium de Butrio,Panorm.& Ioan.de Imo.in d.c.cum contingat, & exquisitissimè per eundem Panorm. in eleganti sua disputatione incip. stante statuto.& per Paul. de Castr.in consilio ccxvj.incipiente,in Christi,visis his quæ narrantur. in tertio dubio,in fine,in nouis,& per Ang.de Clauasio in Sūma in verbo iuramētū,el v.vers.decimoseptimo nō obligat.ad quos,quia materia ampla est,breuitatis gratia te remitto: vbi etiam reperies,quomodo succurratur iuranti, in casu, quo iuramentum firmat contractum,sed iurans enormiter læditur:vbi vide,quia quotidie hæc occurrunt in practica. Hoc tamen,quod dixi,iuramentum non firmare contractum simulatum,nec impedire quo minus contractus posset allegari simulatus,limita singulariter verum, nisi partes iurassent omnia contenta in instrumento vera esse, & in nullo contrafacere,vel venire:quia tunc propter iuramētū nō videtur posse allegari simulatio, quia allegās allegaret turpitudinē suam,& detegeret se periurum. Ita singu.decidit Ant.de Bu.in d.c.cum contingat,in viij.casu,& idem vult Io.de Imo.in l.nemo potest,in ij.colum.ff. de lega.j.& doctor.sæpe alibi.& hæc de isto tertio effectu iuramenti,qui est nedum obligare iurantem ad obseruantiam iuramenti,sed etiam validare, & firmare actum, super quo interponitur, alioqui nullum,ipsiusque naturam alterare,

dicta

dicta sufficiant: dummodò meminerimus, ea quæ dixi non procedere, quando materia subiecta aliud suadet, vel quando ex mente partium inest aliqua conditio ipsi dispositioni, & consequenter iuramento. Nam tunc si non euenit côditio, iuramentum non obligat, sed regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur: nec se extendit, nisi vsquequò consensum est: tex. habes & exemplum in c. quemadmodum in principio, ibi quoniam in eo &c. de iureiu. & in l. finali, C. de non nume. pecu. & in l. fi. ff. qui satisd. cogan. quos tex. sic intelligit Bart. & alij post eum in d. l. si quis pro eo, circa finem, & Io. de Imo. in repe. d. c. cum contingat, in tertio casu principali. & doct. in d c. ij. & Ioan. de Imo. in cap. j. de iudi. & Alex. de Imo. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omni. iudi. & doct. sæpe alibi. multæ enim in iuramento subaudiuntur conditiones, vt est tex. in d. ca. quemadmodum, & ibi ad hoc illum tex. notat Panor. & illic habes gl. magistrã hoc declarantem, in verb. conditio, & idẽ declarat Bal. in prçal. l. fi. C. de non nu. pec. & optimè faciũt no. per eundem Bal. in l. sed & si quis. §. quæsitum, in prima oppo. ff si quis cautio. & hoc modo etiam procedit dictum Inno. singulare, in cap per tuas, de arbit. videlicet, quòd si quis iurauerit stare arbitrio, intelligitur, quod stabit arbitrio, vel soluet pœnam. hoc enim suadet ratio subiectæ materiæ, & mens contrahentium. De quo articulo videre poteris latius per doct. vbi supra, & per Iasonẽ in l. si pecuniã. ff. de cond. cau. da. & in d. l. si conuenerit, & per Feli. in c. ad nostram j. de iureiu. & sæpe alibi. Quartus notabilis & sin-
20 gularis effectus, virtus† seu efficacia iuramẽti est, facere actum, super quo interponitur, valere omni meliori modo quo potest: tex. est singularis de iure ciuili, in l. cùm pater. §. filius matrem, & ibi hoc notãt Bar. & alij. ff. de lega. ij. illũ tex. ad hoc etiam notat Bal. in l. eam quam, verb. item & est alius casus C. de fideic & idem Bald. in l. si iure, C. de test. manu. Est etiam pro hoc bonus tex. de iure canonico in d. c. quanto, & ibi eum ad hoc ponderat Panor. & quòd iuramentum faciat actum valere omni meliori modo quo potest, notat Bar. & scribentes in d. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. dum examinant illum articulum, an si actus nõ valet vt agitur, valeat vt valere potest. & Ang. de Are. in §. fi. vers. in ea. gl. Insti. de ado, ex quo sequuntur plura notabilia & singu

singularia dicta, quotidie in practica occurrentia. Et primo ex isto sequitur, quòd licet non valeat stipulatio vt stipulatio, nisi præcedat interrogatio, & sequatur cōgrua responsio verbis expressa, d.l.j. in principio, & §. si quis ita, etiamsi interueniat iuramentum, quia illud non potest operari in supplendo solennitatem formalem, tamen quia iuramentū habet vim clausulæ, si nō valet quod ago vt ago, valeat omni meliori modo, quo valere pōt, iuribus præalle. hoc casu inutilis stipulatio valebit vt pactum. Ita notabiliter vult Bart. in d.l. si quis pro eo, in viij. membro, & sequitur Ioan. de Imo. in repetitione d. c. cùm contingat, in vij. casu principali, & Anto. de Butrio ibidem in vj. casu, & Barto. & docto. in d. §. si quis ita, quod nota. Secūdò ex isto
21 sequitur † quòd si in testamento apponatur iuramentum, illud habet vim clausulæ codicillaris, vt si non valeat iure testamenti, váleat iure codicillorum ad effectum repetitionis legatorum ab intestato, & alios effectus ex clausula codicillari resultantes: quia videtur testator voluisse, quòd valeat omni meliori modo quo potest, d.l. cum pater. §. filius matrem, & vult Bar. in d.l. si quis pro eo, in vij. membro, & Io. de Imo. vbi suprà in vj. casu, & Ant. de But. in vij.
22 casu. Tertiò ex isto sequitur, † quòd licet vbi nulla subest obligatio, ibi fideiussor accedere non possit, l. fideiussor, obligari, ff. de fideiuss. & Insti. eo. ti. in prin. tamen si in fideiussione interuenit iuramentum, ipse efficaciter obligatur. Ita not. decidit Bar. in d.l. si quis pro eo, in viij. membro, & hoc dictum sequitur Alex. de Imo. in cons. cij. incip. viso processu, in v. vol. & obligatur quidem non vt fideiussor, quia repugnat naturæ fideiussionis, sed vt expromissor, qui potest intercedere pro nō obligato. l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo, & l. qui libertinus, in fine. ff. de ope. liber. quia iuramētum facit actum valere omni meliori mō quo potest, vt dixi: & idem sentit Bald. licet obscurè loquatur, in l. si prædium, circa finem in noua lectura, C. de iure
23 dotium. Ex isto etiam sequitur † quartò, ꝙ licet fideiussor non possit obligari in plus, vel in aliud, quàm principalis, l. græcè. §. illud, & l. hi qui accessionis. ff. de fideiusso. & Institu. eodem titu. in §. fideiussores. hoc tamen fallit, si fideiussor iurauit: quia tunc obligabitur, etsi non vt fideiussor, saltem vt principalis promissor. argu. dictæ l. cum pater, §. filius

filius matrem. Ita notabiliter decidit Bart. in dicta l. si quis pro eo, in viij. membro, vbi dicit, sic limitandum totum titulum. ff. de fideiusso. & idem volunt Ang. & Io. de Imol. in d. l. hi qui accessionis, & idem Io. de Imol. in repe. d. ca. cum contingat, in vij. casu principali, & Angelus de Aretio in d. §. fideiussores, in fine, & Alex. de Imo, in consi. xxxij. iiij. vo incipien. in causa, in finalibus verbis, & Iason in §. item si quis postulante, Instit. de actio. & idem Iason in d. l. si conuenerit: quod manda memoriæ, quia est frequentissimum in practica. vndè hodie ferè in omni actu apponitur iura-
24 mentum. Ex isto etiam sequitur quintò, quòd licet † transactio facta post rem iudicatam non valeat, l. eleganter. §. si quis post, ff. de condic. inde. l. si causa cognita, C. de transac. & l. post rem iudicatam. ff. eodem titu. tamen si super transactione sit interpositum iuramentum, quamuis illa transactio non possit valere vt transactio, valebit tamen vt pactũ nudum. nam ex quo partes iurarunt, videntur voluisse actum debere valere omni meliori modo, quo potest. Ita singulariter decidit Bar. in d. l. si quis maior, per d. l. cum pater §. filius matrem: quam doctrinam sequuntur Ang. & Alex. de Imo. non leues auctores, in d. l. si causa cognita, & Alex. de Imo. & Ias. in d. l. si quis maior, & idem Iason in d. §. item si quis postulante: & licet Bal. & Fulgosius, in d. l. si quis maior, de hoc dubitent: tñ quia argumentis & rationibus eorum sufficienter respõdetur per Alex. in d. l. si quis maior. & per Ias. in d. l. j. §. si quis ita. assentior opinioni Bar. & sentio in iudicãdo nõ esse ab ea recedendũ, maximè qñ hinc-inde in transactione esset remissio ita, q̃ vtrique transigenti esset consultum pacto, neque sequeretur aliqua inæqualitas: secùs fortè, qñ ex vna parte esset remissio, & ex alia parte datio: quia tunc transactio, quæ non valet vt transactio, nõ potest valere vt pactũ simplex, etiãsi sit iurata: quia hoc videretur esse contra voluntatem transigentis, qui nõ erat remissurus ius suum, nisi posset consequi ex trãsactione id quod debet sibi dari: cum pactum nudum non valeat ad actionem, licet bene valeat ad exceptionem, l. siue apud acta, C. de transactio. & ex hoc resultaret inæqualitas, quia ille cui remittitur ius, esset tutus exceptione, & ille cui debet aliquid dari ex transactione, non posset cõsequi suum. Inæqualitas aũt vitatur in contractib. l. cũ emptor, in prin.

Ff ff. de

ff.de rescind.ven. Ita reperio expressè velle Franciscum de Aret.subtilitatum principem,in d.l.j.§.si quis ita, sed propter hoc non recedo à communi opinione, quia licet pactum nudum nō iuratum,non pariat actionem, pactum tñ iuratum parit actionem,vt dixi plenè supra in tertio effectu iuramenti, in versiculo quintò ex isto sequitur, & sic non obstat ratio Francis. de Aretio. Ex isto etiam sequitur
25 sextò,ꝙ licet † substitutio cōpendiosa facta à pagano in testamento filio impuberi per verba ciuilia,vel merè directa nunquam obliquetur,etiam pupillo veniēte ad pubertatē ex quo pro tempore pupillaris ætatis potuit valere vt directa,vt est tex.notab.in l.verbis.ff.de vulga. tamen si in testamento apponatur iuramentum, pupillo veniēte ad pubertatem,obliquabitur & trahetur ad fideicommissariam: quia virtute iuramenti videtur testator voluisse illam substitutionē debere valere omni meliori modo,quo potest. Ita singul.dicit Lud.Roma.in d.l.j.§.si quis ita, & sequitur Iason in dicto §.item si quis postulante,& Barbatia in cōsilio xxv.j.volum.incip.scribitur sapientiæ vij.in ij.dubio, & Alexand.de Imo.in d.l.eam quam, C.de fideicommiss. & ratio huius est,quia quando in testamento est apposita clausula codicillaris,tunc semper substitutio directa trahitur ad fideicommissariam:vt singular. notant Bald. Angel. Io.de Imo Franc.de Are.& Alex.in d. l.verbis, & Mathesil. in notab.cxlj.Cum ergo iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris,vt dixi supra,& probatur in d.l.cum pater.§.filius matrem,sequitur ꝙ decisio Lud.Roma.Iaso.Barbatiæ, & Alex.est vera & iuridica:quod nota,quia est frequentissi
26 mum in practica. Ex isto etiam sequitur septimò,† ꝙ licet aliàs promittens factum alienum nullo modo obligetur, nisi specificè promiserit se facturū & curaturum,d. l.stipulatio ista,in princip.& §.si quis alium,institu.de inut.stipu. cum simili.tamen si promittens factum alienum iurasset, obligaretur:nam tunc videtur obligari eo modo, quo potest,& per consequens perinde est ac si promisisset se facturum,& curaturum vt alius faciat,quo casu promissio facta alteri valet,iuribus præalleg. Ita notab.volunt Lud. Rom. & Alex.de Imo.in dict.l.stipulatio ista,& Angel.& Ioan. de Imo.in l.inter stipulantem,in princip.ff.de verb.obli.& Panor.in d.c.ex rescripto,in fine:vbi etiā est bona gl.in verb.

inhibeatis.& Franc.de Are.in consilio xxviij.incip.diligenter animaduersis, vers.& hoc maximè: vbi pro hoc allegat c.ex literis ij.& d.c.sicut ex literis, iunctis glossis de sponsalibus:& idem ibidem vult Præpositus, & Panor. in d.ca.ex literis,& Iason in d.§.item si quis postulante,& Ange.in §. versa vice, Institu.de inuti.stipula.& Corsetus, in singulari suo ccxxiiij.& doct.sępe alibi: quod nota, quia est quotidia

27 num.Ex isto etiam sequitur octauò, † φ licet aliàs donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum non valeat, d.l.stipulatio hoc modo concepta, cum ibi no.ff.de verbo. oblig.& l.fin.cum ibi no. C.de pactis: tamen si donans iurauit, valebit saltem in præsentibus, quia videtur voluisse actũ valere omni meliori modo quo potest. Ita singulariter decidit Frãcis.de Areti.in consi.liiij. incip. in causa, argu. d.l.cùm pater.§ filius matrem, vbi plenè de hoc videas. Ex isto etiam sequitur nonò, φ licet si testator in testamento confessus sit sibi à Titio deberi decem tantum, talis cõfessio testatoris tanquàm erronea non præiudicat hæredi, si hæres probare potest, φ Titius plus debet, l. rationes, in fi. C.de probat.Tamen si testator iurauit, Titium sibi debere decem tantùm, confessio talis pręiudicat hæredi: nam testator tunc videtur velle, quòd illa dispositio valeat omni meliori modo quo potest: & propterea videtur reliqua non confessata relinquere debitori per fideicommissum, Auth. quod obtinet, cum ibi notat. C.de proba.& ita singulariter decidit Bartol.in l.ex hac scriptura.ff.de donatio. per dictã l.cum pater.§.filius matrem,& idem Bartol. in l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de lega.iij & ita etiam apertissimè vult Angel.in dicta l. rationes. Et iste est verus intellectus dict.Authentic.quod obtinet,& præalle.l.rationes, in fine secũdum Azonem & glossam primam. in fine ibidem:

28 verba † enim enuntiatiua propter aliud prolata, si fuerint iurata, disponunt,& dispositionem inducunt, vbi aliàs dispositionem non inducerent. dicta Authen.quod obtinet,& volunt Bald.Angel.& Iason in l.ex his verb.C.de testamen. milita.& Petrus de Anchara.in clement, j.de probati. quod nota. Quintus notabilis & singularis effectus, virtus, seu

29 efficacia iuramenti est, quia † habet vim clausulæ derogatoriæ, attestantibus Ioan.Andr.Barto.Bald.Pau.de Castro, Alexand.Soci.Iasone,& alijs præclarissimis doctoribus in

locis infra commemorandis, quod est scitu vtile, & valet ad multa. & primò ex isto singulariter infertur, quòd si in testamento inseritur iuramentum, vt quia testator iurauit testamentum per eum conditum non mutare vel reuocare, hoc casu iuramentum habet vim clausulæ derogatoriç, vt non valeat secundum testamentum, nisi specialiter derogetur primo: quia ex quo testator iurauit non reuocare primum, videtur voluisse vt primum suum testamentum præcisè valeat, & omni meliori modo, quo potest: Ita singulariter dicit Bar. in l. si quis in principio testamenti, circa fin. ver. quæro, vtrum iuramentum, ff. de leg. iij. allegans tex. in d. l. cum pater, §. filius matrem, & idem vult ipse Barto. in l. omnes populi, circa finem iij. quæst. princ. ver. sed an iuramentum. ff. de iusti. & iure: Idem etiam vult Io. An. in regula, quod semel, de regul. iur. lib. vj. in Mercur. & docto. sæpe alibi: quod est notandum. Secundò ex isto sequitur aliud singulare, videlicet ꝙ licet aliàs per secundum testamentũ nõ tollatur primum quod habet clausulam derogatoriã, nisi de eo fiat specialis mentio, d. l. si quis in principio testamenti, & l. si mihi, & tibi. §. fi. ver. interdum, ff. de leg. j. tamẽ hoc fallit, qñ in secundo testamento esset appositum iuramentum: nã illud habet vim clausulæ derogatoriæ ad clausulam derogatoriã positam in primo testamento, ergo hoc sufficit, & censetur primo testamento derogatum. Ita sing. decidit Bald. in l. sancimus, ver. in contrarium. C. de testam. & eum sequuntur ibidem Pau. de Cast. Alex. de Imo. Iason & alij, & idem sentit Iason in d. §. item si quis postulante, & Soci. in d. l. si mihi, & tibi. §. finali. & Guido Papæ decisione cxxviij. vbi dicit ita fuisse iudicatum: quod similiter est notandum, quia est frequentissimum in practica. Tertio ex
30 isto sequitur aliud singulare, videlicet † ꝙ licet per non obstantias generales derogetur statutis, pactis, & conuentionibus, subsistente in derogante potestate derogandi: tamẽ per huiusmodi non obstãtias generales non derogatur statutis, pactis vel conuentionibus iuratis. & sic sublato principali hoc casu per non obstantias generales, non tollitur accessorium: de hoc sunt duæ glossæ singulares, vna est in c. cum non deceat, in fi. in verb. effectus. de ele. libro vj. alia est in clem. dudum, circa fin. de sepultu. quas illic notãt docto. & Lud. Ro. in singu. viij. & idem Lud. Roma. in consilio cccxciij.

ccccxciij.incip.præsens consultatio : & in consilio ccccciiij. incip.in casu propositæ consultationis, ad finem vers.vnde succedit glo. & in consilio ccccxxxvj.inci.quod indultum. & consi.cccccxvij.incipiente,in casu ꝓpositæ consultationis,ver.nec refragatur,in fine:& Pan.& Fel.in c.cōstitutus, vbi est bonus tex.de rescrip.& Vitalis de Cabanis in libello clausul.& doct.sæpe alibi:quod etiam notá tanquam singulare & quotidianum.Vide tamen circa hoc duas notabiles limitationes per Iasonem post alios per eum relatos, in l.fi.C.si contra ius vel vtili.publi. Quartò ex isto sequi-
31 tur aliud singulare,videlicet, ✝ ꝙ licet si maior pars creditorum vult dare debitori inducias quinquennales, siue saluum conductum , (vt vocant,) minor pars compellitur maiori consentire, l. finali. C.qui bonis cedere poss. & l.maiorem.ff.de pactis.Tamen hoc fallit,quando creditor dissentiēs haberet debitorem cum iuramento obligatum: nam tunc alij eo inuito non poterunt dare dictum saluum conductum vel dilationem.Ita singulariter decidit Bald. in d.c.constitutus,dicens ita limitandam d.l.fi.C. qui bon. cede.poss.& idem sentit Alex.in consi.ccv.incip. visis,in ij. volum.in fine,dicens,ꝙ saluus conductus concessus debitori per principem,non videtur concessus aduersus debitum iuratum,imò aduersus debitum iuratum non posset concedi,vt vult Alexan.in consilio xxxviij.incipiente, visa petitione,in iij.volum.nisi constitutio emanaret publico fauore,vt ibi per eum.Illud autem certum est,quòd saluusconductus concessus à principe,ne quis ab vllis creditoribus possit conueniri,intelligitur,nisi sint creditores ex delicto.Ita singulariter volunt Guil.de Cuneo & Bald.in l. sed & si ex parte,in prin.vet.nota argumentum,ff.quòd cū eo.& Lud.Ro singu.clxxxiij.inci.quid si Titius:quod tene mēti.Quintò ex isto sequitur aliud singulare, videlicet, ꝙ statutum disponēs inter coniunctos ad instantiam rei debere fieri cōpromissum,non habet locum,qñ actor fundaret intentionem suam in instrumento promissionis iuratæ per reum:quia reus petendo compromissum fieri , veniret contra iuramentum,& incideret in periurium:vnde nō est verisimile,statuētes de hoc casu cogitasse:quia esset aperire viam periurijs,& statutum non debet extendi ad casum illicitum.Ita singulariter determinat Paulus de Castro, in

consi.lxvij.incip.visis & consideratis, & sequitur Alex. in consi.xxxvij.secundi vol.incip. viso, dicens ita fuisse iudicatum apud Parmam.& pro ista decisione optimè facit gl. singularis in cle.vnica.in princi.in verbo, facere, de vsuris, quod nota. Aduerte tamen circa præmissa, (ne erres) quia
32 licet † iuramentum habeat vim clausulæ derogatoriæ ad secundum testamentum, quando ponitur in primo testamento, & similiter ad primum, quando ponitur in secundo, vt dixi, tamen iuramentum non reddit actum temporalem posteà secutum nullum: imò actus temporalis gestus contra iuramentum valet, quando de voluntate clarè cõstat, licet incurratur aliquando periurium. Vndè si quis iuret non vendere rem suam Titio, vel non contrahere matrimonium, vel sponsalia cũ Berta, vel non reuocare testamentum conditum, vel non reuocare procuratorẽ: si tamẽ postea vendat Titio & tradat, tenet venditio & transfertur dominiũ, & si postea contrahat matrimoniũ vel sponsalia cum Berta, tenet matrimoniũ vel sponsalia, & similiter si postea reuocet testamentũ vel procuratorẽ, tenet reuocatio. Dictũ est notabile Inno. in c. dilecto, de præbẽ. & ibi hoc dictũ sequuntur, & declarant Io. An. Pe. de Ancha. Car. Io. de Imo. Panor. & alij, & idẽ vult Io. And. in d. regula, qđ semel, in Mercurialib. & Bart. in d. l. si quis in principio testamenti. & Roma. in consi. cccl xxix. incip. circa primum, vers. cæterum & præmissas, & Io. de Imo. in rep. d. cap. cùm contingat, in ix. casu principali, & est glo. notabilis in c. si. in verb. reuocatus. de procura. lib. vj. & ibi tangitur per Dominicum, Philip. & scribentes, & est tex. optimè probãs hoc dictum Inno. in d. cap. sicut ex literis, & ibi hoc notat Panor. Ex quo sequuntur duo singulares effectus. Primus est, quòd si quis vendidit rem aliquam Titio, & iurauit eã non vẽdere alteri, si tamen postea vendat eã Seio, & tradat, Seius erit potior in illa re, Ita singulariter decidit Ioan. de Imo. in rep. d. cap. cum contingat, in ix. casu prin. & post eũ Iason in l. quoties, C. de rei vendica. & idem sentit Henricus Boich in c. nosti, de electione: quod nota, quia est magna ampliatio ad d. l. quoties. Secundus singularis effect⁹ est, quia si quis inter viuos promittat, & etiam iuret rem suam non alienare, si tamen posteà vendat, & tradat, transfertur dominium. Ita singulariter decidit Alber. de Rosate.

sate in l.ea lege,in fine,C.de condic.ob cau.& Ioã.de Imo. in repe.d.ca.cum contingat, in ix.casu principali, vbi exquisitissimè hanc materiam examinat, & Rota decis. ciiij. in antiquis,quæ incipit, nota, quòd vbi aliquis.& Henricus Boich in d.c.nosti,quod similiter notandum est, quia est magna ampliatio ad d.l.ea lege,& habui de facto in arduo casu. Sextus notabilis,& singularis effectus,virtus,
33 seu efficacia iuramenti est,† quia habet vim expressi,quãdo dispositio generalis ideo non valet, quia debeat fieri specialis expressio,non quia defuit omnino consensus,sed quia non specialiter,sed generaliter interuenerat consensus.textus est de hoc singularis in dict. cap. ex rescripto,& ita singulariter dicit Bald.in l.j.in ij.quæst.C.commodati, reputans hoc menti tenendum per dict. l. cum pater. §.filius matrem,licet dict.cap.ex rescripto,non alleget. & idẽ sentit Ange.in quotidiana quæstione in l.senium, C.qui testa.fa.poss.& Barbat.in dict.consilio xxv. vbi meminit d. c.ex rescripto,reputans illud ad hoc singulare. Ex quo sequuntur plura notabilia & singularia dicta quotidie in
34 practica occurrẽtia.Et primò ex isto sequitur, † ꝙ licet in casibus fortuitis suscipiendis non sufficiat, generaliter in se suscipere casus fortuitos, sed requiratur ꝙ specialiter enumerentur,præall.l.sed & si quis.§.quæsitum,cũ ibi plenè notatis.tamen si in dispositione fuit appositum iuramẽtum,valebit renuntiatio casuum fortuitorum generaliter facta,perinde ac si casus fortuiti essent specialiter enumerati & expressi,propter virtutẽ iuramenti,quod habet vim expressi.Ita singulariter vult Bald.in dict.l.j.in ij.q. C. cõmodati.& idem videtur ibidem velle Salice. circa finem. Idem etiam apertissimè vult Ioannes de Imol. in cap.j.de commodato , & idem Ioan, de Imo.in repetitione d. cap. cũ contingat,in iij.casu principali,& Alex.de Imo.in cõs. iij.primi vol.incipiente, viso instrumento. & in consilio cxxxiij. in quinto vol.incipiente, super quæsitis, & Barbatia in d. consilio xxv. Communis tamen opinio doctorum est in contrarium,vt videre licet per Iasonem & doct. in d.§.quæsitum, & fatetur ingenuè Ioan.de Imo.in dict. cap.j. tenendo tamen dictam opinionem Bald.Ange.Salice. Ioan.de Imo.Alex.& Barbatiæ, quæ est probabilis ,illa debet limitari , vt procedat duntaxat in casibus for-

tuitis, solitis, secùs insolitis & extraordinariis, quia de illis non præsumitur cogitarum nec in genere nec in specie, tex. est sing. in l. fistulas. §. frumenta, iuncta gloss. fi. ff. de contrah. emp. & vend. Ergo propter iuramentum ad illos non debet fieri extensio. Ita singulariter decidit Alex. de Imo. in cōs. lxxviij. j. vol. inci. visis & accuratè pōderatis, in ij. dubio, & in cons. xxxj. secūdi vol. & tetigi suprà in loco ab exceptione ad regulā. Ex isto etiā sequitur secundo, ꝙ
35 licet ille †qui promisit nō venire contra cōtractū, possit hoc nō obstāte venire cōtra eū si sit decept⁹ vltra dimidiā iusti pretij, & sic nō videatur per hoc renūtiasse beneficio l. ij. C. de rescin. vēdi. tñ maior xxv. annis iurādo nō venire cōtra contractū, videtur renuntiasse beneficio d. l. ij. quia iurando non venire contra contractum, videtur saltem in genere cogitasse de omni remedio & beneficio, per quod possit rescindi contractus, arg. l. sub prætextu ij. cū ibi not. C. de transact. & l. qui iure militari. ff. de test. mili. & ita singulariter vult glo. iuris ciuilis in d. l. ij. & ibi Bar. & doct. & glo. iuris canonici in c. pen. de empt. & vend. & ibi cano: Idē etiam vult Ant. Butrio in c. si diligenti, circa med. de foro com. vbi formaliter dicit, quòd iuramentum appositū super renuntiatione, habet excludere iurantem à quacunque exceptione tanquam in genere cogitata, arg. d. §. filius matrem, & facit optimè di. ca. ex rescripto, cum ibi not. maximè per Bald. & idem singulariter vult Bald. in l. quæ sub conditione. §. j. ff. de condi. insti. & Feli. in cap. inter cæteras, de rescript. & Alexand. de Imo. in dict. consilio cxxxiij. v. vol. quod nota, quia est quotidianum. Ex isto etiam se-
36 quitur tertio, quod licet †dispositio regulariter non extendatur ad incogitata, l. qui cum tutoribus. ff. de transact. & l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. tamē si iuramentum sit interpositum, fiet extensio ad incogitata, ergo licèt mulier intercedens pro alio, non certiorata de beneficio velleiani, *non obligetur, quia de illo certiorari debet, l. fi. §. penul. & ibi notatur. ff. ad Velleia. tamen si mulier fideiubendo iurauit, efficaciter obligatur, quāuis de beneficio Velleiani non fuerit certiorata, text. est singularis in dict. cap. ex rescripto, iunctis ibidem not. per gloss. Bald. Ioan. de Imo.

ADD* Velleiani. Vide Bal. in l. j. in fi. C. de reb. credit.

Imo.Panor.& Feli.& vult Bar.Alex.& doct.in l.sciendũ.ff. de verb.oblig.& idem Alexan.in conf.suo xxvij.primi voluminis,incip.visq libello,& in consilio suo lxvj.sexti volumi.incip.visa facti.& idem Alex.in rubrica.ff.de verb.oblig.& Hippo.de Marsiliis in sua practica.§. secunda quæstio,num.lxiij.& idem in minore iurante non venire contra contractum, nam videbitur renuntiasse beneficio restitutionis in integrum,*licet illud ignorauerit, & de eo certioratus non fuerit,secundum Bart.& alios in d.l.sciendum,& volunt docto.in d.Aut.sacramenta.& Bald. in d.ca. ex rescripto,& habetur latè per Alex.in d.l.sciendum, vbi plenissimè de hoc reperies,& per canonistas in d.c.penult. & per Sali.& legistas in d.l.ij.C.de rescind.vend.Non tamẽ credas,quòd minor hoc casu videatur renuntiasse beneficio d.l.ij.per hoc quod iurauit non venire contra contractũ:quia satis hoc operatur iuramentũ faciendo eum habere pro maiore,& sic perdere beneficium restitutionis in integrum,vt vult glo.& doct.in d.l.ij.& gl.& doct.in d.cap. penul.quod perpetuo memineris,quia est quotidianũ. Ex
37 isto etiam sequitur quartò,quòd licet † filius renuntiãdo bonis paternis,vel hæreditati paternæ,non videatur renũtiare iuri petendi legitimam,vel supplementum legitimæ, nisi ei specialiter fuerit renuntiatum, quantuncunque generalis,& lata fuerit renuntiatio,vt est tex.singularis in l.si quando.§.generaliter,cum ibi not.per do.C.de inoffi. test. & vult Angel.in §.tum autem,Instit.de inoffi.test.& decisio Capellæ Tolos.ccccxxxvij.in fine addit.tamen si in tali renuntiatione generali interuenit iuramentum, censebitur renuntiasse iuri petendi legitimam,vel supplementum legitimæ,quia ex quo filio iurauit,censetur in genere cogitasse de omnibus bonis paternis,& sic iuramentum operatur idem,quod specialis expressio de legitima, vel supplemento legitimæ.Ita singulariter decidit Lud. Roma.in d. l.j.§. si quis ita,& idẽ expressè tenet Barbat.in d.consi. suo xxv.in ij.dubio, & Angel.in con. ccxxiij.incip.casus talis est,circa fi.Contrarium tamen expresè vult Bal. in rubrica

ADD.*Integrum. Nã dicit Bart.in d.l.sciendũ.ad hoc vt quis sibi per iuramentũ præiudicet,non requiritur, quòd sciat illud,sed sufficit quòd iuret super facto. Cogita.

ca,verſ.item non videtur ff.de iureiu.ante finem, & ſequitur ſimpliciter Franci.de Are.in d.§.ſi quis ita,& idem vult expreſsè Iaſon in d.l.de his,circa principium, dicens Feder.de Sen.idem velle in conſilio ſuo cxcix.inci. quęritur an domina Margareta,qui tamen hoc non dicit,vndè cogita,quia vidi in quæſtione de facto occurrente maximam in hoc fieri altercationem. Septimus ſingularis effectus,
38 † virtus ſeu efficacia iuramenti eſt, adiicere forum foro, tex.eſt ſingularis in c.fi.ibi ratione iuramenti,de foro cóp. li.vj.hinc eſt,quòd licet laicus non poſſet coram iudice ecclesiaſtico ratione contractus conueniri, vbi iuramentum non interueniſſet, cum actor ſequatur forum rei.l.iuris ordinem, C.de iuriſd. om.iud.cum ſimilibus.tamen propter adiectionem iuramenti in contractu, vt quia iurauit obſeruare contractum, vel non contrauenire contractui, poterit laicus nedum coram iudice ſeculari,ſed etiam coram iudice eccleſiaſtico conueniri, & ſic electio hoc caſu erit actoris,coram quo iudice velit eum conuenire,ſeu ſeculari ſeu eccleſiaſtico,quia iuramentum adiicit,ſeu accumulat forum foro,imò(quod fortius eſt,) mutat forum ſecundum aliquos,textus eſt ſingularis in præalle.ca. fina. & ibi not.per doctores, & meminit Ludo. Roma. ſingulari ccxx.& Ioannes de Imol.in repetitione dict.cap. cum contingat,& Petrus de Ancha. Dominicus & alij in d. ca. ij.& Bald.in l. j. verſi. extra quæritur Cod. de rebus credi. & doctores ſæpe alibi, quod eſt ſummè notandum, quia maximi effectus, nam vt plurimum hodie in quolibet contractu interponitur iuramentum. Hoc tamen te ſcire conuenit, quòd hæres iurantis virtute dicti iuraměti non poterit conueniri coram iudice eccleſiaſtico, quia iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, dict.cap.veritatis, cum ibi notatis de iureiurando. & ita ſingulariter vult Bal.in dict. l.j.verſi.extra quęritur.C.de rebus credi.& idem Bal.in d. auth.ſacramenta,in fine, & Salicet.ibidem. deciſio Capellæ Toloſ.cccxv.& Guido Papæ * deciſione cccxiiij.incip.iuramětum eſt quid perſonale.& ita etiam

ADD. * Papæ. Qui dicit quòd quantum ad robur contractus bene tranſit,nam hæres cogitur ſtare iuramento defuncti auth.quod obtinet.C.de probat.

etiam decidit Ioann. Andr. in capit. finali, de sepultu.& sequitur ibi Panorm. cum quadam tamen moderatione, & Panorm. in d.c. veritatis,& habetur de hoc latè per Philip. Francum in d.c.fi.de fo.comp.lib.vj.vbi vide. Item & aliud scire oportet, videlicet quòd hæres iurantis ex non obseruantia huiusmodi contractus non incurrit periurium: quia iuramentum, vt dixi, ex parte iurantis est personale, d.c. veritatis,& ibi istud not. Inn. Host. Io. And. Io. de Imo. Panor. & alij.& vide alium casum infra in sequenti effectu iuramenti: extra autem dictos casus iuramentum & eius effectus transit ad hæredem: vt bene declarat Baldus in l.fin. in versi. sed hic incidentet quæro, C. de pactis, & Paulus de Castro in consilio lxvij. incip. visis, & consideratis omnibus.& doctores sæpe alibi:& dixi supra in tertio effectu iuramenti: quod quia quotidie occurrit in practica, notandũ

39 est. Octauus singularis effectus, virtus seu efficacia † iuramenti est, inducere præcisam necessitatem. textus est de hoc singularis in d.c. ad nostram j.de iureiuran.& ita sing. dicit Bal. in prælud. feud. in versi. sed pone. allegans ad hoc gl. in d.l.si pecuniam, in principio in verbo. necesse habeas, Ex quo sequuntur plura notabilia & singularia dicta. Et primò ex isto singulariter infertur, quòd licet in obligationibus facti quis non possit regulariter præcisè compelli ad factum, sed quod succedat obligatio ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. obliga. & l. si quis ab alio, in fine. ff. de re iud, tamen si interuenerit iuramentum, poterit præcisè compelli ad factum, per d.glo. in d.verb. necesse habeas, quæ ad hoc quotidie allegatur: & pro hoc est tex. in c.finali, ne præla. vices suas,& ibi Ant. de Butr. ad hoc notat illum tex. Istud etiam vult Bal. per d.gl. in l.vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Idem etiam tenet Panormita. in cap. veniens, de iureiuran. Iason in d.§. item si quis postulante,& Guido Papæ decis. ccccccxxvij.& Alexander de Imo. in consil. xxxvij. ij. volu. incipiẽte, viso & opportunè discusso, vbi recitat plures alios doctores idem tenentes:& finaliter dicit, quòd ista est communis opinio, à qua in iudicando non est recedendũ: & ita repetio etiam alios dicere:& idem tenet ipse Alex. in consilio lxxxix. septimi volum. Hoc tamen scito, quòd in hoc casũ hæres iurantis liberabitur soluendo interesse,

cum iuramentum ex parte iurantis sit personale, d.c. veritatis, & dixi in effectu præcedenti: & ita specificè in his terminis dicit Bal. in d. ver. sed pone. Ex isto etiam sequitur vnum aliud singulare, videlicet, quòd quamuis regulariter non referat, quid ex æquipollentibus fiat, vt plenè dixi suprà in loco ab æquipollentibus: & licet soluere, & compensare sint æquipollentia, l. si peculium. §. j. in fi. ff. de statu libe. cum similibus: tamen si quis iurauit soluere, non poterit compensare: quia iuramentum implendum est in forma, qua præstitum est: tex. est singularis secundum intellectum gl. in d. c. ad nostram j. & hoc ibi volunt Io. de Imo. & communiter docto. & idem vult Io. de Imo. in l. Iulianus ait, si hæredi. ff. de condi. & demon. & Alex. de Imo. in cons. xcj. in ij. volu. incip. visis actis: & hoc tene, quicquid dicat Bar. in l. amplius non peti, in fine. ff. rem ratam haberi: quia eius motiuis & rationibus optimè respondetur per Io. de Imo. in d. c. ad nostram il. j. & per Alex. in d. c. consi. xcj. & ista est communis & vera opinio secundum Feli. in d. c. ad nostram: vbi de hoc articulo quotidiano videre poteris plenissimè per eum. Nonus singularis effectus, virtus, seu efficacia

40 cacia iuramenti est † impedire pœnitentiam vbi aliàs de iure locus est pœnitentiæ, gl. est de hoc singularis in d. l. si pecuniam, in prin. in verbo necesse habeas. quam gl. ad hoc notat Bal. in c. quæ in ecclesiarum, circa medium de consti. & Io. de Imo. in l. ij. §. sed si quis. ff. de dona. & docto. sæpe alibi. Ex quo inferri possunt plura singularia dicta. Et primò ex isto infertur, quòd licet licita sit pœnitentia, quando partes prorogant iurisdictionem iudicis non sui, vt est tex. in d. l. si conuenerit: tamen si interuenerit iuramentum non est licita pœnitentia. quia iuramentum semper addit dispositioni, super qua interponitur, & impedit pœnitentiam: ita singulariter decidunt Ang. Pau. de Ca. Alexan. de Imo. Iason, & doct. in d. l. si conuenerit. & Io. de Imo. in d. c. j. de iud. & Bal. in c. P. & G. de offi. dele. & Iason in d. si pecuniam, in prin. & idem Iason in d. §. item si quis postulante, & Alex. de Imo. in d. consi. lxxxix. septimi volu. & doctor. sæpe alibi. & hanc reperio esse communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum, iuxta notata per Bar. in l. fi. C. de pœna iudicis q. malè iud. & no. per Io. An. & doct. in c. j. & in c. ne innitaris, de consti. quod tene perpetuò

petuò menti, quia est frequentissimum in practica. Ex isto etiam sequitur secundò, quòd licet in contractibus innominatis re integra habeat locum pœnitētia, d.l. si pecuniā, in prin. & l. iurisgentium, in prin. ff. de pact. tamen quando interuenit iuramentum, non habet locū pœnitentia, secūdum Bal. in d.c. quę in ecclesiarū, & doct. in d. l. si pecuniā. & sæpe alibi: de quo tamen vide latius per Io. de Imo. in d.
41 l. ij. §. sed si quis. Ex isto etiam sequitur tertiò † quòd iuramentum facit desinere rem esse integram, per glo. singularem in d. l. si pecuniam, in verbo necesse habeas. Ex quo vlterius sequitur, quòd in casibus in quibus aliquid admittitur re integra, iuxta l. ab emptione. ff. de pactis, & l. j. & ij. C. quando licet ab emp. disce. id non admittetur interueniente iuramento: de quo tamen vide latius per Io. de Imo. in d. l. ij. §. sed si quis, & per Ias. & doct. in d. l. si pecuniam. Ex isto etiam sequitur vnum aliud singulare: videlicet, quòd procurator constitutus ad resignandum, vel permutādum beneficium ecclesiasticum cum iuramento de non reuocādo eundem, non poterit reuocari: quia in spiritualibus, in quibus non cadit interesse, non potest agi ad interesse,* vt notat Inn. in c. querelam. de elect. & ideo quicquid fit contra iuramentum in spiritualibus, est nullum: vt decidit idē Inn. in d.c. dilecto, de præb. & ita singulariter in his terminis decidit Rota in præal. decisione ciiij. in antiquis, & decisio Capell. Tolos. cclxj. in prin. quod habui de facto in ardua q. & vide quod dixi supra in quinto effectu iuramenti
42 circa finem. Decimus singularis effectus, virtus, seu † efficacia iuramenti est, impedire purgationem moræ: text. est singularis in d. l. si quis maior, & ibi hoc notant Bar. Bal. Sali. Alex. & Ias. Idem etiam vult Sal. in l. si pacto quo pœnam, in vers. secunda conclusio, C. de pactis. Idem etiā vult Bar. in l. si insulam, in v. q. ff. de verb. obli. & illic Ioan. de Imo. in ver. vj. fallit: & Alex. de Imo. in ver. xij. fallit: & idē vult Ias. in d. §. itē si quis postulāte, & Guido Papæ decisione cxxiij. in fi. Idē etiā vult Alex. de Imo. in cons. lix. incip. viso processu,

AD. * Interesse. Nota etiam quòd vbi definit interesse cessat actio. l. si procuratorem, § mandati ff. manda. P. Pra. li. j. foren. dispu. c. j. potest etiam opponi actori exceptio, tua non interest, l. non ignorat. C. qui accus. non poss.

cessu,& in cõs.clviij.inci.in causa,in ij. vol.& Frã.de Are.in cõs.xciiij.incip.rñdeo.& in cõs.cxxxvij.inci.viso themate: Ex quo singulariter sequitur,quod licet in pluribus casib' possit mora purgari,l.& si post tres.ff.si quis cautio.& d.l.si insulam,cum ibi no.& c.potuit,de loca.tamen vbi interue nerit iuramentum,non habebit locum purgatio moræ: * per præallegata.quod est nota dignum & quotidianũ. Vndecimus singularis effectus,virtus seu efficacia iuramenti
43 est † constituere iurantem in mora absque alia interpellatione:tex.est not.secundum vnum intellectum in c. querelam,de iureiu.& bonus tex.in d.l.si quis maior, in verbo, mox:Ex quo inferri possunt plura singularia dicta.Et primò ex isto infertur,quòd simpliciter iurans defendere ecclesiam,tenetur eã defendere etiã sine requisitione, si sciat ecclesiam suo patrocinio indigere:dictũ est singulare Spe. in ti.de aduocato.§.j.vers.sed nũquid is,qui iurauit:& hoc dictum referunt,& sequuntur Io.An.Anto.de Butr.Petrus de Anch.Io.de Imo.& Fano.in c. breui, de iureiu. & Alex. de Imo.in l.ij.§.si.circa finem.ff.solu. matri.& faciunt not. per Albe.de Rosate,& doct.in l.cum qui.§.si iurauero.ff.de iureiu.& bene facit tex.in c.si inimicus,in prin.xciij.dist.& vult Henricus Boich in d.c.breui.ergo cautus vasallus,qui ratione feudi promittit defendere dominum vel ecclesiã, vt adiici faciat,cum requisitus fuero:ne sub inuolucro iuramenti loquatur.Ex isto etiam infertur secundò,quòd licet aliàs vbi obligatio non habet diem,requiritur interpellatio ad constituendum quem in mora, l. si ex legati causa. ibi,interpellatus ff.de verbo.obligat.cum similibus:tamen vbi est appositum iuramentum in contractu,ibi non est necessaria alia interpellatio: quia iuramentum ipsum interpellat,per supra dicta. Ita singulariter vult Anton. de Bu. in dict.cap.breui,& sequitur Franciscus de Crema singulari cxxij.incipiente.vbicunque ,quod est valde notabile. Duodecimus singularis effectus,virtus,seu efficacia iura-
44 menti est,† quia habet vim clausulæ,rato manente pacto, quæ apponi consueuit in stipulatione pœnali:de qua clausula habetur in l.qui fidem ff.de transa.& in l. cum proponas.C.eo

ADDI. * Moræ.Mora purgatur nouatione,oblatione & omissione instantię.gl.mag.in fi.l.mora.ff.de vsuris.

pas.C.e.ti.de isto est tex.notabilis in d.l.si quis maior,&ibi illum tex.ad hoc applicāt Bar.vers.vlterius nota.Bal,Ang. Sal.Alex.Ias.& doct.Ex quo sequitur, ꝙ veniens contra cōtractū iuratum,tenetur soluere pœnā contractui appositam,& nihilominus contractus remanet firmus: licet in contractu non sit apposita dicta clausula,rato manente pacto,d.l.si quis maior,cum ibi not.per doct.& vult Iaso in d. §.item si quis postulante.& istud est singulare, & alibi non reperitur,secundum Io.de Imo.in d.l.si insulam,in versicu. sextò fallit:quod est memoriæ mandandum,quia pōt quotidie vsuuenire. Decimustertius singularis effectus,virtus

45 seu efficacia † iuramenti est,quia facit quem ipso iure cadere iure suo,veniendo contra iuramentum:vbi aliàs nō priuaretur iure suo,tex.est singularis secundum vnum intellectum in d.c.querelā,& ibi hoc apertissimè vult Bal.& bene facit tex.in d.l.si qs maior,cū ibi not.per doctores.Ex quo sequitur,ꝙ licet regulariter de iure conductor non soluēs pensionem non possit expelli,nisi cesset in solutione canonis per bienniū,l.quæro. §.inter locatorem.ff.locati,iūcta l.ædem,à contrario sensu C.e.ti.& c.propter sterilitatē,extra e.ti.& idem in emphyteuta ecclesię, Auth.qui rem,C.de sacr.eccl.& d.c.potuit.in emphyteuta verò priuati requiritur triennium,l.ij.C.de iure emphyt.tamen si colonus vel emphyteuta iurauit, singulis annis soluere canonem, & postea non soluit pensionem ante canonem,poterit statim elapso primo termino,non expectato biennio, vel triennio,expelli:ita singulariter dicit Bal.in d.c.querelam,& sequitur Alex.de Imō.in consil.lxxxv.incip.non puto, & in consi.cxxvj.j vol.vbi idem repetitur:& idem Alex.in cons. cvj.tertij volu.circa medium,incip.magnifice prætor:& sequitur Iason in d.l.si quis maior. & idem repetit ipse in d. Auth.qui rem,& idem vult Ant.Corsetus in sing.xciiij. Decimusquartus singu.effectus,virtus,seu efficacia iuramen

46 ti est † excludere beneficium excussionis aliàs competēs: tex.ēst sing.in d.c.ex rescripto. Hinc est,ꝙ licet fideiussor nō possit cōueniri,nisi excusso prius principali debitore, Auth.præsente,C.de fideiu.& in corpore,vnde sumitur.tamē si fideiussor iurauit,poterit cōueniri nō excusso principali debitore.Ita singulariter decidit Bal.in d.ca.ex rescripto.per illum text. & idem vult ibi Petrus de Anchara.&

sequitur

ſequitur Alex.de Imo.in con.xxxij.quarti vol.inci.in cauſa,parum ante finem,& Hip.de Marſi.in repe.rubr.de fideiuſſo.& idem vult deciſio Capel.Toloſ.cxxx. quod eſt ſingulare & notabile valde.De hoc tamen vide latiùs per Fel. in d.c.ex reſcripto.De materia autem excuſſionis vide plenè per Ang.& Iaſonem in §.Item ſi quis in fraudem,Inſti. de actio.& in locis per eos commemoratis. Decimus
47 quintus ſingularis effectus,virtus † ſeu efficacia iuraméti eſt,impedire obliuionem,licet enim præſumatur obliuio ex curſu longi temporis,l.peregrè.ff.de acqui.poſſ.& l.furtum.§.fundi,cum ſua gloſſ.in verb.vel longo ff.de vſucap. tamen hoc non habet locum,quando quis iurauit,quia nō licet obliuiſci eius, quod quis iurauit. Ita pulchrè notat Bal.& ſequitur Aluarotus in c.j.per illum tex.de for.fideli. in vſibus feud.& bene facit d.l.ſi quis maior,& l. magnam, in fine,verſ.cum ea,quæ.C.de contr.& com.ſtip.quod not. Decimusſextus ſingularis effectus,virtus,ſeu efficacia iu-
48 ramenti eſt,† tollere defectum inſinuationis,vel ſolennitatis,aliàs de iure requiſitæ: quando ſolennitas eſt introducta non principaliter ob publicam vtilitatem, ſed in fauorem certarum perſonarum.d.Auth.ſacramenta.& pręal. c.cum contingat,cum ſimilib.quæ iura hoc bene probant. Ex quo ſingulariter infertur,quòd licet donatio facta vltra legitimam ſummam non inſinuata,non valeat,l.ſancimus, C.de dona.l.Modeſtinus.& ibi Bar.ff.eo.ti.& l. illud, C. de ſacro.eccl.tamen hoc non habet locum. quando donatio eſt iurata,Ita notabiliter decidit Io.And.in addi.ad Specu. in ti.de inſtrum.edi.§.porrò,in vltima additione.Idem etiā conſulendo dixit Fede.de Senis in conſi.cclxxxj.incip. caſus talis eſt,ſtatuto cauetur.& Lud.Ro.in conſi. cccccxvij. incip.in caſu propoſitæ,in fi.Idē etiam vult Alex.de Imol. in conſi.cxxv.j.volu.incip.in viſis & conſideratis, vbi dicit ſe ſic conſuluiſſe.& idem vult ipſe Alex.in conſil.iiij.j.vol. incip.circa primum quæſitum. vbi refert, quàm plurimos excellētiſſimos docto.ita conſuluiſſe.Idem etiam tenet ipſe Alex.in conſi.clvij.ij.volum.incip.viſo inſtrumento, circa finem,& idem Alex.in conſi.lxxxiij.eiuſdem volum.incipi.viſa facti narratione,in poſtremis verbis. Idem etiam tenet ipſe Alex.in conſi.ccxvij.vj.volum.incip.ponderatis his,& idem Alex.in conſil.xxvj.ſeptimi volum.incipiente,

cumu la

cumulatissimè. Idem etiam vult Hippolyt' de Marsilijs in practica sua, in §.ij.quæsti.numero 65.& Panormi.in dicto capitulo cum contingat,& hoc apertissimè vult ibi Ioã. de Imola, in sua repetitione in x. & vltimo in casu, quarta quæsti. & hanc opinionem tanquam verissimam sequitur Franciscus de Aretio subtilitatum princeps in consilio ij. incipiente, intellecta diligenter, versi. tertio etiam.& Soci. in cõsil.lxxvij.incipiente, in præsenti cõsultatione: in quibus locis reperies plenissimè responsum rationibus aliorũ tenentium contrarium: Idem etiam cõcluditur in additione decisionis Capel. Tol.ccclxxxij.& ita tenendum censeo licet Salice. post longam disputationem, in l. si quis pro redemptione, C.de dona.dicat esse cogitandum.* & licet cõtrarium teneat Pau.de Castro, in dicto cõsilio cxcvj. in iij. dubio:& pro hac decisione optimè faciunt ea quæ dixi supra in tertio effectu iuramenti, quæ hic habeas pro repetitis. Ex isto etiam sequitur aliud singulare, videlicet, quòd licet statutum in contractu minorum, vel mulierum requirat pro solennitate præsentiam duorum propinquorum, tali tamen statuto non obstãte, si minor vel mulier cõtrahat sine præsentia duorum propinquorum,& iuret non cõtrauenire, valebit cõtractus:& idem in similibus casibus, quia statutum annullans actum propter solennitatem nõ obseruatam, non extenditur ad contractum iuratum: quando talis solennitas non est omnino fundata super publica vtilitate. Ita singulariter dicit Alex.de Imo.in cõsilio xxvij.primi volum.incipiente viso libello,& in dicto consilio cxxv. eiusdem volum.& idem repetit ipse in dicto consil.xxxvij. inci. viso,& in cons.xxxviij.iij.volu.incip.visa petitione,& in cons.cij.quarti volu.incipiente, quando statutum:& de hoc habetur pulchrè per Io.An.in addi.ad Spec.in ti.de sen ten.in §.vt autem, in prin.& plenè per Soci.in d.cõsi.lxxvij. & per Phil.Cornæum in consi.xxxvj.inci. videtur prima facie,& per oẽs scribentes in d.auth.sacramenta, & plenissimè per Io.de Imo.in repe.d.c.cum cõtingat, in tertio casu principali,& in decimo casu principali, maximè in iij. iiij. & v.

ADD. * Cogitandum. Si vis videre argumentũ contrariæ opinionis vide per Franc. Aret. cõs.ij.nu.5. in fi.6.7.8.9. 10. & 11.

& v.quæstionib.& per Ant.de Butr. in d.c.cum contigat, in vij.casu, vbi plus dicit, ꝙ etiam si solénitas esset inuenta ob publicam vtilitatem, si tñ ex obseruantia solennitatis impediretur dispositum & læderetur anima, vt in legatis ad pias causas, c.relatum, j.de testam. nõ est seruanda illa solénitas: & idem vult Io.de Imo.in repe.d.c.cum cõtingat, in vj.casu principali: ad quos te breuitatis gratia remitto. Decimusseptimus mirabilis & singularis effectus, virtus, seu
49 efficacia iuramenti est, † impedire præscriptionem, & perpetuare actionem in xl.annos: habet enim iuramentum effectum litis contestationis, tex. est valde not. in l.nam posteà.§.si is, qui temporali.ff.de iureiur.& est similis text. in l.sed & si restituatur.§.ex quibus.ff.de iud. Vnde sicut per litis cõtestationem actio perpetuatur in xl.annos, l.j.§.j.qui incipit, ad hæc, C.de annali excep.& l.fi.C.de præscri.xxx. vel xl.annorum: ita etiam per iuramentum actio perpetuatur in xl.annos, d.§.si is qui temporali, & præalle.§.ex quibus. Ex quo sing. infertur, ꝙ si in instrumento apparet, per debitorem creditori etiam extra iudicium delatum esse iuramentum, & per creditorem iuratum sibi deberi, tale iuramentum perpetuat actionem in xl.annos, licet aliàs minori tempore contra eam præscribi potuisset. Et sic, si in loco sit statutum, ꝙ creditor non petens debitum infra decennium posteà nõ audiatur, si tamen in instrumento reperiatur iuramentum præstitum per creditorem ad delationem debitoris, etiam extra iudicium, per illud iuramentũ actio censebitur perpetuata in xl.annos: ita singulariter dicunt Bar.post Iac.Butr.Bal.Ang.Sali.Alex.Ias.& doct.in d.§.si is qui temporali: & idem Iason in d.§.item si quis postulante. & Io.de Imo.in l.naturaliter.ff.de vsuca.& Cæpola in cautela xxxvij.& Feli.in fina.de præscrip.& additio decisionis Capellæ Tol.ccxx.& Hippo.de Marsilijs in suo singulari cxlj.& doct.sæpe alibi, quod est frequentissimum in practica: & idem in casu conuerso, qñ debitor iurat se soluturum creditori, vt vult dicta decisio Capel.Tolos.ccxx.quã vide. Decimusoctauus sing. effectus, virtus, seu efficacia
50 iuraméti est, † quia habet vim clausulæ guarentigiæ, facitque instrumentum, in quo ponitur, habere executionẽ paratam, d.l.si quis maior, & l.post rem iudicatam.ff.de re iudi.& per hoc singu.dicit Bartol.in l.ij.in fin.ff.de iureiurã.
quo ã

quòd licet instrumentum publicum confectum super aliquo contractu, de iure communi nõ habeat executionem paratam, pro quo est tex. singularis, licet ipse non alleget, in l. minor xxv. annis cui fideicommissum. ff. de mino. tamẽ si in fine instrumenti diceretur hoc modo, & quia de prædictis posset in posterum dubitari, dictus promissor detulit creditori iusiurandum, qui iurauit centum sibi deberi, tale instrumentum ratione iuramenti voluntarij & extraiudicialis, habebit executionem paratam: & hoc dictum sequũtur Fulgosius, Alex. & Iason ibidem. Hoc dictum Bartoli sequitur etiam Pau. de Cast. in dicta l. nam postea. §. si petitor, & idem Pau. de Cast. in d. l. post rem iudicatam, & Salic. & Alex. in l. sed & si possessori. §. fi. ff. de iureiurã. per illum tex. & ita nota. etiam vult Lud. Ro. in repe. rubricæ, de arbitris, quẽ refert & sequitur Iason, in d. l. ij. & de hoc habetur latè per eundem Iasonem in d. §. item si quis postulante, circa fi. quod nota, quia est quotidianum in practica. Hoc
51 autem nolo te ignorare, ┼ q instrumentũ habere vim clausulæ guarentigiæ, & consequenter habere executionem paratam, nihil aliud est, quàm q vigore eiusdem cõpetit ex actio sine strepitu & figura iudicij, & de facto incipiendo à captura personæ: ita notabiliter dicit Lud. Roma. in consi. cxxxiij. incipiente, in præsupposito casu, in princ. & allegat no. per Bartol. in l. si quis, C. depositi: quod nota. Deci-
52 mus nonus notabilis effectus, virtus, seu efficacia ┼ iuramẽti est, quia non venit sub solitis, vel consuetis. & hinc est, quòd licet notarius posset in instrumento apponere clausulas consuetas, etiam si de hoc specialiter rogatus nõ fuerit, vt est tex. singularis in l. fi. C. de fideiusso. & dixi supra in loco ab vsitato, seu à solitis: tamen notarius non potest in instrumento apponere iuramentum, nisi hoc specialiter ei iniunctum fuerit per partes, nec vnquam præsumitur, aut habetur pro apposito: ita singulariter volunt Anto. de Butrio, & Panorm. in cap. penul. de iureiur. & sequitur Soci. in consilio lxxxv. incip. viso compromisso, circa princi. quod tene menti. Hinc etiam est, q in iuramento confirmatorio contractus, requiritur speciale mandatum: Ita singulariter vult Iacob. Butrig. in d. authen. sacramenta, & sequitur Bartol. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infec. & idem Bart. Alexan. & doctor. in l. fina. C. de procura. Imò

quod fortius est,ad iurandum de calumnia,requiritur etiā speciale mandatum,c.fi.de iuramen.calum.libro vj.& similiter ad deferendum iuramentum iudiciale requiritur speciale mandatum,c.qui ad agendum,de procu.lib.vj.quorū omnium ratio est virtus iuramenti, & grauitas præiudicij,quod ex hoc oriri posset:de qua materia vide plenius p Bar.& doct.in d.§.si alieno. Vigesimus singularis effectus,
53 virtus,seu efficacia iuramenti est,impedire † reuocationē donationis.etiam ex causa ingratitudinis:licet enim donatio inter viuos ex causa ingratitudinis possit reuocari, l. fi. C.de reuo.dona.c.fi.de dona.& §.sciendum,Instit.de dona. tamen si est actum ꝙ non reuocetur,& iuratum est,reuocari non poterit:Ita singulariter decidit Ioā.Andr.in addi.ad Specu.in ti.de donationibus,in versic.quid,si actum est: & idem volunt Pet.de Anch.& Anto.de Butrio,in d. ca.fin.de donatio.& sequitur Alex.de Imo.in consilio xl.incip.super primo,circa fi.in iiij.volumine, dicens se ita dicere solitū in consulendo,& legendo. Vigesimusprimus notabilis effe
54 ctus,virtus,seu efficacia iuramenti est,inducere † remissionem in contractibus,vbi aliàs non fieret remissio:licet em̄ in contractibus non sit locus remissioni ad locum contractus,c.Romana.§.contrahentes,de foro compe.lib. vj.tn̄ si iuramentum est appositum in cōtractu,erit locus remissioni:Ita singulariter dicit Ang.in l.hęres absens.§.j.ff.de iud. & sequitur Lud.Ro.singulari cclxxxiij.& Barbatia,in ca.fi. de foro compe.per tex.sing.iūcta gl.in §.si verò etiam quidam iurent,in auth.de exhi.& introdu.reis. Vigesimussecundus nota.effectus,virtus seu efficacia iuramenti est,qa
55 † licet de iure ciuili arbitrium non pariat actionem,qn̄ est iuratum:quia illo iure arbiter non debet iurare,nec partes auth.decernimus,C.de arbitris:tamen si fuerit iuratum,poterit iurans de iure canonico,cui in hac materia iuramēti standum est,vt sæpius dixi,ex officio iudicis, compelli ad obseruantiam iuramēti,cum possit seruari sine interitu salutis æternæ:Ita singu.dicit Bal.in d.authē. decernimus, & Pan.in c. Quintauallis, in quarta differentia de iureiuran. & Io.de Imo.ibidem in quinta differentia.& idem vult glo. ordi.in c.ij.de arbitris. Vigesimustertius notabilis effectus
56 virtus,seu efficacia iuramenti est,† tollere prę sumptionem doli vel calumniæ:tex.est notabilis,in l.iij.§.j.& ibi not. ff de iu-

de iureiur.ex quo infertur secundum aliquos, quod iuramentum de calumnia excusat litigantem ab expensis litis: Ita vult gl.iuris canonici in c. finem litibus, de dolo & contu. & glo.in c.in primis, ij.q.j.& glossa iuris ciuilis in §. oportet, in auth.de iudicibus, sed hanc illationem non firmo: quia communiter doct.tenent contrarium, dicentes ad cōdemnationem expensarum sufficere temeritatem, & non requiri dolum, vel calumniam, vt videre poteris per Io.de Imo. Panor.& canonistas, in d.c.finem, & per Ioan.Fabri, Instit. de pœna temerè litigantium, & per Bar.in l.eum, quem temerè.ff.de iud.& plenè per Alex.& Ias. in d.l.iij. §.j.& per eundem Iaso, in l.properandum.§.siue autem alterutra, C. de iudic. Vigesimusquartus notabilis effectus, virtus, seu
57 efficacia iuramenti est, †quia exceptio iurisiurādi, quæ est exceptio litis finitæ, c.j.de litis con.li.vj.& d.l.nam posteà, in prin.impedit litis cōtestationē seu litis ingressum, iuribus præalleg.nō solū qñ iuramentū est iudiciale, & præstitū in figura iudicij: sed ēt qñ extraiudiciale, & præstitū coram superiore nō in figura iudicij. Ita not. vult glo.& post eam Ant.de But.& Io.de Imo.in c.sup hoc, de renū. & Ale. de Imo.in l.j.& idem Alex.in d.l.nam postea, in prin.quod nota, quia ampliat d.c.j.de litis con.libro vj.& dicta l. nam posteà. Hoc tamen scias, quòd nulla exceptio impedit litis contestationem, nisi statim probari possit, idque se facturū reus offerat. Ea enim quę altiorem indaginem requirunt, post iudicium acceptum reseruantur, vt notabiliter vult Bartol.in dicta l.nam postea, quod nota in practica. Vigesimusquintus notabilis effectus, virtus, seu efficacia iura-
58 menti est, †quia ligat, & obligat iurantem, etiam si præstitum sit per metum, dummodò seruari possit sine interitu salutis æternæ, vt quia non sit præstitum super re turpi, licet turpiter. Ista est conclusio glo. Archid.& docto.in c.auctoritatem, xv.q.vj.& decisio glossę magistralis in cap. Abbas, quod metus causa, & decisio gloss.& doctorū, in capi. si verò, & in capit.verum, de iureiuran.& decisio Innocē.& docto.in capitulo, ad aures, quod metus cau.& firmat Francis.de Aretio, in consilio xiiij.incipiente, viso, & diligenter considerato, in iij.& iiij.dubio: nec debet contrauenirī, nisi petita absolutione, quæ denegari non debet: vt pulchrè & singulariter habetur per Inn.quem oēs sequūtur in d. c.ad

 aures.

aures.&hoc censeo tenendũ inspecto iure canonico,q̃d in hac materia iuramenti tanquã spirituali est seruandũ, vt sæpius supra dixi. Quicquid dicat gl.quæ reputatur singularis in præall.c.vnic.§.itẽ sacramenta,in verbo,querimoniã,de pace iuramẽto firman.& quod ibi not.Bal.& docto. alibi.Si aũt scire vis casus,in quib⁹ metus reddit actũ ipso iure nullũ, vide gl in l.si mulier.§.si dos,ĩ verb.vlla esse.ff. q̃d met.cau.& gl magistrã iuris canonici in d.c. Abbas, & ibi plenissime per canonistas,& aliquid per glo.in d. c. auctoritatẽ. Vigesimussextus singularis effectus,virtus,seu
59 efficacia iuramẽti est,efficere ꝗ quod stetur dicto alicuius, cui aliàs nõ staretur.testi em̃,licet religiosus sit,nõ credit, nisi ꝓstiterit iuramẽtũ,c.tuis.& c.nuper,de testib.& idẽ est in deponẽtibus de peritia suę artis, vt in obstetricibus adhibitis cũ dubitatur de virginitate, vel an mulier sit prægnans.Itẽ in medicis adhibitis qñ dubitatur an vulnus sit lethale,vel nõ.Itẽ in doctoribus adhibitis sup peritia scholaris promouendi:itẽ in agrimẽsoribus adhibitis,qñ dubitatur de finibus:& in similibus.nam.eis nõ creditur absque iuramẽto,c.proposuisti,& ibi habetur plenè de hac materia per Pano.&alios de probationib.& c.causam,eo.tit.l.j. ff.de vẽtre inspi.c.sign.ij.de homici.l.nemini. C.de aduoc. diuerso.iudicior.l.iij.C.si.regun.& c.q̃a indicante, de pręscr.l.hac edictali.§.his illud, c. de se.nup.& l. compatationes,circa si.C.de fide instru.de quo articulo habetur plenè per Bar. ĩ procemio Dig. & plenius per Pano.& canonistas
60 in d.c.proposuisti.idem dicendum est,✝quando lex vel statutum dicit standum esse dicto alicuius,puta massarij, vel denuntiantis delictum:debet enim intelligi statutum, dũmodò iurauerit. Ita notabiliter dicit Ange.in rep.l. si vacantia,C.de bonis vacan.lib.x.& allegat casum singularem in l.Theopompus.ff.de dote prælc.& hoc dictum refert & sequitur Alex.de Imo.in consi. suo lxxj.iij. vol.incip.clarissime domine:& Hip. de Marsi.in practica sua in §. diligenter, num. lxiij.& Felin. in cap.significasti j.de homici.faciunt etiam not.per Ange.& Paul. de Cast. in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de noui ope.nũ.& not. p Bar.in l.diuus Adrianus.ff.de cust.reo.Aduerte etiam,quia dictum statutum recipit aliam limitationem,istam scilicet, nisi probetur contrarium.Ita not.dicit Bald.in l.j.C.si aduer.liber.&

Cæpo

Cæpola in cautela cxliiij.& Ludo.Ro.in consilio eij.incip. super eo.vers.vltimo ista.& Panor.post gl.in c.continebat, de desponsa. impub. & hoc sequitur ibi Præpositus,plures alias adducens auctoritates: quod nota,quia est quotidianum,in practica. Vigesimusseptimus notabilis effectus, virtus,seu efficacia iuramenti est, quia licet Pontifici Maximo in persona beati Petri sit dictũ,Quæcũque ligaueris super terram,erunt ligata & in cœlis:& quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis, Matthæi xviij. xxiiij.q.j.c.manet,& c.quodcunque, & xi. q.iij.c.aliorum,
61 cum similibus:tamen summus † pontifex non poterit sine iusta causa absoluere à iuramento licito,quia hæc obligatio est de iure naturali vel diuino, dicente Christo: redde Deo iuramenta tua,Matthæi v.& c.& si Christus,de iureiu. Ita vult glo.notabilis in d. c. quãto,& Inno.in c.cùm inter P.de renun.& Archi.in d.c.auctoritatem: quod intelligo, quando iuramentum principaliter est interpositum super re spectante ad Deum,vel super re spectante ad hominem. Papa enim non potest remittere obligationem quæsitam Deo,vel homini:sed si iuramentum esset interpositũ super re spectante principaliter ad papã,vt si iurauerũt canonici non recipere aliquem vltra numerũ,vel quis iurauit ingredi religionẽ:tunc poterit papa dispẽsare etiã sine causa.Ita magistraliter dicit Car.in cle.Romani,in pen.q. de iureiu. & sequitur Panor.in d.c.quanto,motus rationibus,& auctoritatibus. Intelligo tamen hoc quod dixi sanè, vt scilicet papa non possit sine causa absoluere à iuramento,quin cõtraueniens peccet:sed bene potest absoluere etiã sine causa quo ad pœnam periurij,& infamiæ quo ad ecclesiam:ita quòd ob hoc non repellatur à testimonio vel ab alio actu publico.Ita singulariter vult Cardi. post Matthæum in d. clemen.Romani, in penultima quæstione. Vigesimusoctauus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramẽti est, quia etiam si Iudæus,vel infidelis iuret per Christum, vel Christianus per Machometum,tamen tenetur seruare iuramentum:tex.est in c.mouet,aliàs incipit,monet,xxxij.q j. & volunt Inno.Pano.& alij in d.cap.& si Christus, & Bart. in d.procemio. ff. circa principium, & doctores sæpe alibi. quod nota. Vigesimusnonus singularis effectus, vir-
62 tus, seu † efficacia iuramenti est, quia licet iniustè

detentus in carcere, impunè possit aufugere, vt dicit Bart in l.vis eius, C.de probatio. & si sine iuramento relaxatus fuerit, non teneatur redire: vt habetur pulchrè & latè per Alexandrum, in consi.cxliiij.secundi vol.incip.post redditum, tamen si iniustè carceratus fuit relaxatus sub vinculo iuramenti de redeundo ad carcerem, tenebitur obseruare iuramentum & redire, nisi ei immineret periculum mortis, quo casu iuramentum seruare non tenebitur. Ita dicit glo.sing.in clem.pastoralis, in vers.notorium, super verbo, per violentum, de re iudica. approbata ibidem per omnes, & vult Panor.in c.inter alia, in fin.de immu. eccle & Ioan. And.in addi.ad Specu.in rubrica de iureiur. Illud aũt certũ est, quòd iustè captus, & sub iuramento relaxatus de redeũdo ad carcerem, redire tenetur, & interrogatus à iudice tenetur veritatem dicere, aliàs peccat mortaliter, secundum Theologos, & ita tenet Bartolus in l.relegati. ff.de pœnis. & Panormita.in c.j.de testib. cogen. & sentit glo. & doct.in d.clem. pastoralis. Sic etiam captus in bello iusto, peccat fugiendo à domino suo. Ita dicit glo.reputata sing.in can. ius gentium, prima distin. Trigesimus mirabilis effectus,
63 virtus, seu efficacia iuramenti est, quia † licet dolus futurus per simplex pactum remitti non possit, quia daretur occasio delinquendi, l.si vnus.§.illud.ff.de pactis, & l.conuenire.ff.de pactis dota.cũ similib. tamen cum iuramento poterit dolus futurus remitti: textus est notabilis secundũ intellectum Panor.in d.cap.quemadmodum, in fine, vbi est casus secundum eum, quod si maritus promittat vxori de non accusando eam de adulterio, poterit nihilominus eã accusare ciuiliter ad diuortium celebrandum: si tamen interuenit iuramentum, non poterit eam ad istum finem accusare, quod est notandum pro limitatione dictorum iurium. Trigesimusprimus notabilis & singularis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti est † quòd licet aliàs confes-
64 sio vel promissio extraiudicialis sine causa, dicatur indiscreta, & non probet, l.cùm de indebito.§.fi.& ibi glo.ff. de prob.c.si cautio, de fide instr.l.ij.§.circa, ff.de doli excep.& l.generaliter, C.de non nu.pecu.cũ simil. Hoc tamẽ fallit, quando confessio vel promissio extraiudicialis sine causa ẽst iurata. Ita singulariter decidit Ludo. Roma. conf.ccclxxiij.incip.in casu proposito, versi.cæterùm aduertendũ.

&

& sequitur Hippo. de Marsiliis in repe. l. fina. C. de proba. & idem Hippo. in l. j. §. præterea. ff. de quæstio. & idē Hippo. in practica sua, in §. secunda quæstio, nu. lxij. & ratio huius est, quia iuramentum habet vim iudicij, & sententię. d. l. nā postea. §. si is qui temporali, & ibi Bart. & l. qui iurasse. §. fi. ff. de iureiuran. sed confessio facta in iudicio sine causa, valet & probat, vt est gl. reputata singularis in l. j. in fi. in verb. apud iudices. ff. de interroga. actio. Idē ergo dicendum erit in iuramento, loco sumpto à pari. Hoc tamen quod dixi intellige, quando iurās est sagax, & prudens, secus si simplex, quæ simplicitas præsumitur in muliere, minore, & rustico: & ergo tales non obligantur per iurammentum ad implēdū promissionem sine causa factam. licèt eū iuramentum repræsentet quē maiorem, vt dixi suprà in primo effectu iuramenti, non tamen fingit eum prudentem, & sagacem, quia vt dicit Aristoteles, mulier habet cōsilium inualidū, minor autem imperfectū. quem refert Bald. in rubrica, C. de rerum permu. in noua lectura, & sequitur Barbatias in d. consi. xxv. in ij. dubio in primo vol. quod nota, quia est frequentissimum in practica. Trigesimussecundus not.
65 effectus, virtus seu efficacia iuramenti est, quia licet † valde dubitetur inter docto. an reductioni ad arbitrium boni viri possit renunciari, vt videre licet per Dy. & doct. ī regula, scienti, de reg. iur. lib. vj. & per Panor. & canonistas in d. c. Quintauallis, & per Io. de Imo. & alios in d. c. cùm contingat, & per legistas, in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & per Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. tamē vbi interuenit iuramentū, nec apparet dolus, fraus, vel gratia arbitratoris, nec interuenit læsio enormissima siue ī maxima quantitate, laudū propter iuramētum erit seruandū. Ita sing. dicit Pau. de Cast. in consi. lxxiij. incip. viso compromisso, & c. dicens ab hac opinione tanquam communi non esse recedendum in iudicando vel consulendo. & idem vult Fede. de Senis in consi. suo cxxv. incip. super eo quod quæritur. Idem etiam vult Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de arbi. §. fi. in versi. quid si compromissum, vbi refert Ioan. Calder. adoptiuum suum disputando idem tenuisse. & idem vult Vitalis de Cabanis in tractatu suo clausularum in q. illa, an reductioni ad arbitrium boni viri renuntiari possit, vbi latissimè hanc materiam examinant: ad

quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Trigesimustertius notabilis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti est,
66 †tollere exceptionem, dolo facis: nam licet regulariter quis nō possit efficaciter petere id qđ restituturus est, imò possit ei opponi exceptio, dolo facis, regula, dolo facit, de reg.iur.lib.vj.tamen quando quis iurauit soluere, non pōt opponere istam exceptionem, dolo facis.tex.est notabilis in præallegato ca.debitores, & ibi notatur, & vult Bald.in rep.d.l.ij.in vj.q.in princip.ff.de iureiur.& doct.sępe alibi, quod nota. Trigesimusquartus notabilis effectus, virtus,
67 seu efficacia iuramēti est, †supplere effectū satisdationis, nam qui aliàs ex dispositione iuris, statuti, vel consuetudinis satisdare tenetur, iurat se non posse satisdare, euadit satisdationē, præstando cautionē iuratoriam, cū generali tamen hypotheca bonorū suorū, tex. est in Aut. generaliter, iūctis ibi no.per Bal.& doct.C.de epis.& cle. cū similibus, & ita singulariter firmant Ang.& Io.de Imo.in l.cū non facilè.ff.si cui plus quam per legem Falci.licuerit, & Hip.de Marsi.latè in d.l.j.§.præterea, ff.de quæstionibus, & bene faciunt notata per Bal.in l.abstinendum, C.quo.appell.nō reci.quod nota perpetuò, quia quotidie contingit. Trigesimusquintus notabilis effectus, virtus, seu efficacia iu-
68 ramenti est, †quia licet aliàs verba iocandi animo prolata non sint in consideratione, nec obligent, l. obligationum substantia.§.fina.ff.de actio. & obligatio. & §.planè. cum ibi notatis per glo.Instit.de mili.testam.tamen iuramentū iocosè prolatum obligat, saltem ad veniale peccatum. Ita dicit glo.singularis in cap.vnum orarium. 9. ſi. xxv. dist.& ibi eam ponderant & notant ad hoc Dominicus & Prępo. quod nota. Trigesimussextus notabilis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti est, quia licet in pœnis conuentionalibus, an & quatenus peti possint, variè loquantur text.
69 glosæ & doct. tamē quando †appositum est iuramētū, indistinctè peti possunt pœnæ cōuentionales vltra interesse. Ita pulchrè, & singulariter decidit Pet.de Anc.ī cōs.cxlviij. incip.apud antiquos & modernos, & Ludo.Ro.in consilio cccccx.incip. quo ad primum, vbi plenè reperies per eos. Trigesimusseptimus singularis effect', virtus seu efficacia
70 iuramēti est q̃ licet non valeat †pactū, vel conuentio, habens q̃ debitor nō possit probare solutionem, nisi per instru

ſtrumentum,imò hoc non obſtante poterit fieri probatio per teſtes,vt not.gl.ſing.in Auth.vt ſine prohib.matres debi.& cred.§.propterea,in verb.Senatuſconſulto.& Spec.in tit.de proba.§.fi.in verſi.ſed pone quod in inſtrumento, & canoniſtæ in c.ij.de proba.& in c.ſi diligenti,de foro compe.tamen ſi interuenerit iuramentum,illud erit ſeruandũ, ex quo ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ.Ita ſingulariter decidit Specu.in d.tit.de proba.§.fi.in verſ.ſed quid ſi debitor iurauit,quem refert & ſequitur Io. de Imo.in d. c.ij.in fine,de proba.& Dominicus in d. c.ij.de pactis libr. vj.& Alex.de Imo.in conſi.cij.v.volu. incip. viſo proceſſu, in fine:& Roma.in ſing.ccvj.incip.dubium eſt,& Feli.in d. c.ij.de proba.ibidem tamen datur conſilium in caſu, quo quis non poteſt probare per ſpeciem probationis, ad quã ſe adſtringit vinculo iuramenti, quod procuret per iudicem teſtes ex officio examinari, quibus ipſe iudex poterit credere,conuentione vel iuramento partis non obſtante. Vide autem pro confirmatione præmiſſorum ea, quæ ſingulariter vult Ioan.de Imo.in d.c.cum contingat,in vj. caſu principali,quem refert, ſequitur, & valde commendat Felin.in d.c.ij.de proba.in ver.ſextò intellige,& Hipp. de Marſiliis in repet.rubricæ,C.de proba. in ver. ſextò limitat.& faciunt ea quæ notat Iaſ. in Aut.iubemus.C. de iudi.

Trigeſimus viij.notabilis effectus,virtus ſeu efficacia iura-
71 mẽti eſt † impedire accuſationẽ:ſi enim iuuenis iuuenculam cognouit,deinde ambo accuſentur de ſtupro, ipſi autem dicant & iurent ſe prius inuicem matrimonium contraxiſſe,debent abſolui:glo.eſt ſingularis,in l.pe.C. de fide iuſſo.& ibi Bal.& doct. Illam gl. etiam valde commendat Bal.dicens eam non eſſe alibi,& perpetuò tenendam menti,in l.vnica,in viij.col.C.de cõfeſſis,eam etiã cõmẽdat Cepola in cautela lxix incip.aliquando contingit,& Lanfr. in repe.c.quoniam contra.in verbo confeſſiones,de proba.& eam plenè declarat Cæpola in conſi lvij.incip. ſuper querela.Trigeſimusnonus notabilis effectus,virtus,ſeu effica-
72 cia iuramenti eſt,† quia licet iudex non poſſit regulariter ex officio ſuo ſupplere,l.iiij. §.hoc autem iudicium, cum ibi pulchrè no.per Bar.Io.de Imo.Alex.& alios.ff.de dã. in fect.tamen quando timetur,ne iudex incidat in periuriũ, vt quia iurauit ſeruare ſtatuta,tunc poteſt ſupplere ex officio,

ficio,etiam partibus inuitis.Ita singulariter decidit Ludo- Roma.conf.ccccxxvij.inci.in proposito casu.Plures autem alios casus,in quibus iudex supplet ex officio vide per Alexan.& modernos,in d.§.hoc autem iudicium, & ad prædicta faciunt eleganter notata per Bal.in §.itáque,in fine, in proœmio Digestorum,vbi vult,propter multitudinē causarum sententiam posse ferri de nocte. Quadragesimus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est,† quia licet episcopus contra propriam constitutionem possit dispensare,etiam sine causa:quia sicut motus fuit ad concedendum,ita potest moueri ad tollendum,siue dispensandū:par enim ius est ligandi atque soluendi,c.verbum,de pœni.dist.j.Tamen quando constitutio episcopi est iurata,secus est:quia non potest seipsum à iuramento absoluere. Ita singulariter dicit Ludou. Roma.in conf.cccxxv.incip. quoad primum: ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat.Illud autem certum est,quòd episcopus, qui cum aliquo dispensauit ad tempus,dispensationem suam ante finitum tempus reuocare non potest,nisi euidens causa suaderet contrarium.Ita decidit gloss.singularis,in ca. cum ex eo,in verb.septennium de elect.lib.vj. Quadragesimusprimus singularis effectus,virtus seu efficacia iuramenti est,

74 quia licet † inter personas prohibitas non permittatur donatio etiam remuneratoria,nisi quando cōstat de meritis, vt est gl.notabilis ab omnibus approbata,quæ ad hoc semper allegatur.in l.si donatione,in verb.postulas.C.de colla. & est bonus tex.in l.qui testamentum.ff.de proba.& habetur per Bar.in l.si fortè.ff.de cast.pe.& per Io.An.in additi. ad Spe.in rub.de reb.eccl.non alie.& per Alex.plenè in cōs. lv.incip.consideratis,& in consilio.cj.incip.visis instrumētis,in primo volumine:tamen prædicta non procedunt, quando esset facta mentio meritorum cum iuramento.Ita sing.decidit Bal.in d.l.si donatione,& eum refert & sequitur Cæpola in tractatu suo de simulatione contractuum in vij.præsumptione,de hoc tamen articulo quotidiano vide latius per Alex.de Imo in d.l.si donatione,vbi tenet cōtrarium,& refert etiam alios contrarium tenentes, Quadragesimus secundus singularis & mirabilis effectus, vir-

75 tus,seu efficacia iuramenti est,quia licet † per metum promittens,& postea sponte,nullo subsistente metu, soluens, non

non possit repetere solutũ, quia per spontaneã solutionem subsecutam metus præcedens cẽsetur purgatus: vt est tex. not. in l. ij. C. quod met. causa, & in l. si ob turpem, ff. de cõd. ob turpem cau. tamen istud non procedit, quando per metum quis iurasset soluere: nam tunc licet postmodum spõtè soluat, poterit tamen repetere, nam videtur magis soluisse causa euitandi periurij, quam animo approbandi cõtractum: quia quandocunque subest aliqua coniectura, qđ metum passus faciendo postea actum spontaneum, eũ non facit animo approbandi contractum præcedentem, sed propter aliam causam, tunc non resultat nec præsumitur approbatio. Ita singulariter volunt Pet. Cy. Bar. Bal. Ang. Pau. de Cast. Sal. Alex. & alij post gl. in d. l. ij per illum tex. C. qđ me. cau. quod quia facit ad multa, memoriæ mandandum est. Et in primis ex hoc infertur, quòd ille qui vendidit rẽ suam per metum, licet posteà etiam ex interuallo recipiat pretium, non præsumitur per hoc approbare primum contractum: sed præsumitur potius recipere pretium, vt sibi sit magis cautum, tex. est notabilis in l. si per vim, & ibi hoc notant Bar. Ang. Pau. de Cast. & Alexan. de Imo. C. quod met. cau. & Sal. in l. si vi, vel metu, insi. C. eo. Ex isto etiam infertur secundò, quod si per statutum contra instrumentũ nõ potest opponi exceptio doli, vel metus, quin debitor capiatur, si debitor sponte soluat debitum scriptum in instrumẽto per metum extorto, per hoc non videtur approbare instrumentum: quia præsumitur soluisse, ne caperetur, & nõ animo approbandi instrumentum: & ergo poterit repetere. Ita singulariter volunt Bar. Bal. Ang. Pau. de Cast. Ale. & doct. in d. l. ij. vbi copiosissimè de hoc reperies, maximè p Alex. ad quem remisisse sufficiat, quod est frequentissimũ in practica. Quadragesimus iij. singularis effectus, virtus

76 seu efficacia iuramenti est, quia † licet per simplicem renũtiationem factam in absentia partis non possit renunciari iuri de futuro: vt est gl. expressa in l. j. in verb. te filio. C. de pactis, & ibi hoc volunt doct. & sæpe alibi: tamen hoc fallit, quando interuenit iuramẽtum: nã per iuramẽtum validatur talis simplex renũtiatio iuris futuri. Ita singulariter dicit Rom. in cõs. xxij. incip. pro propositę mihi cõsultationis. vers. secundò, quia. & Bal. in d. l. pactũ dotali, in x. q. C. de colla. & Alex. de Imo. in d. l. sed & si qs § quæsitũ, & Ias. in d.

in d.l.j.C.de pactis,& doct.sępe alibi. Quadragesimusquartus singularis effectus, virtus seu efficacia iuramenti est,
77 †quòd licet in actionibus personalibus præscribendis ex parte debitoris præscribentis non requiratur bona fides, vt singulariter vult Host.in Sũma in ti.de præsc.re.immo. in §.quæ res præscribi possunt,& Bar.in l.sequitur.§.si viã. vers.& per hoc consueui.ff.de vsuc.tamen si debitor iurauit soluere, iuramentum constituit eum non soluentem in peccato:& ergo talis debitor non poterit præscribere. Ita singulariter dicit Host.in d.§.quæ res præscribi possunt: & hoc dictum refert & sequitur Pan.in d.c.fi.de præs.dicens hoc esse singulare.de hoc tamen vide latius per Guidonem papæ quæstione cxix. Quadragesimusquintus notabilis
78 effectus, virtus, seu efficacia iuraméti est, †quia licet regulariter non possit per procuratorem alteri acquiri actio psonalis ipso iure, sed requiritur cessio, vt est tex. in l. possessio quoque.§.& si possessio, in fi.cum ibi no.per Bart.& docto.ff.de acq.possess.& in d.l.stipulatio ista. §. si stipuler, & ibi etiam Bar.& doctores:tamen si interuenit iuramétum delatum à parte parti, etiam extra iudicium, acquiritur per procuratorem domino actio personalis sine cessione ex tali iuramento.Ita singulariter decidit Alex.de Imo.in d. §. & si possessio,& ante eum Roma.in consilio lxxvj.incip.in causa nobilis viri Salomonis, in princip.Barto.Pau.de Castro, Alex.Ias.& doct.in d.l.nam postea.§.iusiurandum.Aduerte etiam, quia notario stipulante nomine absentis, † ac
79 quiritur absenti actio sine cessione., dummodo tamen interueniat ratihabitio absentis, aliàs autem secùs.Ita singulariter consuluit Pau.de Cast.in consilio suo cxcvj. in secũdo dubio, in nouis:& sequitur Philippus Decius in l.contractus.ff.de reg.iur.& voluit ante eos Bal.in l.nec ei.§. satisdatio, vers.sexto quæro notarius.ff.de adoptio.quod est aureis literis scribendum, quia quotidianum,& valde limitat no.per Batt.& alios in l. ij.ff. rem pupil. saluam fore, quod non memini me alibi legisse. Quadragesimus sextus mirabilis,& singularis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti est, quia licet compulsus soluere id, ad quod tenetur, nõ possit reuocare solutionem, vt est casus singularis in l.fi.ff.
80 quod met.cau.tamen compulsus † iurare id, ad quod de iure tenetur, poterit petere absolutionem à iuramento, ne

forte

fortè contraueniens incurrat periurium. Ita singul. decidit Io. An l.in c.ad nostram iij.de iureiuran. & ibi hoc extollit Panormit.in prima oppositione,& Lud.Rom.in suis singularibus,singul.ccccxvj. incipiente,iurat quis. Quadragesimusseptimus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est † excusare à pœna:nam licet promittens se pręsentare certo die coram iudice sub pœna,si detentus in priuata custodia,ex qua potuit exire,se non præsentauit, incurrat pœnam:tamen hoc non procedit,quando detentus in priuata custodia,iurauit non exire.nam hoc casu à pœna excusabitur: etiam si facultatem exeundi habuit: quia non licuit ei iuramentum etiam metu extortum violare, ante absolutionem.Ita sing.decidit Bal. in l. necnon.§.itē si quis.ff.ex qui.cau.maio.quod nota,quia non reperio cōtradicentem.Illud autē certum est,quòd detentus in publica custodia,etiam si posset exire, vt quia ostium est apertum,non debet exire: vt est gl.notabilis in l.succurritur. in verb.putat,ff.ex quib.cau.maio.& faciunt ea quæ dixi suprà in xxix.effectu iuramenti:si tamen exeat ostio aperto, non incurrit pœnam effringentis carcerem,& ex consequēti non habetur pro confesso,iuxta l.in eos.ff.de custo.& exhib.reo.Ita singulariter volunt Guil.de Cuneo,Alb.de Ros. & Bal.in d.l.succurritur:quod nota,quia est quotidianum. Quadragesimus octauus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est,† quia licet aliàs verba debeant interpretari secundum mentem,& intentionem proferentis, l. non aliter.ff.de leg.iij.l.iij.C.de lib.præt.c.intelligētia,& c. præterea,de verb.sig.cum similibus,& prout verba sonant. c.humanæ,xxij.q.v.tamen hoc fallit in iuramento,quia illud non interpretatur secundum intentionem iurantis,vel prout verba sonant,si ambiguè,vel dolosè quis iurauit, vt aduersarium suum deciperet:sed interpretatur prout ille intelligere debet,qui iurari procurauit,vel prout communiter intelligitur,tex.est notabilis in c.quacūque arte,xxij. q.v.quem tex.ad hoc ponderat gl.in Auth.iusiurādū quod præsta.ab his,in prin.in verb.quatuor.quod est intelligendum in casu,in quo ille,cui iuratur simpliciter & sine dolo intelligit iuramentum,secundum Arch.post Hugonem Car.in d.c.quacunque arte:de qua materia vide bonam gl. in c.hoc videtur.§.quæritur,xxij q.v.& bonū tex.in c.qui

81

82

peiera

peierare.§.ex Lis,ea.causa & q.& de hac materia etiam habetur per Inno.Panor.& doct.in cap.veniens,de iureiuran. Quadragesimusnonus mirabilis effectus, virtus, seu efficacia iuramenti est † quia licet aliàs calor iracundiæ non
83 excuset à delicto.l.si non conuicij,iuncta glo.C.de iniu.licet bene mitiget pœnam,l.vnica,C.si quis impe.maledixerit.In consultus enim calor calumniæ vitio caret,l.j.ff.ad Turpi. & ca. si quem §.notandum, ij.q. iij.tamē iurans ex calore iracundiæ non obligatur ex iuramento.Ita singulariter decidunt Ioan.And.Panor.& doct.in cap. sicut ex literis,de iureiur.& Ludo.Roma. in singulari cccccxiij.incip. volo commentare.& idem est in voto calore iracundiæ emisso,quia non obligat,vt est glo.singularis in ca. dudum, in verb.calore iracundiæ,de conuer. coniuga. & similiter idem dicendum est in confessione facta calore iracundiæ: vt est glos.singularis in c.ex literis,& ibi Panormita.& docto.de diuor.quas glossas etiam refert & sequitur Panor. in d.c.sicut ex literis,& Lud.Rom.in d. singulari dxiiij. ad quos breuitatis gratia remisisse sufficiat. Quinquagesimus notabilis effectus,virtus,seu efficacia iuramenti est, quia licet episcopus clericum,& pater filium,de eorum cō sensu in studio existentes, reuocare possint maximè iusta interueniente causa:tamen si hi in studio existentes de licentia,vt suprà,ibidem debitum contraxerint pro necessitate studij,& creditori iurauerint non exire territorium, donec soluerint:non poterunt ante solutionem per episcopum,vel patrem reuocari.Ita singulariter decidit Io.And. in regula,in malis,de regulis iuris, libro vj. in Mercur. & hoc dictum refert & sequitur Panor.in.cap.venientes, de iureiuran.cogita tamen super hoc,quia nō transit sine scrupulo. Quinquagesimusprimus notabilis effectus,virtus
84 seu efficacia iuramenti est,ꝙ licet † contractus & quasi contractus sint diuersa,& similiter contractus & distractus,tamen fauore animæ propter interuentum iuramenti,lex loquens in contractu habet locum in quasi contractu: Ita dicit glo.notabilis communiter approbata,per doct.in d.authen.sacramenta,in verbo contractibus.& similiter constitutio loquens in contractu iurato, habet locum in distractu iurato,puta in liberatione iurata : licet per huiusmodi distractum sæpe decipiantur adolescentes,& mulieres facientes

cientes refutationem vel liberationem tutoribus quondã suis cum iuramento glossa est singularis, in l. iij. §. contrarium. ff. de contra, & vtil. act. tute. & vult Bal. in rubrica extra de iureiur. & communiter omnes doct. in dict. Auth. sacramenta puberum: & dixi latè suprà in loco à contractib. ad quasi contractus, & in loco à contractu ad distractum. Quinquagesimussecundus notabilis effectus, virtus, seu
85 efficacia iuramenti est, † quia facit præsumi verum quod iuratum est, nisi contrarium probetur, & sic non præsumitur periurium. facit l. merito, iuncta glo. ff. pro socio, & l. si procurator, §. Celsus ait. ff. de cond. inde. cum similib. Hoc tamen limitatur, nisi talis præsumptio adducatur, vt quis ex ea condemnetur: Ita singulariter dicit gloss. & post eam Bart. Bald. & doct. in d. l. qui iurasse. §. si pater, el ij. per illum tex. Quinquagesimustertius singularis effectus, virtus,
86 seu efficacia iuramẽti est, quia † licet legib' prohibitorijs, vel prohibitiuè loquentibus non possit renuntiari, vt vult glo. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nup. & gloss. in lege prima, in verbo vxori fideiussorem, C. ne fideiu. dot. den. tamen legibus prohibitiuè loquentibus in fauorem alicuius bene potest renuntiari cum iuramento. Ita singulariter decidit Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de instrum. edi. in §. porrò, circa finem: & vult Bald. in d. Authen. si qua mulier, & Ioan. de Imo. in repe. dicti cap. cum contingat, in x & vltimo casu principali, in iiij. v. vj. quæst, & sequitur Alex. de Imo. in d. consilio xj. secundi volum. & Iason, in dicta l. de his. Intelligo tamen semper quod dixi, quando lex prohibitiua nõ est inducta principaliter ob publicam vtilitatem, quia illi per iuramentum illudi, vel renuntiari non potest, vt ex supradictis patet: quod seruit ad infinita: & vide quod dixi supra in xvj effectu iuramenti. & id quod notat Angel. in dicta lege prima, C. ne fideiusso. doti. den. vbi tenet contrarium eius quod dixi, etiam quando lex prohibet in fauorem alicuius: sed propter hoc non recedo à communi opi-
87 nione. Hoc autem nolo te ignorare, quòd licet † virtus iuramenti promissorij seu confirmatorij sit, nedum tollere beneficium restitutionis in integrum, sed etiam tollere nullitatem actus per minorem gesti, & illum validare: vt est tex. in sæpe allegata Auth. sacramenta, secundum intellectum Martini, quem sequitur totus mundus, vt supra di-

xiii in tertio effectu iuramenti:tamen hoc non procedit in iuramento assertorio,de quo in l.si alterius, C.si minor se maio.dixe.nam licet illud auferat minori beneficiũ restitutionis in integrum, non tñ excludit minorem à beneficio allegandi nullitatem actus, & sic ex consequenti leges antiquæ Codicis,quæ sunt correctæ per d.Auth.sacramenta,in iuramento promissorio seu confirmatorio remanent incorrectæ in iuramento assertorio. Ita singulariter decidit Io.And.in addi.ad Specu.in ti.de sententia, in §. vtrum,circa prin.& Lud.Roma.in cõsilio xij.incipiente,viso facto,& Pau.de Cast.in repeti.d.authent.sacramenta. & Soci.in consi.lxvj.inci.frustra, vbi plura pulchra in hac materia iuramenti assertorij reperies.Illud etiam nõ est omittendum,ꝙ licet iuramentum sit maximæ virtutis & efficaciæ,vinculumque efficacissimum,vt ex præmissis lucidè pa
88 tet:non † tamen ligat superiorem,imò auctoritas superioris in omni iuramento intelligitur semper excepta,d. c. venientes,& c.imperialem.§.fi.de prohi.feud. ali.per Fede.in vsibus feud.cum simi.quod nota,quia facit ad multa,vt videre poteris per Fel.in d.c.constitutus, quem non refero, quia ab omnibus habetur.Et hæc de viribus, & effectibus iuramenti extraiudicialis,voluntarij,promissorij,seu confirmatorij,tumultuariè dicta sufficiant.De qua materia singulari,& valdè quotidiana,si latiùs videre placeat, recurre ad Corsetum,in repe.rub.de iureiu.& ad Marcum Ant. Bauer.in tractatu de virtute,& viribus iuramenti,& ad Anto. de Petrusia in repe.l.j.ff.de iureiu.& ad legistas scribentes in d. Auth.sacramenta,& ad Cano.& præcipuè ad Ioan. de Imo.in repe.d.c.cum contingat,& ad scribentes in d. ca. ij. de pactis libro vj.& in d.c.licet mulieres,& in præall. ca.si. de foro compet.eo.lib.& ad Felin.in c.cum super abbatia, de officio deleg.Verùm quia dicti effectus iuramenti extraiudicialis,promissorij,seu confirmatorij,multos præcipuè minores,rusticos,& mulieres,pauperes reddunt,& iurisdictionem temporalem extenuant & eneruant,vt ex prędictis vel cæco apparere potest, non esset absonũ, si circa hoc per Imperatoriam Maiestatem fieret prouisio, prout anno xcvij.retro præterito per recolendæ memorię regem Phil.ipsius Cæsaris patrem factum fuit circa obligationes in forma Cameræ,quod qualiter fieri posset, cum doctor.

hasi

hæsitent, an iudex secularis posset disponere circa iuramétum, quod censetur quid spirituale, peritioribus discutiendum relinquo: existimo tamē id facilè fieri posse, & sine in-
29 iuria ecclesiæ. De viribus autem & effectibus † iuramenti iudicialis, quæ est materia per se distincta, si quis instrui velit, videat legistas scribentes per discursum ti. ff. & C. de iureiurand. & canonistas scribentes super eodem titu. vbi infinitos notabiles & singulares effectus iuramenti iudicialis reperiet, quos in hoc loco, ne onerarem lectores consulto omisi, aliàs fortassis, (si Deo placuerit) cum otium dabitur, eosdem in ordinem redacturus.

¶LOCVS A VIRTVTE finis.

1 *Finis in consulendo & deliberando considerandus.*
2 *Exitus acta probat.*
3 *Res à fine denominatur.*
4 *Obligatio quæ potest fieri ad multiplicem finem, operatur alium & alium effectum.*
5 *Initium in actibus vel rebus quando inspiciendum, quando medium & quando finis, vsque ad finem.*
6 *Tres conclusiones in hac materia Henric. Boich. & earum reprehensiones. 7.*

A Virtute finis ducitur argumentum, frequens, vtilissimum ad multa. In consulé-
1 do † enim, & deliberando maximè consideramus, an quid expediat, vtiléque sit necne. c. magnæ, de voto, de quo latissimè Cic. in officijs, quod quidem vtile ex fine colligimus. quicquid enim vtile est, id alicui rei consequendæ vtile oportet esse. In laude etiam, & vituperatione finem inspicimus, cum multis in rebus non tam referat quid facias, quàm ob quam

causam facias,ita vt idem factum ex fine vel laudetur, vel vituperetur. Hinc rectè dicitur, potissimam causarum omnium esse finem, vt bene declarat Rodolphus Agric. libr. j. c.xiiij.& xvj. de inuentione dialec. Argumen. autem ex hoc loco formari potest hoc modo, Si finis bonus est, ipsum
2 quoque bonum est. † exitus enim acta probat.& finis, non pugna, coronat, tex. est notabilis in c.qualis. in prin. xxv. distinct. pulcher tex. in l.rem non nouam, §.patroni autē, ibi, causæ etenim terminus &c. C. de iud. Hinc D. Hierony. in lib. ad Furiam dicit, ꝙ in Christianis non quæruntur initia, sed finis, Pau. enim malè incepit, sed bene finiuit, econtrà autem Iudæ laudantur exordia, sed finis proditionis
3 damnatur, Vel sic, A fine † denominatur res: ergo inspiciendus est finis, non initium, c.commissa, in princ. de elec lib. vj.& l.si ita stipulatus essem abs te,& l.insulā intra biennium. ff. de verb. obli.& pulcher tex. in l.& si nō sunt, §. perueniamus, in fi. de aur.& arg. lega, cum pluribus concordantibus adductis per glo. in cap. dudum j. de elect.& per glos. in c. scientes. in verb. ab initio, de censib. Hinc singula. dicit Bald. in l.j. ff. quod cuiusque vniuer. nomi, ꝙ ex fine, ad quem fiunt ligæ, seu confœderationes terrarum & Baronū ligæ seu confœderationes iudicantur licitę, vel illicitæ: q a si fiunt ad licitam defensionem iudicantur licitæ: si autem ad illicitam defensionem, vel offensionem, iudicantur illicitæ, per glo. d.l.j. in prin. super verbo aliorum, & probatur in l. si à reo. §. fi. in fi. vbi est tex. singu. ff. de fideiuss. & idem vult Bart. in extrauaganti quoniam, in ti. qui sint rebelles, in verbo occultè,& Ang. in consil. cclxxvj. incipiē. philosophiæ,& faciunt no per Bal. in l.fi. in fine, C. de exhib. reis, & notata per eundem Bal. in repeti. l.j. C. vnde vi. Quarę etiam dicit idem Bal. in d.l.j. ff. quod cuiusque vniuer. no. quòd pœnæ, quæ imponuntur facientibus illicita conuenticula, seu congregationem, sunt diuersæ secundum diuersos fines, ad quos istæ congregationes fiunt: nam si fiūt ad monopolium faciendum, congregantes puniuntur pœna exilij, l.vnica, C. de monopol. si autem fiunt ad seditionem vel publici status perturbationem, puniūtur pœna capitis, l.j.& ij. C. de seditiosis, cum similib. Hinc etiam est, ꝙ obla-
4 tio, † quæ potest fieri ad multiplicem finem, operatur aliū & alium effectum secundum finem ad quem fit: vt magi-
stra

ſtraliter declarat Henricus Boich, in cap.cõſtitutus,de in integ reſtitu.& doct.legiſtæ in l.acceptam,C.de vſur. Inde etiam æſtimatio,quæ fieri poteſt ad diuerſos fines, alium & alium effectum operatur, ſecundum finem ad quem fit: vt magiſtraliter declarat Bar.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff.commodati,& Salice.in l.j.C.eo.ti.Poſſet & ad multa alia induci hæc argumentatio à virtute finis, ſed prædicta pro exemplo abundè ſufficiunt. Verùm † quia plura
5 ſunt iura volentia,initium eſſe ſpectandum,& aliqua dicẽtia medium eſſe ſpectandum,enumerata per gl.in d.ca.dudum,j.& per glo.in d.c.ſcientes,& plenè per Io.And. in regula factum legitimè,de reg.iur.lib.vj.in Mercur.vbi plura bona reperies:quia etiam reperiuntur aliqua iura dicẽtia, medium ad ſe trahere extrema,item aliqua dicentia principium ad ſe trahere finem:& aliqua econtra dicentia finem ad ſe trahere principium,vt videre licet per gl.in l.qui ſella.§.fi.ff.de ſeruitu.ruſtic.prædio.Idcirco pro cõcordia huiuſmodi iurium,ſaluis aliis ſolutionibus,poſſet dici generaliter hoc modo: ꝙ quædam ſunt res, vel actus ,habentes extenſiuam,& ſuſpenſiuam productionem: & tunc ſpectatur nõ tantum initium,ſed medium & finis. Exemplum in iudicio,in quo requiritur,ꝙ iudex in qualibet parte iudicij habeat iuriſdictionem nõligatam,& ꝙ perſonæ ſtantes in iudicio ſint habiles,vt habetur pulchrè per Inn.& canoniſtas,in c.prudentiam,de offi.deleg.Item poteſt poni exẽplum in præſcriptione,in qua debet eſſe bona fides omni tempore de iure canonico, cui ſtandum eſt etiam inter laicos & in foro ſeculari,c.fi.cum ibi no.de præſcrip.& regula,poſſeſſor malæ fidei,de reg.iur.lib,vj. Quædam autem ſunt res vel actus momentanei,vel quaſi,& tunc eſt ſubdiſtinguendũ:aut producũt effectum momentaneum in ſui productione & creatione, & tũc initium tãtum ſpectatur, hoc eſt tempus illius effectus producti.Exẽplum in reo cõuento in iudicio,à quo exigitur cautio,iudicio ſiſti,qui ſi tempore huiuſmodi exactæ cautionis poſſidet immobilia releuatur ab ea cautione,l.ſciendum,in princip.& §.fin. ff. qui ſatiſda.cogan.aut producunt effectum ſuſpenſiuum,& tunc inſpicitur finis illius effectus producẽdi.& de hoc videre poteris plura exẽpla in l.ij.§.fi.cũ l.ſeq.ff.de cõdi. indebiti,& ſic ẽt põt intelligi l.ſi is à quo.§.fi.cũ l.ſeq.ff.vt in

possess.leg.& l.si quo tempore.ff.de peti.hære.licet glo. vtrob'que vacillet. Si tamen velis exactius perscrutari & scire, qñ inspiciendum est initium, quãdo medium, & quãdo finis, videre poteris latissimè & magistraliter per Henricũ Boich.in d.c.dudum.j.vbi in effectu ponit,& per plura iura tam canonica quàm ciuilia probat, tres conclusiones:
6 quarum prima est ista.†Quando res vel actus, de qua, vel quo agitur, licèt fuerit ab initio valida vel validus, deuenit ad casum totaliter destructiuũ, peremptiuum, seu annullatiuum, tunc non inspicitur initium, sed finis, seu casus ille annullatiuus seu destructiuus Secunda est ista. Quãdo res inualida seu actus inualidus ab initio, deuenit postea ad casum totaliter contractiuum, reparatiuũ, seu redintegratiuũ, tunc similiter non spectatur initium, sed finis, seu casus ille constructiuus seu reparatiuus. Tertia est ista, Quãdo actus non deuenit ad casum totaliter destructiuum, seu perẽptiuum, nec ad casum totaliter constructiuũ seu reparatiuum, tunc si habet retrotractũ, spectatur initiũ: si verò habet tractũ post & ad futurum, inspicitur finis: si verò nõ habet tractũ retrò, nec tractũ post, tunc subdistinguit: Aut agitur de duabus rebus, vel de duobus actibus, quarũ seu quorum vnus, seu vna loco alterius subrogatur, & tunc subdistinguit vt ibi: aut agitur de eadẽ re seu actu, & tunc iterũ subdistinguit, aut agitur de rescriptis, aut de vltimis voluntatibus, aut de cõtractibus inter viuos vel quasi, aut de matrimoniis vel spõsalibus, aut de criminib' siue delictis, aut de iudiciis, aut de muneribus indicendis, aut de iuris quæsiti retentione, aut de vsucapione, seu præscriptione, aut de libertate, aut de aliis rebus seu actib', & quodlibet mẽbrũ luculenter prosequitur, vt videre poteris per eum, quẽ non refero, quia foret nimis longũ, maximè quia ab omnibus habetur. Si tamen diligenter, & accuratè cõsideremus, neque conclusio prima per eũ posita procedit indistinctè, neque etiã secunda. Non prima, †quia furor vel a-
7 liud impedimentũ superueniẽs nõ perimit actũ prius legitimè gestũ & perfectũ, vt est tex.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris, & in §.itẽ furiosi, cũ seq. Instit. quib.nõ est permiss.fa.testa.cũ similibus: Vnde pro resolutione & veritate dictæ primæ conclusionis habenda, vidẽda sunt notata per Barto.in l.pluribus. §. & si placeat. ff.de verb.

verb.obl.& no.per Io.Fabri,Ang.& alios in §. econtrario, Insti.de leg.& no.per Dyn.in d.reg.factũ legitimè.& not.p Bal.& Sali.in l.si Gaudẽtius,C.de cõtra.empt.& vẽd.no.per Alb.de Ros.in l.inter stipulantem.§.sacram,in iiij.oppo.ff. de verbo.obl.Non etiam procedit secunda eius cõclusio, quia actus ab initio inualidus,si duret causa impediẽs, vel si nõ superueniat causa confirmans, non confirmatur tractu temporis,etiam si deueniat ad eũ casum, à quo potuit legitime inchoari,l.quod in initio,& l.pe. ff. de reg.iur.cũ simi. Vnde pro veritate dictæ secundæ conclusionis, vidẽda sunt no.per Dy.& alios, in reg. non firmatur,de reg. iu. lib.vj.& pariformiter impugnari posset ex multis tertia conclusio eiusdẽ,vt studiosus per se videre poterit.Nec potest in hoc articulo dari certa regula vel doctrina, sed secundum diuersitatem casuum quandoque inspiciendum est initium,quandoque medium,& quandoque finis,quia quæcũque regula vel doctrina detur,semper poterit impugnari,quãdo quis vellet insistere & pertinaciter inhærere.

8 Poteris autem aliter intrepidè dicere hoc modo.Aut † act' recipit essentiam,vel validitatem in initio,& debet spectari initium:Aut actus recipit essentiam, vel validitatem in medio,& debet spectari medium:Aut actus recipit essentiam,substantiam,vel validitatem in fine, & tunc inspicitur finis.Ita notabiliter dicit Io.Calde.in d.c.dudum.& est de mente Anto.de Butrio,Panor.& Io.de Imo.ibidẽ.& faciunt notata per Bar.in l.constitutionibus. ff. ad municip. Dantur & aliæ doctrinæ in hac materia,nã quidam distinguũt,vt facit gl.in d.c.dudum,& in d.c.sciẽtes. Alij autem dicunt aliter,videlicet,quòd vbi initium plus influit in actum,vel cõtractũ qui geritur,quàm finis, tunc inspicitur magis initium rei,quàm finis:si verò finis magis influit in actum,quàm initiũ,tunc econtra magis inspicitur finis,q̃ initium:Alij autem dicunt aliter,videlicet, ꝙ quãdo principiũ est licitum,sed finis est illicitus,tunc attenditur principiũ & nõ finis,l.qđ ait lex.vbi pulcher tex.ff. ad leg. Iul. de adult.Sed qñ vtrũque est illicitum, tunc attẽditur finis. l.illud §.fi.ff.ad legem Aquil.cum simi.Ita dicit Bar. in d.l. quod ait lex:quod facit ad decisionem multarũ quęstionũ quotidie occurrẽtiũ,de q̃bus ibi per eũ. Et inter alia istud facit ad decisionẽ illi' q.capt' extra ecclesiã, ducit' per ec-

clesiam, ibidem existens dicit se illic velle manere, an gaudeat immunitate, vel an possit inde licitè extrahi? & dicẽdum est, quòd poterit licitè inde extrahi. Ita singulariter vult Archid. in c. si antiquitus xvij. q. iiij. & eum sequitur Oldra. in consi. liiij. & Hippo. in sua practica in §. vlterius, numero quarto & alibi. cuius ratio est, quia principium fuit licitum, quare illud est attendendum, d. l. quod ait lex, quod tene menti. Alij autem dicunt, quòd quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, tunc attenditur principium: sed quando finis non habet necessariam consequentiam ad principium, tunc attenditur finis: de isto sunt textus pulcherrimi in l. iij. §. scio, & § præcedẽti. ff. de minoribus, & in l. damni la. j. §. Sabini. ff. de damno infecto: quod similiter facit ad multas q. de quibus per Bar. Bald. Ang. Paul. de Cast. Io. de Imo. & Alex. in d §. Sabini, & per Bal. in l. j. ff. de origine iuris, & per Alberic. de Rosate in tertia parte statutorum, q. xxxiij. & inter alia primũ membrum dictæ vltimæ doctrinæ facit ad decisionem illius quotidianæ quæstionis. Cauetur statuto ꝙ cõmittens homicidiũ pro redemptione suorum bonorũ tenetur soluere officiario loci centum, modo tẽpore, quo Titius fuit officiarius, aliquis vulneratus est lethaliter, qui decessit tẽpore quo Seius factus est officiarius, quæritur vter istorũ debeat habere hæc centũ, Titiúsne an Seius? si enim inspicimus finem, ea habebit Seius. pro quo facit doctrina Bar. in d. l quod ait lex. Item pro eo etiã facit ratio, quia vbi pẽdet causa, pẽdet eius causatũ: & finis declarat qualis sit res, l. sed & si quis. §. interdũ, ff. de vsufru. Si autẽ inspiciamus principiũ, ea habebit Titius. & certè in hoc casu, quia finis habet necessariã consequentiã ad principiũ, debet Titius habere hæc centũ, dict. l. dãni. §. Sabini, cum ibi notatis per Bart. Bal. & doct. & d. l. iij. §. scio, qui sunt tex. ad hoc not. & videtur casus in terminis in l. huic scripturæ §. j. ff. ad leg. Aqui. & faciunt not. per Bart. in l. libellorũ, vers. quæro aliquis percussit ff. de accus. vbi dicit, in accusatione ponendum tempus percussionis, & non tempus mortis, & allegat d. l. huic scripturæ, & d. §. Sabini. Ad prædicta etiam faciunt not. per Alexan. de Imo. & alios in l. diuortio. §. si vir. ff. solut. matri. & notata per Barto. & Bal. in l. fin. illo eo. tit. & notata per Pet. de Ancha. in c. j. ne præla. vices suas, vbi

repe

reperies decisas elegantes,& quotidianas q. Facit etiam ad decisionem illius q.factum est pactum cum stipendiariis, q communitas debeat emendare equos mortuos in bello, modò equus fuit vulneratus in bello, & postea mortuus in oppido,quæritur an communitas teneatur? & deciditur quòd sic,quia censetur mortuus in loco,in quo est vulneratus,ita determinat Bar.post Dynum in l j.§.j.ff.de incen dio,ruina,naufrag.& idem vult Florianus in l.ait lex.ff.ad leg.Aqui.& hanc decisionem sequitur Socinus in consi.lv. incip.præstantissime doctor, in fine. Alberic. de Rosate in d.§.Sabini,post alios per eum commemoratos,quod nota. Secundum autem membrum dictæ vltimæ doctrinæ facit ad decisionem quęst.de ouo gallinæ albæ,ex quo facto gal linæ nigræ prouenit pullus,vt ille pullus sit domini gallinæ nigræ,& non domini gallinæ albæ,de qua quæst. vide per Signorolum de Homodeis,in cõsilio suo clxviij. & per præmissa multifariam concordari possunt iura diuersimodè loquentia in hac materia,quod nota. Præmissa etiã inducit Io.And.in regula in obscuris,de reg. iu.li.vj. in Mercu.ad decisionẽ illius notabilis & quotidianæ quæstionis. Exẽptus stans in loco exempto proiecit lapidem, per quẽ percussit stantem in loco non exempto,dubitatur,an ordinarius loci,an verò prælatus ipsius exempti, huius delicti sit iudex,an vterque,an neuter,& concludit,quod vterque potest de dicto delicto cognoscere,habito respectu tam ad initium, quam ad finem, & esse locum præuentioni inter eosdem iudices,de quo vide ibi latius per eũ,& per Panor. & canonistas in c.j.de præsumptio.& per Bar.& legistas,in d.l.libellorum,& per eundem Bar.& alios in l. si vt proponitur.ff.de fideiusso.& per Pau.de Cast.in l.vnica,C.vbi de poss.agi opor.Prædicta etiam induci possent ad decisionẽ illius quotidianæ quæst. Cui ecclesiæ debeantur decimæ de porris,primò seminatis in parochia ecclesiæ sancti Petri,& postea transplantatis,in parochia ecclesiæ sancti Pauli,de qua q. vide plenè per Ioan. And. in reg.qui prior, de reg.iur.lib.vj.in Mercu.ad quem breuitatis gratia remisisse sufficiat, quia hæc & similia studio camerali sunt relinquenda. Possent & plures alij loci per me adduci, sed prædicti tanquam in vsu quotidiano frequentiores pro iuuenibus sufficiant. Et licet Ciceronem,Boëtium, Rodolphũ,

Agric.Bal.Cantiũculã,Geor.Vall.& alios maximę auctoritatis & scientiæ viros,arctius multo loci sint cõtracti,quo dilucidius tamen studiosi singula percipere possint,ad hũc numerum locos ampliaui,& exempla quotidianã subieci. Verum,quia opere in longo fas est obrepere somnum,nũc calamo silentiũ imponat,non inopia sermonis,(quia multum adhuc restat operis multũmque restabit,) sed occupatio quotidiana. Et licèt sciam,ꝙ qui scribit, multos sumit iudices, quodque omnis definitio in iure periculosa est, cum Vlpiano teste * parum sit, quod non subuerti possit, nec ignorem in scripturis reprehensibile esse omne nimium,siue sit longitudini, siue breuitati obnoxium,cum primum sensus legentium oneret, secundum verò præcidat studiosorum desiderium: tum & hoc scio, quod oris apertio in Dei, non hominis est potestate, per quod constat me non plus potuisse, quàm ingenioli à Deo largiti paterentur angustiæ, maximè in materia tam scrupulosa, subtili,& difficili,in qua ferè tot sunt sensus, quot capita, & (vt ille ait) quot in orbe figuræ, & in qua caligat scrutinium,nec sufficit ingenium tã ardua rimari. Propter quod omnes studiosos huius meæ lucubrationis lectores, qui perspicacioris sunt ingenij,vel quos minùs impedit occupatio,exoratos velim, quatenus si quid in ea malè vel incircunspectè dictũ inuenerint,inuidia & detractione cessantibus,fraterna charitate benignè corrigãt, & emendẽt: quia cum D.Aug.à puero etiam anniculo paratus sum edoceti,& omnia iudicio sanctæ matris ecclesiæ subiicio. Bene scripta verò,si quæ fuerint,non mihi,sed omnipotenti Deo,(à quo donum omne descendit, & qui dat omnibus affluenter & nõ impropterat,) attribuantur,eísque gratiæ referantur, qui viuit, & regnat in secula benedictus. Amen.

ADD. * Teste. In Pand.Floren.legitur Iauolenus. in l.omnis ff.de reg.iur.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM, QVÆ IN HIS NICOLAI EVERARDI *locis legalibus continentur, ordine alphabetico digestus.*

A

Actus

 esse

præ

Domi

Episco

G

 gati

Iura

M

N

Opinio

Pri

Regula

 so

cau

Vasa

FINIS.